BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'ÉDUCATION NATIONALE
3e SÉRIE

LETTRES SECRÈTES & CURIALES

DU PAPE

URBAIN V

(1362-1370)

SE RAPPORTANT A LA FRANCE

EXTRAITES DES REGISTRES D'AVIGNON ET DU VATICAN


PAR

P. LECACHEUX

ET

G. MOLLAT

CORRESPONDANTS DE L'INSTITUT



Property of
CLgA
Please return to
Graduate Theological
Union Library

PARIS

E. DE BOCCARD, ÉDITEUR

1, Rue de Médicis, 1

41419

LECACHEUR

URBAIN V

1362-1370

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES

FRANCE

URBANI PAPAE V

EPISTOLAE TAM SECRETAE QUAM CURIALES

QUAE AD GALLICAM SPECTANT HISTORIAM

ANNUS PRIMUS

1 Avignon, 7 novembre 1362

Aegidio episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, scribit pontifex, se, demortuo, die 12ª septembris proxime elapsi, Innocentio papa VI, a cardinalibus, in palatio Avinionensi concorditer in summum Pontificem electum fuisse ac die 6ª novembris consecrationis munus et coronationis insignia recepisse, ut est moris; quapropter eumdem rogat ut debilitatem suam apud Deum orationibus adjuvet; interim legationis officium sollicite prosequatur : de ejus denique indefessis pro Romana ecclesia laboribus, se rationem habiturum profitetur. (Regest. Vatic. 245, fol. 3 recto (1). — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, nº 367.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

2 Avignon, 7 novembre 1362.

Patriarchae Aquilegensi, ejusque suffraganeis scribit de assumptione sua ad summum Pontificatum, ipsos rogans ut pro se apud Deum preces effundant, eisdemque suam benevolentiam offert : praesentium autem litterarum latori nihil per ipsos pro ejus expensis et laboribus dandum significat, praeter

(1) Le Registre Vatican 245 débute par cinq lettres du Sacré Collège ayant trait à la mort du pape Innocent VI. Elles sont datées d'Avignon, le 18 septembre 1362. La première est adressée à Gilles Albornoz, évêque de Sabine, légat du siège apostolique en Italie : elle a pour but de lui annoncer la mort du pape. (*Miseratione divina .. episcopi .. presbiteri et .. diaconi sancte Romane ecclesie cardinales, Ven. fratri Egidio, Dei gratia episcopo Sabinensi, apostolice sedis lagato* (sic) —. *Lacrimantibus oculis profundisque* —. *Dat. Avinione, XVIII kal. octobris, dicta Romana ecclesia pastore vacante.*) Les quatre lettres suivantes sont adressées : la première au peuple de Bologne; la seconde à Nicolas, Hugues et Albert, marquis d'Este; la troisième à Cansegnorio et Paolo Albuino de Lascala; la quatrième à François de Carrare, chevalier. Elles font appel à leur dévouement dans les circonstances présentes. Celle adressée aux marquis d'Este a été publiée par Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, nº 364. Les réponses à ces lettres des cardinaux ne nous sont point parvenues. Mais on trouve dans le fonds des *Instrumenta Miscella*, aux Archives du Vatican (Caps. 211, nº 21 de l'inventaire conservé à Paris, aux Archives nationales, sous la cote L 374), la lettre de Rodolphe, duc d'Autriche, au Sacré Collège, pour lui exprimer ses condoléances au sujet de la mort d'Innocent VI (Vienne, octobre 1362).

id quod aliis suis litteris, eisdem exhibendis, dari præcepit. (Reg. 245, fol. 4 verso.)

« *Venerabili fratri .. Patriarche Aquilegensi, ejusque suffraganeis.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

3 Avignon, 7 novembre 1362.

Archiepiscopo Remensi, ejusque suffraganeis, de eodem scribit (1). (Reg. 245, fol. 5 recto.)

« *Venerabili fratri archiepiscopo Remensi, ejusque suffraganeis, salutem etc.* Salvator noster dominus Jesus Christus, humano generi ex lapsu primi parentis miserabiliter perenuti compatiens, de superna gloria dignatus est ad terrena descendere, ubi sanctam et immaculatam ecclesiam ordinavit ipsamque in suis discipulis fide firmavit, spe erexit et caritate perfecit ac propriis eloquiis docuit et instruxit exemplis, ut fideles in ea velut in Noe archa recepti salvationis gratiam reperirent, eisdemque discipulis prefatam commendavit ecclesiam, in ea beato Petro quem Cephas appellavit et suis successoribus in ejus personam constituens principatum, ut, ex eadem ecclesia hiis que dextera sua non plantasset emulsis, illa plantarent per que redemptum suo sanguine populum bonorum operum redderent sectatorem, providitque ac predixit idem dominus prefatam ecclesiam multas tribulationum angustias perpessuram, sed eam benigna pollicitatione confortans, sibi promisit sue virtutis presentiam assistricem, quod in primo suo vicario prefigurans ejus navem, in qua prelibata significatur ecclesia, permisit jactari fluctibus sed minime naufragari. Hec siquidem mira sapientia Deitatis in ejusdem ecclesie primordio peregit in signum, que usque ad hec tempora multis continuavit experienciis veritatis, dum suis in terris vicariis et successoribus Petri de laboribus ad quietem et de hujusmodi valle miserie ad celestis aule delicias, prout pie credendum est, evocatis, prelibatam ecclesiam contristatam exinde in magnisque periculis constitutam, de substitutione successorum letam reddidit ejusque periculis misericorditer obviavit, prout semper hactenus et etiam novissimis diebus ostendit. Nuper namque, videlicet II idus septembris proximi elapsi, pie recordationis Innocentio papa VI predecessore nostro viam universe carnis ingresso, ejusque corpore cum solennibus exequiis in ecclesia Avinionensi deposito, ad locum alium, quem ipse dum ageret in humanis elegerat, postmodum transferendo, venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales tempore debito, secundum precepta canonum, missarum solenniis in honore Spiritus sancti eis in electionem summi pontificis que facienda imminebat eisdem per suam affuturi gratiam devotissime celebratis, convenerunt insimul in palacio apostolico Avinionensi, in quo idem predecessor tempore sui obitus habitabat, de substitutione ejusdem pontificis tractaturi, aliquibusque tractatibus in hoc prehabitis, prout tanti negotii qualitas requirebat, tandem idem fratres ad nos, qui tunc in minori constituti officio, certe nuntiationis ministerium, a prefato predecessore nobis injunctum, gerebamus in Italie partibus, intuitum dirigentes, nos in summum pontificem et pastorem universalis ecclesie concorditer elegerunt. Nos autem, qui sumus cinis et pulvis, ex hoc fuimus non immerito stupefacti, cum oculi nostri imperfectum nostrum evidenter cernerent, et nec vires corporis nec virtutum merita nec sciencie donum nobis suppeterent ad apostolici culminis speculam conscendendum et gravissimam totius orbis sarcinam nostris debilibus humeris perferendam, cogitantes tamen quod ecclesie predicte diuturna vacatio, presertim diebus istis quibus peccatis exigentibus totus fere orbis in maligno est positus, magna possent pericula generare, ac confidentes in Deo, qui nos licet indignos ad pascendum oves universi sui gregis elegit, quod sua consueta misericordia ad ipsius laudem et gloriam ac nostram et totius populi Christiani salutem in ejusdem populi salubri regimine dabit fortitudinem debili, indigno virtutem et scienciam ignoranti, cum timore ac tremore divine voluntati paruimus ac eorumdem fratrum desideriis annuentes, fragilitatis nostre colla jugo sumisimus apostolice servitutis, et hesterna die VIII idus novembris consecrationis et benedictionis munus ac coronationis insignia recepimus, ut est moris. Ad premissa igitur nobis necessaria obtinenda facilius, vestrarum humilium precum suffragiis indigentes, fraternitatem vestram hortamur et obsecramus in Domino quatenus debilitatem nostram apud altissimum vestris devotis orationibus adjuvetis, et, sicut cooperatores nostri estis assumpti, ita, circa curam populorum vobis specialiter commissorum solerti solicitudine intendentes, nostrum in eis cognemini supplere deffectum, comportantes caritativo studio impositam nobis universalis oneris gravitatem, ut nos et vos, auxiliis mutue caritatis adjuti, bonam de dicto grege superno episcopo et pastori rationem reddere valeamus.

(1) Le début de cette lettre jusqu'à *Ut est moris* est emprunté à la lettre par laquelle Urbain V notifie son élection à Gilles Albornoz, évêque de Sabine (cf. plus haut, n° 1); la fin, à la lettre adressée dans le même but au patriarche d'Aquilée et à ses suffragants (cf. plus haut, n° 2).

Ceterum, cum vos velut amabiles fratres in caritatis visceribus habeamus, benivolenciam nostram vobis gratanter offerimus in vestris et vestrarum ecclesiarum negotiis, que oportuna seu utilia pro tempore fuerint, paterne dilectionis affectibus ac, prout Dominus dederit, gratis effectibus exhibendam. Porro, cum latores litterarum hujusmodi, non contenti hiis que ipsis pro suis laboribus et expensis deputanda duximus, consueverint esse interdum contra voluntatem et mandatum mittencium avidi receptores, scire vos volumus quod .. latori presentium inhibuimus ipsumque jurare fecimus quod, propter ea que sibi pro expensis neccessariis per alias nostras sub certa forma litteras, quas vobis exhiberi mandamus, ministrari precepimus, quicquam recipere non presumat. Ideo vos hortamur quod nostris in hac parte intentioni et beneplacito concurratis. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

4 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. singulis archiepiscopis et eorum suffraganeis totius orbis. (*Ibid.*, fol. 5 recto.)

5 Avignon, 7 novembre 1362.

Petro, episcopo Coronensi, apostolicae sedis legato, scribit de assumptione sua ad summum Pontificatum, ipsum rogans ut pro se apud Deum preces effundat et interim legationis officium sollicite prosequatur. (Reg. 245, fol. 5 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Coronensi, apostolice sedis legato.* Salvator noster dominus —. Dat. ut supra. »

6 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis episcopis per provinciam Patrimonii beati Petri in Tuscia ac districtum Urbis et terras ei adjacentes constitutis (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

7 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis episcopis per provinciam Tusciae constitutis. (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

8 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis episcopis per provincias Campaniae et Maritimae constitutis. (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

9 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis episcopis per provinciam ducatus Spoletani constitutis. (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

10 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis episcopis per marcham Anconitanam constitutis (*Ibid.*, fol. 6 recto.)

11 Avignon, 7 novembre 1362.

Clerum Romanum, cujus cura sibi specialiter est commissa, paterna dilectione complectens, eumdem hortatur et monet, ut divino ministerio et plebium curae sedulo insistat; simulque apud Deum orationes effundat, ut summo pontifici in apostolicae servitutis exercitio, ad quod nuper assumptus est, jugiter adsit. (Reg. 245, fol. 6 recto.)

« *Dilectis filiis Clero Romano.* Sane licet celestis. — Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

12 Avignon, 7 novembre 1362.

Cisterciensibus, Cabilonensis dioecesis, ac universis Cisterciensis ordinis monachis, abbatibus et conventibus scribit de assumptione sua ad summum Pontificatum eos rogans ut pro seipso divinam misericordiam quotidianis obsecrationibus implorent. (Reg. 245, fol. 6 recto.)

« *Dilectis filiis Cisterciensibus Cabilonensis diocesis ac universis Cisterciensis ordinis monachis, abbatibus et conventibus.* Salvator noster dominus —. Dat. ut supra (1). »

13 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. abbati Cluniacensi, Matisconensis dioecesis, coeterisque abbatibus monasteriorum, necnon universis prioribus prioratuum Cluniacensis ordinis, eorumque conventibus. (*Ibid.*, fol. 6 verso.)

14 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. abbati monasterii Grandimontensis, Lemovicensis dioecesis, ac aliis universis abbatibus monasteriorum et prioribus prioratuum Grandimontensis ordinis, a dicto monasterio dependentium, eorumque conventibus. (*Ibid.*, fol. 6 verso.)

(1) Cette lettre est rédigée dans les mêmes termes que le n° 3 jusqu'aux mots *Ut est moris*; elle présente quelques légères différences avec celle-là depuis les mots *Ut est moris* jusqu'à la fin.

15 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. priori heremitarum Camaldulensium, Aretinae, dioecesis, ac universis abbatibus monasteriorum, et prioribus prioratuum Camaldulensis ordinis et eorum conventibus. (*Ibid.*, fol. 6 verso.)

16 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. priori domus Cartusiae, Gratianopolitanae dioecesis, ac universis prioribus et conventibus ordinis Cartusiensis. (*Ibid.*, fol. 7 recto.)

17 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. abbati Vallisumbrosae, Fesulanae dioecesis, coeterisque abbatibus monasteriorum, necnon universis prioribus prioratuum Vallisumbrosae ordinis, eorumque conventibus. (*Ibid.*, fol. 7 recto.)

18 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Praemonstratensibus, Laudunensis dioecesis, coeterisque abbatibus monasteriorum, necnon universis prioribus prioratuum Praemonstratensis ordinis, eorumque conventibus. (*Ibid.*, fol. 7 recto.)

19 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. magistro generali et universis praepositis ac praelatis et fratribus ordinis Humiliatorum. (*Ibid.*, fol. 7 recto.)

20 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. priori generali et fratribus Servorum sanctae Mariae, ordinis sancti Augustini. (*Ibid.*, fol. 7 recto.)

21 Avignon, 7 novembre 1362.

Magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani scribit de assumptione sua ad summum Pontificatum, ipsis mandans ut, honeste et religiose viventes, pauperibus fideliter intendant ac bellum Domini adversus hostes fidei viriliter peragant. (Reg. 245, fol. 7 recto.)

« *Dilectis filiis .. magistro et fratribus universis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

22 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. magistro et fratribus domus sanctae Mariae Teutonicorum. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

23 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. magistro et fratribus Militiae sancti Jacobi. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

24 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. magistris et fratribus Calatravensis et de Alcantara militiarum. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

25 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. magistro et fratribus ordinis Praedicatorum. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

26 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. ministro generali et fratribus ordinis Minorum. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

27 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. priori generali et fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. (*Ibid.*, fol. 7 verso.)

28 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. priori generali et fratribus ordinis Carmelitarum. (*Ibid.*, fol. 8 recto.)

29 Avignon, 7 novembre 1362.

Carolo, Romanorum Imperatori, assumptionem suam ad summum Pontificatum notificat, ipsum exhortans ad colendam justitiam, pacem populo Christiano procurandam, Romanamque ecclesiam et personas ecclesiasticas favoribus prosequendas. (Reg. 245, fol. 8 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto.* Salvator noster dominus —. Dat. ut supra. »

30 Avignon, 7 novembre 1362.

Johanni, regi Franciae, assumptionem suam ad summum

Pontificatum notificat, ipsum exhortans ad justitiam colendam ac Romanam ecclesiam ecclesiasticasque personas praecipuis favoribus prosequendas. (Reg. 245, fol. 8 recto. — Prou, *Relations politiques d'Urbain V avec la France* (1), p. 7, note 1.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* Salvator noster Dominus etc., *ut supra usque* ut est moris. Tuam igitur serenitatem paternis affectibus monemus et hortamur in Domino ac rogamus attente quatinus perseveranter in Domini timore persistens, ipsius studeas custodire mandata, colens justiciam et diligens equitatem, virtuosos exaltans et reprimens contumaces, memor quod ad extollenda bonorum preconia et refrenandas insolencias transgressorum accepisti a Domino potestatem, prefatamque Romanam aliasque ecclesias et personas ecclesiasticas, tuo indigentes presidio, precipuis habeas favoribus commendatas, ceterum de nobis, sicut de benivolo patre, confidas; nos enim excellentiam tuam nobis carissimam, tuumque regnum, in quo nati sumus et studiis litterarum institimus, semper continere proponimus in visceribus caritatis, eaque, prout cum Deo poterimus, apostolicis fovere presidiis et graciis honorare. Dat. ut supra. »

31 Avignon, 7 novembre 1362.

Johannae, reginae Siciliae, assumptionem suam ad summum Pontificatum notificat, eamdem rogans ut debilitatem ipsius devotis apud Deum orationibus adjuvet, justitiam colat et Romanam aliasque ecclesias, ecclesiasticasque personas commendatas habeat; apostolicae vero sedis favores et gratias eidem pollicetur, ex eo etiam quod nuper, cum de mandato dictae sedis apud ipsam reginam moraretur, multipliciter honoratus extitit. (Reg. 245, fol. 8 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

32 Avignon, 7 novembre 1362.

Elisabeth, reginae Hungariae, assumptionem suam ad summum Pontificatum notificat, eamdem rogans ut ipsius debilitatem orationibus adjuvet apud Deum, justitiam colat, Romanam aliasque ecclesias et personas ecclesiasticas commendatas habeat ac Ludovicum, Hungariae regem, filium suum, in devotione apostolicae sedis conservare studeat. (Reg. 245, fol. 9 recto.)

« *Carissime in Christo filie Elisabeth, regine Ungarie illustri.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

33 Avignon, 7 novembre 1362.

Edwardo, regi Angliae, assumptionem suam ad summum pontificatum notificat, rogans eumdem ut justitiam colat et aequitatem diligat, virtuosos exaltans ac contumaces reprimens, et Romanam aliasque ecclesias et personas ecclesiasticas praecipuis habeat favoribus commendatas. (Reg. 245, fol. 9 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

34 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. regi Scotiae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

35 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Petro, regi Castellae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

36 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Petro, regi Portugaliae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

37 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Petro, regi Aragonum. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

38 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Carolo, regi Navarrae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

39 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Ludovico, regi Hungariae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

40 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Casimiro, regi Poloniae. (*Ibid.*, fol. 9 verso.)

(1) Maurice Prou, *Etude sur les relations politiques du pape Urbain V avec les rois de France Jean II et Charles V* (Bibliothèque de l'Ecole des Hautes-Etudes, 70e fascicule, 1888).

41 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Petro, regi Cipri. (*Ibid.*, fol. 10 recto.)

42 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Waldemaro, regi Daciae. (*Ibid.*, fol. 10 recto.)

43 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Magno, regi Sweciae. (*Ibid.*, fol. 10 recto.)

44 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Haquino, regi Noruwegiae. (*Ibid.*, fol. 10 recto.)

45 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Roberto, imperatori Constantinopolitano. (*Ibid.*, fol. 10 recto.)

46 Avignon, 7 novembre 1362.

Arnesto, archiepiscopo Pragensi, mandat ut apostolicas litteras ad Carolum Romanorum imperatorem, praesentibus interclusas, suam ad summum Pontificatum assumptionem notificantes, eidem imperatori praesentare celeriter studeat. Litteras vero, de eadem assumptione, archiepiscopo, ejusque suffraganeis proxime se transmissurum pontifex significat, eo quod decuit imperatorem in hac praeventione honorare. (Reg. 245, fol. 10 recto.)

« *Venerabili fratri Arnesto, archiepiscopo Pragensi.* Carissimo in Christo —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

47 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. episcopo Barchinonensi, pro rege Aragonum. (Reg. 245, fol. 10 verso.)

48 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Raymundo Pelegrini, canonico Londoniensi, apostolicae sedis nuntio, pro rege Angliae. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

49 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Bertrando, archiepiscopo Neapolitano, pro regina Siciliae. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

50 Avignon, 7 novembre 1362.

Carolo, duci Normanniae, primogenito Johannis, regis Franciae, filio, scribit de assumptione sua ad summum Pontificatum, ipsum exhortans ad justitiam colendam, Dei mandata servanda et Romanam ecclesiam favoribus prosequendam. (Reg. 245, folio 10 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie, premogenito (sic) carissimi in Christo filii nostri Johannis regis Franciae illustris.* Salvator noster dominus —. Dat. ut supra. »

51 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Ludovico, duci Andegavensi. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

52 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni, duci Bituricensi. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

53 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Philippo, duci Turonensi. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

54 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Philippo, duci Aurelianensi, mutatis mutandis. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

55 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Petro, duci Borboniae. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

56 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Ludovico, comiti Flandriae. (*Ibid.*, fol. 10 verso.)

57 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni de Artesio, comiti de Eu et Carolo, ejus fratri « mutato numero singulari in pluralem. » (*Ibid.*, fol. 11 recto.)

58 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. primogenito Petri, regis Portugaliae. (Reg. 245, fol. 11 recto.)

59 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Edwardo, principi Walliae, primogenito Edwardi regis Angliae. (*Ibid.*, fol. 11 recto.)

60 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Leonello, duci Clarentiae, nato Edwardi, regis Angliae. (*Ibid.*, fol. 11 recto.)

61 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni de Gaudano, duci Lancastriae, nato Edwardi, regis Angliae. (*Ibid.*, fol. 11 recto.)

62 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Edmundo, comiti Cantebrigiae, nato Edwardi, regis Angliae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

63 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Thomae de Ewdestoke, nato Edwardi, regis Angliae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

64 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni de Charvestone, militi, senescallo Vasconiae, ac Edwardi, regis Angliae, in ducatu Aquitaniae locum tenenti. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

65 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Gastoni, comiti Fuxi. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

66 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni, comiti Armaniaci. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

67 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Fernando, marchioni Dertusiensi. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

68 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni, comiti de Pratis. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

69 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Mariano, Judici Arboreae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

70 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Philippo de Tarento, militi. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

71 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Francisco de Baucio, duci Andriae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

72 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni, marchioni Moraviae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

73 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Wenceslao, duci Brabantiae. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

74 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Rodolpho, duci Austriae. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

75 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Johanni, duci Lothoringiae. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

76 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Amedeo, comiti Sabaudiae. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

77 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Roberto, comiti Barensi. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

78 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. Reynaldo, duci Guelriae. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

79 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. duci Lucemburgensi. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

80 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. universis ducibus Saxoniae « mutato numero singulari in pluralem. » (*Ibid.*, fol, 12 recto.)

81 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. universis ducibus de Brunswich. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

82 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. universis ducibus Bavariae. (*Ibid.*, fol. 12 recto.)

83 Avignon, 7 novembre 1362.

Nicolao, Hugoni et Alberto marchionibus Estensibus assumptionem suam ad summum Pontificatum notificat, ipsos exhortans ut Deum timeant, justitiam colant et Romanam, aliasque ecclesias ac personas ecclesiasticas commendatas habentes, ecclesiae ejusdem hostibus viriliter resistant, favorem apostolicum in opportunitatibus recepturi. (Reg. 245, fol. 12 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni, et Alberto marchionibus Estensibus, pro nobis et Romana ecclesia in civitate et districtu Ferrariensi vicariis.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

84 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. Canisegnorio et Paulo Albuino de la Scala fratribus. (*Ibid.*, fol. 12 verso.)

85 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana Imperiali Vicario « mutato numero plurali in singularem. » (*Ibid.*, fol. 12 verso.)

86 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano. (*Ibid.*, fol. 12 verso.)

87 Avignon, 7 novembre 1362.

In c. m. Guidoni de Gonzaga, militi Mantuano, et ejus fratribus, « ut supra in aliis nobilium extra Italiam, mutato numero singulari in pluralem. » (*Ibid.*, fol. 12 verso.)

88 Avignon, 7 novembre 1362.

Johanni, marchioni Montisferrati, assumptionem suam ad summum Pontificatum notificat, ipsum exhortans ut Deum timeat, justitiam colat et Romanam, aliasque ecclesias et personas ecclesiasticas commendatas habeat; favorem apostolicum, tanquam Romanae ecclesiae specialis filius et adjutor jam factis comprobatus, in opportunitatibus recepturus. (Reg. 245, fol. 12 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, marchioni Montisferrati.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

89 Avignon, 7 novembre 1362.

Simoni Boccanigrae, duci Januensi, assumptionem suam ad apostolatus apicem notificat, ipsum exhortans ut Deum timeat, justitiam colat et Romanam, aliasque ecclesias et ecclesiasticas personas commendatas habeat, favorem apostolicum in opportunitatibus recepturus; hoc etiam titulo, quod, recolens pontifex honores et favores sibi, ad Romanam curiam nuper redeunti, in Januensi civitate et territorio a duce ipso impensos, eidem grata rependere affectat. (Reg. 245, fol. 13 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Symoni Boccanigre, duci Januensi.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

90 Avignon, 7 novembre 1362.

Senatori et populo Romano suam ad summum Pontificatum assumptionem notificat; ipsos vero, tanquam peculiares filios, se paterne diligere, ac omnimodis auxiliis confovere velle profitetur, eosdemque hortatur ut, in timore Dei persistentes, mandata ipsius custodiant; ac, unitatem et prosperum statum Urbis conservantes, in devotione et fidelitate Ecclesiae, tanquam benedictionis filii, fidelesque subditi, persistere studeant. (Reg. 245, fol. 13 recto.)

« *Dilectis filiis senatori et populo Romano.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

91 Avignon, 7 novembre 1362.

Regiminibus ac consilio et communi civitatis Bononiensis suam ad summum Pontificatum assumptionem notificat, ipsos exhortans ut Deum timeant et mandata ejus observent, unitatemque invicem conservantes, in devotione et fidelitate Ecclesiae permaneant, favorem apostolicum in opportunitatibus recepturi; novit enim pontifex quot ipsi guerrarum molestiis et oneribus aggraventur. (Reg. 245, fol. 13 verso.)

« *Dilectis filiis regiminibus ac consilio et communi civi-*

tatis Bononiensis ad ecclesiam Romanam spectantis. Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

92 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. rectori et universitatibus civitatum et castrorum provinciarum Romandiolae et comitatus Bretenorii, ad seipsum et Romanam ecclesiam spectantium. (*Ibid.*, fol. 13 verso.)

93 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. rectori et universitatibus civitatum et castrorum provinciae marchiae Anconitanae, ad seipsum et ecclesiam Romanam spectantis —. Salvator etc. ut supra, usque *novimus fore diversis oneribus aggravatos etc.* (*Ibid.*, fol. 14 recto.)

94 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. rectori, et universitatibus civitatum et castrorum provinciae ducatus Spoletani. (*Ibid.*, fol. 14 recto.)

95 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. rectori et universis nobilibus et universitatibus civitatum, castrorum et locorum provinciae Patrimonii, ac terrarum eidem adjacentium. (*Ibid.*, fol. 14 recto.)

96 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. rectori ac universis nobilibus et universitatibus civitatum, castrorum et locorum provinciarum Campaniae et Maritimae. (*Ibid.*, fol. 14 recto.)

97 Avignon, 7 novembre 1362.

Regiminibus ac consilio et communi civitatis Florentinae suam ad summum Pontificatum assumptionem notificat, ipsos exhortans ut Deum timeant, et mandata ejus custodiant, ac unitatem inter se servantes, Romanam et alias ecclesias, ecclesiasticasque personas commendatas habeant. (Reg. 245, fol. 14 recto.)

« *Dilectis filiis .. Regiminibus ac consilio et communi civitatis Florentine.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

98 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. Regiminibus ac consilio et communi civitatis Senensis. (*Ibid.*, fol. 14 verso.)

99 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. Regiminibus ac consilio et communi civitatis Perusinae. (*Ibid.*, fol. 14 verso.)

100 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. Regiminibus ac consilio et communi civitatis Aretinae. (*Ibid.*, fol. 14 verso.)

101 Avignon, 7 novembre 1362.

In e. m. .. Regiminibus ac consilio et communi civitatis Lucanae. (*Ibid.*, fol. 14 verso.)

102 Avignon, 7 novembre 1362.

Regiminibus, consilio et communi civitatis Pisanae notificat assumptionem suam ad summum Pontificatum, exhortans eosdem ut Deum timeant, justitiam colant et Romanam, aliasque ecclesias et personas ecclesiasticas commendatas habeant, apostolicae sedis auxilia in opportunitatibus recepturi; hoc etiam titulo, quod, recolens pontifex honores et favores sibi, ad Romanam curiam nuper redeunti, in Pisana civitate et territorio ab ipsis impensos, eisdem grata rependere cupit. (Reg. 245, fol. 14 verso).

« *Dilectis filiis .. Regiminibus, consilio et communi civitatis Pisane.* Salvator noster dominus —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

103 Avignon, 7 novembre 1362.

Johanni, Franciae regi, notificat se litteras ejus recepisse, ex quibus de assumptione ipsius ad summum Pontificatum gaudium a dicto rege conceptum, proximumque ejus adventum in Avinionem cognovit; de hoc autem gratias Deo refert. (Reg. 245, fol. 20 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francorum illustri.* Misse nobis tue —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

104 Avignon, 7 novembre 1362.

Johannem Guarrigiae, praepositum ecclesiae Barchino-

nensis (1), capellanum suum, apostolicae sedis nuntium et collectorem in provincia Narbonensi deputat. (Reg. 245, fol. 28 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, preposito ecclesie Barchinonensis, capellano nostro, apostolice sedis nuncio.* Circumspectionis tue fidelitas —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno primo. »

105 Avignon, 8 novembre 1362.

Archiepiscopo Bisuntino mandat ut ab ecclesiis, monasteriis seu locis ecclesiasticis suae dioecesis, ratione visitationis eorumdem, nullas procurationes exigere praesumat. (Reg. 262, fol. 17 verso. De curia) (2).

« *Venerabili fratri archiepiscopo Bisuntino.* Ad ecclesiarum et —. Dat. Avinione, VI idus novembris, anno primo. »

106 Avignon, 8 novembre 1362.

In e. m. archiepiscopo Tarentasiensi. (*Ibid.*, fol. 17 verso.)

107 Avignon, 15 novembre 1362.

Johanni, Franciae regi, ut Raymundum Garsaballi, Vivariensem et Valentinensem baillivum, qui remanens per aliquot tempus in apostolicae sedis obsequiis, ad praesentiam regis ipsius non potest accedere, habeat excusatum. (Reg. 245, fol. 14 verso. — Prou, *Relations polit. d'Urbain V*, p. 83.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Raymundus Garsaballi, domicellus, Vivariensis et Valentinensis pro regia sublimitate balivus, nos, qui eum sincere diligimus, in nostre promotionis ad apicem apostolatus primordii visitasset, tuamque serenitatem sentiret partibus commissi sibi officii vicinasse, ad eam volebat, prout decens erat, accedere incunctanter; sed nos ipsius Raymundi, qui diutius fuit in Romana curia servicio precipue nobis fidus, in dicto principio indigentes, de tua benignitate confixi, ipsum pro diebus aliquibus confidenter duximus retinendum, intendentes quod locum ubi fueris cito studeat se conferre, regali culmini debitam reverenciam impensurus. Quare tua magnitudo dignetur prefatum Raymundum in hac parte nostro habere intuitu excusatum. Dat. Avinione, XVII kal. decembris, anno primo. »

108 Avignon, 15 novembre 1362.

Mauricio de Barda, Lemovicensis dioecesis, camerae suae clerico, in praesbyteratus ordine constituto, tabellionatus officium concedit. (Reg. 262, fol. 21 verso. De curia) (1).

« *Urbanus etc. dilecto filio Mauricio de Barda, Lemovicensis diocesis, clerico camere nostre, in presbiteratus ordine constituto.* Ne contractuum memoria —. Dat. Avinione, XVII kal. decembris, pontificatus nostri anno primo. »

109 Avignon, 17 novembre 1362.

Philippum, patriarcham Jerosolimitanum, rectorem comitatus Venaissini deputat, loco Guillelmi, episcopi Forojuliensis, qui eodem officio ulterius vacare non potest. (Reg. 245, fol. 29 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, rectori comitatus Venaysini.* Quantum nobis ex —. Dat. Avinione, XV kal. decembris, anno primo. »

110 Avignon, 17 novembre 1362.

Eidem rectori quadraginta solidos parvorum turonensium, pro singulis diebus quibus officium suum exercuerit, a manibus comitatus Venaissini thesaurarii, recipiendi concedit facultatem. (Reg. 245, fol. 21 recto et fol. 30 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano,*

(1) Jean Garrigue avait été nommé prévôt de l'église de Barcelone par bulle d'Innocent VI, datée d'Avignon le 2 juin 1357 (Arch. Vat., *Instrum Miscell.*, année 1357; Caps. 220, n° 64 de l'Inventaire conservé aux Archives nationales).

(2) La lettre copiée dans le registre 262 est celle adressée à l'archevêque de Séville.

(1) Cette lettre suit, dans le Reg. Vat. 262, une lettre identique d'Urbain V, du 15 novembre 1363, portant concession d'un office de tabellion à Pierre Dalbiart, clerc de la chambre apostolique, également du diocèse de Limoges. Elle est désignée de la façon suivante : *In eodem modo Mauricio de Barda* etc., avec la date, qui ne diffère de la première que par les mots *anno primo*. Il est donc possible que nous nous trouvions ici en présence d'une erreur du copiste, et qu'il faille reporter la présente bulle un an plus loin, c'est-à-dire au 15 novembre 1363 (v. plus loin, à cette date).

rectori comitatus Venayssini. Cum de fraternitatis —. Dat. Avinione, XV kal. decembris, anno primo. »

111 Avignon, 19 novembre 1362.

Gastoni, comiti Fuxi, ut castrum Sancti Fragulphi, ad ecclesiam Convenarum spectans, a quibusdam gentibus armigeris occupatum, episcopo Convenarum faciat restitui. (Reg. 245, fol. 15 recto. — Denifle, *La désolation des églises, monastères et hôpitaux en France pendant la guerre de Cent ans*, t. II, première moitié, p. 411, note 5. Extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Nuper venerabilis fratris nostri Bertrandi, episcopi Convenarum, lamentabili expositione dolenter accepimus quod gentes armigere cujusdam societatis, nunc in Vasconie partibus existentis, diocesim Convenarum ingresse, castrum sancti Fragulphi, pleno jure spectans ad ecclesiam Convenarum, tuo nomine ac favore hostiliter occuparunt et detinent occupatum, ipso castro spoliando eosdem episcopum et ecclesiam ac in eo tam clericos quam laicos interficiendo crudeliter et alia rapinas et sacrilegia committendo, in enorme dampnum ipsorum episcopi et ecclesie ac aliarum circumstancium ecclesiarum et subditorum ecclesie memorate, super quo idem episcopus, qui in Romana curia nostris et Romane ecclesie insistit obsequiis (1), apostolice provisionis remedium imploravit. Quare nobilitatem tuam, cujus predecessores Deo devoti consueverunt ecclesias et ecclesiasticas personas non ledere sed potius laudabiliter protegere et in earum oportunitatibus adjuvare, hortamur et rogamus attente quatinus, ob reverenciam Dei, qui ex lesione ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum offenditur et contra offendentes easdem graviter provocatur, ac nostrarum precum primicias quas tibi confidenter dirigimus, prefatum castrum eidem episcopo seu gentibus suis procures restitui facere cum effectu ac interim dampna prefati episcopi et incolarum dicti castri quantum fieri poterit evitari, preces nostras hujusmodi taliter impleturus quod exinde nobilitatem eandem dignis commendare laudibus valeamus. Dat. Avinione, XIII kal. decembris, pontificatus nostri, anno primo. »

(1) Bertrand de Cosnac, transféré de l'évêché de Lombez à celui de Comminges par bulle de Clément VI du 17 octobre 1352 (Eubel, *Hier. Cath.*, 215), avait été désigné par Innocent VI, le 22 juin 1361, pour recevoir, à la place de Guillaume Curti, cardinal-évêque de Tusculum, mort le 12 juin précédent (Eubel, *Ibid.*, 17), et de concert avec Arnaud, archevêque d'Auch, camérier du pape, les sommes d'argent de toute nature qui pouvaient être dues au collège des cardinaux (Martène et Durand, *Thesaurus anecdotorum*, II, col. 1009). C'est à cette mission qu'Urbain V fait allusion dans la bulle que nous publions ici.

112 Avignon, 19 novembre 1362.

Petro Domandi, ut a praelatis regni Cipri recipiat pecunias quas ex decima ibidem imposita exigent. (Reg. 245, fol. 31 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Domandi, archidiacono Nimociensi, apostolice sedis nuncio.* Hodie ex certis —. Dat. Avinione, XIII kal. decembris, anno primo. »

113 Avignon, 19 novembre 1362.

Clementis VI et Innocentii VI vestigia sequens, qui, ad Turchorum repressionem, in regno Cipri decimam imposuerunt, Urbanus V mandat archiepiscopo Nicosiensi ejusque suffraganeis ut, cum ipsorum infidelium persecutio adhuc perduret, decimam ipsam ad triennium in dicto regno persolvant; in custodiam civitatis Smirnensis et alias contra ipsos Turchos convertendam. (Reg. 245, fol. 31 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Nicosiensi ejusque suffraganeis.* Dudum felicis recordationis —. Dat. Avinione, XIII kal. decembris, anno primo. »

114 Avignon, 19 novembre 1362.

Golserium, abbatem monasterii Sancti Severini majoris Neapolitani, Guillelmo de Manso, Tolosanae dioecesis, in officium collectoriae in regno Siciliae et terris citra Farum surrogat. (Reg. 245, fol. 33 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Golserio, abbati monasterii sancti Severini majoris Neapolitani, apostolice sedis nuncio.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, XIII kal. decembris, anno primo. »

115 Avignon, 22 novembre 1362.

Petro, regi Cipri, ut officialibus suis inhibeat ne a mercatoribus Montispessulanis, qui in regno Cipri de suis mercimoniis quatuor pro centenario dictis officialibus consueverunt exhibere, duplum quantitatis hujusmodi exigere possint (1). (Reg. 245, fol. 16 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, sa-*

(1) La réponse à cette lettre du pape ne se fit guère attendre. Le 21 avril 1363, Pierre, roi de Jérusalem et de Chypre, étant

lutem etc. Universitatem singularesque personas ville Montispesulane, in qua nos dudum in minori statu constituti jura canonica legimus, magnaque honoris et favoris suscepimus incrementa, tam horum consideratione quam vicinitatis terre nostre originis et Romane curie specialibus affectibus prosequentes, digne pro ville predicte commodis preces apostolicas destinamus; sane dilecti filii consules dicte ville nobis notificare curarunt quod, licet mercatores ejusdem ville in regno tuo Cipri de ipsorum mercimoniis quatuor pro centenario duntaxat consueverint hactenus tuis gentibus exhibere, tui tamen officiales tempore tui regiminis nisi sunt et nituntur continue duplum quantitatis hujusmodi a mercatoribus recipere prelibatis, in communitatis dicte ville, cujus mercatores soliti sunt abolim ad regnum declinare predictum, grande prejudicium et gravamen; quare serenitatem tuam hortamur et rogamus attente quatinus, pro regie sublimitatis honore nostrorumque primorum adjectione precaminum, realiter facias ab hujusmodi insolita exactione desisti eosdem, mercatores in antiqua super hiis servata consuetudine conservando. Dat. Avinione, X kal. decembris, anno primo. »

116 Avignon, 23 novembre 1362.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, quod requirat Meinhardum, ducem Bavariae, ut mittat ad partes terrarum Ecclesiae in Italia constitutarum centum armigeros galeatos, sociis et equis instructos, prout tenetur ex compositione dudum cum Ludovico de Bavaria, Marchione Brandeburgensi, Ludovici de Bavaria pro Romano Imperatore se gerentis primogenito, facta, cum Ludovicus ipse ad gratiam reconciliationis et absolutionis ab Innocentio papa VI admissus fuerit. (Reg. 245, fol. 33 verso. De curia. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 368.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Dudum cum quondam —. Dat. Avinione, IX kal. decembris, anno primo. »

117 Avignon, 23 novembre 1362.

Eidem facultatem tribuit terminum prorogandi supradicto duci Meinhardo de mittendis dictis armigeris, si id viderit expedire. (Reg. 245, fol. 35 verso. De curia.)

« *Eidem* etc. Dat. ut supra. »

118 Avignon, 28 novembre 1362.

Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, ad comparendum coram se citat. (Reg. 245, fol. 29 verso. — Original, Arch. Vat., *Instrum. Miscell.*, caps. 210, n° 15. — Theiner, *Codex dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 369).

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum cum ex —. Actum et datum Avinione, IIII kal. decembris, anno primo. »

119 Avignon, 29 novembre 1362.

Petrum, regem Cipri, ad supplicationes Hugonis de Lisignano, ipsius regis nepotis, et Mariae, imperatricis Constantinopolitanae, dicti Hugonis matris, per ipsorum oratores sibi oblatas, hortatur ut quae dictae imperatrici debet, illi exhiberi faciat, et cum eodem Hugone benevole agat; paratum nihilominus se offerens, si regi placeat, de eadem re amicabiliter cognoscere. Cumque rex ipse, litteris Innocentii VI praedecessoris, etiam super eodem negotio, nullam responsivam miserit, hanc ut sibi transmittat eumdem rogat. (Reg. 245, fol. 16 verso) (1)

« *Carissimo in Christo filio Petro regi Cipri illustri.* Ambaxiatores carissime in —. Dat. Avinione, III kal. decembris, anno primo. »

120 Avignon, 29 novembre 1362.

Johanni de Lisignano, principi Antiocheno, scribit de eodem, ut dictum regem inducat ad precibus pontificis in favorem Hugonis de Lisignano et Mariae, imperatricis Constantinopolitanae, matris ejus, condescendendum. (Reg. 245, fol. 17 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Lisignano, principi Antiocheno.* Carissimo in Christo —. Dat. ut supra. »

121 Avignon, 29 novembre 1362.

Petro, episcopo Coronensi, apostolicae sedis legato, ut dictum

alors en Avignon, mande à son frère Jean de Lusignan, prince d'Antioche, connétable et, en son absence, régent et gouverneur du royaume de Chypre, de ne point exiger des bourgeois de Montpellier plus qu'ils n'avaient l'habitude de payer du temps du roi de Chypre, Hugues de Lusignan, son père (A. Germain, *Hist. de la commune de Montpellier*, II, 544).

(1) La minute sur papier de cette bulle se trouve dans le fonds des *Instrum. Miscella*, aux Archives du Vatican, à la date du 29 novembre 1362 (Caps. 211, n° 16 de l'Inventaire conservé aux Archives nationales).

regem inducat ad condescendendum ut supra. (Reg. 245, fol. 17 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Coronensi, apostolice sedis legato.* Carissimo in Christo —. Dat. ut supra. »

122 Avignon, 29 novembre 1362.

Johannae, Siciliae reginae, ut cum Philippo, duce Turonii, Johannis, regis Franciae, filio, matrimonium contrahere velit. (Reg. 245, fol. 18 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 84-85. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 74.)

« *Eidem* (1) [*Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri*]. Apostolice considerationis intuitus etc. Hec nempe magnatibus orbis, qui tecum possint matrimonialiter copulari, frequenti comparacione discussis, in nullo alio sic decenter quam in dilecto filio nobili viro Philippo, duce Turonii, carissimi in Christo filii Johannis, regis Francie, nato, convenire plenius, nostro et multorum prudentium judicio reperimus; et nichilominus ad hujusmodi inter te dictumque Philippum copulam suadendam nonnulle alie cause animum nostrum rationabiliter promovent, que, regia consideracione pensate, ad hoc non immerito te debent reddere promptiorem. Novit quidem tua serenitas quod ab illustrissimo stipite regum Francie prodiit inclitum genus tuum et quod multo Francorum sanguine et magnis pecuniarum subsidiis prefatum regnum Sicilie per progenitores tuos ex concessione prefate ecclesie acquisitum extitit et defensum, et equitati congruit ut ad extraneos ex tui facto non transeat sed per tuam et dicti Philippi, Domino concedente, prolem suscipiendam ad dictum stipitem revertatur et, si secus forsitan ageres, inclitos suos et domus serenissime Francie, ex qua, ut tu nosti, reges alii prodierunt, consanguineos ac benivolos verisimiliter conturbares, quod tuo et ejusdem regni Sicilie statui posset nocuum pro tempore reperiri. In tuis etiam debet esse devotionis affectibus ut illi jungaris connubio qui et sui progenitores eidem ecclesie, tue matri et domine, cujus benivolencia, patrocinio et favore cunctis indigebis temporibus, clariorem semper exhibuerunt puritatem ejusque favores et gratiam plenius mereantur, quantaque prefata ecclesia eandem domum Francie, ipsius exigentibus meritis et grandibus serviciis ab olim receptis ab ea, dilectionis plenitudine prosequatur tua sublimitas non ignorat. Ex hiis igitur tuam excellentiam non indigne rogamus, eidem paterno consilio nichilominus suadentes, quatenus cum dicto Philippo, per cujus magnanimitatem et circumspectionis industriam regalibus moribus educatam ac ipsius et sui genitoris incliti aliorumque suorum consanguineorum et amicorum potenctiam dictum regnum et comitatus tuos Provincie et Forcalquerii, malignorum vexationibus conquassata, diutius speramus regi feliciter et defensari potenter, matrimonialiter copuleris, per hoc enim firmitati tui status provide consules, regio providebis honori, paternis exhortationibus annues, tuisque subjectis desiderate tuitionis remedium et expectatam leticiam exhibebis. Dat. Avinione, III kal. decembris, anno primo. »

(1) Cette lettre a été transcrite après la suivante dans le Reg. Vat. 245. Mais la simple lecture des deux textes indique qu'elle doit trouver place ici la première.

123 Avignon, 29 novembre 1362.

Johannae, Siciliae reginae, de eodem sub alia forma. (Reg. 245, fol. 17 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 83. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 73.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Regie serenitatis honorem ac regni Sicilie, quod a nobis et Romana ecclesia tenes in feudum, statum prosperum paternis desideriis cupientes, hodie per alias nostras litteras, ex certis honestis et admissibilibus causis in litteris ipsis expressis, te rogandam duximus et hortandam ut cum dilecto filio nobili viro Philippo, duce Turonii, carissimi in Christo filii nostri Johannis regis Francie illustris nato, matrimonio copuleris, et licet preces et exhortacio nostra hujusmodi, quibus te paternis convenimus affectibus, sufficere censeantur, quia tamen maritari debes persone que ad ipsius regni regimen et defensionem existat ydonea, Romani tamen pontificis prius super hoc consilio requisito, nec nubere debes nisi viro catholico et ecclesie predicte devoto, nos super hoc ex abundanti providere volentes, prefatum Philippum, ad dicti regni regimen et defensionem ydoneum ac virum catholicum et devotum ejusdem ecclesie reputantes, super dicto, auctore Deo, contrahendo matrimonio nostra tenore presentium prestamus consilium et assensum. Dat. Avinione, III kal. decembris, anno primo. »

124 Avignon, 29 novembre 1362.

Universis patriarchis et episcopis mandat ut publicent pro-

cessum factum ab Innocentio papa VI, VIII kal. septembris pontificatus sui anno octavo, contra Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, [cujus processus tenorem adducit], eo quod idem Bernabos, pertinaciter in sua nequitia persistens, pejora prioribus cumulare non desinat. (Reg. 245, fol. 36 recto. De curia. — Bibliothèque nationale, *Latin* 12906, fol. 2 recto) (1).

« *Venerabilibus fratribus universis patriarchis et episcopis ac dilectis filiis electis eorumque vicariis in spiritualibus ad quos presentes pervenerint.* Dudum felicis recordationis —. Dat. Avinione, III kal. decembris, anno primo. »

125 Avignon, 30 novembre 1362.

Universos patriarchas et archiepiscopos ac episcopos per Italiam constitutos requirit ut publicent processum a se habitum Avinione, IV kalendas decembris, adversus Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, cujus processus tenorem adducit. (Reg. 245, fol. 21 recto. De curia. — Bibl. nat., *Latin* 12906, fol. 7 recto. — Original, Arch. Vat., *Instrum. Miscell.*, caps. 211, n° 17.)

« *Venerabilibus fratribus universis patriarchis et archiepiscopis ac episcopis per Italiam constitutis.* Nuper adversus Bernabonem —. Dat. Avinione, II kal. decembris, anno primo. »

126 Avignon, 30 novembre 1362.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, facultatem tribuit prosequendi ac continuandi negotia legationis, dudum sibi ab Innocentio papa VI, in partibus Italiae commissae, et utendi libere sicut prius omnibus potestatibus et litteris per eumdem praedecessorem sibi et Androino, tituli sancti Marcelli praesbitero cardinali, tunc monasterii Cluniacensis, Matisconensis dioecesis, abbati ac ejusdem apostolicae sedis legato, concessis. (Reg. 245, fol. 44 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Ad apicem summi —. Dat. Avinione, II kal. decembris, anno primo. »

(1) Le manuscrit latin 12906 de la Bibliothèque Nationale (petit in-4°, papier, 23 feuillets, cartonné et recouvert de parchemin, ex — libris d'Alexandre Petau) renferme la copie des bulles promulguées par le pape Urbain V contre Bernabo Visconti, seigneur de Milan. La première est du 29 novembre 1362, la dernière (fol. 20 verso), du 5 mai 1368. Beaucoup de ces bulles sont incomplètement datées. L'écriture du manuscrit est celle du XIV^e^ siècle.

127 Avignon, 3 décembre 1362.

Petro Raimundi, comiti Convenarum, ut de pace inter ipsum, Johannem comitem Armaniaci ac Arnaldum Amanevi, dominum de Lebreto, ex una parte et Gastonem, comitem Fuxi, ex altera reformanda, monitis Petri, episcopi Cameracensis, propter hoc ad partes illas destinati, acquiescat. (Reg. 245, fol. 19 recto. — Prou, *Relat. politiques d'Urbain V*, p. 85.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Raymundi, comiti Convenarum.* Super custodiam universi —. Dat. Avinione, III nonas decembris, anno primo. »

128 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. Arnaldo Amanevi, militi, domino de Lebreto (*sic*). (Reg. 245, fol. 19 verso.)

129 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. Johanni, comiti Armaniaci. (Reg. 245, fol. 19 verso.)

130 Avignon, 3 décembre 1362.

Guillelmum de Ulmo, priorem prioratus de Monasterio, prope Chiriacum, ord. S. Ben., Mimatensis dioecesis, visitatorem, reformatorem et conservatorem monasterii sancti Victoris Massiliensis, dicti ordinis, constituit. (Reg. 245, fol. 27 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Ulmo, priori prioratus de monasterio prope Chiriacum, ordinis sancti Benedicti, Mimatensis diocesis, vicario et procuratori nostro in monasterio sancti Victoris Massiliensis, dicti ordinis, ad Romanam ecclesiam immediate spectante, auctoritate apostolica deputato, licentiato in decretis.* Religionis zelus litterarum —. Dat. Avinione, III nonas decembris, anno primo. »

131 Avignon, 3 décembre 1362.

Conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. S. Ben., ut Guillelmo de Ulmo, priori prioratus de Monasterio prope Chiriacum, dicti ordinis, suo vicario et procuratori constituto, obedientiam et reverentiam debitam impendant. (Reg. 245, fol. 28 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Religionis zelus litterarum —. Dat. ut supra. »

132 Avignon, 3 décembre 1362.

Carolo, regi Navarrae, ut de pace inter Armaniaci et Fuxi comites reformanda partes suas interponat. (Reg. 245, fol. 46 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri, salutem etc.* Super custodiam universi gregis dominici divina disponente clemencia constituti, vias pacis in qua melius virtutes incrementa suscipiunt et extirpantur vicia solicite querimus, ut eundem gregem, impedimentis amotis, ad aulam domini expedicius perducere valeamus; nuper siquidem in nostre promotionis ad apicem apostolatus auspiciis dolenter audivimus inter dilectos filios nobiles viros Johannem Armaniaci et Petrum Raymundi Convenarum comites ac Arnaldum Amanevi militem, dominum de Libreto, ex parte una ac Gasconem, comitem Fuxi, quorum omnium prosperitatem paternis desideramus affectibus, ex altera, adhuc vigere discordiam, quam pacis emulus sepe suscitavit, hactenus et diutius enutrivit; nos solicite cogitantes quomodo discordie prefate dispendiis celeriter occurrere valeamus, de circumspectione venerabilis fratris nostri Petri, episcopi Cameracensis, viri sciencia prediti ac pacifici, quem utrique parti reputamus acceptum, in hiis et aliis plene confisi, eum ad tuam et eorumdem discordancium partes ac presentiam, ad extirpandum cum favore auctoris pacis prefatam discordiam, providimus destinandum. Quocirca, cum deceat magnitudinem tuam inter prefatos discordes pacis et concordie commoda procurare ac speremus in pacis auctore quod regie solicitudinis studium adhibendum in tam pio negotio fructum producet optatum, serenitatem tuam affectuose rogamus quatinus pro dicta pace facienda velis efficaciter interponere partes tuas, exinde a Deo premium quod per ipsum est pacificis repromissum et apostolice commendationis preconium majoremque ubertatem nostre benivolencie proculdubio recepturus. Dat. Avinione, III nonas decembris, anno primo. »

133 Avignon, 3 décembre 1362.

Ludovicum de Navarra hortatur ut, pro pace inter comites Fuxi et Armaniaci reformanda, suae circumspectionis et sollicitudinis studium adhibere procuret. (Reg. 245, fol. 46 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 85.)

« *Dilecto filio nobili viro .. de Navarra* (1). Super custodiam universi —. Dat. Avinione, III nonas decembris, anno primo. »

134 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. vicecomiti de Caramanno. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

135 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. comiti Perdiaci. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

136 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. Bertrando de Ispania, militi. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

137

In e. m. Arnaldo de Ispania, militi. (*Ibid*, fol. 47 recto.)

138 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. Manaldo, domino de Barbasano. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

139 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. domino de Montecisquivo. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

140 Avignon, 3 décembre 1362.

In e. m. Bernardo Saqueti, militi. (*Ibid.*, fol. 47 recto.)

141 Avignon, 3 décembre 1362.

Gastonem, comitem Fuxi, hortatur ut Petri, episcopi Cameracensis, ad partes illas de pace inter Fuxi et Armaniaci comites reformanda deputati, monitis condescendat. (Reg. 245, fol. 47 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 86.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Super custodiam universi etc. Quocirca nobilitatem

(1) Il s'agit ici de Louis de Navarre et non de Charles, roi de Navarre. La table des rubriques placée en tête du registre porte en effet deux renvois, l'un au folio 46 r°, l'autre au folio 46 v°. Le premier est indiqué de la façon suivante : *Regi Navarre quod super pace inter Armaniaci et Fuxi comites reformanda interponat partes suas* (c'est le n° 132). L'autre rubrique est ainsi conçue : *Ludovico de Navarra, vicecomiti de Caramano, comiti Perdiaci et pluribus nobilibus super eodem.* Ce sont les bulles indiquées par M. Prou, qui a fait ici une légère confusion.

eandem hortamur et rogamus attente quatinus monitis nostris, que tibi per eundem episcopum confidenter dirigimus, devotius acquiescens ac prudenter attendens quod in hac parte tua et tuorum subditorum ac sequacium salus et commoda ex apostolice pietatis diligencia procurantur, animum tuum ad habendum pacem cum prefatis comitibus et Arnaldo, prompta voluntate disponas, dictamque pacem, quantum in te fuerit, facere non omittas, super quibus prefato episcopo ea que tibi ex parte nostra retulerit credas indubie sicut nobis. Dat. Avinione, III nonas decembris, anno primo. »

142 Avignon, 4 décembre 1362.

Petro, regi Aragonum, scribit, ut Guillelmum, tituli S. Mariae in Transtiberim praesbyterum cardinalem et procuratores ejus, cujus fidem et dilectionem, sub Clemente VI et Innocentio VI pontificibus, rex ipse expertus fuit, in negotiis quae habet in regno Aragonum habeat favorabiliter commendatos. (Reg. 245, fol. 19 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Olim in minoribus —. Dat. Avinione, II nonas decembris, anno primo. »

143 Avignon, 4 décembre 1362.

Bernardo de Capraria militi, domino de Montesurieu, ut de eodem negotio apud ipsum regem Aragonum interponat partes suas. (Reg. 245, fol. 20 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo de Capraria, militi, domino de Montesurieu.* Carissimo in Christo —. Dat. ut supra. »

144 Avignon, 4 décembre 1362.

Archiepiscopo Terraconensi scribit de eodem. (Reg. 245, fol. 20 recto.)

145 Avignon, 4 décembre 1362.

Petro, episcopo Cameracensi, ut ad partes Vasconiae accedat et inter comites Fuxi et Armaniaci corumque confoederatos studeat pacem reformare. (Reg. 245, fol. 25 verso.)

« *Venerabili fratri, Petro, episcopo Cameracensi, apostolice sedis nuncio, salutem etc.* Ad apicem summi apostolatus divina dispositione vocati, de cunctorum pace fidelium, in qua pacis auctor, cujus vices licet immeriti in terris gerendas suscepimus, melius tollitur, solicite cogitamus inter illosque attentius optamus reformari concordiam quorum discordia majora timentur pericula verisimiliter generare. Sane, in nostre promotionis ad regimen ecclesie universalis exordio, non sine dolore multo percepimus quod inter dilectos filios nobiles viros Johannem Armaniaci et Petrum Raymundi, Convenarum comites ac Arnaldum Amanevi militem, dominum de Libreto ex parte una ac Gasconem comitem Fuxi ex altera, gravis est discordia suscitata, ex qua, nisi celeriter obvietur eidem, mala quamplurima tam animarum quam corporum rerumque lapsus provenire verisimiliter formidantur. Nos itaque, more pii patris de filiorum malis dolentis ab intimis, hujusmodi obviare discordie et inter dissidentes eosdem pacem et concordiam reformari intensis desideriis affectantes, ac de zelo pacis et circumspectionis industria tue fraternitatis in hiis et aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, te ad partes et presentiam dictorum discordantium propterea providimus destinandum. Quocirca eidem fraternitati per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expedire videris, te personaliter conferens, ac eisdem discordantibus et eorum valitoribus et sequacibus, de quibus fuerit oportunum, innumera pericula animarum et corporum rerumque dampna tue nota prudencie, que ex dissensione hujusmodi, si, quod absit, procederet, procul dubio resultarent, ex parte nostra diligenter exponens, eos, quos ad hoc per diversas litteras nostras clausas inde sibi directas, quas tibi cum presentibus mittimus et per te ipsis presentari volumus, exhortamur, viis et modis quibus melius poteris, juxta datam tibi a Deo prudenciam, procures inducere ut ad mutuam pacem et concordiam, utique Deo gratam eisdem que discordantibus ac eorum subditis plurimum oportunam, suos animos habilitent et inclinent, ipsamque faciant firmis roborationibus stabilitam, et si, ut optamus, Deus corda dissidentium eorumdem tetigerit, quod hujusmodi salubribus exhortationibus faciendo pacem eandem realiter acquiescant, ac de voluntate ipsorum processeritque pax ipsa, ut observetur irrefragabilius, auctoritate apostolica roboretur, id auctoritate nostra faciendi penis et sentenciis spiritualibus, de quibus tibi expedire videbitur, necnon et quasvis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes factas seu initas, causa vel occasione hujusmodi discordie nutriende, cum quibuscumque personis seu universitatibus, etiam si juramentis vel penarum adjectionibus vel quibusvis firmitatibus aliis essent vallate, dissolvendi, irritandi, vacuandi et anullandi ac nullas irritas et vacuas nunciandi, utpote contra

bonum pacis in offensam Dei presumptas, ac penas et juramenta hujusmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi et si, quod absit, dictos discordantes ad pacis firmitatem reducere non valeres, ne guerra ipsa in eorum et etiam rei publice dispendium invalescat, cum ad nostri apostolatus officium, pro animarum, de quibus debemus altissimo reddere rationem, periculis evitandis, pertineat super hiis, prout possumus, secundum potestatem nobis a Domino traditam, providere, cum de tractatu et perfectione pacis ejusdem, que tunc haberi non posset, non sit pro futuro tempore desperandum, treugas aliquas, pacis representantes ymaginem, usque ad certi et competentis temporis spacium duraturas, ut, cessantibus interim hincinde offensionibus et commotionibus bellicosis, que viam dicte pacis difficiliorem redderent, utilius et liberius possit reformationis concordie predicte tractatus alius suo tempore, Deo favente, procedere, inter dissidentes eosdem ipsorumque subditos, valitores, sequaces et adherentes quoslibet, etiam si communia civitatum et universitates opidorum extiterint, auctoritate nostra indicendi ac mandandi eas inviolabiliter observari, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, apellatione postposita, compescendi, non obstantibus si eis vel eorum aliquibus vel alicui seu ipsorum vel alicujus eorumdem civitatibus, opidis et locis seu communibus aut universitatibus eorumdem a sede apostolica sit indultum, sub quacumque forma vel conceptione verborum, quod interdici, suspensi, vel excommunicari aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi quavis auctoritate non possint et qualibet alia dicte sedis indulgencia, generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, tibi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Dat. Avinione, II nonas decembris, anno primo. »

146 Avignon, 17 décembre 1362.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, et colligatis cum Romana ecclesia significat nuntios Bernabonis de Viccomitibus ad se accessisse, dicentes quod idem Bernabos solemnes oratores ad apostolicam Sedem transmittit, oblaturos sibi placitura. Hos pontifex se auditurum profitetur, nec eos adjiciet in spiritu veritatis et contritionis accedentes; quod si dolositatibus consuetis utantur, processus contra eumdem Bernabonem inchoatos continuabit; neque absque legati ipsius et colligatorum scientia pontifex ipse recipiet tractatum, in quo Sedes apostolica decipi possit. (Reg. 245, fol. 51 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 370.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Ex suscepte apostolice —. Dat. Avinione, XVI kal. januarii, anno primo. »

147 Avignon, 19 décembre 1362.

Gastoni, comiti Fuxi, ut Johannem, comitem Armaniaci, quem captivum detinet, velit benigne tractare et ad ipsius relaxationem intendere gratiose. (Reg. 245, fol. 53 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 86.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Super amaram discordiam —. Dat. Avinione, XIIII kal. januarii, anno primo. »

148 Avignon, 19 décembre 1362.

Johannem, comitem Armaniaci, Gastonis, comitis Fuxi, captivum, in tribulationibus ejus, confortatur eique significat quod ad negotium liberationis ejus, cum dicto Gastone tractandum, diligenter se applicat. (Reg. 245, fol. 53 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 87.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci, salutem etc.* Super amaram discordiam etc. Quare, de pace predicta ac tua et eorum captorum liberatione soliciti, dictum episcopum (Petrum Cameracensem) ad nostram fecimus presenciam remeare, recepturum novam instructionem super hujusmodi negocii condictionibus immutatis, ipsumque de novo instructum ad te et comitem prefatum remittimus, pacem et libertatem hujusmodi tractaturum, quantum pacem et liberationem ipsas in nostris habeamus desideriis eidem comiti per nostras exponentes litteras ac per eundem episcopum mandantes exponi plenius oraculo vive vocis. Quia igitur tribulationibus multis afficeris, quesumus quod, tanquam vir fortis et prudens, in Domino conforteris. Speramus enim quod dictus comes erga te et alios captos favorabiliter se habebit, sicque realiter apostolicis monitionibus acquiescet quod nobis et ceteris hoc expectantibus imbrevi proveniet de hujusmodi pace et liberatione jocunditas quam desiderabiliter expectamus, cui quidem episcopo fidem credulam in dicendis placeat adhibere. Dat. Avinione, XIIII kal. januarii, anno primo. »

149 Avignon, 19 décembre 1362.

In e. m. Petro Raymundi, comiti Convenarum, Gastonis, comitis Fuxi, captivo. (*Ibid.*, fol. 54 verso.)

150 Avignon, 19 décembre 1362.

In e. m. Rainaldo Amanevi, militi, domino de Lebreto. (*Ibid.*, fol. 55 recto.)

151 Avignon, 19 décembre 1362.

Johannem de Armaniaco, Johannis comitis Armaniaci filium, hortatur ut ad liberationem patris sui obtinendam pacemque cum Gastone, comite Fuxi, faciendam animum ferventer intendat. (Reg. 245, fol. 54 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 88.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, nato dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci, salutem etc.* De captione tui genitoris et aliorum suorum sequacium paternis eis et tibi compatientes affectibus, ad dictum tuum genitorem ac dilectum filium nobilem virum Gasconem, comitem Fuxi, venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Cameracensem, apostolice sedis nuntium, destinamus. Quocirca nobilitatem tuam hortamur et obsecramus in Domino Jhesu Christo quatinus, attente considerans quod ex hujusmodi guerrarum dissidiis et ipsius tui genitoris et aliorum detencione, si, quod absit, protendantur in longum, majora dampna et amariora discrimina suis et tuis amicis et subditis, hoc maxime tempore quo totus fere orbis est positus in maligno, possunt verisimiliter provenire etc., eidem patri tuo, in hiis que ad pacem et liberationem hujusmodi spectare cognoveris, ferventer intendas etc. Dat. ut supra. »

152 Avignon, 20 décembre 1362.

Johannem de Armaniaco, Johannis comitis Armaniaci natum, rogat ut Hugonem, militem, dominum Montisferrandi, in obsequiis nunc vacantem papae, habeat excusatum si in servitiis suis non possit ad presens interesse. (Reg. 245, fol. 55 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, nato dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci, salutem etc.* De grato et fideli servicio dilecti filii nobilis viri Hugonis .. militis, domini Montisferrandi, consanguinei nostri, plurimum confidentes, ipsum ad nostra obsequia, isto presertim tempore quo nondum sumus plene fulciti oportunis familiaribus, duximus retinendum. Ideoque nobilitatem tuam affectuose rogamus quod eum non venientem nunc ad tuam presentiam velis gratiose suscipere nostrarum precum intuitu excusatum ac in suis agendis efficacibus habere favoribus commendatum; ita quod nos, exinde percipientes liberalitatem tuam nostris annuere precibus et apostolica beneplacita prosequi reverenter, digne reddamur circa tua ac genitoris tui promovenda honores et commoda promptiores : super quibus quidem excusatione ac recommendatione prefati domini Montisferrandi dilecto filio nobili viro Guidoni de Proynis, gubernatori Monspessulano (*sic*), latori presentium, placeat fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, XIII kal. januarii, anno primo. »

153 Avignon, 20 décembre 1362.

Petro, regi Aragonum, scribit se recepisse nuntios ejusdem, quorum uni nonnulla per eum regi ipsi ex parte sua referenda commisit. (Reg. 245, fol. 55 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Dilectos filios. Dat. Avinione, XIII kal. januarii, anno primo. »

154 Avignon, 21 décembre 1362.

Johanni, regi Franciae, ut Annae Assaninae, comitissae de Squisa, viduae Constantinopolitanae, castrum Nonetae, in partibus Alverniae situm, faciat restitui vel de pretio venditionis ejusdem satisfieri. (Reg. 245, fol. 55 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie, illustri, salutem etc.* Dilecta in Christo filia nobilis mulier Anna Assanina, comitissa de Squisa, vidua Constantinopolitana, nuper ad apostolicam sedem accedens, humiliter nobis fecit exponi quod, cum ipsa castrum Nonete, in partibus Alvernie, et duas mille libras turonensium parvorum reddituales, in ipso seu circa ipsum castrum existentes, justo titulo pacifice possideret, cum dilecto filio nobili viro Johanne, Biturii duce, convenit quod ipsa comitissa dicta castrum et redditus eidem duci daret et libere dimitteret, ipseque dux eidem comitisse infra breve tempus solvi faceret triginta milia florenorum, vel eam restitueret ad possessionem castri et reddituum predictorum, prout exinde constare dicun-

tur auctentica documenta, prefati ducis sigillo munita, et quod, quamvis ipsa comitissa eadem castrum et duas mille libras duci dimiserit prelibato et termini solutionis hujusmodi sibi faciende jamdiu noscantur elapsi, prefatus tamen dux de dicta florenorum quantitate sibi satisfacere non procurat, propter quod ipsa, non habens aliud unde valeat substentari decenter, in obprobrium sui illustrissimi generis imperatorum Constantinopolitanorum, de quo prodiisse asseritur, magna paupertatis incommoda cogitur experiri, unde prefata comitissa, super hiis precibus apostolicis, que pro talibus personis debentur potissime, impetratis, ad presenciam tue serenitatis accedit, debitam sibi satisfactionem hujusmodi humiliter petitura. Quocirca celsitudinem tuam, quam decet circa non solum justiciam sed favorem honestum talium personarum aperire viscera regie pietatis, rogamus attente quatinus, pie considerans statum viduitatis ac genus predictum clarissimum comitisse prefate, quodque ipsa de Grecorum perfidia ad ritum et fidem sancte Romane ecclesie devote conversa, quasi peregrina terram habitat alienam, super solutione dictorum florenorum vel restitutione possessionis hujusmodi aut alias decenter circa statum ejusdem congruum velis remedium adhibere, ut per hoc dignum pietatis et justicie fructum reddas altissimo regi regum ac regali magnificencia honoris suscipias incrementum. Dat. Avinione, XII kal. januarii, pontificatus nostri anno primo. »

155 Avignon, 28 décembre 1362.

Johannae, reginae Siciliae, ut Geraldo de Belloaffario, domicello Catharensi, restitui faciat castra et alia loca, quibus propter adhaesionem Ludovico, regi Hungariae, fuerat spoliatus. (Reg. 245, fol. 56 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Nuper dilecti filii —. Dat. Avinione, V kal. januarii, anno primo. »

156 Avignon, 29 décembre 1362.

Beatricem, comitissam Armaniaci, hortatur ut adversum casum qui viro ejus Johanni, comiti Armaniaci, nuper accessit, cum patientia ferat. (Reg. 245, fol. 58 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, comitisse Armaniaci.* Adversum casum qui —. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, anno primo. »

157 Avignon, 29 décembre 1362.

Carolo, duci Normanniae, ut Anglico, electo Avinionensi, germano papae, castrum Lersii, ad Avinionensem ecclesiam jure feudi pertinens, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 58 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 21, note 3.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie, salutem etc.* Personam tuam magnificam etc. Sane fidedigna expositione nobis facta didicimus quod felicis recordationis Innocencius papa VI, predecessor noster, ex certis causis rationabilibus et urgentibus motus, nobilitatem tuam per certum suum nuncium, paulo ante suum obitum, requisivit et rogavit instanter ut castrum Lersii, jure feudi ad ecclesiam Avinionensem, quam idem predecessor tunc temporis ad suam manum seu gubernationem tenebat, pertinens, per gentes tuas, nomine tuo, certo modo receptum, ad suam seu dicte ecclesie manum, ut de castro ipso, de quo inter quosdam questio vertebatur, ministrare posset justiciam, reduci faceres cum effectu; sed, ipso predecessore, sicut Domino placuit, viam universe carnis ingresso, predicta reductio non est facta. Unde nos, licet indigni, ad apicem summi apostolatus assumpti, ex eisdem causis et aliis, de quibus dilectus filius Gonterus de Balneolis, secretarius tuus, lator presentium, est plenius informatus, inducti, nobilitatem eandem requirimus, rogamus et hortamur attente quod dictum castrum dilecto filio Anglico, electo Avinionensi, germano nostro, nomine dicte ecclesie facias, pro nostra et ejusdem sedis reverencia, effectualiter assignari, ut idem electus, prout ad eum spectat, de ipso castro possit debitam justiciam de ipso litigantibus exhibere, tuque, apostolicas preces reverenter admittens, nostram et dicte sedis benivolenciam uberius merearis. Ceterum supplicationes tuas, per dictum Gonterium tuo nomine nobis datas, gratanter recepimus, easque, prout cum Deo poterimus, libenter curabimus expedire. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, anno primo. »

158 Avignon, 29 décembre 1362.

Johanni, archiepiscopo Remensi, scribit de eodem, ipsum rogans ut dictum Carolum, ducem Normanniae, ad restitutionem castri Lersii electo Avinionensi faciendam inducat. (Reg. 245, fol. 59 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Remensi.* Dilecto filio nobili —. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, anno primo. »

159 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Philippo, archiepiscopo Rothomagensi. (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

160 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Johanni, episcopo Carnotensi. (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

161 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Ludovico, comiti Stampensi, « et ubi dicitur fraternitatem dicatur nobilitatem. » (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

162 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Johanni, comiti de Saraponte. (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

163 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Guillelmo de Dourmans, militi. (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

164 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Roberto de Lorriz, militi, domino de Ermenonvilla. (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

165 Avignon, 29 décembre 1362.

In e. m. Johanni, domino de Riparia (*Ibid.*, fol. 59 recto.)

166 Avignon, 29 décembre 1362.

Gastonem, comitem Fuxi, iterum hortatur ut castrum Sancti Fragulfi, ad ecclesiam Convenarum pleno jure spectans et ab ipso injuste detentum, Bertrando, episcopo Convenarum, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 59 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* De tue nobilitatis —. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, anno primo. »

167 Avignon, 30 décembre 1362.

Marquesium de Gosone, priorem prioratus Tolosani, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, rogat ut Jacobo de Villaurio, hospitalis praedicti, in prioratu sancti Aegidii, Nemausensis dioecesis, moram trahenti, de alicujus competentis praeceptoriae gubernatione, si ipsi merita suffragentur, studeat providere. (Reg. 245, fol. 60 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Marquesio de Gosone, priori prioratus Tholosani hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, III kal. januarii, anno primo. »

168 Avignon, 30 décembre 1362.

In e. m. Astorgio de Dyana, priori prioratus Alverniae. (*Ibid.*, fol. 60 verso.)

169 Avignon, 6 janvier 1363.

Petro, regi Aragonum, ut Simonem, magistrum ordinis Praedicatorum et Nicolaum Eymerici, ordinis ejusdem vicarium generalem in provincia Aragoniae, libere ordinare, prout decet, de statu fratrum dictae provinciae permittat. (Reg. 245, fol. 61 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Etsi de quorumlibet —. Dat. Avinione, VIII idus januarii, anno primo. »

170 Avignon, 7 janvier 1363.

Simoni, episcopo Londoniensi, ut a Geraldo Rochonis, priore Lewensi, ordinis Cluniacensis, Cicestrensis dioecesis, qui in regno Angliae apostolicae sedis nuntius deputatus est, quoad nonnulla negotia camerae apostolicae, solitum juramentum recipiat. (Reg. 245, fol. 61 verso.)

« *Venerabili fratri Simoni, episcopo Londoniensi.* De fide ac —. Dat. Avinione, VII idus januarii, anno primo. »

171 Avignon, 9 janvier 1363.

Edwardo, regi Angliae, ut abbatem et conventum monasterii Grandissilvae, Cisterciensis ordinis, Tolosanae dioecesis, in privilegiis et redditibus quae in partibus Aquitaniae et in civitate Burdegalensi possident, conservare dignetur. (Reg. 245, fol. 62 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Significarunt nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Grandissilve, Cisterciensis ordinis, Tholosane diocesis, quod ipsi nonnullis redditibus et privilegiis et libertatibus, que in partibus Aquitanie

ex concessione nonnullorum regum Anglie et ducum Aquitanie ab hactenus possederant, sunt contra justiciam a multo tempore destituti et quod quedam domus cum magno chayo et capella, quas habebant in civitate Burdegalensi, per quosdam malignos date sunt in ruinam, super quibus ad celsitudinem tuam, in qua sperant invenire non solum justiciam sed graciam et favorem, proposuerunt habere recursum; nos itaque, qui eosdem abbatem et conventum ex devotionis sue meritis benivolencia prosequimur speciali, celsitudinem ipsam sinceris affectibus deprecamur quatinus eisdem abbati et conventui, ob divine reverenciam majestatis, cui jugiter famulantur, nostrorumque precaminum interventu, de talibus super hiis velis pie ac favorabiliter providere remediis, quod inde in conspectu regis eterni reddaris acceptior et a nobis digna tibi cum benedictionis augmento proveniat actio gratiarum. Dat. Avinione, V idus januarii, anno primo. »

172 Avignon, 9 janvier 1363.

In e. m. Edwardo, principi Walliae, Edwardi, regis Angliae primogenito « et loco *celsitudinem* dicatur *nobilitatem.* »

173 Avignon, 11 janvier 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut cum Meynardo, duce Bavariae, qui tenetur centum ministrare armigeros galeatos ad servitia Ecclesiae, possit componere in pecunia, vel alias, prout viderit faciendum. (Reg. 245, fol. 63 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 372.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, III idus januarii, anno primo. »

174 Avignon, 11 janvier 1363.

Eidem, ut possit componere cum aliis ducibus Bavariae, qui in certis galeatis sunt Romanae ecclesiae etiam obligati. (*Ibid.*, fol. 63 verso. — Theiner, *ibid.*, II, n° 373.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Cum dilecti filii. — Dat. Avinione, III idus januarii, anno primo. »

175 Avignon, 13 janvier 1363.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut Franciscum Pauli, physicum Lodovensis dioecesis, e terra vicina partibus ubi natus est papa oriundum et nunc in Pinarolii castro morantem, dicto castro libere recedere, per terras Sabaudiae transire et ad apostolicam Sedem accedere permittat. (Reg. 245, fol. 62 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Cum nos de —. Dat. Avinione, idus januarii, anno primo. »

176 Avignon, 13 janvier 1363.

In e. m. .. principi Achaiae : « sed omittantur illa verba *de dicto castro libere recedere.* »

177 Avignon, 13 janvier 1363.

Franciscum Pauli, physicum, Lodovensis dioecesis, cum ejus familia et rebus sub protectione sedis apostolicae suscipit eique mandat ut ad Romanam curiam celeriter accedat. (Reg. 245, fol. 63 recto. — Reg. 261, fol. 1 recto, n° 1.)

« *Dilecto filio Francisco Pauli, physico, Lodovensis dioecesis.* Cum te ex —. Dat. Avinione, idus januarii, anno primo. »

178 Avignon, 19 janvier 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, Blandorium de Blaisier, ac Johannem Champoval, milites, in servitium Ecclesiae militare cupientes, commendat. (Reg. 245, fol. 77 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Dilecti filii nobiles —. Dat. Avinione, XIIII kal. februarii, anno primo. »

179 Avignon, 29 janvier 1363.

Raymundum de Sancta Gemma, notarium suum, apostolicae sedis nuntium, ad Vasconiae partes, de pace inter Fuxi et Armaniaci comites reformanda, mittit. (Reg. 245, fol. 77 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 17, note 5.)

« *Dilecto filio magistro Raymundo de Sancta Gemma, notario nostro, apostolice Sedis nuncio.* Cunctis fidelium populis etc. Vero, quia idem episcopus (Petrus Cameracensis), gratis et congruis responsionibus partium predictarum auditis, ac hujusmodi pacis et concordie de ipsarum partium benivolo assensu laudabiliter inchoato, ad Sedem apostolicam remeavit, dispositionem hujusmodi negotii relaturus et, certis prepeditus negotiis, ad

partes illas redire commode non potest de presenti, nos, ejus audito relatu, cupientes quod in dicte pacis negotio continuatis studiis procedatur .. te ad partes et presentiam eorundem discordantium providimus destinandum —. Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno primo. »

180 Avignon, 29 janvier 1363.

Gastoni, comiti Fuxi, ut monitis Raymundi de Sancta Gemma, notarii, apostolicae Sedis nuntii, acquiescens, gentes comitis Armaniaci, captivi sui, de hujusmodi negotio pacis cum se ipso pertractare permittat. (Reg. 245, fol. 79 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Nuper de tua —. Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno primo. »

181 Avignon, 29 janvier 1363.

Johannem, comitem Armaniaci, hortatur ut monitis dicti Raymundi de Sancta Gemma, notarii apostolici, acquiescens, amatorem pacis se ostendat. (Reg. 245, fol. 80 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci.* Nuper de tua —. Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno primo. »

182 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Petro Raymundi, comiti Convenarum. (*Ibid.*, fol. 81 recto.)

183 Avignon, 29 janvier 1363.

Pontio, episcopo Conseranensi, mandat ut Raymundo de Sancta Gemma, notario, apostolicae sedis nuntio, pro concordia inter Fuxi, Armaniaci et Convenarum comites reformanda, ad partes ipsas destinato, suae interventionis auxilium adducere non omittat. (Reg. 245, fol. 81 recto.)

« *Venerabili fratri Poncio, episcopo Conseranensi.* Habente in intimis —. Dat. ut supra. »

184 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. .. abbati monasterii Mansiazilis. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

185 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Manaldo, domino de Barbasano. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

186 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. .. domino de Monteesquivo. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

187 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Bernardo Saqueti. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

188 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Arnaldo Guillelmi, comiti Pardiaci. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

189 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Lorcho de Caromonte, militi. (*Ibid.*, fol. 81 recto.)

190 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. .. vicecomiti de Caramanno. (*Ibid.*, fol. 81 verso.)

191 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Arnaldo Amanevi, militi, domino de Lebreto. (*Ibid.*, fol. 82 recto.)

192 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Arnaldo de Ispania, militi. (*Ibid.*, fol. 82 recto.)

193 Avignon, 29 janvier 1363.

In e. m. Bertrando de Ispania, militi. (*Ibid.*, fol. 82 recto.)

194 Avignon, 1er février 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, significat, se oratoribus Mediolanensibus, solitam reverentiam in sua ad summum Pontificatum assumptione exhibentibus, ac, auspice quoque Johanne, Franciae rege, verba pacis proponentibus, respondisse quod nullum tractatum pacis audiet nisi prius castra districtus Bononiensis, ab ipsorum dominis ecclesiae Romanae libere restituantur ac idonee caveatur quod de rebus et personis ecclesiasticis se nullatenus intro-

mittent; quo casu omnem concordiae tractatum ad ipsius legati et colligatorum cum eadem Ecclesia providentiam se remittet. Quod cum pontifex observare intendat, ideo notum facit, ne forte relatus contrarius dubiam reddat mentem legati et colligatorum praedictorum. (Reg. 245, fol. 82 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 374. — Rainaldi, *Ann. Eccl.*, VII, 78, Extrait.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, salutem etc.* Postquam per alias nostras litteras de adventu Gualdusii de Lovixellis, civis Cremonensis, ad Romanam curiam tue fraternitati scripsimus, quamplures ambaxiatores illorum de Mediolano ad nostram presentiam accesserunt, solitam reverentiam nobis impensuri que solet novis Romanis pontificibus exhiberi, tetigeruntque, et per carissimum in Christo filium nostrum Johannem, regem Francie illustrem, tangi fecerunt in genere factum pacis, per dominos eorumdem ambaxiatorum cum Romana ecclesia reformande. Nos autem, solitas eorumdem Mediolanensium malitias cognoscentes, tam loquentibus pro parte dicti Regis, quam ambaxiatoribus eisdem respondimus quod nullum tractatum vellemus audire, nisi prius castra districtus Bononiensis libere restituantur ecclesie prelibate, ac idonee caveatur quod de clericis et ecclesiasticis personis terrarum quas regunt, et eorum bonis, se nullatenus intromittent, et eo casu omnem tractatum concordie ad tuam et dilectorum filiorum colligatorum cum dicta ecclesia providentiam remittemus, et sic intendimus observare; hoc siquidem eidem fraternitati notificare volumus, ne forte relatus contrarius reddat in hac parte dubiam mentem tuam, et ea colligatis eisdem notifices, si tibi videbitur expedire. Dat. Avinione, kalendis februarii, anno primo. »

195 Avignon, 2 février 1363.

Quum nonnulli Ludovici, Hungariae regis, subditi Barnaboni de Vicecomitibus, Romanae ecclesiae persecutori, adhaerentes, ecclesiam ipsam et fideles crudeliter impugnent, ac Siciliae regnum, ad ipsam ecclesiam pertinens, impugnare similiter comminentur; pontifex supradicto regi significat se episcopo Vulterano super statu dicti Siciliae regni quaedam commisisse per eum ipsi exponenda, quae adimplere cum effectu procuret. (Reg. 245, fol. 75 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri.* Recolens sancta Romana —. Dat. Avinione, IIII nonas februarii, anno primo. »

196 Avignon, 2 février 1363.

Eumdem de obitu reginae Hungariae, matris ejus consolatur. (*Ibid.*, fol. 75 verso.)

197 Avignon, 2 février 1363.

Quum, licet in regno Siciliae non extendatur auctoritas praedicandi verbum crucis contra Turchos, concessa Petro, episcopo Coronensi, apostolicae sedis legato, tamen nonnullae personae ecclesiasticae auctoritate dicti legati cruciatam inibi praedicare non vereantur : Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, pontifex mandat ut id districte inhibeat, et pecunias simili occasione collectas in defensionem terrarum ecclesiae convertere curet. (Reg. 245, fol. 76 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Apostolatui nostro nuper —. Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno primo. »

198 Avignon, 3 février 1363.

Gastonem, comitem Fuxi, iterum rogat ut castrum Sancti Fragulfi, pleno jure ad ecclesiam Convenarum spectans et ab ipso injuste captum et retentum, Bertrando, episcopo Convenarum, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 82 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* De tue nobilitatis —. Dat. Avinione, III nonas februarii, anno primo. »

199 Avignon, 5 février 1363.

Eidem significat se magistrum Arnaldum de Faya, legum doctorem, nuntium ejus, recepisse ipsumque nuntium, cum responsione ad ea pro quibus venit, curiam Romanam demisisse. (Reg. 245, fol. 83 recto.)

« *Eidem.* Ea que dilectus —. Dat. Avinione, nonis februarii, anno primo. »

200 Avignon, 5 février 1363.

Edwardo, regi Angliae, ut Robertum de Sancto Venancio, militem, pro Johanne, rege Franciae, obsidem in Anglia detentum et jam ad senectutem perventum, duobus nobilibus pro eodem, qui ad hoc dicuntur gratiose offerri, receptis, totaliter liberare velit. (Reg. 245, fol. 84 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.*

Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, nonas (*sic*) februarii, anno primo. »

201 Avignon, 5 février 1363.

Willelmo, episcopo Wintoniensi, scribit de eodem, ut apud Edwardum, regem Angliae, pro Roberti de Sancto Venantio liberatione obtinenda, insistat. (Reg. 245, fol. 84 verso.)

« *Venerabili fratri Willelmo, episcopo Wyntoniensi.* Scribimus carissimo in —. Dat. ut supra. »

202 Avignon, 5 février 1363.

In e. m. Simoni, episcopo Eliensi. (*Ibid.*, fol. 84 verso.)

203 Avignon, 5 février 1363.

In e. m. Johanni de Buckingham, archidiacono Norantonensi in ecclesia Londoniensi. (*Ibid.*, fol. 84 verso.)

204 Avignon, 5 février 1363.

In e. m. Willelmo de Wykham, canonico Lincolniensi, Edwardi, regis Anglie, consiliario. (*Ibid.*, fol. 84 verso.)

205 Avignon, 8 février 1363.

Johannae, reginae Siciliae, scribit sibi congratulans de matrimonio inter ipsam et Jacobum, regem Majoricarum, per procuratores contracto; cujus ratificatione recepta, nonnullos praelatos et nobiles, cum litteris apostolicis ad praelatos, nobiles et universitates dicti regni, pontifex ipse, in ipsorum regis et reginae favorem, destinare proponit. (Reg. 245, fol. 84 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Vox suavis et —. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno primo. »

206 Avignon, 8 février 1363.

In e. m. Regi Majoricarum. (*Ibid.*, fol. 85 recto.)

207 Avignon, 8 février 1363.

Marchioni Montisferrati de eodem et ut dictum regem inducat se, in praedictis Romanae ecclesiae beneplacitis conformare. (*Ibid.*, fol. 85 verso.)

208 Avignon, 8 février 1363.

Edwardum, regem Angliae rogat ut Beraldo, Dalfino Alverniae, det licentiam ad partes suas pro aliquo tempore remeandi. (Reg. 245, fol. 88 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri salutem etc.* Fidem nobilitatis eximie dilecti filii nobilis viri Beraldi, Dalfini Alvernie, quem ipsius et suorum progenitorum meritis sincere diligimus, attendentes, digne pro ipso apostolicas preces regie magnificencie destinamus; cum itaque idem Dalfinus, obses in regno tuo pro carissimo in Christo filio nostro, Johanne, rege Francie illustre, longo tempore, prout audivimus, commoratus fuerit, prout existit, indigeatque multum, prout verisimile redditur, sue terre negotia revidere, serenitatem tuam rogamus affectuose quatinus sibi repatriandi pro aliquo tempore competenti, nostrarum precum intuitu, gratiosam licentiam largiaris. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno primo. »

209 Avignon, 9 février 1363.

Petrum de Fano, ordinis fratrum Minorum, in suum familiarem recipit. (Reg. 245, fol. 92 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro de Fano, ordinis fratrum minorum converso, familiari nostro.* Virtutibus clarens et —. Dat. Avinione, V idus februarii, anno primo. »

210 Avignon, 10 février 1363.

Petrum Brunelli, canonicum Cameracensem, in provincia Narbonensi apostolicae sedis nuntium et receptorem generalem deputat. (Reg. 245, fol. 93 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Brunelli, canonico Cameracensi, apostolice Sedis nuncio.* Gerentes de circumspectione —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno primo. »

211 Avignon, 10 février 1363.

Bertrando, episcopo Convenarum, ut personas ecclesiasticas et saeculares, quae incolas comitatus Venaissini, castrorumque Montilii Adhemari et Avisani, Valentinensis et Tricastrinae dioecesium, molestant, a suis usurpationibus desistere faciat. (Reg. 245, fol. 93 verso. De curia. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 88.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Convenarum,*

salutem etc. Inter ceteras terras etc. Sane ad audienciam nostri apostolatus pervenit quod nonnulle tam ecclesiastice quam seculares persone tam comitatus predicte et castrorum Montilii Ademari et Avisani, Valentinensis et Tricastrine diocesium, quam diversarum aliarum partium, suis juribus et terminis non contente, honores, jura, bona et loca nostra et ejusdem ecclesie, tam in comitatu quam in castris predictis, eorumque castrorum districtu et pertinenciis, pro parte ad nos in eisdem castris, districtu et pertinenciis spectante, consistencia, invadere, usurpare ac molestare indebite, necnon habitatores et incolas comitatus ac castrorum, districtus et pertinenciarum predictorum pro parte ad nos pertinente in eisdem castris, districtu et pertinenciis, ut premittitur, per captiones et arrestationes personarum, indebitas predationes et spolia rerum et bonorum suorum vexare et opprimere multipliciter contra justiciam, aliosque injuriosos excessus circa hec in nostram et ecclesie prefate offensam et injuriam, predictorumque habitatorum et incolarum manifestum prejudicium committere presumpserunt hactenus et presumunt. Nos igitur, ausus talium detestabiles oportunis refrenari remediis .. cupientes .. felicis recordationis Benedicti XII et Innocencii VI Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum vestigiis super hiis inherentes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, per te vel alium seu alios, quoscunque invasores et occupatores injuriosos .. de quibus tibi simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii constiterit, quod ab hujusmodi usurpationibus et molestationibus omnino desistant et de commissis nobis et eidem ecclesie et aliis quorum interest debitam satisfactionem impendant, per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra, appellatione postposita, quando et quotiens oportunum extiterit, compellere non omittas, non obstante tam pie memorie Bonifacii pape VIII predecessoris nostri : qua cavetur etc. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno primo. »

212 Avignon, 11 février 1363.

Mariae, filiae quondam Caroli, ducis Calabriae, scribit in favorem Caroli de Duratio, consanguinei, pupilli ipsius, de restitutione quorundam castrorum, quae ipsa detinet occupata. (Reg. 245, fol. 88 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie, nate quondam Caroli, ducis Calabrie.* Quanto personam tuam —. Dat. Avinione, III idus februarii, anno primo. »

213 Avignon, 11 février 1363.

Johannae, reginae Siciliae, ut restitutionem villarum et castrorum ad dictum Carolum de Duratio, consanguineum, pupillum ipsius, spectantium, per universitates et alias singulares personas occupatorum, omnino fieri procuret. (Reg. 245, fol. 89 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem.* Etsi pro lesis —. Dat. Avinione, III idus februarii, anno primo. »

214 Avignon, 12 février 1363.

Johannam, reginam Siciliae rogat ut, in officio senescalliae comitatuum Provinciae et Forcalquerii, de persona ydonea et specialiter de Nicolao, comite Nolano, in casu quo comitem Mileti, nunc senescallum, revocaret, provideat. (Reg. 245, fol. 89 verso. — *Archivio storico per lé provincie Napoletane*, t. XX, *Ibid.*)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Quavis regimen dilecti —. Dat. Avinione, II idus februarii, anno primo. »

215 Avignon, 13 février 1363.

Johannam, reginam Siciliae, rogat ut Guillelmo, archiepiscopo Montisregalis, quaedam bona et possessiones ecclesiae suae, per ipsius reginae subditos indebite occupata, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 90 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Venerabilis fratris nostri —. Dat. Avinione, idus februarii, anno primo. »

216 Avignon, 20 février 1363.

Petrum, regem Aragonum, rogat ut Fulconi Pererii, in ipsius regno apostolicae sedis nuntio, favores suos continuare, eidemque quatuor millia florenorum, camerae apostolicae debita, solvere non omittat. (Reg. 245, folio 91 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Ex dilecti filii —. Dat. Avinione, X kal. martii, anno primo. »

217 Avignon, 20 février 1363.

Fredericum de Claromonte ac Massiottum, ejus filium, rogat

ut Guillelmo, archiepiscopo Montisregalis, in defensione et recuperatione bonorum ecclesiae Montisregalensis, assistant. (Reg. 245, fol. 91 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Frederico de Claromonte ac Massiocto, ejus filio.* Sincere vestre devotionis —. Dat. Avinione, X kal. martii, anno primo. »

218 Avignon, 20 février 1363.

Johanni, episcopo Urbevetano, committit ut a Daniele, episcopo Tiburtino, quingentas libras provisinorum, quas quondam Johannes, episcopus Tiburtinus, a clero dictae dioecesis, de decima a Johanne papa XXII ibidem imposita, receperat, exigat. (Reg. 245, fol. 96 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, X kal. martii, anno primo. »

219 et **220** Avignon, 21 février 1363.

Astorgio de Petra, domino ejusdem loci et Margaritae de Bidossio, dominae de Carumbo, Mimatensis et Carpentoracensis dioecesium, indulget ut, non obstante quadragesima, possint invicem matrimonium contrahere. (Reg. 245, fol. 98 recto. De curia.) (1).

« *Dilecto filio nobili viro Astorgio de Petra, domino ejusdem loci et dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite de Bedossio, domine de Carumbo, Mimatensis et Carpentoratensis diocesium.* Rigori juris nonnunquam —. Dat. Avinione, IX kal. martii, anno primo. »

(1) La lettre suivante d'Urbain V, qui se trouve dans le Registre d'Avignon, n° 4, de son pontificat (fol. 576 verso) nous donne d'intéressants détails sur Marguerite de Bidos et les biens qu'elle possédait dans le Comtat Venaissin. Cette lettre fait partie d'un petit groupe de curiales de l'an I, insérées parmi les communes :

Avignon, 4 décembre 1362.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, comitatus Venaissini rectori, ut Margaritam de Bidosio, cum terris et castris ipsius, sub regimine sedis apostolicae recipiat, eamque ad Romanam curiam studeat adducere.

« Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, comitatus Venaisini ad nos [et] ecclesiam Romanam immediate spectantis, pro nobis et ecclesia ipsa rectori, salutem etc. Paterna nos movet affectio et inducit causa legitima mentem nostram ut dilecte in Christo filie nobilis domicelle Margarite de Bidosio ac terrarum et castrorum ipsius, que habet in comitatu Venaisini, ad nos et Romanam ecclesiam immediate subjecto, providere indempnitatibus utiliaque tractare, quantum cum Deo et justicia possumus, actente solicitudinis studio procuremus. Sane, ad bonum statum domicelle predicte ac hominum et vassallorum ipsius indempnitatemque jurium et bonorum ipsorum, qui nostri et prefate ecclesie principaliter sunt vassalli, nostre mentis oculos dirigentes, et ut ipsi nostro fulci presidio, sublata malorum formidine, a noxiis et oppressionibus indebitis preserventur immunes, deliberacione diligenti prehabita, decrevimus quod dictam Margaritam, sub regimine et gubernatione nostris et apostolice sedis, nomine nostro, cum terris et castris ipsius, ad tuas manus habere et recipere studeas diligenter, ipsamque ad nostram presenciam adducere honoranter et tute, sicut tibi verbotenus dedimus expressius in mandatis; et nichilominus volumus quod dilectus filius nobilis vir Guillelmus de (Bautis) Cursono, cui serie presentium precipimus et per te volumus ex nostri parte precipi, ac omnibus aliis quos dictum negocium tibi videbitur posse tangi, dictam Margaritam, cum omnibus terris et castris suis, omni velamine et fomice fictionis abjecto, in manibus tuis illico tradere et assignare procures, quos omnes, ut tibi expedire videbitur, ex apostolica parte requiras, eisdem districtius injungendo quatinus hujusmodi mandata nostra sine dilatione qualibet exequantur, contradictores quoslibet .. etc. non obstante quacumque ordinatione .. seu quibuscumque privilegiis etc. Dat. Avinione, II nonas decembris, anno primo. »

221 Avignon, 27 février 1363.

Ad instanciam Lugdunensis, Remensis, Senonensis, Rothomagensis, Turonensis et Bituricensis archiepiscoporum et eorumdem suffragancorum ac Claromontensis episcopi medietatem decimae, ratione dictarum ecclesiarum et quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum eis subditorum apostolicae camerae debitam, relaxat. (Reg. 261, fol. 4 verso. De curia, n° 16.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ex paterne caritatis officio etc. Nuper siquidem, pro parte venerabilium fratrum nostrorum Lugdunensis, Remensis, Senonensis, Rothomagensis, Turonensis et Bituricensis archiepiscoporum, necnon eorundem Lugdunensis, Remensis, Senonensis, Rothomagensis, Turonensis archiepiscoporum suffragaeorum ac Claromontensis episcoporum fuit expositum in consistorio coram nobis quod tam sue quam alie ecclesie necnon monasteria et quelibet alia ecclesiastica, tam seculania quam regularia, et etiam pia loca in Lugdunensi, Remensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis ac in eorum necnon in Bituricensi et Claro-

montensi civitatibus et diocesibus, adeo propter guerras et mortalitatum pestes, que maxime partes illas, permittente Domino, longevis temporibus concusserunt, sunt in suis redditibus et fructibus diminuta, quod tam iidem archiepiscopi et episcopi quam alii eorumdem ecclesiarum, monasteriorum et locorum prelati, rectores atque persone incumbencia eis onera comode supportare non possunt; quare pro parte dictorum exponencium fuit nobis humiliter supplicatum ut providere eis de aliqua relevacione ipsorum onerum, et presertim circa moderationem taxationis decime de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque premissa, que, proth dolor, notoria sunt, paterna compassione pensantes, hujusmodi supplicacionibus inclinati, taxacionem decime ecclesiarum, monasteriorum et locorum predictorum, omniumque reddituum et proventuum ecclesiasticorum in dictis Lugdunensi, Remensi, Senonensi, Rothomagensi et Turonensi provinciis ac in earum necnon Bituricensi et Claromontensi civitatibus et diocesibus consistencium, secundum quam iidem archiepiscopi, episcopi, aliique prelati, rectores atque persone, in eisdem provinciis, civitatibus et diocesibus redditus et proventus ecclesiasticos obtinentes, consueverunt imposita eis quecumque onera supportare, ad ipsius taxacionis medietatem, de fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate reducimus et pro reducta ex nunc haberi volumus et etiam ordinamus, tenore presentium statuentes quod deinceps hujusmodi medietas pro integra et vera taxacione sive decima in eisdem provinciis, civitatibus et diocesibus perpetuis futuris temporibus sic habeatur ac reputetur et integra decima nominetur, ita quod, quandocumque et quocienscumque in ipsis provinciis, civitatibus et diocesibus decima pro apostolica camera imponi vel aliis concedi contingeret aut ipsi archiepiscopi et episcopi, aliique prelati, rectores et persone secundum decimam aliqua onera, apostolica aut quavis auctoritate vel concessione aut quacumque occasione vel modo, supportaturi sint, secundum taxationem hujusmodi sic reductam decimam ipsam solvere et hujusmodi supportare onera tantummodo teneantur ac fructus, redditus et proventus, si qui secundum decimam etiam pro camera apostolica exigendi aut colligendi seu levandi fuerint, secundum ipsam sic reductam taxationem seu decimam colligantur, leventur et etiam exigantur, nec ultra vel aliter prelati, rectores et persone predicti per quoscumque, quavis auctoritate, artari vel compelli nec ipsi fructus colligi, levari vel exigi valeant quoquomodo, etiam per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de reductione, ordinacione et statuto nostris hujusmodi mencionem, constitucionibus etc. Nulli ergo etc. nostre reductionis, voluntatis, ordinacionis et constitucionis infringere. Dat. Avinione, III kal. martii, anno primo. »

222 Avignon, 27 février 1363.

Eisdem archiepiscopis, eorumque suffraganeis quicquid ex tricesima ipsis a Clemente papa VI imposita camerae apostolicae debere possunt remittit. (Reg. 261, fol. 5 recto. De curia, n° 17.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Paterna caritas filiorum —. Dat. Avinione, III kal. martii, anno primo. »

223 Avignon, 4 mars 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, significat, se, heri, in publico consistorio, Bernabonem de Vicecomitibus tanquam haereticum condemnasse, et, quia nulla spes ipsius conversionis habetur, contra eumdem haereticum cruciatam indicere proponere; confortetur igitur legatus ipse ad causam Domini viriliter prosequendam ac colligatos cum sancta Romana ecclesia ad impugnationem perfidi et crudelissimi hostis exhortetur; quibus quoque desuper pontifex se scribere nuntiat. (Reg. 245, fol. 98 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 375) (1).

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Quamvis diverse persone —. Dat. Avinione, IIII nonas martii, anno primo. »

224 Avignon, 4 mars 1363.

Canisegnorio et Paulo Albuino de la Scala fratribus, quod viriliter se accingant ad defensionem Ecclesiae et impugnationem praedicti hostis. (*Ibid.*, fol. 99 recto.)

225 Avignon, 4 mars 1363.

In e. m. Nicolao, Hugoni et Alberto fratribus, marchionibus Estensibus, pro se et Romana ecclesia in civitate Ferrariensi ejusque districtu vicariis. (*Ibid.*, fol. 99 recto.)

226 Avignon, 4 mars 1363.

In e. m. Francisco de Carraria, militi Paduano, in civitate Paduana imperiali vicario. (*Ibid.*, fol. 99 recto.)

(1) Theiner date cette lettre, et les suivantes par conséquent, du 3 des nones de mars, ce qui les mettrait du 5 mars 1363; mais il a fait ici une erreur de lecture.

227 Avignon, 4 mars 1363.

Rodulphum, Austriae ducem, hortatur ut suos subditos praedicto Bernaboni servitia impendere non permittat. (Reg. 245, fol. 99 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Rodulfo, duci Austrie.* Olim dum essemus —. Dat. Avinione, IIII nonas martii, anno primo. »

228 Avignon, 8 mars 1363.

In e. m. Arnaldo de Cerveyra, militi. (*Ibid.*, fol. 100 recto.)

229 Avignon, 8 mars 1363.

In e. m. Amedeo, comiti Sabaudiae. (*Ibid.*, fol. 100 recto.)

230 Avignon, 9 mars 1363.

Gastonem, comitem Fuxi, rogat ut pro liberatione nuntiorum regis Castellae, qui per aliquos ex sibi adhaerentibus captivati sunt, partes suas interponat. (Reg. 245, fol. 100 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Gravis doloris amaritudo nuper nostra et fratrum nostrorum, aliorumque de Romana curia viscera conturbavit, ex eo videlicet quod, prout refert fama publica, quedam gentes armigere, de tua, ut fertur, parte seu adherencia existentes, quarum caput esse dicebatur Lodovicus Rambaudi de Nicia prope Montempesulanum, ubi nulla adversarum gentium debebat hostilitas formidari, in dilectos filios magistrum Petrum Johannis, decretorum doctorem ac cancellarium et ambaxiatorem necnon Matheum Sancii, laicos, servientem armorum carissimi in Christo filii nostri Petri, regis Castelle illustris, ad nostram presentiam venientes et in quosdam tam ipsorum ambaxiatoris et servientis armorum quam dilecti filii nostri Guillelmi, Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, familiares clericos et laicos, qui dictum ambaxiatorem associabant, hostiliter irruendo, eos vestibus, pecuniis, evectionibus ac rebus eorum aliis spoliarunt et ad villam de Combreto, Vabrensis diocesis, duxerunt captivos, eis nichilominus alias injurias irrogando, de quibus apostolica sedes ac rex prefatus graviter offenduntur; cum itaque contra illos, qui venientes ad Romanam curiam et recedentes ab ea capiunt, spoliant vel detinent et qui talia fieri faciunt sive mandant et contra illos etiam qui talia presumentibus scienter favent vel ipsos receptant aut defendunt, per nonnullos predecessores nostros Romanos pontifices excommunicationis et anathematis sint sententie promulgate, decet nobilitatem tuam suos subditos et valitores et amicos monere quod a talium sententiarum incursione attentius studeant precavere, et, si qui eorum in hiis forsitan excesserint, excessum hujusmodi celeriter emendare procurent, nosque, relaxationem eorumdem captorum ac restitutionem ablatorum eisdem plenis desideriis cupientes, te affectuose rogamus quatinus, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, dare velis operam efficacem quod iidem detenti et familiares celeriter ac libere relaxentur, vestibus, pecuniis, evectionibus et aliis rebus, quibus spoliati fuerunt, eis integre restitutis. Dat. Avinione, VII idus martii, anno primo. »

231 Avignon, 9 mars 1363.

In e. m. Bertuqueto de Lavis, domicello. (*Ibid.*, fol. 101 verso.)

232 Avignon, 9 mars 1363.

In e. m. Carolo de Artesio, comiti de Pedenacio. (*Ibid.*, fol. 101 verso.)

233 Avignon, 9 mars 1363.

In e. m. Lodovico Rambaudi de Nicia. (*Ibid.*, fol. 101 verso.)

234 Avignon, 9 mars 1363.

Raymundo de Sancta Gemma, decano ecclesiae de Burlatio, Castrensis dioecesis, notario suo et apostolicae sedis nuntio, de treugis inter Fuxi et Armaniaci comites contrahendis, instructiones suas mittit. (Reg. 245, fol. 101 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 90.)

« *Dilecto filio magistro Raymundo de Sancta Gemma, decano ecclesie de Burlacio, Castrensis diocesis, notario nostro, apostolice sedis nuncio, salutem etc.* Super treugarum tractatu inter dilectos filios nobiles viros Johannem Armaniaci et Gasconem Fuxi comites, de quo nobis tua diligencia ex hoc plurimum commendanda aliqua noviter intimavit, deliberatione prehabita diligenti, certas informationes tibi transmittimus ac etiam copiam litterarum, quas comitibus prefatis dirigimus, presentibus interclusas; ideoque discretioni tue, de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus et mandamus quatinus, juxta informationes easdem, super hujusmodi treugis, per quas speramus subsequi

bonum pacis, cum eisdem comitibus tractes diligenter et ordines nostra vice, prout emergentium casuum status exegerint et tue circumspectionis providencia cognoverit. Dat. Avinione, VII idus martii, anno primo. »

Urbanus papa V — Consideret autem magister Raymundus, decanus de Bullacio, nuncius noster, omnes vias et modos per quas seu quos poterit comites Fuxi et Armaniaci ad pacem reducere et id studeat facere toto posse. —. Quos si, impediente factore zizanie, facere non potuerit, pro nunc tractet de treugis. — Et in omni casu provideat quomodo societates existentes cum dictis comitibus seu gentibus ipsorum dirimantur et dispergentur seu anullentur. —. Et maxime procuret cum viribus quod non veniant ad has partes. —. Si vero comes Fuxi, ut scripsit dictus decanus, voluerit magnas treugas et comes Armaniaci voluerit breviores, tunc trahat unum et alium ad finem quod non frustetur effectu sed quod ex ejus operibus fructuosis pax vel treuga competens subsequatur, caute semper providendo quod ad has partes societates memorate aut alie non declinent. —. Si vero sentiret quod ad has partes ille aut alie societates deberent accedere, quod absit, hoc nobis, quam citius poterit, studeat intimare. —. Et idem de quibuscumque aliis rumoribus notabilibus seu etiam ponderosis, necnon etiam de causis vel causa, occasione quarum haberet forsitam facere longam moram, quam tamen studeat breviare, prout juxta qualitatem negotiorum occurrentium eidem videbitur expedire. —. Hoc autem omittendum non est quod treuge nimis magne videntur periculose, eo quia interim societates stabunt in partibus, destruentes easdem; unde circa predicta sit dictus decanus, prout de eo confidimus, diligens et attentus.

235 Avignon, 9 mars 1363.

Gastoni, comiti Fuxi, iterum scribit de pace inter ipsum et comitem Armaniaci reformanda. (Reg. 245, fol. 102 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Cum magne solicitudinis —. Dat. Avinione, VII idus marcii, anno primo. »

236 Avignon, 9 mars 1363.

In e. m. Johanni, comiti Armaniaci. (*Ibid.*, fol. 103 recto.)

237 Avignon, 10 mars 1363.

Laurentium Celsi, ducem Venetiarum, hortatur ut Jacobum, abbatem monasterii sancti Thomae Burgundiorum, Torcellanae dioecesis, apostolicae sedis nuntium, et camerae apostolicae in insula Cretensi collectorem, in receptione bonorum quondam Francisci, episcopi Kytonensis et in levandis decimis per sedem eandem impositis, habeat commendatum. (Reg. 245, fol. 103 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurentio Celso, duci Venetiarum.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, VI idus marcii, anno primo. »

238 Avignon, 13 mars 1363.

Episcopo Gratianopolitano ut de quibusdam litteris, a Johanne Mantellerii de Chamber[iaco] indebite et falso modo fabricatis, et contra quoscumque alios de dictis falsitate et fabricatione earumdem litterarum culpabiles procedere possit, prout justum fuerit et sibi videbitur expedire. (Reg. 261, fol. 1 recto. De curia, n° 2,)

« *Venerabili fratri .. episcopo Gracionopolitano, salutem etc.* Dudum ad audienciam felicis recordationis Innocencii pape VI, predecessoris nostri, fidedigna relacione perducto quod quidam perdicionis filius, vocatus Johannes Mantellerii de Chamberiaco, diaconus tue diocesis, quibusdam litteris per falsitatis vicium sub ipsius predecessoris nomine fabricatis, per quas idem Johannes in canonicum prioratus conventualis sancti Georgii, ordinis sancti Augustini, dicte tue diocesis, nitebatur se facere recipi, uti minime verebatur, idem predecessor tibi tenorem litterarum ipsarum, qui sibi fuerat exhibitus, sub sua bulla inclusum destinans, per suas tibi dedit litteras in mandatis ut, litteras ipsas per dictum Johannem tibi exhiberi faciens, si eas cum dicto tenore concordare reperires, eundem Johannem capi et tuis carceribus mancipari faceres, ipsumque inibi tandiu detineres donec ab ipso predecessore aliud reciperes in mandatis. Cum autem, sicut misse nobis nuper tue littere continebant, tu, hujusmodi dicti predecessoris mandatis obtemperans, prefatas litteras tibi per dictum Johannem exhiberi et, quia cum dicto tenore concordabant, ipsum capi, tuisque carceribus mancipari feceris et nobis litteras ipsas per tuum certum nuncium duxeris destinandas, nos, obedienciam tuam de premissis in Domino commendantes, cum litteras ipsas, quas in cancellaria nostra diligenter examinari fecimus et eas manifestam in se continentes falsitatem comperimus, declaraverimus esse falsas, nolentes quod hujusmodi tam detestabilis falsitatis temeritas remaneat impunita et attendentes quod prefatus Johannes ad nos, propter viarum discrimina, ad presens com-

mode adduci non posset, fraternitati tue, de cujus circumspectione in hiis et aliis plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de fabricatoribus dictarum litterarum falsarum, quas tibi per eundem tuum nuncium remittimus et de hujusmodi falsitatis consciis auctoritate apostolica te informans, tam prefatum Johannem quam quoscumque alios quos culpabiles inveneris in premissis, punias juxta canonicas sancciones, contradictores etc. non obstantibus etc. et deinde tam dictum Johannem quam quoslibet alios culpabiles in premissis, si hoc humiliter pecierint, ab excommunicationum sententiis, quas propter premissa incurrerunt, juxta ecclesie formam absolvas. Dat. Avinione, III idus marcii, pontificatus nostri anno primo. »

239 Avignon, 16 mars 1363.

Patriarchis, archiepiscopis et episcopis sententiam in causa fidei contra Bernabonem de Vicecomitibus habitam, cujus tenor inseritur, mandat publicari. (Reg. 245, fol. 115 verso.)

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, eorumque vicariis in spiritualibus et officialibus, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Nuper adversus maledictionis alumpnum Barnabonem de Vicecomitibus, civem Mediolanensem, suis exigentibus culpis gravissimis et justicia suadente, sententiam in causa fidei promulgavimus sub hac forma :

Urbanus episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Super specula militantis ecclesie dignatione divine providencie presidentes, cura solicitamur continua et assidua meditatione urgemur ut, juxta tradite nobis solicitudinis pastoralis officium, errantes oves gregi dominico salubriter aggregemus, et quas non valemus reducere tamquam membra putrida abscidentes, eiciamus penitus ab ovili, ne sua contagione locali sanas oves inficiant et corpus fidelium corrumpatur. Dudum siquidem, cum, ex multorum querelis et crebris ac infestis rumoribus, ad felicis recordationis Innocencium papam VI et fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium perductum fuisset auditum quod nobilis vir Barnabos de Vicecomitibus, miles Mediolanensis, velut alienatus filius et manifestus fautor hereticorum, per devium horribilis cecitatis oberrans, et non metuens contra stimulum calcitrare, dampnationis filio Francisco de Ordelaffis, civi Foroliviensi, tunc prout nunc velut heretico justo Dei et sancte Romane ecclesie judicio condemnato, ac manifesto ejusdem ecclesie inimico, dederat auxilium, consilium et favorem, necnon verbum crucis, quod idem predecessor contra eundem Franciscum velut hereticum, ut premittitur, condemnatum, ac suum et dicte ecclesie inimicum mandaverat in Italie partibus predicari, in nonnullis ex civitatibus, castris, et locis, que idem Barnabos tenebat, predicari non permiserat, ac insuper suam, quam contra Deum et prefatum predecessorem aliosque Dei ministros ac predictam Romanam et alias ecclesias, repletus diabolico spiritu, diutius gesserat prout gerebat in mente, perfidam voluntatem per subsequentia execranda facinora deducens in publicam notionem, bone memorie Robertum, archiepiscopum Mediolanensem, pro eo quod quemdam monachum monasterii Clarevallis, ordinis Cisterciensis, Mediolanensis diocesis, noluerat, prout nec debebat, ad presentationem cujusdam intrusi in eodem monasterio, ad ordinem promovere, ad suam presentiam accedere compulerat, quodque, reverencia Dei et officii pontificalis abjecta, eidem archiepiscopo sermonibus contumeliosis, multis ibidem presentibus, dixerat : *genuflecte, ribalde,* et cum sic genuflexus extiterat, adjecerat : *nescis, poltrone, quod ego sum papa et imperator ac dominus in omnibus terris meis et quod nec papa nec imperator,* imo, ut verbis sacrilegis et prophanis asseruerat, *nec Deus posset in terris meis facere nisi quod vellem nec intendo quod faciat*, ipsumque archiepiscopum deinde, post multa ignominiosa obprobria sibi dicta, in quadam camera reclùdi ausu sacrilego fecerat, et virgam sui furoris contra eundem predecessorem et dictam ecclesiam presumptuosus extendens, per eadem civitates, castra, villas et loca que, ut prefertur, tenebat, fecerat etiam publice proclamari quod nullus de civitatibus, castris, villis et locis eisdem, sub pena concremationis, ad dicti predecessoris seu etiam venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, in illis partibus apostolice sedis legati, curias presumeret accedere, aut inibi gratiam vel aliud impetrare, seu etiam eidem predecessori, aut dicto legato, de aliquibus ipsis predecessori et Romane ecclesie vel eidem legato debitis aliquatenus respondere aut dare consilium, auxilium vel favorem ; quodque, absque ejus vel cujusdam sui familiaris, Gerardoli nomine, quem vulgus papam nominat, licencia, nulla electio, postulatio, supplicatio seu provisio fieret in ecclesiis ac monasteriis et locis ecclesiasticis, etiam mulierum, civitatum, castrorum, villarum, et locorum predictorum, ordinarios quoque locorum et alios, qui aliquos ad monasteria, ecclesias vel alia ecclesiastica beneficia absque ipsius Barnabonis licencia receperant, graviter puniri, et que super hiis fecerant revocari, necnon apostolicas et legatorum apostolice sedis ac inquisitorum hereticе pravitatis litteras et processus ac etiam litteras clausas, quc jam dicto predecessoris et eisdem cardinalibus et aliis de Romana

curia de diversis mundi partibus mittebantur, aperiri, legi et sepissime lacerari, earumque latores capi et carceribus mancipari; et, in viros ecclesiasticos crudeliter seviens, quemdam monachum monasterii sancti Petri Brixiensis, ordinis sancti Benedicti, in sacerdotio constitutum, capi, et tam ipsum post torturas acerrimas quam quondam Thomam Patherii, canonicum plebis de Campigine, Parmensis diocesis, et quendam etiam alium monachum, dicti ordinis sancti Benedicti, inclusum in quadam cauca ferrea ignis incendio concremari, preconizatione de hoc facienda premissa, et quondam Thomam, monachum sancti Franciscini Brixiensis, ejusdem ordinis sancti Benedicti, publice decapitari, et quondam Lantirolum Pizzallum, monachum dicti monasterii C[l]arevallis, tam diu tormentis affici quod spiritum exalavit, ac bone memorie Bernardum, episcopum Brixiensem, pro eo quod quandam electionem de quodam monacho per impressionem factam noluerat, prout nec debebat, confirmare, de civitate Brixiensi cum sono tube obprobriose eici, eique sub pena mortis quod statim de dicta civitate exiret injungi, et quondam Benedictum, guardianum fratrum ordinis minorum Mediolanensium, capi, et ad locum dampnatorum tamquam ultimo supplicio tradendum, comitante numerosa hominum multitudine, duci et aurem ejus inibi ferro calido perforari, pluresque alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares, capi et carcerari, diversisque tormentis et penis affici ausu sacrilego mandaverat et fecerat; propterea diversas excommunicationum sentencias dampnabiliter incurrendo, quarum aliquas pluribus annis sustinuerat, easque omnes sustinebat, prout sustinet, animo indurato, non curans redire ad ecclesie unitatem, et nichilominus os suum in celum ponere, ling[u]a ejus transeunte per terram, non veritus, unum presbyterum Parmensis diocesis quandam turrim ascendere et in ea eosdem predecessorem et cardinales excomunicatos esse verbis prophanis publice proclamare compulerat, ac suam et suorum satellitum ingluviam et aviditatem tirannicam saturare volens, ex bonis divino obsequio deputatis, multa castra et possessiones, bona et jura, ac fructus redditus et proventus personarum ecclesiasticarum civitatum, castrorum, villarum et locorum predictorum per se et satellites suos, ejus in hac parte iniquitatis filios et ministros, ceperat, rapuerat ac detinuerat et detinebat etiam occupata, et quedam ex eis destrui et consumi, et in eorum usus converti mandaverat et fecerat; quedam etiam ex ipsis in tantum suis usibus applicare presumpserat quod plures persone ecclesiastice illarum partium, ex defectu victualium, divina officia et earum ecclesias et monasteria coacti fuerant et cogebantur dimittere, prout cotidie dimittebant; et quod nichilominus mandaverat quod omnes et singuli fructus, redditus et proventus quorumcunque ecclesiarum, monasteriorum ac dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum, dictorum civitatum, castrorum, villarum, locorum et terrarum, que occupata tenebat, ad suam cameram pervenirent, et quod nulla de eis, exceptis redditibus monasteriorum et domorum religiosorum ac hospitalium hospitalitatem servantium, alteri quam sibi vel suis officialibus redderet; et hiis etiam excessibus non contentus, dilectum filium Raymundum, Pontiniacensem, dicti ordinis Cisterciensis, Autisiodorensis diocesis, tunc dicti Clarevallis monasterii abbatem, de cujus persona eidem monasterio Clarevallis olim per sedem apostolicam provisum extiterat, ac etiam subsequenter quondam Henricum, abbatem dicti monasterii Clarevalis, quem sepedictus predecessor eidem monasterio prefecerat in abbatem multasque personas ecclesiasticas, quarum aliquas sedes ipsa certis ecclesiis et monasteriis prefecerat, et nonnullis earum de quibusdam dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis dictorum civitatum, castrorum, villarum et locorum providerat, ad hujusmodi ecclesias, monasteria, dignitates et beneficia non permiserat recipi et admitti, sed quosdam suos complices et fautores in eis intrusos fovebat et detinebat in ipsis, et multa alia committere et facere non expaverat, que in gravem Dei offensam, apostolice sedis contemptum, anime sue periculum, ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum grave prejudicium et gravamen ac lesionem ecclesiastice libertatis et plurimorum redundabant scandalum et non carebant scrupolo heretice pravitatis; et, licet predicta adeo essent notoria quod nulla poterant tergiversatione celari, ad cautelam tamen et majorem certitudinem eorumdem, dilecto filio nostro Guillelmo, tituli sancte Marie in Transtiberim presbytero cardinali, idem predecessor commisit oraculo vive vocis, ut se de premissis diligencius informaret, ea que per informationem hujusmodi reperiret sibi postmodum relaturus. Et tandem, informatione hujusmodi per ipsum Guillelmum cardinalem diligenter recepta, memoratus predecessor per relationem ipsius cardinalis, coram eo in consistorio fideliter factam, invenit premissa facinora fore notoria et etiam manifesta, propter que predecessor ipse nolens, prout nec velle debebat, tantas Dei et dicte Sedis cunctorumque Christi fidelium injuriam et offensam sine debita ultione dimittere incorrectas, ne periculosius traherentur ab aliis in exemplum, ac ex premissis dictum Barnabonem non immerito habens de fide suspectum, VIII kal. septembris, pontificatus sui anno octavo, eundem Barnabonem per publicum edi[c]tum, cujusmodi citandi modum de fratrum suorum concilio ex

certa sciencia elegit, citavit ut IIII^ta die novembris tunc proximi secuturi, se suo conspectui personaliter presentaret, de ejusdem fidei articulis responsurus et alias super eis et omnibus aliis premissis facturus et recepturus quod justicia suaderet: vol[u]itque dictus predecessor, et apostolica auctoritate decrevit, quod hujusmodi citatio perinde dictum Barnabovem artaret ac si per eam apprehensus personaliter extitisset, et quod vacationes, de mandato suo tunc indicte in Romana curia, quas quoad hujusmodi suum processum substulit, et constitutio quelibet in contrarium edita, non obstarent et ut processus suus hujusmodi, et omnia in eo contenta, ad dicti Barnabonis ducerentur noticiam, cartas sive membranas, processum continentes eundem, majoris ecclesie Avinionensis affigi ostiis seu super liminaribus fecit, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo judicio publicarent, ut ipse Barnabos, quem processus ipse contingebat, non posset excusationem pretendere vel ignoranciam allegare quod ad eum non pervenisset, vel ignorasset eundem, cum non foret verisimile quoad ipsum remanere incognitum vel occultum quod publicabatur omnibus tam patenter. Ceterum, licet venientes ad dictam curiam, morantes in ea et recedentes ab ipsa, deberent, prout debent, plena securitate gaudere, ac in capientes, spoliantes, et detinentes venientes ad dictam curiam, morantes ibidem vel abinde recedentes excommunicationis et anathematis sententie forent per processus apostolicos promulgate, ne tamen dictus Barnabos, per predecessorem jam dictum, ut prefertur, citatus, prefatam Romanam curiam, comunem omnibus patriam, locum ei minus tutum vel ex aliis causis imminere sibi periculum in itinere veniendi ad ipsam curiam, ad excusationis sue velamen seu pallium valeret forsitan allegare, universos et singulos patriarchas, archiepiscopos et episcopos, aliosque ecclesiarum et monasteriorum prelatos ac clericos et personas ecclesiasticas, necnon principes, duces, marchiones, comites, barones, milites, potestates, capitaneos et officiales, eorumque loca tenentes, necnon communia civitatum et universitates oppidorum, castrorum et aliorum quorumcunque locorum, auctoritate apostolica, tenore dicti processus requisivit et hortatus fuit ut eidem Barnaboni, ipsiusque familiaribus, veniendo ad dictam curiam, morando in ea et recedendo ab illa, in personis et rebus eorum nullam inferrent injuriam vel offensam. Et deinde, adveniente dicta die quarta ejusdem mensis novembris, quam predecessor prefatus eidem Barnaboni, ut premittitur, in dicta fidei causa, pro termino peremptorio assignavit, cum ipse Barnabos, vel alius pro eo, coram ipso predecessore in consistorio constituto comparere vel ipsius absenciam seu contumaciam minime excusare curaret, sepedictus predecessor per dilectum filium nostrum Raynaldum, sancti Adriani, et bone memorie Johannem, sancti Georgii ad Velum aureum diaconos cardinales, ad portam palacii apostolici Avinionensis prefatum Barnabonem alta voce, ut est moris, fecit publice proclamari ut, si illic esset, se dicti predecessoris conspectui presentaret, de ejusdem fidei articulis responsurus et alias super eis et omnibus aliis premissis facturus et recepturus quod justicia suaderet. Et, cum ipse Barnabos etiam post dictam proclamationem non compareret, per hoc suspicioni prefate culpam addens contumacie et contemptus, idem predecessor, ejusdem Barnabonis contumaciam admodum suspectam attendens, super hoc cum eisdem fratribus deliberatione prehabita, de ipsorum fratrum consilio, prefatum Barnabonem usque ad horam debitam expectatum non comparentem, auctoritate apostolica reputavit, prout erat, exigente justicia, in causa ipsius fidei contumacem et in eum propter hujusmodi contumaciam excommunicationis sententiam promulgavit, decernens auctoritate predicta contra eum fore ad penas alias procedendum, prout excessuum predictorum enormitas et contumacia predicta exigerent ac justicia suaderet. Et, licet sedis apostolice pietas in expectatione conversionis dicti Barnabonis adhibita, eum, cujus salutem materna benivolencia cupiebat et cupit, debuerit emollire, ipsumque ad viam salutis ab invio revocare, quia tamen ipse Barnabos ecclesie predicte non agnoscens clemenciam, spernens dulcedinem, claves contempnens ecclesie, virgam potestatis vicarii Jhesu Christi temerarius non verebatur, prout nec veretur, predictam excommunicationis sententiam in eum per eundem predecessorem in causa ejusdem fidei, ut premittitur, promulgatam, per biennium et ultra sustinendo, prout sustinet, animo pertinaci, propter quod erat, prout est, merito velut hereticus condempnatus; nos, qui curam universi gregis dominici divina dispositione suscepimus, tenebamur prout tenemur, ex debito pastoralis officii, ovem infectam ab ovili dicti gregis excludere, ne inficeret oves sanas, nolentes, sicut nec salva consciencia poteramus, ipsius Barnabonis venenosam nequiciam, ne sue conversationis contagione corpus fidelium Christi commacularet ipsorumque pura massa corumperetur ex ejus fermento pestifero, oculis conniventibus preterire, IIII kalendas decembris proximi preteriti, de fratrum nostrorum consilio, ipsum Barnabonem per publice citationis edictum, cujusmodi citationis modum ex certis rationabilibus causis duximus eligendum, presente fidelium multitudine copiosa, peremptorie citavimus, ut, prima die hujus mensis marcii si consistorium foret, alioquin prima die qua consistorium

ipsum esse contingeret, quam quidem diem ei pro peremptorio termino assignavimus, hora consistoriali compareret personaliter coram nobis, auditurus sententiam per nos in hujusmodi causa fidei proferendam, et alias facturus et recepturus quod justicia suaderet. Et, ut nostra citatio hujusmodi ad dicti Barnabonis noticiam deduceretur, cartas sive membranas citationem continentes eandem suo quasi sonoro preconio et patulo judicio publicavimus, ut ipse Barnabos quod ad eum non pervenisset vel quod ignorasset eandem nullam posset excusationem pretendere vel ignoranciam allegare, cum non foret verisimile quoad ipsum remanere incognitum vel ocultum quod publicaretur omnibus tam patenter, denique voluimus et apostolica auctoritate decrevimus quod citatio ipsa perinde Barnabonem artaret eundem ac si ei personaliter et presentialiter insinuata et intimata fuisset, non obstantibus constitutionibus contrariis quibuscumque. Et cum venientes ad dictam curiam, morantes in ea et recedentes ab ipsa debeant plena securitate gaudere, ac in spoliantes, capientes et detinentes venientes ad dictam curiam, morantes ibidem vel ab inde recedentes hujusmodi excommunicationis et anathematis sentencie sint per processus apostolicos promulgate, ne tamen dictus Barnabos Romanam curiam, comunem omnibus patriam, locum sibi minus tutum, ac propter inimicicias vel ex aliis causis imminere sibi periculum in itinere veniendi ad dictam curiam, ad excusationis sue velamen seu pallium forsitan allegaret, universos et singulos patriarchos, archiepiscopos et episcopos ac alios ecclesiarum et monasteriorum prelatos et clericos et personas ecclesiasticas, necnon duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, capitaneos et officiales alios, eorumque loca tenentes, necnon comunia civitatum et universitates opidorum et aliorum quorumcunque locorum, auctoritate apostolica, per litteras nostras citationem continentes predictam requisivimus et hortati fuimus ut eidem Barnaboni et familie sue veniendo ad dictam curiam, morando in ea et recedendo ab illa, in personis, bonis et rebus eorum nullum inferrent injuriam vel offensam. Adveniente vero dicta prima die presentis mensis marcii, cum idem Barnabos tunc personaliter minime compareret, nos per dilectos filios nostros Stephanum, sancte Marie in Aquiro et Hugonem, sancte Marie in Porticu diaconos cardinales, eundem Barnabonem ad portam dicti palacii publice vocari et requiri fecimus, ut est moris. Quo non comparente, magister Gualdisius de Lovixellis, legum doctor, civis Cremonensis, ibidem existens ac asserens se procuratorem Barnabonis prefati, sed nullum procuratorium ibidem exhibens, quasdam exceptiones et excusationes pro parte dicti Barnabonis verbo proposuit. Nosque ipsum Gualdisium ad hoc non admisimus, sicut nec admittere debebamus ac exceptiones et excusationes per eum propositas tamquam notorie falsas in facto et de jure nullatenus procedentes duximus repellendas, dictumque Barnabonem, exigente justicia, reputavimus ac pronunciavimus contumacem. Nichilominus tamen, de benignitate apostolica, ipsum adhuc expectare volentes, prefatum terminum, ad dictam primam diem hujus mensis marcii, ut prefertur, statutum, prorogavimus in eodem statu ad hanc diem hora consistoriali predicta, assignantes eam ipsi Barnaboni ad audiendum dictam sententiam, et alias nichilominus facturo et recepturo quod justicia suaderet, prout premissa omnia in dicti predecessoris et nostris processibus et litteris inde habitis et confectis plenius continetur, hodieque nobis cum eisdem fratribus existentibus in consistorio prelibato, hora consistoriali predicta, astante prelatorum aliorumque clericorum et laicorum multitudine copiosa, cum idem Barnabos minime comparere curaret, nos ipsum per dictos Stephanum et Hugonem cardinales ad portam dicti palacii, ut est moris, vocari fecimus. Sed, eo non comparente, idem Gualdisius quasdam exceptiones et defensiones etiam verbotenus proposuit. Nosque, ipsum Gualdisium non admittentes, exceptiones et defensiones hujusmodi utpote falsas in facto et non procedentes de jure duximus repellendas, dictumque Barnabonem denuo reputavimus et pronunciavimus contumacem. Et, quia idem Barnabos, in reprobum sensum datus, imitatus Pharaonis duriciam, cor saxeum sibi fecit, spernens ad gremium ecclesie prefate redire, ac mala malis accumulans, claves ecclesie ausu temerario contempnendo, nos, tantam divine majestatis offensam, tantumque clavium predictarum contemptum nequeuntes salva consciencia amplius tolerare, Christi, cujus licet immeriti vices in terris gerimus, nomine invocato, de dictorum fratrum consilio, eundem Barnabonem, sicut predicitur, per dictum predecessorem nostrum citatum ut de fide responderet nec comparere curantem, et propter ejus contumaciam in dicta causa fidei excommunicationis vinculo innodatum, quam per annum et annos ut prefertur animo sustinuit pertinaci, per hanc nostram sententiam, dicta auctoritate apostolica, velut hereticum condempnamus, decernentes et declarantes ac nunciantes eundem Barnabonem militari singulo, ac omnibus honoribus, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, bonis et juribus suis universis et singulis fore privatum ac universis penis et sententiis per sanctiones canonicas et civiles promulgatis adversus hereticos subjacere, et eum velut hereticum et ab ecclesia dei precisum ab omnibus Christi fidelibus evitandum;

omnes insuper et singulos, qui imposterum ipsi Barnaboni favebunt, ipsumque defendent seu receptabunt, tamquam fautores, defensores et receptatores hereticorum esse censendos, ac penis et sententiis quibus subjiciuntur fautores, defensores et receptatores hereticorum existere obnoxios et subjectos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre condempnacionis, constitutionis, declarationis et nunciationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Actum et datum Avinione, in palacio apostolico, V nonas marcii, pontificatus nostri anno primo.

» Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos et singuli vestrum, per vos vel alium seu alios, sentenciam hujusmodi ac omnia et singula in ea contenta, singulis diebus dominicis et festivis, dum populus convenerit ad divina, in singulis vestris majoribus ecclesiis atque locis vestrarum civitatum et diocesium de quibus expedire videritis, publicetis, et eidem populo exponatis intelligibiliter in vulgari, monentes omnes et singulos, tam clericos quam laicos, ut sententias et penas, a jure canonico et civili contra fautores, defensores et receptatores hereticorum latas et inflictas, sicut fideles christiani et filii devoti sancte matris ecclesie, merito formidantes, dicto Barnaboni aut ejus complicibus ac fautoribus et defensoribus cum armis vel alias quomodolibet dare favorem ac auxilium vel consilium non presumant. Ceterum, de publicatione ac monitione hujusmodi et aliis que feceritis in premissis, per vestras litteras vestris sigillis munitas vel publica instrumento, quam cito commode poteritis, nos vel camerarium nostrum curetis reddere cerciores. Dat. Avinione, XVII kal. aprilis, anno primo. »

240 Avignon, 23 mars 1363.

Johanni, episcopo Urbevetano, in Urbe vicario, mandat ut non impediat gratiam a se ipso hodie factam abbati et conventui monasterii sanctae Praxedis de Urbe de portione quam exhibere tenentur pro cardinalatus titulo in ipso monasterio existente; utque processus et sententias contra eosdem monachos per eum habitos, quos nunc pontifex ipse relaxat, nullius roboris esse declaret. (Reg. 245, fol. 107 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* Hodie dilectis filiis —. Dat. Avinione, X kal. aprilis, anno primo. »

241 Avignon, 25 mars 1363.

Johanni, comiti Armaniaci, ut contra Hugonem, episcopum Albiensem, bellum movere desistat. (Reg. 245, fol. 107 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 18.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, salutem etc.* Nuper displicenter audivimus quod tua nobilitas, malis forsan suggestionibus informata, credens quod venerabilis frater noster Hugo, episcopus Albiensis, se contra te cum dilecto filio nobili viro Gascone, comite Fuxi, ligaverit, eidem episcopo et ecclesie Albiensi eorumque subditis moves guerram, non absque offensa Dei et dicte ecclesie gravissimo detrimento : quare, cum assertione audiverimus fide digna quod idem episcopus nullam ligam fecerit cum comite supradicto, quamvis cum ipso et aliis vicinis ejusdem ecclesie pro ipsius damnis vitandis prudenter transire conetur, eandem nobilitatem hortamur et rogamus attente quatinus, ob reverenciam Dei, qui in afflictione et oppressione suarum ecclesiarum offenditur, ac apostolice sedis et nostram, ab hujusmodi guerra studeas abstinere, quinimmo ipsam ecclesiam, a qua tui multa bona et honores dicuntur hactenus recepisse, habeas, prout habere te decet, tuis favoribus commendatam. Dat. Avinione, VIII kal. aprilis, anno primo. »

242 Avignon, 27 mars 1363.

Guillelmo, archiepiscopo Lugdunensi, ut sententiam excommunicationis contra Bernabonem de Vicecomitibus, civem Mediolanensem, ejusque complices latam, faciat solemniter publicari. (Reg. 245, fol. 108 recto.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Lugdunensi.* Sicut fraternitatem tuam —. Dat. Avinione, VI kal. aprilis, anno primo. »

243 Avignon, 27 mars 1363.

Franciscum de Baucio, ducem Andriae, hortatur ut Jacobum, regem Majoricarum, qui Johannam, reginam Siciliae desponsavit, studeat honorare, eique in defensione dicti regni Siciliae assistere fideliter et potenter. (Reg. 245, fol. 108 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem.* Quantis curarum angustiis —. Dat. Avinione, VI kal, aprilis, anno primo. »

244 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Sicilie camerario. (Reg. 245, fol. 109 recto.)

245 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni de Eugumeo, comiti Lucii. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

246 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Azarolis, comiti Melfiae, magno regni Siciliae senescallo. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

247 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Ludovico de Eugumeo, comiti Conversani. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

248 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Guillelmo Ruffo, comiti Sinopoli. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

249 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Roberto de Martano, comiti Squillacii, regni Siciliae admirato. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

250 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio Rufo, comiti Cathancarii. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

251 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Philippo de Sanguieto, comiti Altimontis. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

252 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio Rufo, comiti Montisalti. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

253 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Rogerio de Sancto Severino, comiti Mileti. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

254 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Angelo de Azarolis, comiti Maltae. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

255 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao, filio Julae, comiti Satarani. (*Ibid.*, fol. 109 verso.)

256 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio de Sancto Severino, comiti Marsiti, magno conestabulo regni Siciliae. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

257 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Francisco de Sancto Severino, comiti Lauriae. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

258 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Vinceslao de Sancto Severino, comiti Tritariti. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

259 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Ludovico de Sabrano, comiti Ariani, « et eodem modo dicitur omnibus infrascriptis. » (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

260 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Goffrido de Jamvilla, comiti sancti Angeli. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

261 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Lautricho, comiti Mirabelli. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

262 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Bartholomeo de Capua, comiti Altaevillae. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

263 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Lodovico Arto, comiti Sanctae Agathae. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

264 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Carolo Cambatese, comiti Mortoni. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

265 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Honorato Gaetano, comiti Fundorum. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

266 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio de Larath, comiti Caserti. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

267 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Thomasio de Sancto Fraymundo, comiti Cerreti. (*Ibid.*, fol. 110 recto.)

268 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Francisco de Ebulo, comiti Triveti. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

269 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Filiis Ursi, comiti Nolani. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

270 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Neapoleoni de Filiis Ursi, comiti Manupelli, logothetae et prothonotario regni Siciliae. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

271 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Rogerio de Celano, comiti Celani. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

272 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Conrado de Aquaviva, comiti Sancti Valentini. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

273 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Francisco de Aquino, comiti Laureti. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

274 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Carolo Arto, comiti Montisodorisii. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

275 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Guillelmo de Sabrano, comiti Angloni. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

276 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Petro Salvacossae, comiti Bellanti. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

277 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Thomae de Sancto Severino militi, comitatus Terlucii domino. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

278 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Henrico de Sancto Severino, militi, regni Sicilie marescallo. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

279 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Hugoni de Sancto Severino, domino Sapontariae. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

280 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Thomae de Sancto Severino, domino Rocchae Imperialis. (*Ibid.*, fol. 110 verso.)

281 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Jacobo de Sancto Severino, militi. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

282 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Francisco de Sancto Severino, militi. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

283 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Mathiae de Gisualdo, militi, baroniae Cayani domino. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

284 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Philippo Philangeno, militi, domino Candidae. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

285 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni de Lagonissa, domino Montissartoli. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

286 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Matheo de Celano, domino Balserani. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

287 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Rostayno Cantelmi, domino Alveti. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

288 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Jacobo Cantelmi, militi. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

289 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Raynaldo de Filiis Ursi, domino Talliacotii. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

290 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Alexandro Brancatio, militi Neapolitano, regni Siciliae marescallo. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

291 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Matheo Capuano, militi Neapolitano, civitatis Boyanae domino. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

292 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni Zurulo, militi Neapolitano, domino Andrettae. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

293 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni Carathulo de Neapoli, Pisottae domino. (*Ibid.*, fol. 111 recto.)

294 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Matra, militi, domino Guardiae. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

295 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Thebaldo de Lippoya, militi, domino Sartonii. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

296 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Alamannia, domino Bulcini. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

297 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Matheo de Marra, domino Serini. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

298 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Cicarello de Petrafixa, domino Petrafixae. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

299 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Caprino, domino Petrae Portusae. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

300 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Bartholomeo Spinello, militi, domino Grecii. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

301 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Matheo Stillato, militi, domino Cefaloni. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

302 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Oddoni de Moliterno, militi, domino Moliterni. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

303 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Raynaldo de Scaletta, domino Columbrarii. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

304 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Cicholino de Ponciaco, militi. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

305 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Guillelmo de Ponciaco, domino Grutulae. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

306 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Gripta, militi, domino Griptae Maynardae. (*Ibid.*, fol. 111 verso.)

307 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni de Rayano, domino Duguani. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

308 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Ricardo Grillo, militi, domino Seziae. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

309 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Johanni de Ebulo, militi, domino Castri Pignani. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

310 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio de Gallucio, domino Gallucii. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

311 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Petro de Ebulo, domino Montis Rotundi. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

312 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao Rufo, militi, domino Supini. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

313 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Raynaldo de Sengro, domino Aversano. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

314 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio de Aquaviva, domino Murri. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

315 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Amelio de Agotho, domino Columpnellae. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

316 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Angelo de Filiis Ursi, domino Peschi. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

317 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Letto, domino Civitae Quanae. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

318 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Ysnardo de Rillano, domino Ilicis. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

319 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Raymundacio Candolae, domino Sanctae Polmariae. (*Ibid.*, fol. 112 recto.)

320 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Philippo de Andria, militi, domino Collissorbii. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

321 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Nicolao de Accozamira, militi, domino Goriani. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

322 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Petro de Aversa, militi, domino Sontooni. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

323 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Balardo de Sangno, domino Castri Ferrandi. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

324 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Philippo de Marerio, domino Petrellae. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

325 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Bonamutae de Aquila, domino Callisficati. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

326 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Lallo de Campovissis de Aquila. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

327 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Antonio Candolae, domino Civitae Luparelli. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

328 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Manfredo de Claromonte, admirato insulae Siciliae (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

329 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Guillelmo .., comiti de Apperch. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

330 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Leonardo de Tocho, comiti Cefaloniae. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

331 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Belardo Carathulo, militi Neapolitano. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

332 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Tuchillo Zurulo, militi Neapolitano. (*Ibid.*, fol. 112 verso.)

333 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Matheo Aldemarisco, militi Neapolitano. (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

334 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Galeotto de Malatestis, militi Ariminensi, capitaneo generali regni Siciliae. « Sed post verbum : *quatenus*, addatur : *opera tua laudanda, que in commisso tibi officio hucusque gessisti continuans, eundem etc.* (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

335 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. universis archiepiscopis et episcopis per regnum et Terram citra Farum constitutis. (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

336 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Universitatibus civitatum, castrorum et locorum regni Siciliae et Terrae citra Farum. (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

337 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. universis officialibus regni Siciliae et Terrae citra Farum. (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

338 Avignon, 27 mars 1363.

In e. m. Universitati civitatis Neapolitanae. (*Ibid.*, fol. 113 recto.)

339 Avignon, 27 mars 1363.

Johannam, reginam Siciliae, hortatur ut honorifice recipiat et conjugali dilectione prosequatur Jacobum, regem Majoricarum, virum suum, ad regnum Siciliae se transferentem. (Reg. 245, fol. 113 recto.)

« *Carissime in christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* More patris benivoli —. Dat. Avinione, VI kal. aprilis, anno primo. »

340 Avignon, 27 mars 1363.

Robertum, imperatorem Constantinopolitanum, hortatur ut Jacobum, regem Majoricarum, qui Johannam, Siciliae reginam, desponsavit, benigne pertractet et debitis honoribus prosequatur. (Reg. 245, fol. 113 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, Imperatori Constantinopolitano illustri.* In apostolice sedis —. Dat. Avinione, VI kal. aprilis, anno primo. »

341 Avignon, 27 mars 1363.

Simili modo .. Philippo de Taranto, mutatis mutandis. (*Ibid.*, fol. 114 verso.)

342 Avignon, 28 mars 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut Johannae, reginae Siciliae, de vexillo Ecclesiae ac capitaneo genteque equestri et pedestri, ejusdem tamen reginae expensis, ad quosdam qui dictum regnum perturbare moliuntur debellandos, subveniat. (Reg. 245, fol. 114 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Nuper carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, nobis dolenter significare curavit quod quidam de regno Sicilie seu de terris citra Farum, pacifici status dicti regni temerarii subversores, quasdam ligas contra reginam et statum eosdem facere presumpserunt, ad quorum intentionem pravam elidendam, ne in factum prosiliat, et impietatis fasciculos dissolvendum, regina ipsa cum favore et vexillo sancte Romane ecclesie intendit exponere vires suas, a nobisque in hac parte auxilium postulavit; licet igitur de spirituali remedio eidem regine duxerimus providendum, nichilominus tamen cupientes eam etiam temporaliter, prout nobis possibile redditur, adjuvare, volumus et tue fraternitati mandamus quod, quandocumque ab eadem regina fueris requisitus, de gente Romane ecclesie equestri et pedestri, prout commode sine periculo negotiorum eidem ecclesie incumbentium poteris, ac etiam de capitaneo et vexillo ecclesie supradicte eidem regine, suis tamen stipendiis et expensis, studeas subvenire, eam nichilominus aliis tuis providis consiliis et oportunis favoribus adjuvando. Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno primo. »

343 Avignon, 30 mars 1363.

Ad perpetuam rei memoriam, processus, qui in die Coenae Domini publicari consueverunt, publicantur. (Reg. 245, fol. 122 recto.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Excommunicamus et anathematizamus —. Dat. Avinione, III kal. aprilis, anno primo. »

344 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Bituricensi et Claromontensi ac Mimatensi et Sancti Flori episcopis, ejusdem archiepiscopi suffraganeis, concedit ut a personis suarum civitatum et dioecesium, quae sunt poenitentia ductae, usuras, rapinas et alia male ab ipsis acquisita recipiant, ipsasque ab excommunicationis sententia absolvant et in subsidium Terrae Sanctae passagiique ultramarini dictas pecunias convertant. (Reg. 261, fol. 5 verso. De curia, n° 19.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopo Bituricensi et .. Claromontensi ac .. Mimatensi et .. Sancti Flori episcopis, ejusdem archiepiscopi suffraganeis.* Fidei orthodoxe super —. Dat. Avinione, II kal. aprilis, anno primo. »

345 Avignon, 31 mars 1363.

Arelatensi et Viennensi archiepiscopis necnon Avinionensi et Valentinensi ac Montis Albani episcopis, idem concedit. (Reg. 261, fol. 6 verso. De curia, n° 21.)

« *Venerabilibus fratribus .. Arelatensi et Viennensi archiepiscopis necnon Avinionensi et Valentinensi ac .. Montis Albani episcopis.* Fidei orthodoxe super —. Dat. Avinione, II kal. aprilis, anno primo. »

346 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Bituricensi et Claromontensi, Mimatensi ac Sancti Flori episcopis mandat ut decimam, Johanni, regi Franciae, pro passagio ultramarino concessam, ad Romanam curiam infra duos menses destinare procurent. (Reg. 261, fol. 6 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopo Bituricensi et Claromontensi ac Mimatensi et Sancti Flori episcopis, ejusdem archiepiscopi suffraganeis, salutem etc.* Ad recuperationem Terre Sancte, que per hostes crucis, in tocius christianitatis opprobrium, longis temporibus detenta extitit, prout presentialiter detinetur, et ad defensionem fidelium parcium Orientis, qui ab ipsis hostibus jugiter impugnantur, apostolice solicitudinis studia convertentes, hodie, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica, ad dictas terram et partes indiximus passagium generale ac in regno Francie, per vos et alios ecclesiarum dicti regni prelatos, per alias nostras litteras verbum crucis mandavimus predicari, necnon carissimum in Christo filium nostrum, Johannem, regem Francie illustrem, dicti passagii et omnium fidelium, qui transfretabunt in illo, constituimus rectorem et capitaneum generalem ac in subsidium grandium expensarum, quas idem rex in tanti prosecutione negotii subire cogetur, decimas omnium proveniencium eccle-

siasticorum ac fructus primi anni omnium beneficiorum ejusdem regni ac Remensis et Lugdunensis diocesum, quantum extra ipsum regnum protenduntur, vacaturorum, necnon omnia legata ac donata inter vivos seu in ultima voluntate ac penas condempnacionis, penitencias impositas seu injunctas ac eciam usuras, rapinas et male acquisita, si hii quibus horum restitucio fieri deberet seu eorum heredes sciri vel inveniri non possent et quecumque alia ex voto, stipulacione, pacto vel permissione passagio generali aut in dicte terre subsidium seu succursum in regno et diocesibus supradictis, quantum extra ipsum regnum ut prefertur protendi noscuntur, facta et debita a duodecim annis citra et quedam alia subsidia per sex annos, a die date presencium numerandos ex tunc proxime, secuturos exigenda, colligenda et recipienda dicto regi gratiose duximus concedenda, sub certis tamen formis, modis et condicionibus, prout in diversis nostris litteris inde confectis plenius continetur, licet igitur in dictis nostris litteris contineatur expresse quod omnes pecunias de hujusmodi decimis, fructibus, legatis, donatis, usuris, rapinis, male ablatis et aliis quibuscumque subsidiis, per nos dicto regi occasione jamdicti passagii concessis, colligendas burgensibus ydoneis, quos idem rex, ad hujusmodi pecunie conservationem, pro utilitate et commodo dicti passagii, juxta ordinacionem super hiis per nostras litteras factam, deputabit, studeretis certis temporibus integraliter assignare, prout in eisdem litteris super hiis confectis plenius continetur, tamen ex certis volumus vobisque in virtute sancte obediencie, sub pena excommunicationis, quam si secus feceritis vos incurrere volumus ipso facto, mandamus quatenus dicte pecunie, ad aureas monetas reducte, singulis sex mensibus, tibi, fratri archiepiscopo, per vos, fratres suffraganei, assignentur, et de singulis assignacionibus hujusmodi conficiantur publica instrumenta, tuque, frater archiepiscope, hujusmodi et aliis pecuniis per te debitis et de tuis civitate et diocesi receptis, ad hujusmodi aureas monetas reductis, omnes monetas ipsas aureas, una cum dictis instrumentis fideliter et prudenter, infra duos menses ex tunc proxime sequentes, ad Romanam curiam destinare ac nostre camere facere assignari procures, ibidem custodiendas et conservandas, donec de assignatione ipsarum regi facienda prefato aliter duxerimus ordinandum aliudque vobis dederimus in mandatis, volumus tamen quod gentes dicti regis ad hoc deputatas de quantitatibus monetarum seu pecuniarum, quas dicte camere duxeritis assignandas, certificare curetis. Dat. Avinione, II kal. aprilis, anno primo (1). »

(1) Sous cette date du 31 mars 1363, Rainaldi a publié deux lettres très importantes d'Urbain V qui ont également trait à la croisade (VII, 188-190). Dans la première, adressée au roi de France, le pape énumère les périls que les infidèles font courir à la chrétienté et nomme le roi lui-même chef de l'expédition. (*Dolenter referimus quod.*) Dans la seconde, adressée à l'archevêque de Reims et à ses suffragants, le pape fulmine l'excommunication contre quiconque tenterait de détourner le roi de France de son pieux dessein et prescrit des prières solennelles pour le succès de la croisade. (*Providere volentes ne.*) Ces lettres, étant transcrites dans les Registres du Vatican parmi les *communes* d'Urbain V, n'ont pu trouver place ici.

347 Avignon, 31 mars 1363.

Arelatensi et Viennensi archiepiscopis necnon Avinionensi, Valentinensi ac Montis Albani episcopis mandatur idem. (Reg. 261, fol. 7 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus Arelatensi et Viennensi archiepiscopis necnon Avinionensi et Valentinensi ac Montis Albani episcopis.* Ad recuperacionem terre —. Dat. Avinione, II kal. aprilis, anno primo. »

348 Avignon, 3 avril 1363.

Vicarium et consilium civitatis Massiliensis rogat ut civitatis Bononiensis ambaxiatoribus ad sanctam Sedem deputatis, qui a quibusdam civibus Massiliensibus spoliati sunt, bona faciant restitui. (Reg. 245, fol. 124 recto.)

« *Dilectis filiis .. vicario et generali consilio civitatis Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Gravem excessum per quosdam vestros concives dudum in personas dilectorum filiorum Tadei de Azogindis, militis, et Jacobi de Bobus, legum doctoris, ambaxiatorum communis civitatis nostre Bononiensis et suorum familiarium, tunc per mare ad Romanam curiam venientium, spoliatione pirratica perpetratum, tam propter lesorum injuriam ac dampnum quam propter perpetrantium infamiam et peccatum vestreque civitatis derogationem honoris, tanto dolentius audivimus quanto lesos et ledentes ferventiori prosequimur caritate, ex eoque amplius vestrum, dilecti filii, consideratione dolemus quo, petita super hoc per dictos ambaxiatores a vobis justitia et promissa, prout vestre littere nobis ostense innuunt, nulla tamen, ut nobis asseritur, extitit ministrata, propter quod dilecti filii alii ambaxiatores dicte civitatis Bononiensis ac eorundem primorum ambaxiatorum spoliatorum procuratores justicie debitum, quod negare finaliter non possemus, a nobis cum multa instancia in hac parte requirunt. Quocirca discretionem vestram hortamur et rogamus attente mandantes quatinus super satisfactione spoliatis eisdem,

absque ulteriori protelatione temporis, facienda sic efficaciter providere curetis quod vos vestro consulatis honori et nos querelam super hoc de cetero minime audiamus. Dat. Avinione, III nonas aprilis, anno primo. »

349 Avignon, 3 avril 1363.

Gerlaco, archiepiscopo Maguntino, ut procuratorem Heliae, tituli sancti Stephani in Coeliomonte, praesbyteri cardinalis, de adipiscenda possessione praepositurae ecclesiae Maguntinae, benigne recipiat et admittat. (Reg. 245, fol. 124 verso.)

« *Venerabili fratri Gerlaco, archiepiscopo Maguntino.* Nuper moleste ferentes —. Dat. Avinione, III nonas aprilis, anno primo. »

350 Avignon, 3 avril 1363.

In e. m. capitulo ecclesiae Maguntinae « mutato numero singulari in pluralem. » (*Ibid.*, fol. 124 verso.)

351 Avignon, 3 avril 1363.

Rupertum seniorem, comitem palatinum Reni, rogat ut negotia supradicti Heliae cardinalis in dicta praepositura, cujus nonnulla bona sub suo temporali dominio consistunt, adipiscenda, habeat commendata. (Reg. 245, fol. 124 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ruperto, seniori, comiti Palatino Reni.* Nuper moleste ferentes —. Dat. ut supra. »

352 Avignon, 7 avril 1363.

Johanni de Eredia, priori ac capitulo prioratus sancti Ægidii, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ut Petrum Planterii, ordinis praedicti, papae olim socium dum ipse scolastico studio juris canonici vacaret, in possessionem quietam praeceptoriae de Nebiano, de qua a magistro hospitalis sibi provisum fuit, induci et manuteneri procurent. (Reg. 245, fol. 126 recto.)

« *Dilectis filiis Johanni de Eredia, priori ac capitulo prioratus sancti Egidii hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Personam dilecti filii —. Dat. Avinione, VII idus aprilis, anno primo. »

353 Avignon, 10 avril 1363.

Johanni, episcopo Urbevetano, in Urbe vicario, mandat ut, tam palatium pontificis, situm apud Basilicam principis apostolorum, quam campanile ipsius basilicae reparari ac in hoc tres campanas poni faciat. (Reg. 245, fol. 127 recto. — *Bullarium SS. Basilicae Vaticanae*, II, p. 1.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* Testimonio fidedigno percepimus —. Dat. Avinione, IIII idus aprilis, anno primo. »

354 Avignon, 15 avril 1363.

Carolo, Navarrae regi, scribit de passagio transmarino ad bellum contra Turchos faciendum, ipsum hortans ut cum Johanne, rege Francie et Petro, rege Aragonum, pacem habere studeat et ad dictum passagium in persona vel aliter faciendum se disponat. (Reg. 245, fol. 127 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 102.)

« *Carissimo in Christo filie Carolo, regi Navarre illustri, salutem etc.* Justus dominus et sanctus etc. Ea propter serenitatem tuam hortamur et rogamus attencius quatinus, pro reverencia Dei et favore tam pii ultramarini negotii, cum carissimo in Christo filio nostro Petro, rege Aragonum illustri, pacem et concordiam studeas reformare, et, si quid rancoris erga dictum regem Francie in animo tuo fortasse remansit, illud ex toto ac confestim abicias, attentissimoque studio caveas ne contra prefatum tuum socerum attemptes facere seu fieri facere aliquam noxiam novitatem : quinimmo solerter studeas, quantum in tua magnitudine fuerit, te sibi filialis et indissolubilis dilectionis vinculo reunire, ac sibi per te ipsum vel saltem per tuum auxilium adesse potenter in pio negotio memorato. Nos enim eundem regem Francie similiter fuimus exhortati quod erga te et tuos benigne se habeat, ac, materia cujuslibet turbationis abjecta, eandem celsitudinem ad suam reconciliationem admittens, eam, prout decet, paternis affectibus prosequatur. Quod si forte in hiis partes apostolice solicitudinis fuerint oportune, nos illas gratanter offerimus, parati utriusque vestrum honores et commoda, prout nobis possibile fuerit, promovere. Ceterum, pro hiis magnificiencie regie latius explicandis, dilectum filium magistrum Johannem Crozati, decanum Beate Marie de Tutella, Tirasonensis diocesis, capellanum nostrum ac causarum sacri palacii apostolici auditorem, apostolice sedis nuncium, latorem presentium, virum utique providum et fidelem, ad tuam presentiam destinamus, cui super hiis que tibi circa premissa ex parte nostra retulerit, velis fidem plenariam adhibere. Dat. Avinione, XVII kal. maii, anno primo. »

355 Avignon, 15 avril 1363.

Carolo, Romanorum Imperatori, notificat se audivisse a Simone, magistro ordinis fratrum Praedicatorum, quae Imperator ipse eidem commisit sibi exponenda; quibus per eundem Simonem, praesentium latorem, pontificia responsio viva voce referetur. (Reg. 245, fol. 129 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto.* Dilectus filius Simon —. Dat. Avinione, XVII kal. maii, anno primo. »

356 Avignon, 15 avril 1363.

Ernestum, archiepiscopum Pragensem, hortatur ut apud Carolum, Romanorum Imperatorem, velit, prout solet, negotia ecclesiae Romanae efficaciter promovere. (Reg. 245, fol. 129 verso.)

« *Venerabili fratri Arnesto, archiepiscopo Pragensi.* Ex relatione dilecti —. Dat. Avinione, XVII kal. maii, anno primo. »

357 Avignon, 15 avril 1363.

In e. m. Johanni, episcopo Luthomuslensi. (*Ibid.*, fol. 130 recto.)

358 Avignon, 15 avril 1363.

In e. m. Burcardo de Magdeburg, praeposito Vicegradensi, Pragensis dioecesis. (*Ibid.*, fol. 130 recto.)

359 Avignon, 15 avril 1363.

Ludovico, regi Hungariae, ut Simoni, ordinis fratrum Praedicatorum magistro, in hiis quae ex parte sanctae Sedis referet, indubie credat. (Reg. 245, fol. 130 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* De fide ac circumspectione dilecti filii Simonis, ordinis fratrum predicatorum magistri, apostolice sedis nuncii, latoris presentium, quem ad tuam presentiam destinamus, plene confisi, quedam ardua, sacram fidem, statum sancte Romane ecclesie et passagium ultramarinum tangentia, sue discretioni duximus committenda, per eum vive vocis oraculo ex parte nostra devotioni regie celsitudinis exponenda, super quibus tua serenitas eidem magistro fidem adhibeat sicut nobis. Dat. Avinione, XVII kal. maii, anno primo. »

360 Avignon, 15 avril 1363.

In e. m. Rodolpho, duci Austriae. (*Ibid.*, fol. 130 recto.)

361 Avignon, 16 avril 1363.

Consules et universitatem civitatis Biterrensis rogat ut quamdam compositionem, inter ipsos et capitulum ecclesiae clerumque civitatis ejusdem Biterrensis factam, velint propter guerras congrue moderari. (Reg. 245, fol. 130 verso.)

« *Dilectis filiis .. consulibus et universitati civitatis Biterrensis.* Gravem discordiam, olim inter vos et dilectos filios capitulum ecclesie aliumque clerum civitatis Biterrensis ac .. priorem de Cassiano, Biterrensis diocesis, exortam, dudum in minoribus constituti audivimus displicenter; nuperque, pro parte dictorum capituli et cleri et prioris, nobis extitit intimatum quod compositio per eos vobiscum facta super discordia prelibata, absque congrua moderatione ipsius, eis importabile et impossibile est omnino, et quod, quamvis per vestros terrores, minas et violenciam, dicta compositio facta fuerit, prout nostis, et posset annullari de jure, tamen pro bono pacis et, ut vobiscum sint perpetuo in caritate sincera, eandem compositionem secundum eorum possibilitatem, que propter guerrarum turbines et alias causas dicitur non modicum diminuta, desiderant adimplere, unde super hoc vestre interpositionis auxilium implorarunt. Quocirca discretionem vestram hortamur et rogamus attente quatenus, ea que ex parte vestra gesta fuerunt ac impossibilitatem hujusmodi et bonam dispositionem dictorum capituli cleri et prioris quietis animis maturaque consideratione pensantes, dictam composicionem velitis congrue moderari et cum ipsis capitulo et priore et alio clero sic gravatis in hiis et aliis, pro reverencia Dei et conservatione status dictarum ecclesiarum nostrorumque adjectione precaminum, sic benigne agere quod exinde salus vestrarum animarum et honor vobis proveniant et clerici dictarum ecclesiarum eas relinquere vel cultum divinum in eis minuere, que absint, minime compellantur, nosque discretam providenciam vestram, quam in hac parte, nostris excitati precibus, adhibueritis, dignis commendare laudibus valeamus; super quibus vobis plenius vive vocis oraculo exponendis venerabili fratri nostro Petro, archiepiscopo Narbonensi, velitis fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, XVI kal. maii, anno primo. »

362 Avignon, 17 avril 1363.

Vicario suo in Urbe de provisione olei pro lampadibus ante

imaginem Salvatoris in ecclesia Lateranensi consistentibus et de augmento salarii officiarii ad ipsarum custodiam deputati. (Reg. 245, fol. 135 verso. De camera.)

« *Venerabili fratri .. nostro in spiritualibus in Urbe vicario qui est et pro tempore fuerit, salutem etc.* Ad apostolatus nostri pervenit auditum quod pro luminaribus decem lampadum consistentium ante ymaginem Salvatoris nostri ac altare capelle nostre apud ecclesiam Lateranensem constitute, qui dicitur Sancta Sanctorum, in quo altari beatorum apostolorum Petri et Pauli capita dicuntur recondita, altararius noster in basilica principis apostolorum, qui est et fuit pro tempore, duodecim congitellas olei seu necessariam pecuniam pro eisdem, que annuatim ultra sex florenos auri communiter non ascendit, et triginta sex Turonenses argenti pro salario custodis capelle predicte, de oblationibus altaris ejusdem basilice nos contingentibus, retroactis temporibus tradere consuevit quodque, cum dicta quantitas olei non sufficeret pro lampadibus seu luminaribus prelibatis, reliquum oleum ad hoc necessarium percipiebatur ex certis olivetis ad hujusmodi luminaria deputatis, que presentialiter, ut dicitur, sunt destructa, propter quod magna parte temporis hujusmodi luminaria defecerunt ac deficiunt, non absque diminutione reverencie venerandorum ymaginis et capitum predictorum quodque, propter gentium defectum, que jamdiu fuit et est ad presens in Urbe, quod dolenter referimus, non reperitur custos ydoneus qui de dicta quantitate XXXVI Turonensium contentetur, propter quod in dicta veneranda capella custos assiduus non habetur; nos igitur, volentes hujusmodi suplere defectui, fraternitati tue presentium tenore mandamus quatinus, si est ita, duodecim alias congitellas olei ultra predictas duodecim congitellas consuetas dari, ut prefertur, pro dictis lampadibus et alios XXXVI Turonenses pro augmento salarii custodis ejusdem, per altararium ipsum, qui est et pro tempore fuerit, facias consuetis temporibus integraliter exhiberi, eum ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compescendo. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno primo. »

363 Avignon, 17 avril 1363.

Eidem ut ostensionem praedictae Salvatoris imaginis, quae fieri solebat in Resurrectionis dominicae die, qua communiter Romipetae de Urbe recessisse consueverunt, faciat dominica in Palmis inchoari, ut ipsorum devotioni satisfiat. (Reg. 245, fol. 136 recto. De camera.)

« *Eidem.* Apostolatui nostro extitit reseratum quod, quamvis sacra veronica et nonnulle reliquie sanctorum, quorum corpora in Urbe requiescunt, quadragesime et aliis temporibus Romanis et Romipedis ostendantur, tamen venerandissima ymago Salvatoris nostri, que est in capella nostra apud Lateranensem ecclesiam constituta, que dicitur Sancta sanctorum, in Resurrectionis dominice, die qua Romipete communiter consueverunt recessisse de urbe, incipit demonstrari, propter quod nonnulli Romipete, eandem videre ymaginem cupientes, ipsius dolenter carent ymaginis visione; quocirca, eorum piis desideriis congrue satisfacere affectantes, fraternitati tuè mandamus quatinus ostensionem dicte ymaginis singulis annis dominice in Palmis facias inchoari, ac per totam majorem ebdomadam ostensionem ipsam illis horis quibus post dictam diem Resurrectionis hujusmodi consuevit fieri ostensio et extunc continuari usque ad diem solite clausure ymaginis supradicte. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno primo. »

364 Avignon, 17 avril 1363.

Johanni, episcopo Urbevetano, suo in spiritualibus in Urbe vicario mandat ut, de pecuniis per eum nomine camerae apostolicae recollectis, quinque millia florenorum auri faciat assignari Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, in defensionem et recuperationem terrarum sanctae romanae Ecclesiae applicanda. (Reg. 245, fol. 136 verso. De curia. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 377.)

« *Venerabili fratri Johanni episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* Cum pro defensione —. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno primo. »

365 Avignon, 17 avril 1363.

In e. m. Lucio de Callio. decretorum doctori, et Paulo de Gabrielibus, canonico Faventino, apostolicae sedis nuntiis, ut de pecuniis nomine camerae apostolicae per ipsos receptis, quatuor millia florenorum auri legato supradicto assignent. (Reg. 245, fol. 137 recto. De curia.)

366 Avignon, 17 avril 1363.

Episcopo Convenarum et priori sancti Symphoriani Æduensis ac decano Bituricensi mandat ut episcopo Æduensi bona Reginaldi, praedecessoris ejus, faciant assignari. (Reg. 245, fol. 138 recto. De camera et De curia. — Reg. 261, fol. 1 verso, n° 4. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Convenarum et dilectis*

filiis .. priori sancti Symphoriani Eduensis ac decano ecclesie Biturícensis .. Dudum fe. re. Innocencius —. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno primo. »

367 Avignon, 17 avril 1363.

Procuratori fisci sui mandat ut quicquid de bonis Reginaldi, episcopi quondam Æduensis, apostolicae camerae thesaurarii, receperit, pro satisfactione debitorum ejusdem episcopi, Gaufrido, episcopo Æduensi, successori ejus, faciat integraliter assignari. (Reg. 245, fol. 137 verso. De camera et De curia. — Reg. 261, fol. 2 recto, n° 5, De curia.)

« *Dilecto filio .. procuratori fisci nostri, salutem et apostolicam benedictionem.* Dudum felicis recordationis Innocentius papa VI, predecessor noster, ex certis causis rationabilibus que ad id suum animum induxerunt, dispositionem rerum ac bonorum mobilium necnon debitorum et creditorum bone memorie Reginaldi, episcopi Eduensis, thesaurarii sui, que tempore sui obitus haberet vel pertinerent quomodolibet ad eundem, ipsaque res et bona ac debita et credita sibi ac sedi apostolice specialiter reservavit, decernens ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari; postmodum vero prefato episcopo, sicut Domino placuit, ab intestato viam universe carnis ingresso, cum assereretur dictum episcopum teneri nonnullis creditoribus et eciam suis servitoribus pro remuneratione suorum serviciorum in pluribus et diversis pecuniarum quantitatibus, quibus debitoribus et servitoribus satisfieri non poterat de bonis ipsius episcopi restantibus, nisi credita, jura et actiones ad eundem episcopum dum viveret pertinencia exigerentur a debitoribus eorundem, voluit idem predecessor quod eadem credita, jura et actiones, ad dictum episcopum pertinencia, tanquam dispositioni prefate sedis, ut premittitur reservata, ad cameram predictam spectantia, nomine ipsius camere per procuratorem fiscalem peterentur et exigerentur et omnia que reciperentur exinde venerabili fratri nostro Gaufrido, episcopo Eduensi, nepoti et immediate successori dicti Reginaldi episcopi, pro satisfactione creditorum et servitorum hujusmodi, quibus ipsum Gaufridum episcopum, in quantum bona hujusmodi, quo per ipsum Gaufridum episcopum reciperentur, se extenderent, teneri voluit et residuum ad convertendum in pios usus pro salute anime dicti Reginaldi episcopi, prout sibi visum foret, super quo suam conscienciam oneravit, mandavit integraliter assignari, prout de hiis omnibus per gentes camere predicte fuimus plenarie informati; nos igitur, volentes ordinationem dicti predecessoris circa premissa executioni debite demandari, hodie certis judicibus dedimus in mandatis ut omnia et singula bona, credita, jura et actiones, que ad dictum Reginaldum spectabant tempore mortis sue, in quibuscumque, ubicumque et apud quoscumque consistant, de quibus, si necesse fuerit, vocatis qui fuerint evocandi, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, se informent, eidem procuratori ex causa predicta auctoritate nostra tradi et assignari realiter et integraliter faciant, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, prout in nostris litteris exinde confectis plenius continetur. Quocirca discretioni tue presentiam tenore mandamus quatinus omnia et singula pecunias, res et bona, que de premissis receperis, dicto episcopo pro satisfactione eorumdem creditorum et servitorum, integraliter assignare procures, volumusque quod quidquid de pecuniis, rebus et bonis hujusmodi eisdem creditoribus et servitoribus satisfactum superfuerit, per dictum Gaufridum episcopum hujusmodi propriis usibus applicentur. Dat. Avinione, XV kalendas maii, anno primo. »

368 Avignon, 22 avril 1363.

Johannam, reginam Siciliae, hortatur ad castrum sancti Remigii, in comitatu Provinciae constitutum, Guillelmo Rogerii, comiti Bellifortis, restitui faciendum. (Reg. 245, fol. 132 verso. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 83.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Meminimus quod, anno preterito, dum nos in minoribus constituti per felicis recordationis Innocencium papam VI, predecessorem nostrum, ad tue serenitatis presenciam fuimus destinati, te ex parte dicti predecessoris attente rogavimus quod castrum sancti Remigii, in comitatu tuo Provincie constitutum, quo dilectus filius nobilis vir Guillelmus Rogerii, comes Bellifortis, fuerat spoliatus, sibi restitui facere dignareris; et, licet super hoc benigne responderis, adhuc tamen, prout nobis asseritur, hujusmodi restitutio non est facta; quare, cum expeditionem votivam hujus negocii, pro quo sicut tua excellencia non ignorat, multos labores pertulimus corporales, plenis desideriis affectemus, regina-lem celsitudinem rogamus et hortamur attente quatinus, provide pensans quod idem comes suique consanguinei et affines tibi tuoque regno et dicto comitatui possunt esse multipliciter fructuosi et quod pro restitucione predicta sedes apostolica pluries preces suas cum affectione porrexit, premissorum intuitu et nostrorum interventione precaminum, que, velut prodeuncia de intimis

nostri cordis in apostolatus nostri primordiis tibi direximus, circa restitutionem ipsam non differendam ulterius te reddas benivolam et etiam efficacem, ita quod super hiis non gravemur ulterius sed tuam magnitudinem de prompta efficacia expeditionis hujusmodi negocii commendare merito valeamus et, ut de voluntate nostra in hac parte plenius informeris, venerabili fratri nostro Petro, archiepiscopo Neapolitano, latori presentium, de ipsa nostra voluntate plenius informato, super hiis que circa hec tibi ex parte nostra narraverit, adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, X kal. maii, anno primo. »

369 Avignon, 22 avril 1363.

Nicolao de Azarolis, comiti Melfiensi, magno regni Siciliae senescallo, scribit ut de restitutione ejusdem castri dicto comiti facienda apud reginam praedictam partes suas interponat. (Reg. 245, fol. 133 recto. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, *ibid.*)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao de Azarolis, comiti Melfiensi, magno regni Sicilie senescallo.* Carissime in Christo —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno primo. »

370 Avignon, 22 avril 1363.

In e. m. Nicolao de Alifia, militi, regni Siciliae cancellario. (*Ibid.*, fol. 133 recto.)

371 Avignon, 22 avril 1363.

In e. m. Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Siciliae camerario. (*Ibid.*, fol. 133 recto)

372 Avignon, 22 avril 1363.

Bertrando, episcopo Convenarum, ut debitores mercatorum de societate Ammanatorum de Pistorio compellat ad ipsis mercatoribus, qui in magnis pecuniarum quantitatibus ecclesiae Romanae sunt obligati, satisfaciendum. (Reg. 245, fol. 139 verso. De camera.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Convenarum, salutem etc.* Cum olim mercatores de societate Ammanatorum de Pistorio, eadem societate adhuc in sui status integritate remanente, plures et magnas pecuniarum summas de pecunia Romane ecclesie in diversis partibus recepissent et illas contra justiciam detinentes, sicut adhuc detinere noscuntur, eas ipsius ecclesie camere restituere non curarent, ac eis nonnulli archiepiscopi et episcopi, abbates, priores et alii ecclesiarum prelati et persone ecclesiastice, seculares et regulares, capitula quoque et conventus, exempti et non exempti, in diversis partibus constituti, in magnis pecuniarum summis, sicut fe. re. Johanni pape XXII, predecessori nostro, tunc in humanis agenti, datum fuerat intelligi, tenerentur nec posset de bonis mercatorum et societatum ipsorum unde prefate camere de hujusmodi pecuniarum summis satisfieret reperiri, predecessor idem volens in hac parte indempnitati ejusdem ecclesie providere, bo. me. Petro, episcopo Penestrino, tunc archiepiscopo Aquensi, dedit per litteras suas apostolicas in mandatis ut, per se vel alium seu alios, predictos omnes et singulos vel illos ex eis, de quibus per inquisitionem super hoc summarie et de plano sine strepitu et figura judicii faciendam, apud sedem apostolicam vel in locis aliis, de quibus eidem episcopo videretur, constaret quod mercatoribus et societati predictis in summis pecuniarum aliquibus tenerentur vel quod libros, instrumenta publica, litteras in pendenti sigillatas et alias quascumque scripturas et cautelas ac res et bona mobilia et immobilia ad dictos mercatores et societatem spectancia, vel que possent ad ipsos pertinere, tenerent vel haberent in custodia seu commenda, ad solvendum easdem pecuniarum summas ac libros, instrumenta, litteras, scripturas et cautelas predicta eidem restituenda camere, monitione predicta, per suspensionis et excommunicationis in personas et ecclesias, monasteria et loca ipsorum interdicti sententias et aggravationem ipsarum, si forte expedire videret, appellatione remota compellere procuraret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus de duabus dietis edita in concilio generali ac fe. re. Bonifacii pape VIII predecessoris nostri constitutionibus, per que tam judices quam conservatores a sede apostolica deputati extra civitates et dioceses in quibus deputati fuerint et alibi quam in locis insignibus procedere vel vices suas commictere aut aliquos ultra unam dietam a fine sue diocesis trahere prohibentur, aut si eis vel eorum aliquibus, communiter vel divisim, a sede predicta foret indultum quod excommunicari, suspendi aut eorum ecclesie, monasteria et loca ecclesiastico interdicto subici aut extra vel ultra certa loca trahi non possent per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi et eorum personis, locis et nominibus propriis vel ordinibus mentionem et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris dicte sedis generalibus vel specialibus per que

dictis litteris non expressa vel totaliter non inserta dicti episcopi potestatis executio posset quomodolibet impediri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in eisdem litteris habenda esset mentio specialis seu quibuscumque commissionibus super causis summarum pecuniarum hujusmodi et eas contingentibus factis apud sedem eandem et quibuscumque processibus habitis super eis, quas quidem commissiones, etiam si per eas ad actus aliquos esset forte processum, idem predecessor auctoritate apostolica revocavit et voluit quod dictus episcopus eas in eo in quo tunc erant statu resumeret et in eis summarie sine strepitu judicii procederet ac figura, quodque a data dictarum litterarum esset sibi in premissis omnibus et singulis plena potestas et jurisditio attributa ut eo vigore eaque firmitate posset, auctoritate dicti predecessoris, in predictis omnibus et pro predictis, procedere ac si jurisdicio ipsius episcopi in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset; voluit etiam prefatus predecessor quod dictus episcopus illos qui de pecuniarum summis satisfacerent supradictis ac libros, instrumenta, litteras, scripturas et cautelas alias ac bona prefata camerario ipsius predecessoris traderent et de hiis que ipsi camerario soluta forent et etiam assignata absolveret plenius et quitaret et per eundem camerarium absolvi faceret et quitari, ac deinde cum idem episcopus Penestrinus, tunc tituli sancte Potenciane presbiter cardinalis, ad cardinalatus honorem assumptus, in hujusmodi negotio auctoritate litterarum predictarum procedere non valeret, idem predecessor, nolens propter hoc ipsum negotium retardari, per alias litteras suas apostolicas episcopo commisit et mandavit eidem quod in negotio memorato procederet juxta predictarum continenciam litterarum sibique omnem in premissis eidem episcopo, dum adhuc ecclesie Aquensis regimini presideret, per dictas priores litteras attributam de novo concessit tenore secundarum litterarum hujusmodi potestatem, prout in eisdem litteris plenius continetur; postmodum vero, licet earumdem litterarum vigore in hujusmodi negotio ad aliquos actus processum foret per episcopum antefatum, quia tamen de hujusmodi pecuniarum summis nondum erat prefate camere satisfactum, fe. re. Clemens papa VI, predecessor noster, dictique Johannis successor, indempnitati ejusdem camere in hoc providere volens, tibi, tunc priori Brive, Lemovicensis diocesis, thesaurario suo, per suas dedit sub certa forma litteras in mandatis ut, legitimo per eundem episcopum in premissis habito servato processu, ad executionem utrarumque litterarum predictarum juxta continenciam earumdem procedere non postponeres, non obstantibus omnibus supradictis et qualibet prescriptione personali et temporali vel alia que contra premissa vel aliqua eorum posset quomodolibet obici vel opponi ac constitutionibus et jurisdictionibus contrariis quibuscumque, cumque tu, quem idem predecessor Clemens, tunc tuis claris exigentibus meritis, ecclesie Lumberiensis tunc vacantis regimini auctoritate apostolica prefecerat in episcopum et pastorem, in negocio memorato procedere dictarum litterarum auctoritate non posses, licet post prefectionem tuam hujusmodi certos de facto quantumlibet processus habuisses in premissis, idem predecessor Clemens, processus hujusmodi per te habitos ut prefertur ratos et gratos habens, illosque auctoritate confirmans eadem ac supplens omnem defectum, si quis intervenisset in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis et nolens propter hoc hujusmodi negotium retardari, fraternitati tue per apostolica scripta mandavit quod in predicto negotio juxta predictarum directarum tibi procederes continenciam litterarum ac omnem in premissis tibi, dum adhuc prior Brive existeres, per dictas litteras attributam de novo concessit et attribuit per suas litteras potestatem, tuque, receptis hujusmodi litteris prefati predecessoris Clementis, cum esses aliis ipsius predecessoris Clementis, cujus eras thesaurarius, ut prefertur, negotiis occupatus, dilecto filio magistro Bernardo de Ruthena, canonico Belvacensi, licenciato in legibus, super omnibus et singulis in eisdem litteris dicti predecessoris Clementis contentis et causis coram te occasione premissorum pendentibus et quas emergere contingeret, cum omnibus emergentibus et ea tangentibus, commisisti vices tuas, donec eas ad te duceres revocandas, prout in litteris tuis exinde confectis noscitur apparere, cujus commissionis vigore idem Bernardus in causis hujusmodi ad actus aliquos non processit, deindeque idem predecessor Clemens, volens personam tuam, eisdem tuis exigentibus meritis, de majoris ecclesie regimine honorare, te a vinculo quo tenebaris ecclesie Lumbariensis absolvit et ad regimen ecclesie Convenarum transtulit ac prefecit eidem in episcopum et pastorem sed extunc, prout nobis asseritur, nec per te nec per eundem Bernardum processum extitit in negotiis prelibatis. Quia igitur de hujusmodi pecuniarum summis nondum est jam dicte camere satisfactum, nos indempnitati ejusdem camere in hac parte providere volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus in predicto negotio juxta predictarum directarum tibi procedas continentiam litterarum, nos enim omnem in premissis tibi, dum adhuc prior Brive existeres, per dictas litteras attributam de novo concedimus et attribuimus tenore presentium potestatem. Dat. Avinione, X kal. maii, anno primo. »

373 Avignon, 22 avril 1363.

Eidem in eodem modo pro societate Clarentum de Pistorio. (Reg. 245, fol. 142 recto. De camera.)

374 Avignon, 22 avril 1363.

Gaucelmo, episcopo Nemausensi, thesaurario suo, mandat ut tertiam partem pecuniae quam recipiet a debitoribus mercatorum de societate Ammanatorum de Pistorio faciat dictis mercatoribus vel eorum heredibus assignari. (Reg. 245, fol. 142 recto. De camera.)

« *Venerabili fratri Gauselmo, episcopo Nemausensi, thesaurario nostro.* Ea que a —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno primo. »

375 Avignon, 22 avril 1363.

Eidem in eodem modo pro societate Clarentum de Pistorio. (Reg. 245, fol. 142 recto. De camera.)

376 Avignon, 25 avril 1363.

Ludovicum, regem Hungariae, hortatur ut de matrimonio inter Jacobum, regem Majoricarum, ac Johannam, reginam Siciliae, contracto, contentetur ipsumque regem fraterne diligat et honoret. (Reg. 245, fol. 133 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie.* Ad tue serenitatis —. Dat. Avinione, VII kal. maii, anno primo. »

377 Avignon, 27 avril 1363.

Nicolao, marchioni Estensi, congratulatur de victoria habita supra Bernabonem de Vicecomitibus, ipsumque et colligatos cum sancta Romana ecclesia hortatur ut contra eundem haereticum ac defensores ejus victoriam promptius praeliando continuent. (Reg. 245, fol. 143 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 79. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 378.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi et ejus districtu pro nobis et ecclesia Romana vicario.* Grandis letitie jubilum —. Dat. Avinione, V kal. maii, anno primo. »

378 Avignon, 27 avril 1363.

In e. m. Gometio Garsiae de Albornos, militi, civitatis Bononiensis rectori. (Reg. 245, fol. 143 verso.).

379 Avignon, 1er mai 1363.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana et ejus districtu Imperiali Vicario, congratulatur de eadem victoria, et gratias agit quod ultra numerum equitum, ad quos ratione ligae tenetur, gentem aliam contra dictum hostem destinaverit. (Reg. 245, fol. 143 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana et ejus districtu Imperiali Vicario.* Grandis letitie jubilum —. Dat. Avinione, kal. maii, anno primo. »

380 Avignon, 28 avril 1363.

Johannae, reginae Siciliae, ut medietatem quadraginta millium florenorum auri, in quibus pro annuo censu Romanae ecclesiae tenetur, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, assignari faciat. (Reg. 245, fol. 144 recto. De curia. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, XX, 83.)

« *Carissimo in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Cum tu pro —. Dat. Avinione, IIII kal. maii, anno primo. »

381 Avignon, 28 avril 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, facultatem concedit recipiendi supradictam medietatem XL millium florenorum ab eadem regina. (Reg. 245, fol. 144 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Cum carissima in —. Dat. Avinione, IIII kal. maii, anno primo. »

382 Avignon, 1er mai 1363.

Reginae supradictae ut dicta viginti millia florenorum praedicto legato nullo modo differat assignare. (Reg. 245, fol. 150 recto.)

« *Carissimo in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Ut super solutione —. Dat. Avinione, kal. maii, anno primo. »

383 Avignon, 30 avril 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut verbum crucis contra Bernabonem de Vicecomitibus, de hae-

resi condemnatum, tam infra terminos suae legationis quam extra, faciat praedicari. (Reg. 245, fol. 144 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Ad exterminandam perfidiam —. Dat. Avinione, II kal. maii, anno primo. »

384 Avignon, 30 avril 1363.

Cum universis qui Bernabonem de Vicecomitibus, civem Mediolanensem, ejusque complices in personis propriis impugnarent et per annum continuum vel interpolatum infra biennium ex tunc complendum laborarent ecclesiae Romanae vexillum sequendo, quasdam indulgentias pontifex concesserit, Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, concedit ut dictum annum abbreviare et eum interpolatum extendere ultra dictum biennium, prout sibi videbitur expedire, possit. (Reg. 245, fol. 146 recto. De curia.)

« *Eidem.* Nuper nos adversus —. Dat. ut supra. »

385 Avignon, 30 avril 1363.

Conventiones inter Jacobum, regem Majoricarum, et Johannam, Siciliae reginam, occasione matrimonii inter ipsos contrahendi factas confirmat. (Reg. 261, fol. 29 verso, n° 57. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ea que ad obviandum futuris dissensionibus et scandalis et ad nutriendam conjugalem dilectionem, presertim personarum sublimium, sunt provide ordinata decet apostolici favoris patrocinio communiri. Sane peticio pro parte carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustris, nobis exhibita continebat quod olim, dum de contrahendo inter carissimum in Christo filium nostrum Jacobum, regem Majoricarum illustrem, et ipsam reginam matrimonio tractaretur, certas convenciones seu pacta per dictum regem servanda invicem habuerunt, quas postmodum dilecti filii Georgius Johannis de Perpiniano, cappellanus, ac Stibicus de Stibicis, civis Astensis, procuratores procuratorio nomine dicti regis, ad promittendum quod idem rex convenciones et pacta hujusmodi inviolabiliter observabit et ad contrahendum dictum matrimonium specialiter constituti, tempore contractus ipsius matrimonii per eos et venerabilem fratrem nostrum Nicolaum, archiepiscopum Cusentinum, tunc episcopum Melfiensem, procuratorem procuratorio nomine dicte regine ad hoc specialiter constitutum, contracti solenniter promiserunt, ut in animam dicti regis, prout hoc ab eo in mandatis habebant, corporaliter juraverunt quod rex prefatus eadem convenciones et pacta inviolabiliter attenderet et servaret, prout in instrumento exinde et de contractu dicti matrimonii confecto plenius continetur. Quare prefata regina nobis humiliter supplicavit ut convenciones et pacta hujusmodi contenta in instrumento predicto, cujus tenorem presentibus inseri fecimus, pro ipsorum convencionum et pactorum observancia firmiori ac pro bono et quieto statu sui regni, quod regina Sicilie a nobis et Romana ecclesia tenet in feudum, ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmare dignaremur. Nos igitur, visis et diligenter examinatis convencionibus et pactis eisdem, supplicacioni dicte regine benignius imparcientes assensum, eadem convenciones et pacta rata et grata habentes, ea ex certa sciencia confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, volentes ac decernentes illa habere perpetuam firmitatem. Tenor autem dicti instrumenti talis est :

» In nomine domini nostri Jhesu Christi, amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta decima, die mercurii quarta decima mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani, divina providentia pape V, anno primo. Universis presens instrumentum publicum inspecturis pateat evidenter quod dudum de contrahendo matrimonio inter serenissimos principes Jacobum, Dei gratia regem Majoricarum, comitem Rossilionis et Ceritanie ac Montispessuli dominum, et dominam Johannam, eadem gratia reginam Iherosolimitanam et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissam, certis tractatibus habitis hinc inde, tandem divina favente clemencia, de hujusmodi inter eos matrimonio contrahendo per ipsos concordatur, hiis pactis et condicionibus inter eosdem intervenientibus et initis que talia sunt. Primo quod sufficiat dicto regi Majoricarum intytulare se tytulo regni sui Majoricarum et non titulo regni Sicilie, nec debeat nec possit petere coronacionem nec inuncionem ac ligium homagium a comitibus, baronibus et regnicoli[s] aliis, quorumcunque condicionis, status et gradus sint, tanquam rex Sicilie, vir domine regine, sed solum habeat sacramentum assecuracionis, nec de administracione dicti regni ac comitatuum Provincie et Forcalquerii se quomodolibet intromittere, sed penes ipsam dominam in solidum debeat remanere. Secundo quod non tractet, nec debeat habere seu tenere vel haberi seu teneri facere, per se vel concurrentes cum voluntate sua, cujuscunque nacionis, fortalicia ubicumque per regnum, nec pretextu aliquorum sumptuum, quos subire ipsum forsan pretenderet vel

contingeret in defensione regni vel recuperacionis insule Sicilie, seu alio modo quocumque competat seu competere possit tenuta ipsorum fortaliciorum vel terrarum et locorum regni, sed semper remaneant in dispositione domine et ad suam provisionem atque mandatum. Tercio quod si contingeret dominam predecedere superstitibus filiis ex utroque et, ipso rege superstite, filios ipsos sive infra legitimam sive post quandocumque predecedere, sibi nullum jus vendicet vel acquirat in successione regni et hereditate materna ipsorum filiorum, sed devolvatur successio ad illos de genere dicte domine ad quos deferri contingeret secundum tenorem convencionum, regni legibus seu juribus quibuscumque in contrarium loquentibus nullatenus obstituris. Quarto quod idem rex Majoricarum semper concurrat et teneatur concurrere cum ipsa domina regina in reverencia et obediencia sancte matris ecclesie et apostolice sedis, et quibuscumque aliud directe vel indirecte suadentibus non acquiescet, ac pure et simpliciter assistet et favebit toto posse circa satisfaccionem census impendendam eidem ecclesie seu apostolice sedi pro regno Sicilie annis singulis et circa ipsam ecclesiam perpetuo contentandam. Quinto quod de premissis sic procedentibus, si forte contingat imposterum super illis difficultatem aliquam exoriri, vel forsan hesitari, ipse difficultas et hesitacio declarande remaneant in judicio domini summi pontificis, qui pro tempore [fuerit], et ad eum spectat declaracio eorundem, interpretando sicut censure consulte et libere visum erit, cujus judicio et interpretacioni sine replicacione alia stetur et stari debeat et pars utraque reputare se exinde contentam. Iidem serenissimi principes, dominus Jacobus rex et Johanna regina, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et reverenciam sancte matris Ecclesie ad hujusmodi perfectionem procedere volentes nec presencialiter illud perficere valentes, obsistentibus causis et negociis quampluribus arduis, ad premissa et infrascripta omnia et singula faciendum solenniter, specialiter et expresse, videlicet serenissimus princeps dominus Jacobus, rex Majoricarum predictus, discretos viros magistros Stibiotum Stibium, civem Astensem in Romana curia procuratorem ac presbyterum Georgium Johannis de Perpiniano, ipsius domini regis cappellanum, — ut constat per publicum instrumentum scriptum manu Bartholodi de Ferrariis de Tridino, publici auctoritate imperiali notarii, sub anno et indiccione presentibus, die secunda presentis mensis decembris et subscriptum ac signatum nomine ac signo Anthonii Murisoni quondam Jacobi de Tridino, eadem auctoritate notarii, necnon sigillatum quodam magno sigillo rotundo impendenti, ut apparebat, dicti domini Majoricarum regis, in cera rubea et crocea cum filis sericis rubeis et croceis, in quo quidem sigillo sculpta erat ymago regalis coronata cum temptorio supra caput, sedens in solio, tenensque in manu dextera s[c]eptrum et in sinistra pomum et sub pedibus figuras trium leonum ac a dextris unum et a sinistris dicti solii aliud scuta ad arma sepedicti domini regis erant, hec autem littere circumferentes dictum sigillum post ✠ legebantur : S. Jacobi, dei gratia Majoricarum regis ; a tergo vero dicti sigilli impressum erat quoddam parvulum sigillum, ut videbatur ad arma domini regis ejusdem ; — et prefata serenissima principissa domina Iherosolimitana et Sicilie regina illustris, reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Nicolaum, Dei gratia episcopum Melfiensem, consiliarium suum, — prout constat per publicas et patentes litteras ejusdem domine regine, scriptas sub data Neapoli, ut apparebat, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, die quintadecima septembris, prima indictione secundum cursum Neapolis, regni ipsius domine regine anno vicesimo, sigillatasque quodam magno sigillo rotundo impendenti domine regine prefate, in cera rubea cum filis cericeis rubei coloris et crocei, in cujusquidem sigilli parte una sculpta erat ymago reginalis coronata, sedens in solio, tenens in manu dextera sceptrum cum lilyo in ipsius summitate et in manu sinistra pomum rotundum, cujus partis sigilli littere circumposite legebantur post ✠ : Johanna, Dei gratia regina Jherusalem et Sicilie, ducatus Apulie, (et) in campo vero ipsius partis sigilli erant circumquare dictam ymaginem cruces et lylia, in altera autem parte sigilli ejusdem sculpta erant scuta quinque ad arma solita regum Jherusalem et Sicilie, et hujusmodi partis littere sigillum circumferentes post signum ✠ legebantur : principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, eidem eciam littere in inferiori parte impressa erat forma cujusdam sigilli cum lyliis et rastello, in quo inter cettera (sic) legebatur : anulus secretus, — suos veros, certos et legitimos constituerunt procuratores, cum plena, libera et omnimoda potestate ; unde supradicti magister Stibiotus Stibius, civis Astensis, et presbyter Georgius Johannis de Perpiniano, procuratores antedicti serenissimi principis domini Jacobi, regis Majoricarum illustris, ut hujusmodi matrimonium debitum et gratum Deo sorciatur effectum, procuratorio nomine antedicto, suprascripta omnia et singula pacta et convenciones, eis integraliter de verbo ad verbum intelligibiliter et publice coram testibus infrascriptis per me Benedictum notarium subscriptum ac infrascriptum Bertholotum de Ferrariis de Tridino notarium, prout eciam in ipsorum mandato

continetur, ad requisicionem supradicti domini episcopi Melfiensis, procuratoris domine regine predicte, pro ipsa et ejus nomine stipulantis et recipientis, scripta prout superius et lecta, approbaverunt, ratificaverunt, rata et grata habuerunt, eaque attendere et observare perpetuo et inviolabiliter dicto nomine et contra ipsa non facere vel venire, seu quod idem dominus rex ea attendet et observabit perpetuo et inviolabiliter et contra ea non faciet vel veniet, per se vel alium, de jure vel de facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis modo, causa, vel ingenio aut quesito colore, solempniter promiserunt et convenerunt, ac dicto procuratorio nomine prestiterunt ad sancta Dei ewangelia corporaliter tacta in dicti regis animam juramentum, obligantes dicto procuratorio nomine eidem domino episcopo, procuratori domine regine predicte stipulanti ut supra, pro hiis omnibus et singulis perpetuo inviolabiliter observandis et attendendis, omnia et singula bona mobilia et immobilia ipsius domini regis, presencia et futura, que ipsi procuratores domini regis prefati ipsius domine regine procuratorio nomine se possidere constituerunt. Post hec autem iidem predictarum parcium procuratores, volentes que eis per prefatos serenissimos principes committuntur et mandantur, et specialiter hujusmodi matrimonium, quantum in eis procuratoriis nominibus antedictis, perficere et contrahere per verba utriusque consensum exprimencia legitime de presenti inter prefatum serenissimum principem dominum Jacobum, regem Majoricarum, ex parte una, et prelibatam serenissimam principissam dominam Johannam, Jherusalem et Sicilie reginam, ex parte altera, ad hec deveniunt, videlicet quod jam dictus magister Stibiotus Stibius, civis Astensis, in Romana curia procurator, et presbyter Georgius Johannis de Perpiniano, premissi serenissimi principis domini Jacobi, dei gratia regis Majoricarum, comitis Rossilionis et Ceritanie ac Montispessulani domini procuratores, interrogati per nos notarios infrascriptos, stipulantes et recipientes nomine et vice domine regine ejusdem, si volebant, procuratorio nomine ipsius regis in premissum, serenissimam principissam dominam Johannam, Dei gratia Jherusalem et Sicilie [reginam], ducatus Apulie et principatus Capue et Forcalquerii ac Pedemontis comitissam, tamquam in uxorem veram et legimam ipsius domini Jacobi, regis Majoricarum illustris, secundum legem et consuetudinem sancte matris Ecclesie consentire et consenciebant, rèsponderunt quod sic, dicentes et ore proprio exprimentes : « nos Stibiotus Stibius, civis Astensis, in Romana curia procurator, ac presbyter Georgius Johannis de Perpiniano, procuratores et procuratorio nomine serenissimi principis domini Jacobi, regis Majoricarum, comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispessulani consentimus in serenissimam principissam dominam Johannam, reginam Jherusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii, ac Pedimontis comitissam, tamquam in veram et legitimam uxorem prefati serenissimi principis domini Jacobi, dei gratia Majoricarum regis illustris, ipsamque ex nunc procuratorio nomine dicti domini regis in ejus uxorem volumus et accipimus. » Prelibatus quoque reverendus pater dominus Nicolaus, episcopus Melfiensis, procurator ejusdem serenissime principisse domine Johanne, Jherusalem et Sicilie regine illustris, interrogatus eciam per nos notarios supradictos, stipulantes et recipientes nomine et vice prefati domini regis Majoricarum, si ipse dominus episcopus, tamquam procurator et procuratorio nomine dicte domine regine, volebat in prefatum serenissimum principem dominum Jacobum, regem Majoricarum consentire et consenciebat tamquam in verum et legitimum virum, maritum et sponsum domine regine prefate, secundum legem et consuetudinem sancte matris Ecclesie, respondit quod sic, dicens et exprimens ore proprio : « ego Nicolaus, Dei gratia episcopus Melfiensis, procurator et procuratorio nomine serenissime principisse domine Johanne, eadem gratia Jherusalem et Sicilie regine, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitisse, consencio in serenissimum principem dominum Jacobum, dei gratia regem Majoricarum, comitem Rossilionis et Ceritanie ac dominum Montispessuli, tamquam in verum, legitimum virum et sponsum prefate serenissime principisse domine Johanne regine, et ex nunc ipsum serenissimum principem dominum Jacobum, regem Majoricarum, in verum et legitimum sponsum et maritum ejusdem serenissime principisse domine Johanne regine, procuratorio nomine antedicto, volo et accipio. » Hiis siquidem sic per actis, idem dominus episcopus, domine regine, et prefati magister Stibiotus et presbyter Georgius, domini regis predictorum procuratores, procuratoriis nominibus eorum sibi invicem, scilicet unus alteri et alteri alter, promiserunt et convenerunt, sollempni stipulacione habita inter eos et ad cautelam omnium predictorum juraverunt, videlicet dictus dominus episcopus, prepositis coram eo sacris scripturis, suis positis manibus ad pectus more episcopali, et magister Stibiotus et presbyter Georgius procuratores premissi, procuratoriis nominibus antedictis, ad sancta Dei ewangelia, corporaliter tacto libro, quod iidem domini eorum predictum matrimonium, et omnia et singula circa illud acta et facta per eos, prout superius recitatur, rata, grata et firma habe-

bunt ac perpetuo et inviolabiliter observabunt, et contra non facient vel venient quoquomodo, sub obligacione et ypotheca omnium bonorum ipsorum dominorum, et cujuslibet ipsorum presencium et futurorum, de quibus omnibus et singulis prefatis dominus episcopus et Stibiotus ac presbyter Georgius procuratores rogaverunt me Benedictum de Phariseis de Parma et Bartholotum de Ferrariis de Tridino notarios infrascriptos, et quemlibet nostrum in solidum, ut eis unum et plura, semel et pluries ac quociens opus erit, conficiamus publica instrumenta, dantes et concedentes nobis et cuilibet nostrum in solidum licenciam et potestatem dictum instrumentum sive instrumenta ejusdem tenoris ponendi et scribendi cum omnibus clausulis et cautelis oportunis, ad sensum et dictamen juris cujuscunque periti, veritatis in aliquo substancia non mutata. Acta fuerunt hec Avinione, anno, indictione, pontificatu et die supradictis, in domibus ecclesie sancti Desiderii, in quadam camera coherenti vie sive carerie publice, quam cameram tunc habitabat dominus Bernardus de Croso, canonicus ipsius ecclesie sancti Desiderii, presentibus testibus reverendo patre domino Anthonio, dei gratia episcopo Massanensi ac venerabili viro domino Barnabone de Foldenova, canonico Lunensi, et Johanne de Mabdellis, civi Majoricarum, ad hec omnia specialiter vocatis et rogatis. Et ego Benedictus de Phariseis de Parma, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, predictorum pactorum et convencionum approbacioni et ratificacioni, matrimonii predicti contractui seu celebracioni, promissionibus, juramentis, renunciacionibus et obligacionibus omnibus aliis et singulis supradictis sic, ut premittitur, actis, una cum Bartholoto notario subscripto et testibus prenominatis, loco et die prescriptis interfui eaque omnia et singula et requisitus per procuratores suprascriptos scripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, meisque solitis nomine et signo signavi in testimonium omnium premissorum. Et ego Bartholotus de Ferrariis de Tridino, Vercellensis diocesis, imperiali auctoritate notarius, et cancellarius illustris principis domini Johannis, marchionis Montisferrati, imperialis vicarii, notarius, et ipsius domini marchionis scriba, prescriptis omnibus et singulis, prout superius scripta sunt et acta, una cum prenominato Benedicto notario et testibus prelibatis, loco et die premissis interfui, meque, rogatus et requisitus per eosdem procuratores, subscripsi in testimonium premissorum.

» Nulli ergo, etc., nostre confirmacionis, communicionis et voluntatis ac constitucionis infringere, etc. Dat. Avinione, II kal. maii, anno primo. »

386 Avignon, 1er mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, facultatem tractandi cum Bernabone de Vicecomitibus concedit, si, ut a fidedignis asseritur, cum humilitate redire velit ad Ecclesiae gremium. (Reg. 245, fol. 146 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Eximiam tue fraternitatis prudenciam ac fidem preclarissimam in magnis et arduis ecclesie Romane negotiis laudabiliter comprobatas certa experiencia cognoscentes ac sperantes quod easdem fidem et prudenciam in commissis tibi ecclesie prefate negotiis tanto in futurum laudabilius adhibebis quanto soles semper de virtute proficere in virtutem, tibi cum dampnationis filio Bernabone de Vicecomitibus, cive Mediolanensi, manifesto hoste ac persecutore ecclesie prelibate, per nos justo judicio ut heretico condempnato, qui, ut nobis a fidedignis asseritur, vult a suis resilire sceleribus ac ad ecclesie prefate gremium in humilitate redire et cum ejus fautoribus et sequacibus quibuscumque tractandi, reconciliationem ipsorum faciendi ecclesie memorate ac cum eis, de consilio et consensu dilectorum filiorum nobilium virorum Canissegnorii et Pauli Albuini de Lascala ac Nicolai, Hugonis et Alberti, marchionum Estensium, necnon Francisci de Carraria, militis Paduani, cum dicta ecclesia ligatorum, secundum quod ecclesia ipsa tenetur, et cum eisdem Bernabone et ejus fautoribus et sequacibus et quibuscumque aliis ecclesie prefate hostibus pacem et concordiam per te vel alium seu alios reformandi et faciendi, nomine nostro et ecclesie supradicte, cum conventionibus, pactis, condicionibus, promissionibus et obligationibus et penarum appositionibus, de quibus tue circumspectioni expedire videbitur ac promittendi solenniter quod nos infra terminum, quem ad hoc duxeris ordinandum, per nos vel alium seu alios, dictum Bernabonem, omnesque ejus complices et fautores et adherentes eisdem ab omnibus sententiis et penis juris vel hominis, quibus propter eorum delicta, contumacias et heresim, contenta in processibus nostris et quorumcumque predecessorum nostrorum Romanorum pontificum factis et habitis, contra eos nominatim vel in genere subjacent, in forma ecclesie absolvemus, cum irregularibus dispensabimus et interdicta quibus civitates, terre et castra dictorum Bernabonis ac complicum, fautorum et adherentium seu que ipsi tenent et possident relaxabimus, ipsosque processus cassabimus et annullabimus ac eosdem Bernabonem, complices, fautores et adherentes restituemus ad honores, famam, statum, officia, dignitates et bona que habebant ante dictos processus, salvo semper jure alieno, eosque

et ipsorum filios et nepotes habilitabimus et habiles reddemus cum condicionibus et clausis oportunis et alias in forma in qua idem Bernabos suique complices, fautores et adherentes per fe. re. Clementem papam VI, predecessorem nostrum, extitit absolutus et alia faciemus que circa predicta fuerint oportuna, plenam auctoritate apostolica presentium tenore concedimus facultatem. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

387 Avignon, 1er mai 1363.

Cum Johannes, Franciae et Petrus, Cipri reges, qui ad recuperationem Terrae Sanctae transfretare promiserunt, pro pace Romanae ecclesiae et partium Lombardiae ad Bernabonem de Vicecomitibus quosdam transmittant ambaxiatores, ipsum inducturos ad omnia castra Romanae ecclesiae quae in territorio Bononiensi detinet, et castrum Lugi ante omnia, libere restituenda, Ægidio legato supradicto mandat pontifex ut, si hujusmodi restitutio procedet, ad tractatum dictae pacis annuat; alioquin guerram contra ipsum Bernabonem continuat; omne subsidium quod poterit ipsi pro continuatione dictae guerrae pontifex destinare curabit; de quibus eidem legato Nicolaum Spinelli, legum doctorem, duxit destinandum. (Reg. 245, fol. 147 verso. — Original, *Archives du Collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz*, vol. VI, n° 33.)

« *Eidem.* Carissimi in Christo filii nostri Johannes Francie, et Petrus Cipri reges illustres, qui ad recuperationem Terre sancte ut Christi pugiles anhelantes transfetare infra certum terminum in nostris manibus promiserunt, tam hujusmodi favore passagii quam pro pace et quiete Romane ecclesie et partium Lombardie, ad illum perfidum Bernabonem de Vicecomitibus, hostem dei et ecclesie sue sancte, quosdam ambaxiatores transmittunt, ad presens inducturos si poterunt eundem Bernabonem ut omnia castra Romane ecclesie que detinet in territorio Bononiensi et castrum Lugi ante omnia libere restituat et dimittat ecclesie prelibate, et deinde de pace ipsius cum eadem ecclesia et colligatis ipsius ecclesie tractaturos. Quare, si restitutio procedet hujusmodi, placet nobis quod una cum colligatis eisdem, prout ecclesia eis tenetur, ad tractatum et complementum dicte pacis procedas secundum quod tua circumspectio crediderit expedire, etiam si tue prudentie aliter quam contineatur superius videatur, ita quod omni modo de quo tibi videbitur possis facere dictam pacem, super quo tibi per alias nostras litteras plenam concedimus potestatem. Et si tibi videatur quod ad destructionem dicti perfidi, contra quem pugnat Dominus pro ecclesia sua sancta, continuanda sit guerra, ad ipsam continuationem procedas, sicut tibi exercituum dominus ministrabit. Nos enim omne subsidium quod poterimus tibi pro continuatione dicte guerre curabimus destinare, et litteras potestatis faciendi quascunque ligas transmittimus de presenti. Super quibus omnibus, eidem fraternitati latius explicandis, dilectum filium magistrum Nicolaum Spinellum, legum doctorem, latorem presentium, ad tuam presentiam destinamus, cui super hiis que tibi ex parte nostra narraverit adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

388 Avignon, 1er mai 1363.

Gabrieli Adorno, duci ac .. consilio civitatis Januensis, ut Nicolao Spinelli, latori praesentium, ad partes Italiae pro Ecclesiae negotiis destinato, de hiis quae ex parte papae narraverit fidem adhibeant. (Reg. 245, fol. 148 recto. De curia.)

389 Avignon, 1er mai 1363.

In e. m. Regiminibus ac .. consilio civitatis Pisanae. (Reg. 245, fol. 148 recto. De curia.)

390 Avignon, 1er mai 1363.

Canisegnorio et Paulo Albuino de la Scala, ut fidem adhibeant dicto Nicolao Spinello, misso prout supra. (Reg. 245, fol. 148 recto.)

391 Avignon, 1er mai 1363.

In e. m. Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, in civitate Ferrariensi et ejus districtu pro sancta Romana ecclesia vicariis. (Reg. 245, fol. 148 verso.)

392 Avignon, 1er mai 1363.

In e. m. Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana vicario. (Reg. 245, fol. 148 verso.)

393 Avignon, 1er mai 1363.

Angelo Tavernini, provinciae Patrimonii beati Petri in Tuscia thesaurario, de eodem scribit. (Reg. 245, fol. 148 verso.)

394 Avignon, 1er mai 1363.

In e. m. Lapo de Ricasulis, castellano castri Corneti. (Reg. 245, fol. 148 verso.)

395 Avignon, 1er mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, per Nicolaum Spinelli praefatum, cui legatus ipse fidem adhibere debeat in his quae ex parte papae narraverit, quaedam capitula transmittit, ad firmiorem negotiorum supradictorum memoriam, secundum quae legatus procedat, vel alias sicut sibi videbitur expedire. (Reg. 245, fol. 149 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Quamvis dilecto filio —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

396 Avignon, 1er mai 1363.

Laurentio Celsi, duci Venetiarum, ut per subditos suos victualia, mercimonia aut alia praesidia ad terras occupatas per Bernabonem supradictum, quem pontifex ab ecclesia praecisum et ab omnibus Christi fidelibus evitandum decrevit, transmitti non sinat. (Reg. 245, fol. 149 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 379.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurentio Celsi, duci Venetiarum.* Quamvis de tua —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

397 Avignon, 1er mai 1363.

Gastonem, comitem Fuxi, iterum rogat ut castrum Sancti Fragulfi, ad ecclesiam Convenarum pleno jure spectans et a se pro necessitate guerrae injuste detentum, episcopo Convenarum restitui non postponat. (Reg. 245, fol. 149 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Dudum per nostras —. Dat. Avinione, kalendas (sic) maii, anno primo. »

398 Avignon, 1er mai 1363.

Jacobo, regi Majoricarum, Petrum archiepiscopum Neapolitanum, ad suam ecclesiam proficiscentem, commendat. (Reg. 245, fol. 150 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Dudum ecclesia Neapolitana —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

399 Avignon, 1er mai 1363.

In e. m. .. reginae Siciliae. (*Ibid.*, fol. 151 recto.)

400 Avignon, 1er mai 1363.

Gabrieli Adorno, duci ac consilio civitatis Januensis, ut Petro, archiepiscopo Neapolitano, in hiis quae ex parte papae narraverit, fidem adhibeant. (Reg. 245, fol. 151 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci ac consilio civitatis Januensis.* Venerabili fratri nostro —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

401 Avignon, 1er mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, facultatem tribuit faciendi ligas cum nobilibus et communitatibus, ad recuperationem civitatum, castrorum et terrarum Ecclesiae, et defensionem subditorum ejus. (Reg. 245, fol. 175 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 380.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Sancta romana ecclesia —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

402 Avignon, 1er mai 1363.

Eidem, ut pro dictis recuperatione et defensione valeat contrahere mutua nomine papae et Ecclesiae. (*Ibid.*, fol. 176 recto.)

403 Avignon, 1er mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, occasione concordiae cum Bernabone de Vicecomitibus per eum reformandae, facultatem tribuit promittendi, nomine papae et Ecclesiae, omnem pecuniae quantitatem dicto nomine solvendam. (Reg. 245, fol. 175 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 381.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Cum per alias —. Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

404 Avignon, 3 mai 1363.

Petrum, archiepiscopum Neapolitanum, pacis reformatorem in regno Siciliae constituit, eique facultatem concedit discordantes ad pacem faciendam compellendi. (Reg. 245, fol. 176 verso.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Neapolitano.* Regis pacifici qui —. Dat. Avinione, V nonas maii, anno primo. »

405 Avignon, 3 mai 1363.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis ac nobilibus et personis ac communitatibus praedicti regni ut supradicto archiepiscopo, circa reformationem pacis ejusdem, pareant efficaciter et intendant. (Reg. 245, fol. 178 recto.)

406 Avignon, 4 mai 1363.

Quibuscumque inhibet ne Bernaboni de Vicecomitibus adhaereant, communicent vel faveant, neque eidem aut gentibus ejus victualia vel alia necessaria, aut gentium cum armis vel sine armis auxilia mittant, et impediant ne per alios mittantur. Vassallos et subditos, insuper, ipsius Bernabonis a vinculo subjectionis absolvens, et ligas per quoscumque cum eodem Bernabone initas dissolvens, poenas et juramenta desuper praestita remittit et relaxat. (Reg. 245, fol. 179 verso. De curia.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Nefanda perfidia et —. Dat. Avinione, IIII nonas maii, anno primo. »

407 Avignon, 4 mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut praemissa faciat publicari et exequi in terminis suae legationis. (Reg. 245, fol. 181 verso. De curia.)

408 Avignon, 4 mai 1363.

Archiepisco Maguntino, ejusque suffraganeis, de praedicta publicatione in eorum finibus facienda. (Reg. 245, fol. 182 verso. De curia.)

409 Avignon, 4 mai 1363.

In e. m. infrascriptis archiepiscopis et eorum suffraganeis, videlicet, Treverensi, Coloniensi, Salzeburgensi, Bremensi, Magdeburgensi, Pragensi, Lugdunensi, Bisuntino, Tarantasiensi, Januensi, Pisano. (Reg. 245, fol. 183 verso.)

410 Avignon, 4 mai 1363.

Gerardo, electo Nuemburgensi, de dicta publicatione in Alamannia, Bohemia, Polonia, Lothoringia ac Brabantia facienda. (Reg. 245, fol. 183 verso.)

411 Avignon, 5 mai 1363.

Petro, regi Aragonum, ut magistrum Nicolaum Eymerici, vicarium a magistro ordinis fratrum Praedicatorum deputatum, in fratres provinciae Aragoniae mandatum dicti superioris exercere permittat, et prohibitionem desuper ab ipso factam in contrarium studeat revocare; prout per Guillelmum Cunilli et Jacobum Matthaei, dicti ordinis fratres, praesentium latores, rex ipse studiosius viva voce excitabitur. (Reg. 245, fol. 152 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Dudum ad audientiam —. Dat. Avinione, III nonas maii, anno primo. »

412 Avignon, 5 mai 1363.

Roberto, imperatori Constantinopolitano, Paulum, archiepiscopum Corinthiensem, latorem praesentium, ad suam ecclesiam accedentem, commendat, ut de recuperandis juribus sui archiepiscopatus faciat eidem justitiam ministrari. (Reg. 245, fol. 152 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano illustri.* Cum dudum ecclesia —. Dat. Avinione, III nonas maii, anno primo. »

413 Avignon, 5 mai 1363.

Nicolao de Azarolis, comiti Melfiensi, dictum archiepiscopum commendat, ut bona dictae Corinthiensis ecclesiae, si quae per gentes suas sint occupata, faciat liberari. (Reg. 245, fol. 152 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao de Azarolis, comiti Melfiensi, magno regni Sicilie senescallo.* Cum dudum ecclesia —. Dat. ut supra. »

414 Avignon, 6 mai 1363.

Archiepiscopo Bisuntino, ejusque suffraganeis, de publicatione sententiae excommunicationis a se contra Bernabonem de Vicecomitibus die V^a^ mensis maii dudum latae. (Reg. 261, fol. 2 recto, n° 6. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bisuntino, ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis eorum vicariis in spiritualibus et officialibus, salutem, etc.* Adversus dampnacionis filium Barnabonem de Vicecomitibus, civem Mediolanensem, her[et]icum perfidum in suis perfidia et sceleribus indurato animo persistentem, ejusque receptatores, defensores, consultores, auxiliatores, fautores

et adherentes eidem, nuper processum quendam habuimus sub hac forma :

» Urbanus episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Nefanda perfidia et crudelitas detestanda malediccionis alumpni Barnabonis de Vicecomitibus, civis Mediolanensis, abhominabilis heretici et persecutoris ecclesie manifesti suorumque defensorum et fautorum pravitas promerentur ut cunctorum Christi fidelium, quos in fide catholica qua spiritualiter vivunt non verentur offendere, sic eis comunio et subsidia subtrahantur quod aut ab eorum resipiscant sceleribus et ad ipsius Ecclesie gremium revertantur humiliter, aut corporalis famis consumantur inedia, qui cibo spirituali proprias animas alere vilipendunt. Sane, licet eundem Barnabonem, ejus exigentibus culpis gravissimis contra Deum et fidem catholicam perpetratis, ut hereticum in publico consistorio, multitudine presente fidelium, duxerimus per nostram sententiam condempnandum, et decreverimus, declaraverimus et nunciaverimus eundem Barnabonem universis penis et sententiis per sanciones canonicas et civiles promulgatis adversus hereticos subjacere, et eum, velut hereticum ab ecclesia dei precisum, ab omnibus Christi fidelibus evitandum, omnesque et singulos qui imposterum ipsi Barnaboni faverent, ipsum defenderent seu receptarent, tanquam fautores, defensores et receptatores hereticorum eisdem penis et sententiis existere obnoxios et subjectos, et hujusmodi nostram sententiam tam in Avinionensi curia quam in nonnullis Italie, Alamannie et Sabaudie partibus, vicinis terris quas idem Barnabos detinet occupatas tyrranice, et omnes et singuli ab ejus receptatione et defensione, necnon a dando ei consilium, auxilium vel favorem penitus abstinere curarent fecerimus publicari ; tamen, prout frequens et fidedigna relacio nostro apostolatui patefecit, nonnulli iniquitatis filii, Deum pro iniquo homine et sanctam ecclesiam et fidem catholicam pro heretico sceleratissimo contempnentes, penas, per easdem sententias promulgatas contra illos qui receptunt et defendunt hereticos eisque prebent auxilium, consilium vel favorem, temerarie non verentes, dictum Barnabonem, ejus complices et fautores et adherentes eidem defendere et receptare presumunt, eis eciam contra dictam ecclesiam et fideles ipsius dant consilium, auxilium et favorem, easdem penas et sententias propterea dampnabiliter incurrendo. Nos igitur, in hac parte volentes de oportunis remediis providere, quamvis hujusmodi defensores, receptatores, consultores, auxiliatores et fautores easdem penas et sententias non possint nec debeant probabiliter ignorare, nec sit opus eos super hiis, ut a predictis defensione, receptatione, consilio, auxilio et favore desistant, specialiter admoneri, tamen, ex habundanti et benignitate apostolica, que maternis affectibus salutem desiderat eorumdem, universis et singulis prelatis et personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, cujuscunque preeminencie, dignitatis, ordinis, status vel condicionis existant, etiam si patriarchali, pontificali aut quavis alia eciam majori seu inferiori prefulgeant dignitate, necnon regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus et aliis dominis temporalibus ac comunitatibus, universitatibus civitatum, castrorum et villarum et specialiter Mediolanensi, Brixiensi, Parmensi, Pergamensi, Laudensi et Cremonensi et aliis quibuscunque, auctoritate apostolica inhibemus et mandamus expresse ne predicto Barnaboni de heresi, ut premittitur, condempnato adherere, comunicare, participare vel fovere quomodocunque, directe vel indirecte, publice vel occulte, presumant, nec eidem aut gentibus suis tradant vel tradi faciant, portant, mittant aut ducant portari vel mitti aut duci faciant aut procurent granum, vinum aut quecunque alia victualia, pannos, ligna, ferrum, arma, equos, navigia seu quevis mercimonia, pecuniam vel quicquid aliud quod possit in ipsius Barnabonis vel suorum complicum, defensorum, receptatorum et fautorum utilitatem vel comodum redundare, aut ad eos vel aliquem eorumdem quascunque gentes, cum armis vel sine armis, mittere, quinimo ducentibus et portantibus premissa vel aliquod eorundem eidem Barnaboni ac defensoribus, receptatoribus, consultoribus, auxiliatoribus, fautoribus et adherentibus, seu ad terras eorum vel alicujus ipsorum, ne eisdem portentur et ducantur gentes hujusmodi, ne transeant fideliter impediant toto posse nec societates, confederationes, colligationes, pacciones, conventiones aut ligas quascunque cum eodem Barnabone ineant vel contrahant, nec irritas vel contractas presertim in ejus favorem, auxilium vel utilitatem observent. Alioquin personas quascunque singulares, universitates vero comunitates et collegia que, postquam processus noster hujusmodi excommunicationis ad eorum pervenerit noticiam vel pervenisse probabiliter potuerit, aut per ipsos steterit quominus pervenerit ad eosdem, in hac parte deliquerint seu excesserint quovismodo, necnon terras et loca quorumcunque circa predicta delinquencium interdici sententiis et generaliter penis omnibus, quibus fautores, receptatores et defensores hereticorum et adherentes eisdem subiciuntur a jure vel quibusvis aliis constitucionibus, ipso facto volumus et decernimus subjacere, relaxationem penarum hujusmodi et absolucionem omnium qui sententias easdem incurrerint nobis et nostris suc-

cessoribus specialiter reservantes, aperius predicentes eisdem quod nos eorum personas captioni et bona occupacioni fidelium exponemus, et alias ad earundem penarum declaracionem delinquentes hujusmodi specialiter procedemus, si et quando et quociens videbimus expedire. Et ne quisquam, quacumque de causa seu quocumque pretextu aut colore, qua seu quo eidem Barnaboni sit seu dicatur astrictus, de defensione, receptacione, consilio, auxilio et favore hujusmodi se valeat excusare, universos vassallos et subditos ipsius et quascunque alias tam ecclesiasticas quam seculares personas, necnon comunitates, universitates ac civitates, castra, terras ac villas, que ipsi Barnaboni fidelitatis, subjeccionis, homagii, juramenti, pacti, convencionis, societatis, confederacionis seu lige aut alterius obligacionis, vel aliis quibuscunque vinculis, etiamsi quarumvis penarum sint firmitate vallata, tenerentur astricti, prorsus ab illis absolvimus, et quascunque colligaciones, confederaciones, societates, pacciones, convenciones et ligas per quoscunque cum eodem Barnabone contractas vel initas, etiamsi juramento, penis vel aliis quibusvis firmitatibus, ut premittitur, sint innexe, quantum favorem aut comodum ipsius Barnabonis concernerent, de potestatis plenitudine penitus dissolvimus, cassamus, irritamus et annullamus, ac nullius fore decernimus firmitatis, ac penas quascunque adjectas et juramenta super hiis prestita eis remictimus et totaliter relaxamus, decernentes quasvis personas singulares et comunitates, universitates, castra, villas, terras et opida non teneri de cetero ad observacionem eorum vel alicujus ipsorum, non obstante si eis vel eorum aliquibus, comuniter vel divisim, a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis, et litteris apostolicis generalibus et specialibus, quibusvis personis, locis vel ordinibus sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, etiamsi de illis tenor specialis sit expressa ac de verbo ad verbum in presentibus mencio facienda per que nullum contra premissa vel premissorum aliquod volumus quibusvis personis locis vel ordinibus afferri suffragium vel obstaculum interponi. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno primo.

» Et quamvis cartas seu membranas, ipsum continentes processum, hostiis Avinionensis ecclesie, ut contenta in eodem processu ad omnem omnium deducatur noticiam, appendi fecerimus seu affigi, volentes tamen ex superhabundanti ut clarius innotescant, parcium illarum fidelibus solempniter in ipsis partibus publicari, discrecioni vestre per apostolica scripta in virtute sancte obediencie districtius injungendo, mandamus quatinus vos et vestrum singuli, per vos et alios, religiosos et seculares, de quibus vobis videbitur quoad hoc, non obstantibus quibuscunque exemptionis seu aliis privilegiis, compellere, si necesse fuerit valeatis, in ecclesiis et locis insignibus vestrarum ecclesiarum et diocesium, de quibus expedire videritis, predictum processum et contenta in eo solemniter, convocatis ad hoc et presentibus clero et populo, ea vulgarisando nichilominus ut populus clarius intelligat, publicetis, monentes omnes et singulos, tam clericos quam laicos, ut hujusmodi nostris monicionibus et mandatis studeant humiliter et efficaciter obedire, caventes attencius ne, ipsis facientibus contrarium, contingat eos hujusmodi penis et sententiis irretiri. Ceterum de publicatione et monitione hujusmodi et aliis que feceritis in premissis, per vestras litteras, vestris sigillis munitas, vel publica instrumenta principium et finem presentis continencia, quantocito comode poteritis, nos vel camerarium nostrum curetis reddere cerciores. Porro, quia presentes littere nequirent forsan, propter viarum pericula et alia impedimenta legitima, vestrum singulis presentari, volumus quod per te, frater archiepiscope, hujusmodi litterarum transsumptum, manu publica scriptum tuoque munitum sigillo, vobis predictis suffraganeis transmittatur, cui per vos adhiberi volumus, velut originalibus, plenam fidem. Dat. Avinione, II nonas maii, anno primo. »

415 Avignon, 6 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Tarentasiensi ejusque suffraganeis ac vicariis in spiritualibus et officialibus. (Reg. 261, fol. 3 recto, n° 7. De curia.)

416 Avignon, 6 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Salzeburgensi, ejusque suffraganeis ac vicariis in spiritualibus et officialibus. (Reg. 261, fol. 3 verso, n° 8. De curia.)

417 Avignon, 6 mai 1363.

Edwardo, regi Angliae, significat se, per Nicolaum de Lowam, regium nuntium, recepisse gratam rescriptionem ad litteras apostolicas super sua ad summum pontificatum assumptione, ac gratiose regiis petitionibus annuisse, prout idem nuntius regi viva voce referet. (Reg. 245, fol. 152 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illus-*

tri. Regie magnitudinis littere —. Dat. Avinione, II nonas maii, anno primo. »

418 Avignon, 7 mai 1363.

Rogerium de Sancto Severino, comitem Mileti, Provinciae senescallum, rogat ut erga Raymundum de Baucio, comitem Avellini, in restitutione gratiae quam Johanna, Siciliae regina, ei fecit, se favorabilem reddat. (Reg. 245, fol. 153 recto. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, ibid.)

« *Dilecto filio nobili viro Rogerio de Sancto Severino, comiti Mileti, Provinciae senescallo, salutem, etc.* Sicut ad tuam noticiam non ambigimus pervenisse, carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, dilectum filium nobilem virum Raymundum de Baucio, comitem Avellini, ad gratiam sue serenitatis admittens, sibi et suis fautoribus hominibus et vassallis remisit omnes penas, quas ex rebellione et culpis eorum dicebantur ab olim incurrisse, ac eos ad honores, dignitates et bona ipsorum omnia feudalia et burgensatica, mobilia et stabilia, quibus fuerant privati, restituit gratiose, prout in litteris dicte regine confectis exinde dicitur plenius contineri. Licet igitur hujusmodi gratiam et mandatum dicte regine fideli promptitudine exequi tenearis et sic te executurum speremus, nos tamen nichilominus, ex affectu quem ad dictum comitem et ejus domum habemus, volentes super hiis adicere preces nostras, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus in executione dicte gratie, prout ad te pertinet, nostrarum precum intuitu, te reddas promptum ac favorabilem et benignum. Dat. Avinione, nonas (sic) maii, anno primo. »

419 Avignon, 7 mai 1363.

In e. m. sindicis et consilio civitatis Aquensis. (*Ibid.*, fol. 153 recto.)

420 Avignon, 10 mai 1363.

Ludovico, regi Hungariae, quod revocet prohibitionem factam quominus Johannes de Cabrespina, olim apostolicae sedis nuntius, et Arnaldus de Calcina, collector camerae apostolicae, officium sibi ab eadem sede commissum exerceant in regno Hungariae, ac mandet debitoribus dictae camerae ut Arnaldo praefato et succollectoribus ab eo deputatis sine impedimento quolibet satisfaciant sicut prius. (Reg. 245, fol. 154 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri.* Preclarissimam tue serenitatis —. Dat. Avinione, VI idus maii, anno primo. »

421 Avignon, 12 mai 1363.

Nicolao, archiepiscopo Strigoniensi, ut dictum regem inducat efficaciter ad praemissa. (Reg. 245, fol. 154 verso.)

« *Venerabili fratri Nicolao, archiepiscopo Strigoniensi.* Scribimus carissimo in —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

422 Avignon, 11 mai 1363.

Johannae, reginae Siciliae, mandat ut castra districtus et territorii civitatis Beneventanae infra tres menses assignet ac tradat Hugoni, archiepiscopo Beneventano, nomine ecclesiae Romanae, ad cujus dominium spectant, secundum limitationem a Clemente papa VI factam et ab eadem regina suae coronationis tempore promissam et juratam. (Reg. 245, fol. 185 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Tua non debet —. Dat. Avinione, V idus maii, anno primo. »

423 Avignon, 11 mai 1363.

Hugoni, archiepiscopo Beneventano, ut hortetur reginam praedictam ad dimittendum castra supradicta; qua recusante ac elapso dicto termino, moneat nobiles et personas ac communitates castrorum ipsorum ne de cactero eidem reginae ejusque officialibus obediant, sed pontifici et Romanae ecclesiae pareant et intendant, ac ejusdem Ecclesiae thesaurario de universis redditibus et proventibus, olim reginae debitis, respondere procurent. (Reg. 245, fol. 187 verso.)

« *Venerabili fratri Hugoni, archiepiscopo Beneventano, pro nobis et Romana ecclesia civitatis Beneventane et ejus districtus ad eandem ecclesiam spectantium rectori.* Olim felicis recordationis —. Dat. Avinione, V idus maii, anno primo. »

424 Avignon, 12 mai 1363.

Capitulo ecclesiae Coloniensis, ut processum nuper a se factum contra Bernabonem de Vicecomitibus confestim transmittant suffraganeis archiepiscopi Coloniensis, ipsumque in dicta civitate et dioecesi Coloniensi ac provincia publicari faciant. (Reg. 245, fol. 155 recto.)

« *Dilectis filiis .. capitulo ecclesie Coloniensis.* Quamvis

per alias —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

425 Avignon, 12 mai 1363.

Archiepiscopo Lugdunensi mandat ut eumdem processum eodem modo faciat publicari. (Reg. 245, fol. 155 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Lugdunensi.* Quamvis per alias —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

426 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Maguntino. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

427 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Bremensi. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

428 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Pisano. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

429 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Pragensi. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

430 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Salzeburgensi. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

431 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Januensi. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

432 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. archiepiscopo Magdeburgensi. (*Ibid.*, fol. 155 verso.)

433 Avignon, 12 mai 1363.

Johannae, reginae Siciliae, ut ad executionem limitationis districtus civitatis Beneventanae, a Clemente papa VI factae, sine ulteriori mora procedat. (Reg. 245, fol. 155 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Executionem limitationis districtus —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

434 Avignon, 12 mai 1363.

Petro, archiepiscopo Neapolitano, ut super hoc apud Siciliae reginam et Jacobum, regem Majoricarum interponat diligentiae suae partes. (Reg. 245, fol. 156 recto.)

435 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Nicolao, archiepiscopo Cusentino. (*Ibid.*, fol. 156 recto.)

436 Avignon, 12 mai 1363.

Carolo, Romanorum Imperatori, quod relatibus Guidonis, episcopi Aquensis, apostolicae sedis nuntii, super certis arduis negotiis, sanctam fidem catholicam et statum Romanae ecclesiae ac Imperii tangentibus, fidem adhibeat, hiisque quae ex parte papae praefatus nuntius postulabit favorem imperialem praestet. (Reg. 245, fol. 156 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto.* De fide ac —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

437 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Theodorico, archiepiscopo Magdeburgensi. (*Ibid.*, fol. 156 verso.)

438 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Johanni, episcopo Argentinensi. (*Ibid.*, fol. 156 verso.)

439 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Johanni, episcopo Luthomuslensi. (*Ibid.*, fol. 156 verso.)

440 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Johanni, episcopo Olomucensi. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

441 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Arnesto, archiepiscopo Pragensi. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

442 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Gerlaco, archiepiscopo Maguntino. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

443 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Ortolfo, archiepiscopo Salzeburgensi. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

444 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Cunoni, archiepiscopo Treverensi. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

445 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. universis archiepiscopis et episcopis, ac .. electis per Alamaniam et Lothoringiam constitutis, mutato numero singulari in pluralem. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

446 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Rodulfo, duci Saxoniae. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

447 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Nicolao, duci Opaniae. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

448 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Bolkoni, duci Swidinicensi. (*Ibid.* fol. 157 recto.)

449 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Burghardo, Magdeburgensi Burgravio. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

450 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Frederico, Burgravio Nuemburgensi. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

451 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Rodulfo, comiti de Hocemberg, praesidi provinciae Sueviae. (*Ibid.*, fol. 157 verso.)

452 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Ruperto seniori, comiti Palatino. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

453 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Frederico, Balthasar et Wilhelmo, marchionibus Misnensibus, mutato numero singulari in pluralem. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

454 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. universis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, aliisque Christi fidelibus per Alamaniam et Lothoringiam constitutis. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

455 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. universis ducibus Bavariae. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

456 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Rodulfo, duci Austriae. (*Ibid.*, fol. 157 recto.)

457 Avignon, 12 mai 1363.

In e. m. Johanni, episcopo Gurcensi, « sed ubi dicitur : *nobilitati*, dicatur : *fraternitati*, et in fine addatur : *Et super hiis apud dilectum filium nobilem virum Rodulfum, ducem Austrie, interponere partes tuas.* » (*Ibid.*, fol. 157 verso.)

458 Avignon, 12 mai 1363.

Petrum Racchanelli, civem Januensem, civitatis Smirnarum usque ad decennium capitaneum et rectorem constituit. (Reg. 245, fol. 189 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Racchanelli, civi Januensi, civitatis Smirnarum pro nobis et Romana ecclesia capitaneo.* Apostolicæ sedis solicitudo —. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno primo. »

Sequitur forma juramenti per eundem Petrum praestiti.

459 Avignon, 12 mai 1363.

Eidem deputat pro suis et suorum servitorum stipendiis annua VI millia florenorum auri; quorum medietatem magister

hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, et aliam medietatem Petrus Domandi, archidiaconus Nimociensis, sedis apostolicae nuntius et collector in regno Cipri, de camerae apostolicae pecuniis persolvant. (Reg. 245, fol. 190 recto.)

460 Avignon, 12 mai 1363.

Collectoribus fructuum et proventuum in regno Cipri apostolicae camerae debitorum, quod annuatim dicto Petro tria millia florenorum studeant assignare. (Reg. 245, fol. 190 verso.)

461 Avignon, 12 mai 1363.

Magistro hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ut alia tria millia florenorum annuatim, prout pro dicta causa ab olim consuevit ex ordinatione Sedis apostolicae facere, assignet Petro supradicto. (Reg. 245, fol. 191 recto.)

462 Pont-de-Sorgues, 18 mai 1363.

Vinceslao, duci Brabantiae, ut Stephano, abbati monasterii de Parco, prope Lovanium, Praemonstratensis ordinis, Leodiensis dioecesis, dudum abbati monasterii sancti Mariani Autissiodorensis, favere velit et super meritis ipsius Stephani fidem adhibeat Reinardo de Estohennorst, militi, de pontificia mente plenius informato. (Reg. 245, fol. 158 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Wincislao, duci Brabantie.* Cum dudum super —. Dat. apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, XV kal. junii, anno primo. »

463 Pont-de-Sorgues, 18 mai 1363.

In e. m. ducissae Brabantiae. (*Ibid.*, fol. 158 verso.)

464 Pont-de-Sorgues, 18 mai 1363.

In e. m. Engelberto, episcopo Leodiensi, « sed ubi dicitur *nobilitatem* dicatur *fraternitatem tuam* etc. usque *dilecto filio nobili viro Reinardo de Estohennorst, militi* .. etc. ut supra usque in finem. » (*Ibid.*, fol. 158 verso.)

465 Avignon, 20 mai 1363.

Regimini et communi civitatis Pisanae, quod non permittant gentes armorum per eorum territorium transire, aut inibi ipsarum delectum haberi in auxilium Bernabonis de Vicecomitibus. (Reg. 245, fol. 158 verso.)

« *Dilectis filiis .. regimini et communi civitatis Pisane.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno primo. »

466 Avignon, 20 mai 1363.

In e. m. .. regimini et communi civitatis Florentinae. (*Ibid.*, fol. 158 verso.)

467 Avignon, 20 mai 1363.

In e. m. .. regimini et communi civitatis Senensis. (*Ibid.*, fol. 158 verso.)

468 Avignon, 20 mai 1363.

In e. m. .. regimini et communi civitatis Perusinae. (*Ibid.*, fol. 158 verso.)

469 Avignon, 20 mai 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, facultatem concedit abjurationem a fautoribus Bernabonis de Vicecomitibus recipiendi, eosque absolvendi in forma Ecclesiae consueta. (Reg. 245, fol. 191 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Animarum saluti ac —. Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno primo. »

470 Avignon, 20 mai 1363.

Gerardo, electo Nueburgensi, facultatem concedit abjurationem a fautoribus et defensoribus Bernabonis de Vicecomitibus recipiendi eosque absolvendi, eisdem pro speciali poenitentia injungendo ut ecclesiae Romanae contra Bernabonem ipsum, juxta modum culpae et facultates suas, personaliter serviant. (Reg. 245, fol. 197 verso.)

« *Dilecto filio Gerardo, electo Nueburgensi.* Animarum saluti et —. Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno primo. »

471 Avignon, 23 mai 1363.

Senatori ac populo Romano significat se ipsorum nuntios gratulanter recepisse, ac petita per eos partim benigne concessisse, partim, adventum scilicet suum ad Urbem, et expeditionem negotii de certis jurisdictionibus in terris Romanae ecclesiae, in futurum reservasse; eosdem porro monens ne

aliquos ejusdem ecclesiae subditos de Campania molestent, aut dictae ecclesiae jurisdictiones occupent, tandem attente hortatur ut, in pacis pulchritudine quiescentes, ab iis quae illam perturbare possent abstineant. (Reg. 245, fol. 158 verso. Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 382. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 90. Extrait.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris .. Senatori, ac populo Romano.* Sereno vultu gratulantique —. Dat. Avinione, X kal. junii, anno primo. »

472 Avignon, 24 mai 1363.

Fulconi de Agouto, militi, Vallium et Ollae domino, Provinciae senescallo, ut compositionem inter Johannam, Siciliae reginam, et Johannem, Armaniaci comitem initam, faciat observari. (Reg. 245, fol. 159 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi de Agouto, militi domino Vallium et Olle, Provincie senescallo, vel ejus locum tenenti salutem, etc.* Fidedignorum relatione percepimus quod, cum carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci, tam ratione baronie Pertusii quam pro certis magnis expensis in gente armigera per eundem comitem pro eadem regina in comitatu Provincie dudum factis, tenetur in magna pecunie quantitate, per dilectum filium nobilem virum Rogerum de Sancto Severino, comitem Mileti, tunc dicti comitatus senescallum, regine et per dilectum filium Guillelmum Grossi, comitis Armaniaci predictorum procuratores, ad hoc specialiter constitutos, quedam compositio fuit facta, cujus vigore certe assignationes pecunie fuerunt facte et restant alie faciende; quare nobilitatem tuam rogamus attente quatinus in observatione dicte compositionis, que pro justicia et bono patrie fuit facta, te sic favorabilem reddas quod idem comes Armaniaci libere uti valeat assignationibus prelibatis et in reliquis faciendis te sic prebeas efficacem quod idem comes Armaniaci debeat contentari. Dat. Avinione, VIIII kal. junii, anno primo. »

473 Avignon, 25 mai 1363.

Galeottum de Malatestis, capitaneum generalem regni Siciliae, quem pontifex audivit de dicto regno recedere velle, hortatur ut inibi maneat donec regni ejusdem status solidius firmetur. (Reg. 245, fol. 160 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeotto de Malatestis, militi Ariminensi, capitaneo generali regni Sicilie.* Quamvis nostris affectibus —. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

474 Avignon, 25 mai 1363.

Johannam, Siciliae reginam, rursum monet ut medietatem census Romanae ecclesiae debiti in festo proxime futuro sancti Petri solvere non postponat (Reg. 245, fol. 160 verso.)

« *Carissime in christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Per alias nostras —. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

475 Avignon, 25 mai 1363.

Johanni, regi Franciae, notificat Sacro Collegio expedire non visum esse quod Tallayrandus, Albanensis episcopus, ad partes de quibus rex ipse dixerit, apostolicae sedis legatus destinaretur. (Reg. 245, fol. 160 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 103.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Regie serenitatis litteris quas hodie recepimus breviter respondentes, notificamus quod, cum sit de more laudabili Romani pontificis, ab antiquo servato, quod sancte Romane ecclesie cardinalis extra Romanam curiam nisi de aliorum fratrum consilio non mittatur, nuper ut desideria tua, quibus semper prout cum Deo possumus libenter annuimus, impleremus, missionem venerabilis fratris nostri Tallayrandi, episcopi Albanensis, faciendam ad partes de quibus nobis dixerat tua sublimitas, eisdem fratribus duximus proponendam. Sed eis visum non extitit quod pro nunc dicta missio fieret, propter quod non processimus ad eamdem. Attendentes autem tuarum precum instantiam, iterato faciemus propositionem hujusmodi ut votis tuis, si decenter possit fieri, satisfiat et quod concludetur ex ea regie magnitudini curabimus indicare. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

476 Avignon, 25 mai 1363.

Carolum, Romanorum imperatorem hortatur ut potenter se disponat ad passagium generale ad Terram Sanctam inchoandum kalendis martii anni 1365, cujus capitaneum generalem se constituisse nuntiat Johannem, Franciae regem; qui jam, prout etiam Petrus, rex Cipri, aliique multi nobiles viri, signo

crucis recepto, transfretare promiserunt. (Reg. 245, fol. 61 recto. — Rainaldi, *Ann. Eccl.*, VII, 88.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto.* Descendens a patre —. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

477 Avignon, 25 mai 1363.

Edwardo, regi Angliae, ut se disponat sicut supra. (Reg. 245, fol. 163 recto.)

478 Avignon, 25 mai 1363.

Johanni de Bohemia, marchioni Moraviae, ut supra. (*Ibid.*, fol. 163 recto.)

479 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. Vincislao, duci Lucemburgensi. (*Ibid.*, fol. 163 verso.)

480 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. Rodulfo, duci Austriae. (*Ibid.* fol. 163 verso.)

481 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. Rodulfo, duci Saxoniae. (*Ibid.*, fol. 163 verso.)

482 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. universis et singulis ducibus Bavariae. (*Ibid.*, fol. 163 verso.)

483 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. Laurentio Celsi, duci Venetiarum. (*Ibid.*, fol. 164 verso.)

484 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. Gabrieli Adorno, duci ac consilio et communi civitatis Januensis. (*Ibid.*, fol. 165 recto.)

485 Avignon, 25 mai 1363.

In e. m. universis et singulis ducibus, marchionibus, burgraviis, comitibus, baronibus ac militibus, aliisque potentibus per Alamaniam et Lothoringiam constitutis. (*Ibid.*, fol. 164 verso.)

486 Avignon, 25 mai 1363.

Ludovico, regi Hungariae de negotio supradicto (*Ibid.*, fol. 166 recto.)

487 Avignon, 25 mai 1363.

Capitaneos et personas societatum in regno Franciae constitutarum hortatur ut ab impugnatione Christianorum desistant et ad recuperationem Terrae Sanctae velint proficisci. (Reg. 245, fol. 168 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris .. capitaneis ac universis personis quarumcumque societatum in regno Francie et vicinis eidem regno partibus constitutarum, salutem etc.* Justus Dominus et sanctus in omnibus suis operibus delicta suorum fidelium, quos mundatos ab omni macula in suo tabernaculo permansuros elegit, nolens dimictere impunita, quandoque fideles eosdem a quibus multiplicitate delictorum offenditur, illos presertim qui invicem dissidentes ipsius Domini bellum gerere pretermittunt, diversis guerrarum impetibus et tribulationum angustiis agitari permittit, ut discentes in penis quomodo possint culpas abluere, ad ipsum Dominum in humilitatis et dilectionis spiritu convertantur, ac Dei et proximi pacis gratiam obtinentes, pro satisfactione culparum et meritorum augmento, ad liberandam terram nativitatis Dominice, que non absque multo totius populi Christiani, presertim regum et principum, quos ipse Dominus multa potentia communivit, opprobrio a crucis hostibus detinetur, accendantur devotionis spiritu, exurgant intrepidi et magnanimiter se accingant; sane, quia per multa pericula temporum, recuperationis Terre Sancte negotium fuit hactenus, quod dolenter referimus, pretermissum, tam perfidi Saraceni quam illi crudeles pagani, Turchi appellati vulgariter, qui in orientis partibus viciniores populis Christianis existunt, ad extintionem fidei catholice anhelantes, sic potenter, sic intrepite, quasi nullis vel paucis resistentibus eis, fines eorumdem fidelium invaserunt, quod regnum Armenie olim inclitum et christiana professione catholicum ac nonnulla provincias, insulas et civitates et castra, proth dolor, occuparunt et continue occupare nituntur, eas depopulantes immaniter ac ecclesias Dei aliaque sanctuaria prophanantes, christianos trucidantes vel vendentes ut pecudes et retinentes sub miserabilissima servitute, intantumque suos discursus et aggressiones presumpse-

runt extendere ac presumunt, quod, nisi potenter resistatur eisdem, timorem jam incuciunt nonnullis catholicis populis partium occidentis, que carissimus in Christo filius noster, Petrus, rex Cipri illustris, cujus regnum est in eorum infidelium faucibus constitutum, prudenter considerans et majora pericula toti christianitati, si oportunum in hac parte non apponatur remedium, probabiliter proventura formidans, de statu dictorum infidelium, quem ex ipsorum mortalitatibus et discordiis debilitatum et prostrationi dispositum asserit, presertim ex captione civitatis Satalie ac nonnullorum castrorum et locorum, que licet admodum fortia idem rex suis prudencia personalibusque laboribus et expensis de manibus infidelium predictorum eripuit, ex quo infidelibus ipsis multus timor provenisse dicitur, plenarie informatus, sicut princeps magnanimus et devotus, pro Dei servicio, non vitatis itinerum longorum periculis, ad partes occidentales et demum ad apostolicam sedem accessit, nobis et fratribus nostris ac catholicis principibus et magnatibus aliisque fidelibus populis vias et modos prudenter et fideliter ostensurus, per quos istis temporibus, ut sperat, potest feliciter eorumdem Turchorum et Saracenorum elidi potencia et fieri recuperatio Terre Sancte, que omnia venerabilis frater noster Petrus, archiepiscopus Cretensis, dudum in partibus ultramarinis apostolice sedis legatus, nobis et fratribus nostris asserens esse vera, contra infideles eosdem indici generale passagium persuasit; hec siquidem carissimus in Christo filius noster Johannes, rex Francie illustris, letanter accipiens, desiderium transfretandi, quod diutius se habuisse asseruit, nuper produxit in lucem; nam ipse et prefatus rex Cipri, aliique multi nobiles ad transfretandum cum eorum potencia ad recuperationem Terre Sancte predicte promiserunt personaliter proficisci ac receperunt de nostris manibus venerabile signum crucis, quod multi magnates et nobiles, ad sedem venientes eandem, cum devotionis plenitudine cotidie postulant et recipiunt reverenter; nos, concursum nobilium et multorum aliorum, tam clericorum quam etiam laicorum, ad hoc continuare fieri cum ingenti leticia intuentes et tam dictos reges quam alios supradictos cupientes ad tantum Salvatoris nostri promovendum negotium, spiritualibus et temporalibus auxiliis adjuvare, matura super hoc deliberatione prehabita, de dictorum fratrum consilio, indiximus ad dictam Terram Sanctam et alias partes infidelium orientis passagium generale inchoandum in kalendas marcii anni nativitatis Domini millesimi trecentesimi sexagesimi quinti proxime secuturi et consueta indulgenciam et privilegium omnibus ad hec transfretaturis duximus concedenda, que omnia catholicis principibus aliisque magnatibus et populis, tanquam Christi pugilibus, decrevimus intimanda, ut tempus istud acceptabile datum a Domino in humilitatis et devotionis spiritu cognoscentes, interim, si qui eorum habeant cum aliis christianis discordiam, pacem et concordiam, sine quibus negotium ipsum verisimiliter, immo pro certo, properari non posset, pro Dei reverencia studeant firmis stabilitatibus invicem reformare, ac ad prosequendum tantum Dei et fidei orthodoxe negotium magnifice se accingant, illud in personis propriis vel alias cum possibilibus eis auxiliis adjuvando; inter alios autem quos deceat ad hujusmodi excitari negotium et ad ipsius prosecutionem totis desideriis anhelare, vobis tanto amplius credimus convenire et etiam expedire quod ad hoc promptis devotis ac concordibus animis exurgatis quanto doctiores in armorum exercitio existitis et ad gerendum bellum dominicum magis apti, quantoque pre ceteris optare debetis quod in tali possitis opere laborare, ut crimina, que in bellis christianorum contra Deum et ecclesias ecclesiasticasque personas et innocentes sepius commisistis, per tam acceptabile servicium Domini expurgantes, adquiratis et possideatis perpetuo Terram Sanctam, crucis hostium divitiis in presenti potituri seculo et ex illis per vestros labores meritorios et proprii sparsionem cruoris ac subsequentem vitam laudabilem ad eternas divicias, ad quas obtinendas vos creavit Altissimus, transituri. Eapropter universitatem vestram paterne requirimus, rogamus et hortamur in Domino quatinus, saluti animarum vestrarum providere curantes, ab impugnatione cunctorum Christi fidelium de cetero desistatis omnino, disponentes proficisci ad recuperationem dicte Terre nativitatis nostri Salvatoris, que ab ejus hostibus detinetur, et in viis et modis utilibus ad hoc adhibendis credatis prefatis regibus et aliis quos ipsi ad hoc duxerint deputandos; nos enim, eandem vestram salutem paterna caritate zelantes, omnem favorem, quem ad hoc dare poterimus, solicitis studiis impendemus. Cetero super hiis vobis plenius explicandis dilectum filium Nicolaum Brohom, ordinis sancti Augustini, in sacra pagina magistrum, penitenciarium nostrum, ad vestram presentiam presentialiter destinamus, cui, super hiis que vobis circa premissa ex parte nostra retulerit, velitis fidem credulam adhibere; et, ut vestre bone dispositioni, quam dator gratiarum vobis inspirare dignetur, favorem apostolicum adesse citius senciatis, dicto penitenciario absolvendi illos ex vobis, qui humiliter a suis reatibus absolvi petierint et ab eo voluerint signum crucis recipere ac sponte transfretare, certam dedimus potestatem. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

488 Avignon, 25 mai 1363.

Petro, regi Cipri, qui, ex infidelium manibus civitate Sataliae et nonnullis castris et locis ereptis, ad Sedem apostolicam accedens, vias et modos Terrae Sanctae recuperandae aperuit; unde Johannes, Franciae rex, aliique nobiles una secum, ad recuperationem eamdem transfetare promiserunt; significat pontifex se passagium generale ad dictam Terram Sanctam indixisse, inchoandum kalendis martii anni 1365, dictumque Franciae regem ejusdem passagii capitaneum generalem constituisse. Cum vero dictus Franciae rex ante dictum terminum iter arripere commode nequeat, ipseque rex Cipri anhelet sine mora transfetare, pontifex eidem concedit ut ducentos, nobiles equites armatos e regno Franciae ac duo millia equitum, et sex millia peditum ex aliis mundi partibus, necnon gentes armigeras quarumcunque societatum, et universos et singulos de Aquilegensi, Gradensi et Salisburgensi provinciis, ac Hungariae et Cipri regnis, ac Sclavonia et Sicilia et Romania, aliisque ultramarinis partibus, ante terminum praedictum ducere et mittere valeat. (Reg. 245, fol. 170 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Misericors dominus etsi —. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno primo. »

489 Avignon, 25 mai 1363.

Eidem de indulgentiis et gratiis quas proficiscentibus cum ipso in subsidium Terrae Sanctae concessit. (Reg. 245, fol. 173 recto.)

490 Avignon, 26 mai 1363.

Johannae, reginae Siciliae, Angelum, episcopum Cassinensem, commendat, ut dicto episcopo in recuperatione jurium et bonorum dictae ecclesiae favorabiliter adsit. (Reg. 245, fol. 174 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Quamvis tua prudens —. Dat. Avinione, VII kal. junii, anno primo. »

491 Avignon, 28 mai 1363.

Eidem, ut nobilem virum Dominicum Lercarium de Janua, praesentium latorem, favorabiliter recipiat et commendatum habeat. (Reg. 245, fol. 174 verso.)

492 Avignon, 30 mai 1363.

Johanneni, regem Franciae, rogat ut nundinas bis in anno et mercatum semel in hebdomada a seipso incolis castri sancti Ambrosii, Uticensis dioecesis, jam concessa, confirmet (1). (Reg. 245, fol. 174 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Recolimus quod ad instanciam nostram per serenitatem tuam concessum fuit dilectis filiis .. consulibus et universitati castri sancti Ambrosii, Uticensis diocesis, spectantis ad ecclesiam Uticensis, quod possent apud eundem locum, qui est aptus ad nundinas et mercatum, semel in septimana mercatum et bis in anno nundinas retinere, tuaque celsitudo commisit duobus suis consiliariis quod de predictis si forsan in alienum prejudicium vergerent se diligencius informarent, per eorumque relationem tibi cognito quod non solum non vergerent in alienum prejudicium sed in utilitatem magnam rei publice redundarent, hujusmodi nundinas bis in anno et mercatum semel in edomada fieri concessit de gratia speciali, prout in litteris regiis inde confectis dicitur plenius contineri. Cum autem, ut dicitur, comes Bellifortis et consules de Alesto, asserentes hujusmodi regiam gratiam in eorum prejudicium esse factam, cum tamen sit longa viarum distancia a loco de Alesto ad castrum sancti Ambrosii predictum, obtinuerint a cancellaria tua per litteras regias causam super hiis in partibus poni, ex quo dicti episcopus ac consules et universitas, quos sincere diligimus, multiplicibus expensis et laboribus gravarentur, serenitatem eandem rogamus attente quatenus de regia benignitate dictam gratiam velit ex certa sciencia approbare, ratificare ac

(1) C'est par lettres datées de Villeneuve-lès-Avignon, au mois de février 1363 (n. s.), que le roi Jean, cédant aux prières de l'évêque d'Uzès et des consuls et habitants de Saint-Ambroix, permit l'établissement dans cette ville d'un marché le mardi de chaque semaine et de deux foires pendant l'année, l'une le jour de l'Assomption de la Vierge (15 août), l'autre le jour de la saint Nicolas d'hiver (6 décembre). Le préambule de l'acte royal relève l'heureuse situation de la ville, près de la grande route suivie par les marchands qui vont des parties de Bourgogne à Montpellier (Arch. nat., JJ. 93, fol. 72 v°, n. clxxviii). La bulle d'Urbain V nous montre que les habitants d'Alais ne virent pas sans déplaisir la faveur accordée par le roi de France à leurs voisins. L'intervention du pape dans cette affaire ne produisit pas d'ailleurs un effet immédiat. Le 25 mai 1365, il revenait à la charge par une bulle datée d'Avignon et adressée au roi de France Charles V (v. plus loin à cette date). Cette fois il obtint gain de cause. Le 26 juin de la même année, Charles V écrivait aux gens tenant son Parlement à Paris de hâter l'expédition de l'arrêt en faveur de l'évêque d'Uzès et des habitants de Saint-Ambroix; dans sa lettre, le roi déclare agir « *contemplacione summi pontificis qui super hoc nobis scripsit.* » L'arrêt fut rendu le lendemain, 27 juin 1365. (Arch. nat., X1ª 20, fol. 24.)

decernere obtinere perpetuam roboris firmitatem, non obstantibus hujusmodi litteris in contrarium impetratis. Dat. Avinione, III kalendas junii, anno primo. »

493 Avignon, 30 mai 1363.

Populo Romano notificat se de 2,800 florenis auri, residuo sex millium florenorum eidem populo a Clemente papa VI mutuatorum, deputasse 2,000 florenorum Lateranensis et 800 S. Pauli ecclesiarum de Urbe reparationibus et fabricis; mandans populo praefato ut pecunias easdem personis a papa desuper deputatis infra biennium persolvere procuret. (Reg. 245, fol. 192 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. populo romano.* Cum olim fe. re. —. Dat. Avinione, III kal. junii, anno primo. »

494 Avignon, 30 mai 1363.

Odoni de sancto Eustachio et Laurentio Ægidii, canonicis Lateranensibus, ut dicta 2,000 florenorum a populo Romano recipiant eaque expendant in fabricam ecclesiae Lateranensis. (Reg. 245, fol. 192. De curia.)

495 Avignon, 30 mai 1363.

Abbati monasterii sancti Pauli de Urbe, ac Francisco de Theobaldeschis, canonico basilicae Principis Apostolorum, quod a supradicto populo Romano dictos 800 florenos recipiant, eaque expendant in fabricam ecclesiae Sancti Pauli de Urbe. (Reg. 245, fol. 192 verso. De curia.)

496 Avignon, 8 juin 1363.

Quum Burcardus, comes Magdeburgensis, Imperatoris nuntius, e sede apostolica ad curiam Imperialem remeans, a nonnullis temerariis cum sociis suis captus et spoliatus fuerit et adhuc captivus detineatur, Carolo, Romanorum Imperatori, turbationem exinde receptam et operam ad liberandum comitem a se impensam Urbanus V manifestat; eidemque significat se suspendisse publicationem processus, quem contra dictos capientes fieri decrevit, donec per alias vias securiores ipsum comitem liberari contingat, ne occasione dicti processus in personam ipsius per eosdem patratores aliquid gravius attentetur. (Reg. 245, fol. 195 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper augusto.* Turbationem multam fili. — Dat. Avinione, VI idus junii, anno primo. »

497 Avignon, 8 juin 1363.

Archiepiscopis Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi et Viennensi, eorumque suffraganeis, ut Hugoni Cardilionis (1), ordinis fratrum minorum, in illis dioecesibus haereticae pravitatis inquisitori, auxilium praebere non omittant. (Reg. 245, fol. 205 verso. De camera. — Rainaldi, *Ann. Eccles.*, VII, 92. Extrait.)

« *Venerabilibus fratribus .. Arelatensi .. Aquensi .. Ebredunensi et .. Viennensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis ac dilectis filiis eorumdem archiepiscoporum et suffraganeorum vicariis et officialibus necnon abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis aliisque prelatis et rectoribus ecclesiarum.* Etsi in cunctis —. Dat. Avinione, VI idus junii, anno primo. »

498 Avignon, 8 juin 1363.

Carolum, dalfinum Viennensem, ejusque officiales in dalfinatu Viennensi constitutos rogat ut eidem inquisitori praebeant auxilium. (Reg. 245, fol. 206 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Carolo, delfino Viennensi ejusque officialibus in delfinatu Viennensi constitutis.* Etsi in cunctis —. Dat. ut supra. »

499 Avignon, 11 juin 1363.

Carolo, Romanorum imperatori, ut Gerardo, electo Nuemburgensi, praesentium latori, in promulgatione processuum contra Bernabonem de Viccomitibus, in Alamannia, Bohemia et certis aliis partibus facienda, faveat. (Reg. 245, fol. 196 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper augusto.* De prompta dilectione —. Dat. Avinione, VI idus junii, anno primo. »

500 Avignon, 11 juin 1363.

Universis praelatis et nobilibus ac communitatibus per Alamanniam, Bohemiam, Poloniam, Lothoringiam et Brabantiam constitutis, de eodem. (Reg. 245, fol. 196 verso.)

501 Avignon, 19 juin 1363.

Regimini civitatis Pisanae ut Johanni Spiafamis, mercatori

(1) L'auteur des *Annales* a lu « Cardinalem » au lieu de « Cardilionis. »

Lucano, licentiam tribuant ad Romanam curiam remeandi ac inibi quantum sibi placuerit commorandi. (Reg. 245, fol. 197 verso.)

« *Dilectis filiis .. regimini civitatis Pisane.* Cum prout audivimus —. Dat. Avinione, XIII kal. julii, anno primo. »

502 Avignon, 21 juin 1363.

Rogerio de Pinibus magistro ac conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ut Petro Planterii, hospitalis praedicti, ad partes Franciae transeundi et in eisdem commorandi licentiam concedere velint. (Reg. 245, fol. 198 recto.)

« *Dilectis filiis Rogerio de Pinibus, magistro ac conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Quamvis presentiam dilecti —. Dat Avinione, XI kal. julii, anno primo. »

503 Avignon, 21 juin 1363.

Cum Philippus de Cloye, de Monasteriis in Puseya et Martinus de Sonheto, Sancti Leodegarii in Burgundia prioratuum, Autissiodorensis et Lingonensis dioecesium, ord. s. Ben., a monasterio sancti Germani Autissiodorensis dependentium, priores, regularia instituta neglexerint bonaque ipsorum prioratuum dilapidaverint, Sancti Germani et Sancti Petri Autissiodorensis monasteriorum abbatibus punitionem, visitationem et correctionem in eosdem priores committit. (Reg. 245, fol. 206 recto. De camera et De curia) (1).

« *Dilectis filiis .. Sancti Germani et .. sancti Petri Autisiodorensis monasteriorum abbatibus.* Ad ecclesiarum et —. Dat. Avinione, XI kal. julii, anno primo. »

504 Avignon, 24 juin 1363.

Canisegnorium et Paulum Albuinum de la Scala, qui, malignorum seducti consilio, treugas cum Bernabone de Vicecomitibns fecerant, hortatur ut ex casu hujusmodi fideliores et fortiores resurgentes, promissa in colligatione cum Ecclesia servare inviolabiliter curent. (Reg. 245, fol. 199 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Canisegnorio et Paulo Albuino de la Scala.* Letata fuit sancta —. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno primo. »

505 Avignon, 27 juin 1363.

Quum pontifex, ad sustinenda expensarum onera, quibus ecclesia Romana diversis ex causis, et praesertim ex facto Bernabonis de Vicecomitibus, premitur, decimam ad tres annos etiam in regno Hungariae imposuerit, Ludovicum, regem Hungariae, rogat ut liberae receptioni ipsius decimae favere non omittat. (Reg. 245, fol. 200 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri.* Tanta fili carissime —. Dat. Avinione, V kal. julii, anno primo. »

506 Avignon, 27 juin 1363.

In e. m. Kazimiro, regni Poloniae, « sine ultima clausula, que incipit : *Terre sancte etc.* » (Reg. 245, fol. 201 recto.)

507 Avignon, 28 juin 1363.

Officiali Narbonensi ut Johannem Boati, monachum Sancti Victoris Massiliensis, priorem prioratus Narbonensis a dicto monasterio dependentis, infra octo dies ad claustrum dicti monasterii reverti faciat ipsique inhibeat ne ulterius de dicto prioratu sine licentia papae speciali se intromittat. (Reg. 245, fol. 207 recto. De camera et De curia.)

« *Dilecto filio .. officiali Narbonensi.* Ad audienciam nostram —. Dat. Avinione, IIII kal. julii, anno primo. »

508 Avignon, 29 juin 1363.

Carolo, Romanorum Imperatori et principibus, nobilibus et communitatibus, ut Johanni Pacoslai, militi, domino de Resow, Polono, ad partes Italiae cum armigeris in servitium Romanae ecclesiae profecturo, liberum transitum et securum conductum concedant. (Reg. 245, fol. 207 recto.)

« *Carissimis in Christo filiis Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto, ceterisque regibus necnon .. principibus, ducibus .. ac universitatibus civitatum etc. ad quos presentes pervenerint.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, III kal. julii, anno primo. »

(1) Cette lettre fait également partie d'un petit groupe de curiales de l'an I du pontificat d'Urbain V, insérées parmi les communes dans le registre sur papier ou registre d'Avignon, t. IV, f. 589.

509 Avignon, 29 juin 1363.

Universis praelatis de eodem scribit. (Reg. 245, fol. 207 verso.)

510 Avignon, 29 juin 1363.

Casimiro, Poloniae regi, commendat Johannem Pacoslai, dominum de Resow, ejus nuntium, qui commissa sibi apud sedem apostolicam prudenter prosecutus est et ex quo quid papa regiae serenitati concesserit percipiet; ipsum denique impense rogat ut contra Bernabonem de Vicecomitibus, coeterosque ecclesiae hostes, velit regia subsidia impertiri. (Reg. 245, fol. 201 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Kazimiro, regi Polonie illustri.* Rationis exigit debitum —. Dat. Avinione, III kal. julii, anno primo. »

511 Avignon, 29 juin 1363.

Jaroslao, archiepiscopo Gueznensi, ejusque suffraganeis, ut Johanni Pacoslai praedicto, praesentium latori, qui cum gente armorum contra Bernabonem de Vicecomitibus aliosque ecclesiae hostes se obtulit profecturum, consilio et auxilio faveant suosque subditos ad subveniendum in hoc pio negotio inducant. (Reg. 245, fol. 201 verso.)

« *Venerabilibus fratribus Jacoslao, archiepiscopo Gueznensi, ejusque suffraganeis.* Cum sancta Romana —. Dat. Avinione, III kal. julii, anno primo. »

512 Avignon, 29 juin 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut Johanni Pacoslai supradicto, suis et Poloniae regis expensis ac praelatorum et aliorum fidelium praedicti regni subsidiis, in servitium Ecclesiae cum gente armigera profecturo, favere velit. (Reg. 245, fol. 202 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectus filius nobilis —. Dat. Avinione, III kal. julii, anno primo. »

513 Avignon, 29 juin 1363.

Rogerio de Pinibus, magistro hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, Jacobum, vicecomitis Villamuri filium, hospitalis praedicti professorem, ad ipsum magistrum accedentem, commandat. (Reg. 245, fol. 202 verso.)

« *Dilecto filio Rogerio de Pinibus, magistro hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Ad dilectum filium —. Dat. Avinione, III kal. julii, pontificatus nostri anno primo. »

514 Avignon, 30 juin 1363.

Petro, abbati monasterii sancti Antonii Viennensis, de unione domus sancti Antonii Velletrensis hospitali sanctorum Andreae et Antonii de Urbe facienda. (Reg. 245, fol. 203 recto.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Antonii Viennensis, ordinis sancti Augustini, salutem, etc.* Pro parte dilecti filii Alexii Frederici, preceptoris hospitalis sanctorum Andree et Antonii de Urbe, ordinis sancti Augustini, a tuo monasterio dependentis, fuit nobis expositum quod, licet tu nuper redditus et proventus ac questas, vota et jura quelibet, in omnibus episcopatibus nominatim expressis venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium, ad domum seu hospitale sancti Antonii Viennensis, cui prees, spectantia, dicto hospitali de Urbe, ex certis rationabilibus causis, in presencia venerabilis fratris nostri Nicolai, episcopi Tusculani, et aliorum fidedignorum testium, duxeris perpetuo unienda et in unione hujusmodi expresse actum extiterit quod exprimatur civitas Velletrensis cum jurisdictione seu superioritate domus sancti Anthonii Velletrensis, tamen dilectus filius Johannes Girardi de Possessa, clericus, Cathalaunensis diocesis, notarius tuus, qui de hujusmodi unione fuit rogatus conficere publicum instrumentum, de dictis civitate Velletrensi ac jurisdictione seu superioritate, te mandante seu patiente, non vult in dicto instrumento facere mentionem, super quo fuit a nobis apostolice provisionis remedium imploratum. Quocirca discretioni tue precipiendo mandamus quatenus, si est ita, prefato notario injungas quod de jam dictis civitate Velletrensi ac jurisdictione seu superioritate, secundum quod actum extitit, in eodem instrumento legaliter faciat debitam mentionem; alioquin nos, episcopo et testibus eisdem auditis, de oportuno in hac parte remedio curabimus providere. Dat. Avinione, II kal. julii, anno primo. »

515 Avignon, 1er juillet 1363.

Vicecomitissae de Insula, ut Burcardum, comitem Magdeburgensem, clericum, ac Caroli Imperatoris nuntium ad sedem apostolicam destinatum, quem ipsa detinet captivatum, non differat libertati reddere, et Petro abbati monasterii Aru-

larum, Elnensis dioecesis, praesentium latori, super hoc fidem adhibeat. (Reg. 245, fol. 208 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri .. vicecomitisse de Insula.* Gravem tue nobilitatis —. Dat. Avinione, kalendis julii, anno primo. »

516 Avignon, 1er juillet 1363.

Raymundo Alamandi de Cervellono, militi ac gubernatori comitatus Rossilionis et Ceritaniae, ut de eodem abbati supradicto fidem adhibeat ac pro liberatione praedicta interponat efficaciter partes suas. (Reg. 245, fol. 208 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo Alamandi de Cervellano, militi ac gubernatori comitatus Rossilionis et Ceritanie.* Dilectum filium Petrum —. Dat. ut supra. »

517 Avignon, 1er juillet 1363.

In e. m. Gisperto de Trigurano, jurisperito, assessori gubernatoris comitatus Rossilionis. (Reg. 245, fol. 108 verso.)

518 Avignon, 1er juillet 1363.

Dalmatio, vicecomiti de Rocca Bertini, ut de eodem fidem adhibeat Petro abbati supradicto, ac pro liberatione praedicta interponat partes suas apud vicecomitissam eandem, cognatam suam. (Reg. 245, fol. 208 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Dalmatio, vicecomiti de Roccabertini.* Dilectum filium Petrum —. Dat. ut supra. »

519 Avignon, 1er juillet 1363.

In e. m. Aymerico, vicecomiti Narbonae, « et ubi dicitur *cognata*, dicatur : *soror.* » (Reg. 245, fol. 208 verso.)

520 Avignon, 1er juillet 1363.

In e. m. Thomae de Martiano, militi. (*Ibid.*, fol. 208 verso.)

521 Avignon, 1er juillet 1363.

Petro, regi Aragonum, ut tam turpe scelus captionis supradicti comitis, in partibus sibi subjectis perpetratum, reprobans, eundem comitem faciat relaxari et praedicto Petro abbati, praesentium latori, fidem adhibeat. (Reg. 245, fol. 208 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Gravem excessum in —. Dat. ut supra. »

522 Avignon, 1er juillet 1363.

Bernardo de Capraria, militi, domino de Montesurieu, ut super hoc apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 245, fol. 209 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo de Capraria, militi, domino de Montesurieu.* Super quodam excessu —. Dat. ut supra. »

523 Avignon, 1er juillet 1363.

Petro, abbati monasterii Arularum, ord. s. Ben. Elnensis dioecesis, facultatem concedit excommunicandi captores et detentores Burcardi, comitis Magdeburgensis, Caroli Imperatoris nuntii ad Sedem apostolicam destinati, ac scientes et non revelantes loca captionis et detentionis dicti comitis, per censuram ipsam, ad manifestandum dicta loca et captores et detentores eosdem compescendi. (Reg. 245, fol. 220 verso.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Arularum, ordinis S. Benedicti, Elnensis diocesis, apostolice sedis nuncio.* Cum te occasione —. Dat. Avinione, kalendis julii, anno primo. »

524 Avignon, 2 juillet 1363.

Galhardo, archiepiscopo Burdegalensi, ut nuntios suos, de pace inter ipsum et Archambaudum, comitem Petragoricensem, tractaturos, infra triginta dies ad sedem apostolicam mittat. (Reg. 245, fol. 221 recto.)

« *Venerabili fratri Galhardo, archiepiscopo Burdegalensi salutem, etc.* Inter cetera, que nos, universali regimini quamvis immeritos disponente Domino presidentes, insultibus impetunt successivis, illud nos frequenti meditatione perurget ut quelibet ecclesie causarum calumpniis aut questionum dispendiis non graventur sed litibus, quas incentor malorum omnium oriri procurat, finis tam felix quam facilis per viam presertim pacis et concordie imponatur. Sane dudum inter te ex una parte et dilectum filium nobilem virum Archambaudum, comitem Petra-

goricensem ex altera, super castris Montisrevelli et de Bigarupe, territoriis, feudis, jurisdictionibus et pertinenciis ipsorum, que tu ad te et ecclesiam tuam Burdegalensem, dictus vero comes ad se castrum Montisrevelli, ab antiquo et etiam ex nova concessione facta eidem per carissimum in Christo filium nostrum, Johannem, regem Francie illustrem, pertinere, in castro vero Bigerupis se jus retentionis habere, asseritis, materia questionis exorta, nos dilectis filiis Petro, sanctorum IIII^{or} Coronatorum, Johanni, sancti Marchi, Andruyno, sancti Marcelli et Guillelmo, sancti Laurencii in Lucina titulorum presbyteris cardinalibus, duximus committendum, ut juribus, rationibus atque causis, que tam tu quam comes prefatus super hujusmodi castris habere pretenditis vel habetis et que super dissensione hujusmodi velletis producere, proponere vel etiam allegare diligenter auditis, ad finem pacificandi predicta nobis relationem facerent super illis; coram quibus pro ipsius comitis parte multa proposita allegata et producta fuerunt, que nos, intento studio meditantes et plenis desideriis affectantes ut hujusmodi dissensionis materia per nostre provisionis ministerium, per quod jura tua illesa conservare proponimus, pacis et concordie remedio sopiatur, fraternitatem tuam monemus et hortamur attencius, tibi nichilominus districte precipiendo mandantes, quatinus infra triginta dierum spacium, post receptionem presentium computandum, tuos nuncios seu procuratores ad nos, omni occasione postposita, cum informationibus oportunis transmittas, plenum a te ac sufficiens mandatum habentes componendi et compromittendi de premissis ac jurandi et solempniter promittendi inviolabiliter observare que super eis duxerimus ordinanda. Sic igitur hujusmodi nostris exhortationibus et mandatis intendere studeas quod te de eorum contemptu arguere ac in hujusmodi negocio, attentis presertim oblacionibus dicti comitis, in tui contumaciam procedere non cogamur quodque evidencia facti nos doceat te zelari concordiam et anfractus litium execrari; ceterum dilectis filiis capitulo dicte Burdegalensis ecclesie similes litteras destinamus, mandantes eisdem ut, cum civitatem Burdegalensem ex certis causis rationabilibus nondum intraveris, quosdam ad te discretos de capitulo ipso transmittant, super premisso tecum plenarie tractaturos. Dat. Avinione, VI nonas julii, anno primo. »

525 Avignon, 2 juillet 1363.

In e. m. capitulo ecclesie Burdegalensis « mutato numero singulari in pluralem. » (*Ibid.*, fol. 221 verso.)

526 Avignon, 3 juillet 1363.

Johannae, reginae Siciliae, ut castrum Precinae, Lucerinae dioecesis, olim a Ludovico de Duratio occupatum et nunc ab ipsa detentum, Johanni, electo Lucerino, ad cujus ecclesiam spectat, restitui faciat. (Reg. 245, fol. 212 recto.)

« *Carissimo in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Exposuit nobis dilectus —. Dat. Avinione, V nonas julii, anno primo. »

527 Avignon, 7 juillet 1363.

Quum nobiles viri Ludovicus Novicastri, et Johannes ejus filius, Rodulphus de Nidona, Eguenulphus de Fribour et Simon Thierstain comites, ac Conradus de Monchesten, et Johannes ejus filius, milites Lausanensis, Constantiensis et Basiliensis dioecesium, contra Bernabonem de Vicecomitibus bellum Domini gerere velint, universis praelatis et personis ecclesiasticis mandat pontifex ut eis faveant et auxilium praestent ac favorem. (Reg. 245, fol. 204 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. patriarchis .. archiepiscopis et episcopis etc. ad quos presentes littere pervenerint.* In publicam credimus —. Dat. Avinione, nonis julii, anno primo. »

528 Avignon, 7 juillet 1363.

Universis nobilibus super eodem. (Reg. 245, fol. 205 recto.)

529 Avignon, 7 juillet 1363.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis saccularibus et regularibus mandat ut Ludovicum Novicastri et Johannem ejus filium, Rodulphum de Nidona, Eguenulphum de Fribour, et Simonem Tiercestain comites, ac Conradum de Monchesten et Johannem ejus filium, milites Lausanensis, Constantiensis et Basiliensis dioecesium, qui vadunt in Lombardiam contra Bernabonem de Vicecomitibus pugnaturi, benigne receptent. (Reg. 245, fol. 222 recto.)

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis etc. ad quos presentes pervenerint.* In publicam credimus —. Dat. Avinione, nonis julii, anno primo. »

530 Avignon, 8 juillet 1363.

Johanni de Cabrespina, canonico Narbonensi, apostolicae sedis nuntio, facultatem concedit dispensandi cum sexaginta

personis, partium nuntiationis sibi commissae (1), de viris et mulieribus solutis genitis, ut possint ad sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere. (Reg. 245, fol. 223 recto. De curia. — Reg. 261, fol. 4 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Cabrespina, canonico Narbonensi, apostolice sedis nuncio.* Personam tuam nobis —. Dat. Avinione, VIII idus julii, anno primo. »

531 Avignon, 8 juillet 1363.

Eidem, similem facultatem tribuit pro triginta personis procreatis de constitutis in sacris ordinibus, vel de viris conjugatis et mulieribus solutis, vel etiam de viris solutis et mulieribus conjugatis. (Reg. 245, fol. 223 recto. De curia.)

532 Avignon, 8 juillet 1363.

Eidem similifer, quod possit audire confessiones sexaginta personarum, et super irregularitate cum eisdem dispensare. (*Ibid.*, fol. 223 verso. De curia.)

533 Avignon, 8 juillet 1363.

Eidem similiter, quod possit dispensare cum viginti quinque viris et totidem mulieribus, qui in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis ignoranter matrimonium contraxerunt. (*Ibid.*, fol. 223 verso. De curia.)

534 Avignon, 10 juillet 1363.

Gasberto Griffi et Raymundo de Rupemaura, Cisterciensis ordinis, litterarum apostolicarum bullatoribus, significat ipsos quamdiu in Bullae officio extiterunt et existent, fuisse et esse a jurisdictione praelatorum ordinis Cisterciensis exemptos, ac soli Romano pontifici et sedi apostolicae immediate subjectos. (Reg. 245, fol. 224 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Gasberto Griffi et Raymundo de Rupemaura, Cisterciensis ordinis professoribus, litterarum apostolicarum bullatoribus et familiaribus nostris.* Cum sicut exhibita —. Dat. Avinione, VI idus julii, anno primo. »

(1) Jean de Cabrespine est envoyé en Angleterre. Les lettres d'Urbain V qui accréditent cet ambassadeur auprès d'Edouard III ont été publiées par Rymer, Foedera, t. III, Pars II, p. 80. Elles sont datées du 29 juin 1363.

535 Avignon, 11 juillet 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, notificat se Venetis iterum scribere super negotio Francisci de Carraria, et contra Bernabonem de Vicecomitibus verbi crucis praedicationem in Alamannia primum et deinde alibi ordinare velle; interim legatus ipse ad praedicationem hujusmodi in Italia procedat; quam in negotio Terrae Sanctae pontifex non permittet, nisi dicti Bernabonis negotio per bellum aut conversionem ejus feliciter expedito. (Reg. 245, fol. 214 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Super negotio dilecti —. Dat. Avinione, V idus julii, anno primo. »

536 Avignon, 12 juillet 1363.

Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, de felici ejus adventu in Aquitaniam congratulatur ipsique Johannem de Revelhone, ecclesiae Pictavensis decanum, latorem presentium ad ipsum destinatum, commendat. (Reg. 245, fol. 214 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, ac carissimi in Christo filii nostri Edwardi regis Anglie illustris primogenito, salutem etc.* Personam tuam nobis et apostolice sedi ex plenitudine sue devotionis acceptam ad partes nuper Aquitanie incolumem advenisse percepimus, de quo magne suscepimus jocunditatis augmentum, sperantes ex tua presencia partes illas sub norma justicie et tranquillitatis dulcedine permansuras ac ecclesias et personas earum que opprimebantur a multis tue defensionis presidio communiri, ad que nobilitatis tue zelum et devotionem eximiam tanto excitamus et exhortamur attencius quanto magis partes ac ecclesie et persone ipse pro premissis tua presencia indigebant. Ceterum cum dilectus filius Johannes de Revelhone, decanus ecclesie Pictavensis, lator presentium, per tuas litteras evocatus, ad presentiam ejusdem nobilitatis accedat ad presens, ipsumque litterarum scientia atque prudencia ex antiqua noticia, in minoribus constituti et postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, ab experto novimus insignitum et quem suis exigentibus meritis multipliciter habemus acceptum, tibi sinceris affectibus commendamus. Dat. Avinione, IIII idus julii, anno primo. »

537 Avignon, 15 juillet 1363.

Quum in insula Siciliae, et praesertim in dioecesi Agrigen-

tina, ob defectum clericorum cultus divinus sit diminutus, Matthaeo, episcopo Agrigentino, concedit ut duabus vicibus dumtaxat sacros ordines conferre valeat, non obstante interdicto in eadem insula vigente. (Reg. 245, fol. 215 recto.)

« *Venerabili fratri Matheo, episcopo Agrigentino.* Devotionis tue sinceritas —. Dat. Avinione, idus julii, anno primo. »

538 Avignon, 15 juillet 1363.

Edwardo, principi Walliae, ut Stephano Alberti, Innocentii papae VI pronepoti, castrum suum de Montilio, in Alvernia consistens, quod vicecomitis Thoarcii gentes occuparunt, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 216 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, principi Wallie, salutem etc.* Pro parte dilecti filii nobilis Stephani Alberti, subditi et fidelis tui, adhuc in infamia constituti, domini Castri de Montilliis in partibus Alvernie situati, nobis fuit expositum quod nuper quidam, qui pro parte dilecti filii nobilis viri .. vicecomitis Thoarcii subditi tui se nominant, dictum castrum proditorie occuparunt et adhuc detinent occupatum, ex qua occupatione non solum eidem Stephano, qui felicis recordationis Innocencii pape VI predecessoris nostri pronepos extitit, dampnum gravissimum sed etiam aliis de genere predecessoris ejusdem magna injuria irrogatur. Quare nobilitatem tuam affectuose rogamus quatinus, tam favore justicie quam nostrorum interventione precaminum et ob memoriam dicti predecessoris nostri qui inclitum genitorem tuum et te sincere dilexit, viis et modis de quibus eidem nobilitati videbitur, velis dare operam efficacem, quod eidem Stephano, quem hominem subditum et fidelem tuum, ratione originis paterne et materne ac majoris partis terre sue, te decet etiam sustinere, celeriter fiat restitutio dicti castri, sic in premissis acturus quod zelum justicie ac promptam diligenciam in te commendare merito valeamus ac alii de dicto genere predecessoris ejusdem tibi strictius obligentur; super quibus lator presentium nobilitatem tuam latius poterit informare. Dat. Avinione, idus julii, anno primo. »

539 Avignon, 16 juillet 1363.

Johanni, regi Franciae, de eodem scribit. (Reg. 245, fol. 215 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri* [salutem etc.]. Ex nonnullorum fidedignorum de genere felicis recordationis Innocencii pape VI, predecessoris nostri, percepimus quod quidam viri nequam, qui de gente dilecti filii nobilis viri .. vicecomitis Thoarcii se nominant, castrum de Montillio, in Alvernia consistens ac ad dilectum filium nobilem pupillum Stephanum Alberti, pronepotem predecessoris ejusdem, pertinens nequiter occuparunt et detinent occupatum. Quare, cum regia potestas ad pupillorum et aliarum miserabilium personarum tuitionem tanto esse deceat promptiorem quanto illi ejus presidio magis indigere noscuntur, magnitudinem tuam affectuose rogamus quatinus eidem pupillo, cujus statum specialiter ob dicti predecessoris memoriam prosperum affectamus, in recuperatione dicti castri non differat subvenire, ut ex tuo remedio celeri optatus sequatur effectus, satisfiat justicie debito et honor regius augeatur, nosque exinde tuam excellencius commendare magnificenciam teneamur. Dat. Avinione, XVII kal. augusti, anno primo. »

540 Avignon, 17 juillet 1363.

Johanne, reginae Siciliae, iterum mandat ut restitui faciat Carolo de Duratio castra et bona haereditario jure eidem spectantia. (Reg. 245, fol. 216 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Per alias apostolicas —. Dat. Avinione, XVI kal. augusti, anno primo. »

541 Avignon, 17 juillet 1363.

Jacobo, regi Majoricarum, de eodem scribit sub eadem forma. (*Ibid.*, fol. 216 verso.)

542 Avignon, 17 juillet 1363.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis ut Johanni Richardi, ordinis fratrum minorum, in Ebredunensi, Viennensi, Aquensi et Arelatensi provinciis haereticae pravitatis inquisitori, devote obediant et intendant. (Reg. 245, fol. 224 verso. De camera.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis et clericis ecclesiasticisque personis secularibus et regularibus ac ecclesiarum et monasteriorum ipsorum capitulis et conventibus, ad quos presentes*

pervenerint. Sicut expedit ad —. Dat. Avinione, XVI kal. augusti, anno primo. »

543 Avignon, 17 juillet 1363.

In e. m. universis dominis temporalibus, omniumque civitatum et castrorum universitatibus (*Ibid.*, fol. 225 recto.)

544 Avignon, 21 juillet 1363.

Thomam, comitem de Baroyco, hortatur ut Raymundum de Roqueriis, priorem ecclesiae sancti Macharii, Burdegalensis dioecesis, ex parte sedis apostolicae et Stephani, sanctae Mariae in Aquiro decani, Arnaldique, archiepiscopi Auxitani, camerarii papae, ad Edwardum principem Walliae destinatum, habeat commendatum eique praebeat auxilium et favorem. (Reg. 245, fol. 217 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome, comiti de Baroyco.* Dilectum filium Raymundum —. Dat. Avinione, XII kal. augusti, anno primo. »

545 Avignon, 21 juillet 1363.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis, necnon nobilibus et civitatum et castrorum universitatibus litteras de securo conductu pro Marco de Viterbio, ministro generali fratrum ordinis Minorum, ad certas partes pro negotiis Sedis apostolicae destinato, mandat. (Reg. 245, fol. 225 verso.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis etc.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, XII kal. augusti, anno primo. »

546 Avignon, 27 juillet 1363.

Carolo, Romanorum Imperatori, significat sibi plurimum cordi esse liberationem Burchardi, praepositi Vicegradensis, per quosdam nepharios viros captivati, et graves processus desuper fieri fecisse; quum vero postmodum idem praepositus ad Cataloniae partes ductus fuerit, exinde ad Sardiniam vel aliam insulam deducendus, processus hujusmodi inibi quoque se publicari mandasse per Petrum, abbatem monasterii Arularum, Elnensis dioecesis, illuc a se destinatum; ex cujus litteris noviter receptis pontifex ipse bonam dictae liberationis spem accepisse nuntiat. (Reg. 245, fol. 218 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto.* Imperialis serenitatis litteras —. Dat. Avinione, VI kal. augusti, anno primo. »

547 Avignon, juillet 1363.

Laurentio Celsi, duci ac majori consilio Venetiarum. Venetos adhuc contra Franciscum de Carraria bellum minitantes inferre, occasione cujusdam territorii districtus Paduani quod sibi relaxari petunt, pontifex rursus adhortatur ut ab hac noxia novitate desistant; quae quidem quum ex suggestione Bernabonis de Vicecomitibus procedere verisimiliter videatur, considerent damna sibimetipsis obventura, nedum ex illius perfidi haeretici versutia et tirannide sed et ex potenti defensione praedicti Francisci de Carraria, quam sedes apostolica spiritualiter et temporaliter suscipere intendit. Viam igitur justitiae aut amicabilem compositionem super eodem negotio a Francisco ipso oblatam amplectantur. (Reg. 245, fol. 218 verso.)

« *Dilectis filiis Laurentio Celsi, duci ac majori consilio Venetiarum.* Hiis diebus vestris —. Dat. Avinione... (sic). »

548 Avignon, 31 juillet 1363.

Universis capitaneis, vicariis et officialibus locorum ecclesiae Romanae subjectorum scribit in favorem Antonii de Fontenaco, cursorem suum, ad provinciam Patrimonii, de facienda provisione trium millium modiorum frumenti, ad usum hospitii et pagnotae papae destinatorum. (Reg. 245, fol. 225 recto. De camera.)

« *Dilectis filiis universis vicariis, potestatibus, capitaneis et officialibus aliisque singularibus personis quorumcumque civitatum, castrorum seu locorum nobis et Romane ecclesie subjectorum, ad quos presentes pervenerint.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, II kal. augusti, anno primo. »

549 Avignon, 31 juillet 1363.

Prioribus et rectoribus ecclesiarum necnon domorum hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani praeceptoribus ac aliis personis ecclesiasticis in Patrimonio beati Petri in Tuscia constitutis, ut ad reponenda dicta modia frumenti domus et loca sua liberaliter commodare velint. (Reg. 245, fol. 225 verso. De camera.)

« *Dilectis filiis prioribus ac rectoribus quarumcumque ecclesiarum necnon domorum hospitalis sancti Johannis*

Jerosolimitani preceptoribus ac aliis personis ecclesiasticis cujuscumque ordinis vel status existant, in patrimonio beati Petri in Tuscia constitutis, ad quos presentes pervenerint. Cum dilectum filium —. Dat. ut supra. »

550 Avignon, 1er août 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut Antonium de Fontenaco, de quadam provisione frumenti facienda ad Patrimonium Beati Petri in Tuscia destinatum, benigne suscipiat eique consiliis suis assistat. (Reg. 245, fol. 227 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, kalendis augusti, anno primo. »

551 Avignon, 1er août 1363.

Jordano de Filiis Ursi, Patrimonii beati Petri in Tuscia rectori, dictum Antonium de Fontenaco commendat. (Reg. 245, fol. 227 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano de Filiisursi, patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et ecclesia Romana rectori vel ejus locum tenenti.* Cum in partibus —. Dat. Avinione, kalendis augusti, anno primo. »

552 Avignon, 1er août 1363.

In e. m. Raynaldo de Filiis Ursi militis, condomino de Montealto. (Reg. 245, fol. 227 verso.)

553 Avignon, 1er août 1363.

In e. m. Johanni de Vico, praefecto Urbis. (Reg. 245, fol. 227 verso.)

554 Avignon, 1er août 1363.

In e. m. Gabrieli Adorno, duci Januensi. (*Ibid.*, fol. 227 verso.)

555 Avignon, 1er août 1363.

In e. m. antianis et communi civitatis Pisanae. (*Ibid.*, fol. 228 recto.)

556 Avignon, 4 août 1363.

Johanni de Armaniaco, vicecomiti Fezenzaguelli, ut rectoribus ecclesiarum aliisque personis ecclesiasticis terrae suae quoddam subsidium pecuniale, quod ab eis injuste exegit, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 228 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, vicecomiti Fezensaguelli, salutem, etc.* Anime tue salutem sinceris affectibus cupientes, te a malis operibus solicitis studiis revocamus. Nuper siquidem ad apostolatus nostri pervenit auditum quod tu, malignorum forte seductus consilio, rectores ecclesiarum aliasque personas ecclesiasticas terre tue, in castro de Malevicino, Lumberiensis diocesis, convocari fecisti ab eisque certum pecuniale subsidium pro financia, quam pro tui redemptione cum dilecto filio nobili viro comite Fuxi fecisse dixeris, petiisti eisque tibi respondentibus quod dictum tibi dare subsidium absque apostolice sedis licencia non licebat eisdem et quod super hoc majores prelatos eorum volebant consulere, tu portas dicti castri claudi fecisti, mandans castellano ac aliis tuis servientibus quod eosdem rectores et personas ecclesiasticas de castro ipso exire non sinerent donec tecum de dicto subsidio concordassent, quodque rectores et persone ipse, non sponte sed metu detentionis hujusmodi, tibi petitum per te subsidium predictum dare absque dicte sedis licencia promiserunt, et coacti non voluntarii se obligarunt per publicum instrumentum, tuque ad deteriora procedens quosdam tuos subditos ad recipiendum pro te nonnullos fructus, redditus et proventus ad venerabilem fratrem nostrum episcopum Lumberiensem et quasdam alias personas ecclesiasticas de dicta tua terra qui subsidium predictum non promiserant in ipsa terra spectantes presumptione temeraria deputasti, illosque facis colligi et levari; cum itaque premissa cedant in anime tue periculum, tuique detrimentum honoris, apostolice sedis contemptum ac grave prejudicium ecclesie libertatis, nobilitatem tuam paternis affectibus exhortamur ac rogamus attente quatinus, eisdem tuis honori et saluti provide consulens et a predictis excessibus de cetero totaliter abstinens, omnia que a dictis rectoribus et personis seu de bonis episcopi et personarum predictorum levari fecisti eis integre restituere non postponas, absolutionis beneficium ab excommunicatione quam faciendo detineri rectores et personas eosdem incurristi petiturus humiliter ac etiam recepturus. Alioquin excessus tam graves pati conniventibus oculis nequeuntes, sicut nec debemus, circa ipsorum punitionem contra te et alios eorum participes et terram tuam exigente justicia procedemus. Dat. Avinione, II nonas augusti, anno primo. »

557 Avignon, 5 août 1363.

Johanni, regi Franciae, notificat se ex parte Rogerii de Sancto Severino, comitis Mileti et Philippi de Molinis, licenciati in legibus, nuntiorum a dicto rege ad Bernabonem de Vicecomitibus destinatorum, istum haereticum in duritia sua remanere cognovisse; ideo praefato regi ecclesiae Romanae negotia contra dictum hostem Dei commendat. (Reg. 245, fol. 229 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 80.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Dilecti filii nobilis vir Rogerius de Sancto Severino, comes Mileti ac Philippus de Molinis, licenciatus in legibus, ambaxiatores tui ad partes Italie destinati, nuper ad nostram venientes presenciam retulerunt quod ipsi et alii ambaxiatores carissimi in Christo filii nostri Petri, regis Cipri illustris, ad illius maledictionis alumpni et heretici detestandi Barnabonis de Vicecomitibus primo et deinde ad venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, apostolice sedis legati, presenciam accedentes, eis illa que super negocio reconciliationis dicti Barnabonis ambaxiatoribus ipsis tua et dicti regis Cipri celsitudo commiserat, fideliter exponere curaverunt. Sed idem Barnabos in sua obstinatus duricia, regiam benignitatem, que suam hominis utriusque salutem ac status prosperitatem solicitis procurabat studiis, non agnoscens, immo ex hoc unde humiliari debuerat spiritum majoris electionis assumens, ut bene ageret intelligere noluit, et que sibi tua et dicti regis suadebat serenitas facere recusavit, dictusque legatus ordinationem tuam et ejusdem regis libenti animo ac promptis effectibus se obtulit impleturum, prout venerabilis frater noster .. episcopus Nivernensis ad hoc ambaxiator tuus tibi latius forte jam retulit, et idem Philippus referet oraculo vive vocis. Ex premissis igitur, fili carissime, potes agnoscere quod ea, que dicti Barnabonis nuncii tibi, dum tu et ipsi eratis apud Romanam curiam, regie sublimitati obtulerunt et etiam suggesserunt, fuerunt ipsorum et dicti Barnabonis a quo emanabant deceptiones et mendacia consueta et quod idem perversus hereticus, Deum et sanctam ecclesiam, sponsam suam, perfida temeritate contempnens, etiam illustribus regibus illudere non veretur, et quod eandem ecclesiam, matrem tuam et universorum fidelium, quam sponsus ejus dominus noster Jhesus Christus non dereliquit hactenus nec relinquet imposterum, nititur, licet incassum, suis pravis conatibus subjugare. Nos autem tue devote magnitudini, que in hac parte fidelibus studiis laboravit, proinde multiplices grates referimus, et, sicut per nos et dictum legatum non stetit quin impleta fuerint et impleantur illa que tua et dicti regis circumspectio in hujusmodi pace facienda providit, sic nec stabit etiam in futurum. Ceterum, quia sic sevi hostis superbia semper ascendit ac ejus exterminationis locus relinquitur, cum ab ipso indurato quelibet predicatio contempnatur et per ipsum Barnabonem, in sua protervia et potencia consistentem, negotium ultramarini passagii, quod promptis ac devotis affectibus assumpsisti, impediatur indubie, serenitatem eandem rogamus attente quatinus ecclesie predicte negotia contra dictum hostem Dei et ipsius ecclesie tanto habere digneris favorabilius commendata quanto ipsius hostis superbam nequiciam plus agnosces. Dat. Avinione, nonis augusti, anno primo. »

558 Avignon, 9 août 1363.

Archiepiscopo Lugdunensi ut gentes Amedei, comitis Sabaudiae, qui quosdam mercatores Avinionensis et Carpentoracensis civitatum spoliarunt, sub poena excommunicationis ad dicta bona spoliata restituenda moneat. (Reg. 245, fol. 230 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Lugdunensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Querelam dilectorum filiorum Guillelmi Damiani et Andree de Plana, Avinionensis et Carpentoracensis civitatum nostrarum civium ac Venturoni Venture, curiam Romanam sequentis, mercatorum nuper audivimus continentem quod (cum) ipsi tres currus et unam carucam oneratos pannis, quorum curruum unus ad Guillelmum et alter ad Andream et tercius ac carruca predicta ad Venturonum predictos pertinent, faciebant de partibus regni Francie ad curiam Romanam deferri, sed nobilis vir Petrus de Santros, miles, castellanus castri Castillionis, ad dilectum filium nobilem virum Amedeum, comitem Sabaudie, pertinentis, prope Villamfrancham, regni predicti, in itinere publico dictos currus et carrucam manu armata predari presumpsit eosdemque duci fecit ad dictum castrum, ubi illos detinet pro sue libito voluntatis. Cum itaque ex hoc, tam ex eo quod dicti cives et Venturonus nobis specialiter sunt subjecti quam quia dicti panni ad eandem curiam portabantur, nobis et apostolice sedi magna sit injuria irrogata, dictique Petrus ac alii qui talia fieri faciunt sive mandant et qui scienter eis favent vel eos receptant aut defendunt, cujuscumque sint ordinis, preheminencie, condicionis et status, etiam si pontificali seu alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, sint vigore processuum, tam per nos quam per fe. re. nonnullos predecessores nostros Romanos pontifices in die Cene Domini promulgatorum, excommunicationis et anathematis sententiis irretiti, nos, volentes eisdem spoliatis

petentibus sibi de oportuno provideri remedio, justicie debitum ministrare, ne talis excessus non emendatus in pernitiosum exemplum remaneat impunitus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, predictum Petrum et quosvis alios, cujuscumque dignitatis, ordinis, preheminencie, conditionis et status, etiam si pontificali vel alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, predicta commisisse seu fieri fecisse sive mandasse et ea committentibus scienter favisse ac ipsos receptasse aut defendisse seu favere, receptare ac defendere repereris, eos nominatim, alios vero culpabiles in predictis in genere dictas excommunicationis et anathematis sententias incurrisse auctoritate nostra declares ac eos eisdem sententiis fore ligatos, per te vel alium seu alios, ubi et quando videris expedire et pro parte dictorum spoliatorum requisitus extiteris, nuncies seu facias nunciari ac mandes artius evitari, donec de premissis integre satisfecerint et absolutionis beneficium a predicta sede meruerint obtinere, eos nichilominus nominatos ex parte nostra moneas et requiras quod infra certum terminum peremptorium competentem pannos et currus ac carrucam prefatos dictorum spoliatorum nunciis seu procuratoribus restituere non postponant, alioquin ecclesias, terras et loca eorum auctoritate nostra supponas ecclesiastico interdicto, sententias aggravando predictas, si et prout eorum delinquencium contumacia meruerit et contemptus et eidem fraternitati videbitur expedire, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione potsposita compescendo, non obstante si aliquibus a predicta sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Avinione, V idus augusti, anno primo. »

559 Avignon, 9 août 1363.

Amadeum, comitem Sabaudiae, hortatur ad dicta mercimonia mercatoribus antedictis restitui faciendum. (Reg. 245, fol. 231 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amadeo (sic), comiti Sabaudie.* Querelam dilectorum filiorum —. Dat. ut supra. »

560 Avignon, 9 août 1363.

In e. m. comitissae Sabaudiae. (*Ibid.*, fol. 231 verso.)

561 Avignon, 9 août 1363.

In e. m. domino castri sancti Amoris, Amedei, comitis Sabaudiae, locum tenenti. (*Ibid.*, fol. 232 recto.)

562 Avignon, 9 août 1363.

In e. m. domino de Bellojoco. (*Ibid.*, fol. 232 recto.)

563 Avignon, 9 août 1363.

Nicolao de Azaiolis, comiti, magno senescallo regni Siciliae, ut nepotibus suis inhibeat ne de cœtera molestent capitulum ecclesiae Patracensis super quinque millibus florenis auri, quos praetendunt pro restitutione castri Donzoni, ad ecclesiam Patracensem spectantis et ab ipsis indebite occupati ; immo eos inducat ad mille florenos eodem titulo jam receptos aliaque per eos ablata a praedicto castro Bartholomaeo, archiepiscopo Patracensi, restituenda. (Reg. 245, fol. 232 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao de Azaiolis, comiti, magno senescallo regni Sicilie.* Venerabili fratri nostri —. Dat. Avinione, V idus augusti, anno primo. »

564 Avignon, 10 août 1363.

Quum ecclesia Patracensis Turchorum et Scismaticorum hostilibus incursibus sit obnoxia, Robertum, imperatorem Constantinopolitanum, hortatur ut Bartholomaeum, archiepiscopum Patracensem, in regimine ejusdem ecclesiae commendatum habeat. (Reg. 245, fol. 233 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano.* Cunctis ecclesiis quarum —. Dat. Avinione, IIII idus augusti, anno primo. »

565 Avignon, 11 août 1363.

Edwardo, regi Angliae, ut Guidoni de Lucemburgo, comiti Sancti Pauli, a se in captivitate detento, ad partes regni Franciae pro negotiis suis remeandi licentiam concedat. (Reg. 245, fol. 233 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Cum prout fidedigna —. Dat. Avinione, III idus augusti, anno primo. «

566 Avignon, 14 août 1363.

Johannae, reginae Siciliae, Rogerium de Sancto Severino, comitem Mileti, a terris suis nunc absentem commendat, ut super terris et bonis ejus, in regno dictae Johannae situatis, usque ad ejus reditum novitatem fieri non permittat. (Reg. 245, fol. 234 recto. — *Archivio storico per le provincie napoletane*, t. XX, p. 90.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Excellentia reginalis amatrix justicie discretionisque munere predita debet merito recordari quod dilectus filius nobilis vir Rogerius de Sancto Severino, comes Mileti, fidelitatis et prudencie pollet virtitutibus promptumque ac efficacem se reddidit in regiis jussionibus adimplendis ; ipse quidem, hostilem gentem comitatus tuos Provincie et Forcalquerii devastantem ex comitatibus ipsis eiciens, commissum sibi regimen senescallie in justicia et tranquillitate prudenter exercuit, prout nos in minoribus constituti per experienciam scivimus et deinde ad apicem summi apostolatus erecti sepius ex testimoniis audivimus fidedignis, ex quibus ipse non solum debet in suis bonis et juribus tua tuitione defendi sed pleniorem tue serenitatis gratiam promeretur. Quare, cum idem comes in serviciis tuis ut nosti et deinde in nostris et ecclesie Romane negotiis fideliter laboraverit et laboraturus sit forsitan in futurum, celsitudinem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, habens dictum comitem ex premissis ac pro nostra et apostolice sedis reverencia commendatum, super terris et bonis que in regno tuo possidet usque ad ejus reditum ad dictum regnum fieri novitatem non permittas et, si que forsitan esset facta, illa in statum pristinum reduci facere non postponas. Dat. Avinione, XIX kal. septembris, anno primo. »

567 Avignon, 20 août 1363.

Cistercienses Cabilonensis dioecesis et universos abbates et fratres ordinis Cisterciensis hortatur ut ad capitulum generale, Cistercii de proximo celebrandum, conveniant et Deum pro statu sanctae matris ecclesiae rogent. (Reg. 245, fol. 235 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Cisterciensibus Calilonensis diocesis et ceteris abbatibus ac diffinitoribus necnon aliis fratribus ordinis Cisterciensis in generali capitulo eorum Cistercii in proximo convenientibus celebrando.* Ad regimen ecclesie —. Dat. Avinione, XIII kalendas septembris, anno primo. »

568 Avignon, 21 août 1363.

Petro, regi Cipri, quod Leodegarium, episcopum Famagustanum et ejus familiares, cum eorum bonis, exire pro libito e regno suo permittat. (Reg. 245, fol. 236 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Novit regia celsitudo —. Dat. Avinione, XII kal. septembris, anno primo. »

569 Avignon, 21 août 1363.

Johanni, principi Anthiocensi, super eodem. (*Ibid.*, fol. 236 recto.)

570 Avignon, 24 août 1363.

Geraldo de Portali, provinciae Romandiolae thesaurario, mandat ut bona, quae ad bonae memoriae Bonjohannem episcopum, in Patracensem archiepiscopum electum, tempore suae mortis spectabant, dudum dispositioni Sedis apostolicae reservata recipiat. (Reg. 245, fol. 242 recto. De curia.)

« *Dilecto filio, Geraldo de Portali, rectori ecclesie de Miromonte, Tholosane diocesis, provincie Romandiole pro nobis et ecclesia Romana thesaurario.* Dudum ex certis —. Dat. Avinione, IX kal. septembris, anno primo. »

571 Avignon, 27 août 1363.

Edwardo, principi Walliae ut Gaubertum de Sancto Exuperio, domicellum, familiarem suum ad suam presentiam accedentem, habeat commendatum eique castrum de Miramonte, in finibus Alverniae situm et ad Heliam de Sancto Exuperio, dicti Gauberti patrem, pertinens, quod Locosius de [] (1) dicti principis Walliae subditus, injuste occupavit et detinet occupatum, restitui faciat. (Reg. 245, fol. 237 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, principi Wallie.* Exposuit nobis dilectus —. Dat. Avinione, VI kal. septembris, anno primo. »

572 Avignon, 27 août 1363.

Johanni de Chaverstone, militi, senescallo Vasconiae, scri-

(1) Le nom est laissé en blanc dans le registre.

bit de eodem, rogans ipsum ut apud eumdem principem partes suas interponat. (Reg. 245, fol. 237 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Chaverstone, militi, senescallo Vasconie.* Scribimus dilecto filio —. Dat. ut supra. »

573 Avignon, 27 août 1363.

Quum nonnulli fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ab eorum instituto degeneres, contra hostes Ecclesiae transfretare non curent, et bona hospitalis ipsius propriis usibus inhoneste applicent ac pensionem annuam debitam magistro et conventui majori ultramarino solvere recusent, unde magister et conventus iidem solitam hospitalitatem tenere ac fidei hostibus resistere non valent, immo, nisi de pensionibus ipsis subveniatur eisdem, insulam Rodi compellentur relinquere; Carolum, Romanorum imperatorem, rogat pontifex ut inobedientes hujusmodi a quocumque de suo imperio et Bohemiae regno defendi non permittat; quinimo dicti majoris ultramarini et Tolosani ac Aquensis conventuum prioribus, hospitalis praedicti, a sede apostolica deputatis ad compellendum inobedientes eosdem super solutione praedictae pensionis, auxilium tribuat ac per suas gentes tribui faciat. (Reg. 245, fol. 238 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto.* Licet ad cunctos —. Dat. Avinione, VI kal. septembris, anno primo. »

574 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Johanni, regi Franciae. « sed circa finem, ubi dicitur *de tuo imperio et regno Boemie* dicatur *de tuo regno.* » (*Ibid.*, fol. 239 recto.)

575 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. .. regi Scotiae. (*Ibid.*, fol. 239 recto.)

576 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Carolo, regi Navarrae. (*Ibid.*, fol. 239 recto.)

577 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Petro, regi Castellae (*Ibid.*, fol. 239 verso.)

578 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Petro, regi Aragonum. (*Ibid.*, fol. 239 verso.)

579 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Johannae, reginae Siciliae. (*Ibid.*, fol. 239 verso.)

580 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Ludovico, regi Hungariae. (*Ibid.*, fol. 239 verso.)

581 Avignon, 27 août 1363.

In e. m. Edwardo, principi Walliae et Aquitaniae, « et ubi dicitur *serenitatem* dicatur *nobilitatem*, etc. usque in finem mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 239 verso.)

582 Avignon, 29 août 1363.

Arnulphum, dominum de Audrehem, marescallum Franciae, rogat ut Petrum Uticensem et Anglicum Avinionensem episcopos, qui ad parlamentum in civitate Nemausensi celebrandum venire non possunt, habeat excusatos. (Reg. 245, fol. 239 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnulfo, domino de Audenham, marescallo Francie ac carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Francie illustris, in partibus occitanis locum tenenti, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod tua nobilitas venerabiles fratres nostros Petrum Uticensem ac Anglicum Avinionensem episcopos, occasione temporalitatis quam pro eorum ecclesiis obtinent in regno Francie, ad parlamentum, quod in civitate Nemausensi super negotiis dicti regni presertim senescallie Bellicadri debet celebrari de proximo, requisivit; quia igitur iidem episcopi nobis in agendis ecclesie universalis assistunt jugiter, sicut nosti, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus eosdem episcopos, qui ad dictum parlamentum absque nostro et dictorum negotiorum detrimento personaliter venire non possunt, in hac parte habeas excusatos, nuncium eorum, quem ad dictum parlamentum transmittent, pro ipsis episcopis ob nostram et apostolice sedis reverenciam admittendo. Dat. Avinione, IIII kalendas septembris, anno primo. »

583 Avignon, 29 août 1363.

In e. m. Petro Raimundi de Rapistagno, domino de Cam-

pagnaco, senescallo Bellicadri vel ejus locum tenenti. (*Ibid.*, fol. 240 recto.)

584 Avignon, 30 août 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut Danieli de marchionibus Carreti, praeceptori domus Niciae, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, praesentium latori, faveat et de officio competenti provideat. (Reg. 245, fol. 240 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectum filium Danielem —. Dat. Avinione, III kal. septembris, anno primo. »

585 Avignon, 31 août 1363.

Edwardo, principi Aquitaniae et Walliae, notificat se nuntios ejus recepisse et eisdem sicut viva voce referent respondisse. (Reg. 245, fol. 240 verso. — Moisant, *Le Prince Noir en Aquitaine*, p. 267.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, principi Aquitanie et Wallie, salutem etc.* Venerabilem fratrem nostrum Austentium, episcopum Sarlatensem, et dilectos filios nobilem virum Johannem de Bellocampo, militem ac magistrum Philippum de Godeford, legum doctorem, nuncios tuos, harum latores, ad nostram missos presentiam, hilari vultu recepimus et que nobis ex parte tue nobilitatis curaverunt exponere tamquam nobis grata mente intelleximus letiori, et super expositis per eosdem responsum eis dedimus quod ipsi tibi plenius referent oraculo vive vocis; quibus super referendis hujusmodi ex parte nostra fidem velis credulam adhibere. Dat. Avinione, II kalendas septembris, anno primo. »

586 Avignon, 2 septembre 1363.

Arnaldo de Ispania, militi, senescallo Carcassonensi, ut castrum Linhani, Biterrensis dioecesis, ad ecclesiam Biterrensem pertinens, Hugoni, episcopo Biterrensi, faciat restitui. (Reg. 245, fol. 244 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo de Ispania, militi, senescallo Carcassone.* Dolenter admodum nuper audivimus castri Linhani, Biterrensis diocesis, ad Biterrensem pertinentis ecclesiam, proditoriam captionem et, licet de dampno gravi ejusdem ecclesie ac venerabilis fratris nostri Hugonis, Biterrensis episcopi, doleamus, non tamen minus dolemus quod ex hoc toti circumposite patrie detrimentum gravissimum et turbatio grandis noscuntur provenire. Quare nobilitatem tuam, cujus providenciam decet circa hoc solicitis studiis excitari, hortamur et rogamus attente quatinus ad recuperationem dicti castri, tam pro reverencia Dei et commodo dicte ecclesie quam pro quiete patrie prelibate, velis prout incepisti oportunam diligentiam adhibere illudque, cum favente Deo recuperatum extiterit, restituere episcopo prelibato et tam ipsum quam alia castra dicti episcopi et dilectorum filiorum capituli ecclesie Biterrensis habere, pro nostra et apostolice sedis reverencia, tuis favoribus commendata. Dat. Avinione, IIII nonas septembris, anno primo. »

587 Avignon, 2 septembre 1363.

Mariano, judici Arboreae, Bertrandum de Colonis, praesbiterum, ac Johannem Obrerii, clericum, Uticensis et Caturcensis dioecesium, ad partes Sardiniae pro grano et rebus aliis ad usum hospitii pontificii destinatos, commendat. (Reg. 245, fol. 244 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Mariano, judici Arboree.* Cum dilectos filios —. Dat. Avinione, IIII nonas septembris, anno primo. »

588 Avignon, 2 septembre 1363.

In e. m. Petro Alberti, militi, pro Petro, rege Aragonum, in insula Sardiniae gubernatori. (*Ibid.*, fol. 244 recto.)

589 Avignon, 2 septembre 1363.

In e. m. Alberto de Trillia, gubernatori ut supra. (*Ibid.*, fol. 244 verso.)

590 Avignon, 2 septembre 1363.

Bernardo, episcopo Plonacensi, in regno Sardiniae et Corsicae collectori camerae apostolicae, cui per alias litteras pontifex mandavit quod Bertrando de Colonis, praesbitero ac Johanni Obrerii clerico, Uticensis et Caturcensis dioecesium, missis in Sardiniam pro emptione grani et aliarum rerum ad usum hospitii papae, satisfaceret de proventibus ipsius camerae, praecipit ut, si ad praesens pecuniam non habeat, eam mutuo recipiat, super quo plenam eidem facultatem tribuit. (Reg. 245, fol. 266 verso.)

« *Venerabili fratri Bernardo, episcopo Plonacensi, in*

regno Sardinie et Corsice apostolice sedis nuncio, ac collectori fructuum et reddituum ac bonorum apostolice camere debitorum. Cum dilectos filios —. Dat. Avinione, IIII nonas septembris, anno primo. »

591 Avignon, 2 septembre 1363.

Eidem ut de hiis quae praedictis assignaverit faciat fieri duo publica consimilia instrumenta, quorum uno penes se retento, reliquum transmittat ad cameram apostolicam. (*Ibid.* fol. 266 verso.)

592 Avignon, 2 septembre 1363.

Bertrando de Colonis, praesbitero ac Johanni Obrerii praefatis facultatem tribuit petendi et recipiendi a collectore praedicto pecuniam pro dictis grano et rebus necessariam. (Reg. 245, fol. 267 recto.)

« *Dilectis filiis Bertrando de Colonis, presbitero ac Johanni Obrerii clerico, Uticensis et Caturcensis diocesium.* Cum vos ad —. Dat. ut supra. »

593 Avignon, 3 septembre 1363.

Jacobo, regi Majoricarum, ut a se repellat aliquos adulatores qui, sibi suadentes non decere sine potentia esse in regno Siciliae, proinde ipsum pactis initis ante matrimonium suum cum Johanna Siciliae regina contravenire impellunt; immo, ad obviandum scandalis, nullum moderno tempore in dicto regno officium acceptare curet. (Reg. 245, fol. 244 verso)

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Apostolice sedis circumspecta —. Dat. Avinione, III nonas septembris, anno primo. »

594 Avignon, 3 septembre 1363.

Johannae, reginae Siciliae, ut inducat consortem suum supradictum ad Sedis apostolicae monitis acquiescendum. (Reg. 245, fol. 245 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Nuper non absque —. Dat. ut supra. »

595 Avignon, 3 septembre 1363.

Johannae, reginae Siciliae, significat summopere eidem expedire ut bonos et fideles consiliarios habeat; quamobrem ipsam laudat quod Nicolaum de Alifia, virum utique fidelem et prudentem, dicti regni cancellarium deputaverit; cujus consiliis in agendis utatur. (Reg. 245, fol. 256 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Ad tui honoris —. Dat. Avinione, III nonas septembris, anno primo. »

596 Avignon, 4 septembre 1363.

Johannem, regem Franciae, rogat ut non aegre ferat si Johannes Ferdinandi, castellanus Empostae, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, et civitatis Avinionensis comitatusque Venaissini capitaneus, ad eum non se conferat, cum pontifex ipse hiis diebus ejusdem castellan ipraesentia indigeat. (Reg. 245, fol. 246 recto. — Prou, *Relat. politiq. d'Urbain V*, p. 103.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum nuper excellencia tua dilectum filium Johannem Ferdinandi, castellanum Emposte, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, duxerit requirendum quod ad informandum te de agendis in negotio ultramarini passagii, quod devotio regie sublimitatis assumpsit, ad tuam presentiam personaliter debeat se transfere, ipseque castellanus sit capitaneus nostrorum civitatis Avinionis et comitatus Venayssini, et propter gentes societatum que hic prope morantur et multo magis propter gentes que de Ispania et Catalonia ad has partes declinare timentur, dicti castellani presencia in eisdem partibus sit non solum nobis sed etiam tue serenitati multipliciter oportuna, et de alio ydoneo capitaneo providere subito non possimus, celsitudinem tuam rogamus attente quatinus eundem castellanum, si ad tuam presenciam non accedat ad presens, premissis consideratis, habeas excusatum, presertim quia si, quod absit, dicte gentes de Ispania et Catalonia ad partes declinarent easdem, prosecutioni negotii dicti passagii non prodesset, cum nec ad illud posses intendere, ut deceret; premissis vero vehementibus suspictionibus, Deo propitiante, sublatis, eundem castellanum ad regalem celsitudinem libenter destinare curabimus, per te prout volueris retinendum. Dat. Avinione, II nonas septembris, anno primo. »

597 Avignon, 4 septembre 1363.

Senescallo vel ejus locum tenenti ac judici majori Provinciae

ut monasterium sancti Victoris Massiliensis desistant molestare. (Reg. 245, fol. 246 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris senescallo, vel ejus locum tenenti, ac .. judici majori Provincie.* Nuper ad nostrum —. Dat. Avinione, II nonas septembris, anno primo. »

598 Avignon, 5 septembre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, transmittit tenorem litterarum quas a communi Pisano et ab Alberto de Stertia, societatis Anglicorum capitaneo, recepit, ac suam ad easdem litteras responsionem; mandans legato eidem ut, si contra praedictos aliquam gentem destinaverit, illam confestim revocet, et, dummodo Pisani et societas ipsa in devotione Ecclesiae maneant, nihil in eorum damnum attentet; Anglicos denique, qui pro Ecclesia ipsa et non contra eam egerunt, habeat specialiter commendatos. (Reg. 245, fol. 246 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Litteras dilectorum filiorum —. Dat. Avinione, nonis septembris, anno primo. »

599 Avignon, 11 septembre 1363.

Gubernatori dalfinatus Viennensis ut jurisdictionem ecclesiae Gratianopolitanae desistat occupare et quicquid de ipsa occupaverit restituat. (Reg. 245, fol. 248 verso. — Prou, *Relat. politiq. d'Urbain V*, p. 104.)

« *Dilecto filio nobili viro .. gubernatori Dalfinatus Viennensis, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod tu jurisdictionem temporalem ecclesie Gracionopolitane occupare presumis in anime tue dispendium et grande ipsius ecclesie detrimentum, quam occupationem Deo displicere non ambigimus et dilecto filio nobili viro .. dalfino Viennensi, domino tuo, cujus predecessores consueverunt non spoliare sed ampliare ecclesias, credimus non placere. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, si quid de jurisdictione hujusmodi forsitan occupasti, illud, ob reverenciam Dei ac apostolice sedis et nostram ac pro honore dicti tui domini, restituere non postponas, quinimmo jura et libertatem ecclesiastica tuis sic studeas favoribus adjuvare ac protegere quod sub tuo regimine conserventur illesa, tuque proinde divinam ac prefate sedis et nostram gratiam uberius merearis. Dat. Avinione, III idus septembris, anno primo. »

600 Avignon, 13 septembre 1363.

Priori Navarrae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani mandat ut pensionem, quam annuatim solvere tenetur magistro et conventui insulae Rhodi, sub pœna excommunicationis solvat, et commissariis super hoc deputatis obediat (Reg. 245, fol. 249 recto.)

« *Dilecto filio .. priori Navarre hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Sancta mater ecclesia —. Dat. Avinione, idus septembris, anno primo. »

601 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori prioratus Cataloniae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. (Reg. 245, fol. 250 verso.)

602 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. castellano Empostae et .. priori sancti Ægidii. (*Ibid.*, fol. 250 verso.)

603 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Francie. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

604 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Campaniae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

605 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Angliae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

606 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Hiberniae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

607 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Alamanniae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

608 Avignon, 13 septembre 1363.

In e. m. .. priori Tolosae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

609 Avignon, 13 septembre 1363.

In c. m. .. priori Hungariae. (*Ibid.*, fol. 251 recto.)

610 Avignon, 13 septembre 1363.

Gobscalco Faledal, ordinis Praedicatorum, ut Datiae, Svetiae et Norvegiae reges, quibus pontifex litteras destinat, inducat ad ea quae in iisdem continentur, ac praefato Guidoni de Cruce, ad praedicta regna misso, ejusque negotiis faveat. (Reg. 245, fol. 254 recto.)

« *Dilecto filio Gotscalco Faledal, ordinis Predicatorum, penitentiario nostro.* Dilectum filium Guidonem —. Dat. Avinione, idus septembris, anno primo. »

611 Avignon, 13 septembre 1363.

Duci Magnopolensi ut praedicto Guidoni de Cruce de securo conductu et aliis favoribus provideat. (Reg. 245, fol. 254 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro .. duci Magnopolensi.* Cum dilectum filium —. Dat. ut supra. »

612 Avignon, 13 septembre 1363.

In c. m. Henrico, comiti de Halsatia. (*Ibid.*, fol. 254 recto.)

613 Avignon, 13 septembre 1363.

In c. m. .. duci Lucemborgensi. (*Ibid.*, fol. 254 recto.)

614 Avignon, 13 septembre 1363.

In c. m. Henrico, duci Saxoniae. (*Ibid.* fol. 254 verso.)

615 Avignon, 13 septembre 1363.

In c. m. .. comiti de Scelbemborch. (*Ibid.*, fol. 254 verso.)

616 Avignon, 16 septembre 1363.

Amedeo, comiti Sabaudiae, remittens pontifex Guillelmum de Callomonte, comitis ipsius nuntium, significat eidem comiti nullum jus competere in undecim millibus florenis de pecuniis Ughetti de Malabayla, eo quod hujus bona jam erant camerae apostolicae obligata, prout constat ex causa in Romana curia desuper agitata; unde vel acquiescat comes judicatui, vel remittat nuntium plenius informatum. (Reg. 245, fol. 254 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Etsi cunctos magnates —. Dat. Avinione, XVI kal. octobris, anno primo. »

617 Avignon, 19 septembre 1363.

Mariae, imperatrici Constantinopolitanae, ut commendatum habeat Bartholomaeum, archiepiscopum Patracensem, in regimine dictae ecclesiae; ac Hugoni de Lisignano, filio, coeterisque officialibus et subditis suis mandet ut eidem archiepiscopo faveant et assistant. (Reg. 245, fol. 252 recto.)

« *Carissime in Christo filie Marie, imperatrici Constantinopolitane.* Cunctis ecclesiis quarum —. Dat. Avinione, XIII kal. octobris, anno primo. »

618 Avignon, 19 septembre 1363.

In e. m. Hugoni de Lisignano. (*Ibid.*, fol. 252 verso.)

619 Avignon, 19 septembre 1363.

In c. m. Centurioni Zachariae, Calandriciae domino. (*Ibid.*, fol. 252 verso.)

620 Avignon, 19 septembre 1363.

In c. m. Guidoni de Anghieno, civitatis Argolicensis domino. (*Ibid.*, fol. 252 verso.)

621 Avignon, 19 septembre 1363.

In c. m. .. praeceptori Achaiae hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum. (*Ibid.*, fol. 252 verso.)

622 Avignon, 19 septembre 1363.

In c. m. .. praeceptori Achaiae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. (*Ibid.*, fol. 252 verso.)

623 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Senatori et populo Romano, notificat se magistrum Jaco-

bum de Mutis de Urbe, legum doctorem, nuntium suum, latorem praesentium, de certis negotiis Ecclesiam et populi Romani consolationem tangentibus, destinasse; quumque ex felici exitu negotiorum ipsorum citior et certior, juxta commune desiderium, pontificis in Urbem adventus secuturus sit, ut ad ipsorum impletionem consilia et auxilia conferant, eos paterne adhortatur. (Reg. 245, fol. 256 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Senatori et populo Romano.* Letamur dilectissimi filii —. Dat. apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, IX kal. octobris, anno primo. »

624 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Ursoni de Filiis Ursi, canonico Basilicae principis apostolorum, ut pareat praedicto nuntio super hiis quae ex parte papae requiret. (Reg. 245, fol. 257 verso.)

625 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Jordano de Filiis Ursi, Patrimonii beati Petri in Tuscia rectori, ut fidem adhibeat eidem nuncio et negotia supradicta promovere studeat. (*Ibid.*, fol. 257 verso.)

626 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Senatori et populo Romano ut fidem adhibeant nuntio praefato, ipsos ex parte papae visitanti. (*Ibid.*, fol. 258 recto.)

627 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Thesaurario provinciarum Campaniae et Maritimae ut fidem adhibeat eidem nuntio et praedicta negotia promovere studeat. (*Ibid.*, fol. 258 verso.)

628 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

In c. m. Angelo Tavernini, Patrimonii beati Petri in Tuscia thesaurario. (*Ibid.*, fol. 258 verso.)

629 Villeneuve-lès-Avignon, 23 septembre 1363.

Troiolo de Filiis Ursi, militi ac ejus fratribus ut fidem adhibeant dicto nuntio, latori praesentium, super negotiis ipsos et Ecclesiam tangentibus, seque apostolicis beneplacitis conforment. (Reg. 245, fol. 258 verso.)

630 Avignon, 23 septembre 1363.

Jacobo de Mutis potestatem tribuit transigendi et componendi, cum assensu vicarii in spiritualibus Urbis vel Francisci de Thebaldeschis, canonici Basilicae principis apostolorum, super haereditate quondam Neapoleonis de Filiis Ursi, domini castri Sancti Angeli de Urbe, si eam contigerit Romanae ecclesiae devolvi, ac terrarum, castrorum et bonorum dictae haereditatis gubernationem personis, de quibus sibi videbitur, committendi aliaque desuper opportuna faciendi. (Reg. 245, fol. 262 recto.)

« *Dilecto filio Jacobo de Mutis, legum doctori, capellano nostro, apostolice sedis nuncio.* Cum te ad —. Dat. Avinione, IX kal. octobris, anno primo. »

631 Avignon, 23 septembre 1363.

Eidem, ut nomine pontificis et Romanae ecclesiae possit exigere et recipere haereditatem supradictam ac ejusdem terras, castra, bona etc. per se vel per alios gubernare. (*Ibid.*, fol. 262 verso.)

632 Avignon, 23 septembre 1363.

Item fuit concessa eidem littera de gagiis in forma consueta de quatuor florenis pro die. (*Ibid.*, fol. 263 verso.)

633 Avignon, 23 septembre 1363.

Item littera de securo conductu pro eodem. (*Ibid.*, fol. 263 verso.)

634 Avignon, 23 septembre 1363.

Eidem pontifex potestatem tribuit super exhibitione sibi facienda testamenti Neapoleonis supradicti. (*Ibid.*, fol. 263 verso.)

635 Avignon, 23 septembre 1363.

Eidem quod possit cum natis Ursi et quondam Johannis de Filiis Ursi, fratrum, super defectu natalium dispensare. (*Ibid.*, fol. 263 verso.)

636 Avignon, 23 septembre 1363.

Archiepiscopo Barensi ut Robertum, imperatorem Constan-

tinopolitanum, inducat ad Bartholomaeo archiepiscopo et ecclesiae Patracensi favendum. (Reg. 245, fol. 252 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Barensi.* Quamvis debitum caritatis —. Dat. Avinione, IX kal. octobris, anno primo. »

637 Avignon, 23 septembre 1363.

Laurentio Celsi, duci Venetiarum, ut supradicto archiepiscopo et Patracensi ac ejus suffraganeis ecclesiis faveat ac damna olim illata per suos officiales Mothonensi praelato et ecclesiae amoveri faciat. (Reg. 245, fol. 253 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurentio Celsi, duci Venetiarum.* Venerabilis frater noster —. Dat. Avinione, IX kal. octobris, anno primo. »

638 Avignon, 23 septembre 1363.

Marco de Viterbio, ordinis fratrum Minorum generali ministro, committit ut inter Johannem, marchionem Montisferrati, et Galeatium de Vicecomitibus, in civitate Mediolanensi vicarium imperialem, pacem reformare procuret, vel saltem ad treugas eosdem inducat eidemque opportunas facultates tribuit. (Reg. 245, fol. 260 verso.)

« *Dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum Minorum generali ministro, apostolice sedis nuncio.* Pacis vinculum inter —. Dat. Avinione, IX kal. octobris, anno primo. »

639 Avignon, 27 septembre 1363.

Eidem nuntio. Quum in negotio restitutionis certorum castrorum, ad ecclesiam Vercellensem spectantium, occasione guerrae inter Johannem, marchionem Montisferrati, et Galeatium de Vicecomitibus existentis, occupatorum, Jacobo, abbati monasterii S. Justi de Secusia, per alias apostolicas litteras commisso, usque ad debitum finem processum non fuerit, mandat pontifex supradicto ministro generali (cui per alias tractatus pacis inter praedictos commissus extitit), ut super restitutione praefata pacem fieri procuret, vel saltem discordantes ad treugas inducat. (Reg. 245, fol. 264 verso.)

« *Dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum Minorum ministro generali.* Super cunctas orbis —. Dat. Avinione, V kal. octobris, anno primo. »

640 Avignon, 1er octobre 1363.

Vello Bonedotae, civi Romano, ut magistro Jacobo de Mutis, ad Urbem misso pro arduis ecclesiae negotiis, fidem adhibeat ac consilium et favorem praestet. (Reg. 245, fol. 267 recto.)

« *Dilecto filio Vello Bonedote, civi Romano.* Cum dilectum filium —. Dat. Avinione, kalendis octobris, anno primo. »

641 Avignon, 1er octobre 1363.

In e. m. Johanni de Cinciis, civi Romano. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

642 Avignon, 1er octobre 1363.

In e. m. Paulo de Tartaris, civi Romano, syndico Urbis. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

643 Avignon, 1er octobre 1363.

In e. m. Silvestro de Mutis, civi Romano, syndico Urbis. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

644 Avignon, 1er octobre 1363.

In e. m. Laurentio, scribae Senatus. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

645 Avignon, 1er octobre 1363.

Regiminibus civitatis Pisarum ut Jacobo de Mutis, Romam proficiscenti, de libero transitu et securo conductu faveant. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

646 Avignon, 1er octobre 1363.

In e. m. .. regiminibus civitatis Florentinae. (*Ibid.*, fol. 267 verso.)

647 Avignon, 7 octobre 1363.

Edwardo, Aquitaniae ac Walliae principi, Johannem, abbatem monasterii de Clairaco, ord. s. Ben., Agennensis dioecesis, ejusdemque loci conventum commendat. (Reg. 245, fol. 269 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie ac Wal-*

lie principi. Dilectus filius Johannes —. Dat. Avinione, nonis octobris, anno primo. »

648 Avignon, 8 octobre 1363.

Eidem Rigaldum Bongeti et Jordanum de Haya, clericos, familiares suos, qui ad partes Turonenses pro negotiis ecclesiae Romanae deputantur, commendat. (Reg. 245, fol. 269 recto. — Moisant, *Le Prince Noir en Aquitaine*, p. 267.)

« *Eidem.* Cum dilectos filios —. Dat. Avinione, VIII idus octobris, anno primo. »

649 Avignon, 8 octobre 1363.

Eidem ut villam Brivatensem, ad ecclesiam ejusdem loci pertinentem, liberari et ecclesie Brivatensi ornamenta et jocalia quibus est spoliata restitui faciat. (Reg. 245, fol. 269 verso. — Moisant, *Le Prince Noir en Aquitaine*, p. 267.)

« *Eidem.* Licet de cunctarum ecclesiarum dispendiis doleamus, de Brivatensi tamen ecclesia miserabiliter spoliata et oppressione lacrimabili destituta tanto dolemus amarius quanto de illa, que apostolice sedi immediate subesse dinoscitur, curam debemus gerere potiorem. Sane, cum villa Brivatensis, ad dictam ecclesiam pertinens, teneatur presentialiter occupata, nos ipsius relaxationem et restitutionem faciendam dilectis filiis .. preposito et capitulo dicte ecclesie plenis desideriis affectantes ac futuris dampnis et periculis oportunis occurri remediis cupientes, nobilitatem eamdem hortamur et rogamus attente quatinus operam tue devotionis solerter impendas quod ipsa relaxatio cito fiat absque prejudicio ecclesie prelibate et quod ipsa ecclesia ornamentis ac jocalibus suis non remaneat spoliata, sic in hiis tuam providam sollicitudinem adhibens quod ipsa ecclesia speratum fructum tui boni operis se percepisse letetur tuque proinde divinam gratiam et dicte sedis benivolentiam uberius consequaris. Dat. Avinione, VIII idus octobris, anno primo. »

650 Avignon, 8 octobre 1363.

In e. m. Johanni de Armaniaco, militi. (*Ibid.*, fol. 269 verso.)

651 Avignon, 8 octobre 1363.

In e. m. Johannae, ducissae Bituriae et Alverniae. (*Ibid.*, fol. 269 verso.)

652 Avignon, 10 octobre 1363.

Gutterio Gometii, priori Castellae et Legionis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. Quum Nicolaus de Solerio prior, et Petrus de Rambutellis hospitalarius conventus Rhodi, locumtenentes magistri et conventus hospitalis ejusdem citramarini, die 25 martii proxima, in civitate Montispessulana, Magalonensis dioecesis, capitulum ordinis habituri sint, mandat pontifex priori Castellae supradicto ut ad capitulum ipsum conveniat ac de responsione pecuniali, in qua praefatis magistro et conventui pro suo prioratu tenetur, tam pro tempore praeterito quam pro futuro, eisdem locumtenentibus satisfacere non postponat. (Reg. 245, fol. 270 verso.)

« *Dilecto filio Gutterio Gometii, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani professori, regenti prioratum Castelle et Legionis dicti hospitalis.* Dilecti filii Nicolaus —. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno primo. »

653 Avignon, 10 octobre 1363.

Arnaldo, patriarchae Alexandrino, apostolicae sedis nuntio, ut pacem inter Armaniaci et Fuxi comites studeat reformare. (Reg. 245, fol. 271 verso.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, patriarche Alexandrino, apostolice sedis nuncio.* Perfectionem agendorum inter —. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno primo. »

654 Avignon, 10 octobre 1363.

In e. m Petro, episcopo Olorensi. (*Ibid.*, fol. 271 verso.)

655 Avignon, 10 octobre 1363.

In e. m. .. abbati monasterii Mansiazilis, « et loco *fraternitatem* dicatur *discretionem.* » (*Ibid.*, fol. 272 recto.)

656 Avignon, 10 octobre 1363.

In e. m. .. vicecomiti Caramanni. (*Ibid.*, fol. 272 recto.)

657 Avignon, 10 octobre 1363.

In e. m. Arnaldo de Ispania, militi. (*Ibid.*, fol. 272 recto.)

658 Avignon, 10 octobre 1363.

Arnaldo, patriarchae Alexandrino et Raymundo de Sancta Gemma, notario suo, apostolicae sedis nuntiis, ut, cum inter

Armaniaci et Fuxi comites concordia sit reformata sed quaedam declaranda et executioni mandanda supersint in quibus ipsi comites nondum plene concordant, ipsi, ad praesentiam dictorum comitum accedentes, inter eos tractent illa quae agenda noverint in praedictis. (Reg. 245, fol. 282 verso. De camera.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, patriarche Alexandrino ac dilecto filio magistro Raymundo de Sancta Gemma, notario nostro, apostolice sedis nunciis.* Paterna caritas Romani —. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno primo. »

659 Avignon, 10 octobre 1363.

Johannem, comitem Armaniaci hortatur ut omnia quae inter se et Gastonem, comitem Fuxi, pro firmitate pacis agenda supersunt, perficere non differat, Arnaldique, patriarchae Alexandrini ac magistri Raymundi de Sancta Gemma, notarii, relatis plenam fidem adhibeat. (Reg. 245, fol. 283 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci.* Liberationem celerem tue —. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno primo. »

660 Avignon, 10 octobre 1363.

Gastoni, comiti Fuxit, de eodem scribit. (*Ibid.*, fol. 283 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Perfectionem agendorum inter —. Dat. ut supra. »

661 Avignon, 14 octobre 1363.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut Guidonem, abbatem monasterii Belliloci, ord. s. Ben., Lemovicensis dioecesis, ejusque conventum benigno favore prosequatur. (Reg. 245, fol. 272 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Cupientes quod ecclesie —. Dat. Avinione, II idus octobris, anno primo. »

662 Avignon, 15 octobre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut Jacobo, electo Marsicano, misso ad Urbem occasione quondam Neapoleonis de Filiis Ursi haereditatis, quae ad Romanam ecclesiam devenire dicitur, testamentum dicti Neapoleonis, quod penes legatum ipsum fore a nonnullis affirmatur, assignare faciat. (Reg. 245, fol. 274 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectum filium Jacobum —. Dat. Avinione, idus octobris, anno primo. »

663 Avignon, 15 octobre 1363.

Candiensibus mandat ut pacem cum duce et communi Venetiarum studeant reformare, ne sibi ipsis, quibus concordia cum Venetis maximo semper adjumento fuit, et Ecclesiae damnum inferant, si ex hujusmodi dissensione generale passagium ad Terram sanctam turbari contingat. (Reg. 245, fol. 273 recto.)

« *Dilectis filiis populo civitatis Candiensis.* Illius qui pacis —. Dat. Avinione, idus octobris, anno primo. »

664 Avignon, 15 octobre 1363.

Venetis ut ad pacem cum Candiensibus benigne condescendant, omittentes novitatem per eos factam vindicare. (Reg. 245, fol. 273 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Laurentio Celsi, duci et communi Venetiarum.* Querens quem devoret —. Dat. ut supra. »

665 Avignon, 15 octobre 1363.

Edwardo, principi Aquitaniae et Walliae, ut Fayditum, episcopum Ruthenensem, qui ipsi juramentum fidelitatis praestitit, ejusque gentes et dioecesim in libertatibus suis conservare dignetur. (Reg. 245, fol. 275 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie ac Wallie principi.* Venerabilis frater noster —. Dat. Avinione, idus octobris, anno primo. »

666 Avignon, 15 octobre 1363.

Pluribus archiepiscopis et episcopis Galliae eorumque officialibus, ac praelatis saecularibus et regularibus inibi existentibus mandat ut non differant devenire ad citationem Berengarii Vitalis de Narbona et Petri de Tolosa, ejus familiaris, necnon Johannis (alias Bonii) de Calario, quos Taylairandus, episcopus Albanensis, judex ab apostolica sede deputatus, de captivatione Burcardi, praepositi Vicegradensis, Caroli Ro-

manorum Imperatoris nuncii apud sedem eandem deputati, vehementer suspectos invenit. (Reg. 245, fol. 283 recto.)

« *Venerabilibus fratribus, .. Narbonensi, .. Bituricensi, .. Tholosano, .. Arelatensi, .. Aquensi, .. Ebredunensi, .. ac Viennensi archiepiscopis, et .. eorum suffraganeis, necnon Vivariensi, et .. Aniciensi episcopis, etc.* Dudum videlicet kalendis —. Dat. Avinione, idus octobris, anno primo. »

667 Avignon, 22 octobre 1363.

Ludovico, episcopo Valentinensi, ut, cum in castro Montilii Adhemari, die quinta mensis novembris proximo secuturi, per Philippum, patriarcham Jerosolimitanum, comitatus Venaissini rectorem, super obviando societati quorumdam hominum perversorum qui partes illas infestant, consilium debeat celebrari, ad dictum colloquium per se vel nuntios suos convenire procuret. (Reg. 245, fol. 275 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 104.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi, salutem, etc.* Ad obviandum malignitatibus societatum, que partes istas et nonnullas alias concusserunt hactenus et concutere non desistunt, nos pro comitatu Venaysini et civitate Avinionensi ac dilecti filii nobiles viri .. senescallus Provincie, ac .. dominus de Vinayo pro dalfinatu Viennensi, nunc in Romana curia existentes, duximus ordinandum quod, die quinta mensis novembris proximi secuturi, in castro Montilii Ademari, per venerabilem fratrem nostrum Philippum, patriarcham Jerosolimitanum, comitatus nostri Venaysini rectorem, nomine nostro, ac dictorum nobilium nuncios, a dominis eorum habentes mandata plenaria, super unione contra societates hujusmodi per gentes terrarum nostrarum et dictorum nobilium invicem facienda et dando in agendis ordine debito colloquium celebretur. Cum autem hujusmodi negotium pro ecclesiis quibus presides te contingat, nosque geremus in votis quod tua fraternitas, quam Deus zelo rei publice accendit et circumspectionis industria decoravit, intersit colloquio prelibato, fraternitatem eandem requirimus et rogamus attente mandantes quatinus dicta die ad prefatum colloquium personaliter convenire vel saltem ydoneos nuncios cum sufficienti mandato ad hoc dicta die destinare procures. Nos enim dilectum filium nobilem virum Ademarum de Pictavia, comitem Valentinensem, similiter per litteras nostras requirimus quod ad dictum colloquium veniat, vel saltem suos nuncios cum simili mandato transmittere non postponat. Idem quoque dominus de Vinayo asseruit se credere quod dilectus filius nobilis vir Amedeus, comes Sabaudie, in unione hujusmodi volet esse et ad dictum colloquium suos nuncios destinabit. Dat. Avinione, XI kal. novembris, anno primo. »

668 Avignon, 22 octobre 1363.

In e. m. Adhemaro de Pictavia, comiti Valentinensi. (*Ibid*, fol. 276 recto.)

669 Avignon, 25 octobre 1363.

Petro, regi Castellae, ut pecunias Audoini, episcopi quondam Ostiensis, in dicto regno de mandato suo detentas, personis ab executoribus testamentariis dicti episcopi illuc missis assignari faciat, praesertim cum sint in usus pauperum erogandae. (Reg. 245, fol. 276 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Castelle illustri.* Ad serenitatis tue —. Dat. Avinione, VIII kal. novembris, anno primo. »

670 Avignon, 25 octobre 1363.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut a petendo juramento fidelitatis a Johanne de Eredia, priore Sancti Ægidii, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ratione domorum sui prioratus in principatu Aquitaniae consistentium, supersedeat. (Reg. 245, fol. 276 verso. — Moisant, *Le prince Noir en Aquitaine*, p. 268.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Dilecti filii Johannis de Eredia, prioris sancti Egidii hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, expositione didicimus quod cum, ratione domorum sui prioratus in tuo principatu Aquitanie consistencium, et personas alias dicti hospitalis in eisdem domibus consistentes requiri fecisti quod tibi prestarent fidelitatis debite juramentum; et cum, pro parte dictorum prioris et personarum allegaretur quod juramentum hujusmodi minime prestare debebant, tu juramentum saltem obediencie tibi omnino prestari per dictos priorem et personas petiisti, eos ad hoc compellere comminando. Cum itaque, fili dilecte, idem prior asserat quod ipse et eedem persone dicti sui prioratus nullum juramentum tibi prestare tenentur quodque predecessores sui priores et alie persone dicti prioratus nullius generis juramentum regibus Francie ac ducibus Aquitanie, qui fuerunt pro tempore, prestiterunt, et si hoc ipse faceret magnum dicto hospitali prejudicium generaret et preter anime

sue detrimentum penam canonicam effugere non valeret, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus super tua peticione predicta benigne supersedeas donec de libertate prioratus ac prioris et personarum predictorum juribus sis plenius informatus, interimque benigne abstineas ab omni novitate contra ipsos priorem et personas propter ea facienda, consideransque quantus favor hospitali predicto, cujus persone et facultates sunt ad defensionem christianitatis et alimenta pauperum deputate, merito ab omnibus orthodoxis principibus debeatur, tam dictum priorem quam alios priores et omnes alias personas hospitalis ejusdem, in tuo dominio constitutas, pro Dei et beati Johannis reverentia, in eorum libertate ac juribus pietatis studio habeas commendatos, ut, tuo favore muniti, defendantur a noxiis et jura eis debita, sine quorum auxilio deficerent, in hujusmodi sustentatione dictorum pauperum conserventur. Dat. Avinione, VIII kal. novembris, anno primo. »

671 Avignon, 27 octobre 1363.

Quum ex ambitione quorumdam, praesertim religiosorum mendicantium, electiones et postulationes ad ecclesias vacantes in regno Siciliae indebite et per impressionem fiant, Petro, archiepiscopo Neapolitano, mandat pontifex, ut, quum talia fieri sciverit, illa confestim papae referat ac interim de personis bonis et aptis ad episcopatum informet. (Reg. 245, fol. 277 verso.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Neapolitano.* Ex frequentibus relatibus —. Dat. Avinione, VI kal. novembris, anno primo. »

672 Avignon, 28 octobre 1363.

Episcopo et capitulo Massiliensis ecclesiae ut quamdam pecuniae quantitatem quam de praepositura dictae ecclesiae receperunt, dum praepositus fuerit incarceratus, eidem praeposito liberato restituant. (Reg. 245, fol. 278 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Massiliensi.* Pro parte dilecti —. Dat. Avinione, V kal. novembris, anno primo. »

673 Avignon, 28 octobre 1363.

Arnulpho, domino de Audrehem, Franciae marescallo ac locum tenenti Johannis, regis Franciae, in partibus Occitanis, mandat ut, cum Raymundus de Figueria, tabellio loci Sancti Aniani, Sancti Pontii Thomeriarum dioecesis, abbati monasterii sancti Aniani, ord. s. Ben., ejusdem dioecesis, ejusque loci conventui multa dampna irrogare non cesset, eosdem abbatem et monachos ab ipso Raymundo de coetero molestari non permittat. (Reg. 245, fol. 278 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnulfo, domino de Audenam, Francie marescallo, ac carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Francie illustris in partibus occitanis locum tenenti salutem, etc.* Dilectus filius .. abbas monasterii sancti Aniani, ordinis sancti Benedicti, sancti Pontii Thomeriarum diocesis, nobis exposuit quod Raymundus de Figueria, tabellio loci sancti Aniani, dicte diocesis, a diu citra extitit, prout est, eorundem abbatis et monasterii notorius inimicus, ipsisque abbati et monasterio multa dampna et injurias multipliciter hactenus irrogavit et irrogare non cessat, monachos et familiares ipsorum abbatis et monasterii verberando et faciendo per alios verberari, ac jura et libertates ejusdem monasterii enervando ac noviter in prejudicium dicti monasterii quoddam edificium, super quo et aliis inter eos in curia dilecti filii nobilis viri senescalli Carcassone lis pendere dicitur, fieri faciendo, quodque quandoque in dicta curia contra ipsos abbatem et monasterium commissarios sibi nimis favorabiles impetravit, qui eosdem abbatem et monasterium multiplicibus laboribus et expensis vexare et gravare nituntur indebite et injuste, super quibus idem abbas nostras preces ad tuam nobilitatem fiducialiter postulavit; quare nobilitatem eandem rogamus et hortamur attente quatinus dictos abbatem et monasterium, ob reverenciam Dei et apostolice sedis et nostram, in eorum justicia recommendatos habens, non permittas eos super hiis vel aliis a dicto Raymundo vel aliis tibi subjectis indebite molestari, ex hoc a Deo premium et nostram benivolentiam plenius habiturus. Dat. Avinione, V kal. novembris, anno primo. »

674 Avignon, 28 octobre 1363.

In c. m. Arnaldo de Ispania, militi, senescallo Carcassonensi. (*Ibid.*, fol. 279 recto.)

675 Avignon, 29 octobre 1363.

Edwardo, Aquitaniae ac Walliae principi, ut fidem adhibeat magistro Philippo de Godeford, regis nuntio, de negotiis apud Sedem apostolicam ab ipso perpetratis; et scribat societati Anglicorum, quae est in Tuscia, quod terras Ecclesiae non offendant. (Reg. 245, fol. 279 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie ac Vallie*

principi, salutem, etc. Dilectus filius magister Philippus de Godeford, legum doctor, ambaxiator tuus, dudum ad Sedem apostolicam destinatus, post recessum aliorum tuorum ambaxiatorum apud Sedem remansit eandem, quedam per te sibi commissa prosecuturus negotia, que penes nos prudenter ac solicite extitit prosecutus. Cum itaque idem magister Philippus ad tue nobilitatis presentiam revertatur, sibi super eisdem negotiis que tibi ex parte nostra referet adhibeas plenam fidem. Ceterum quia, prout tibi per eosdem ambaxiatores alias notificare curavimus, in partibus Tuscie prope terras Romane ecclesie sunt quedam gentes seu comitive Anglicorum que negotiis nostris et ejusdem ecclesie possent obesse multipliciter et prodesse, nobilitatem eandem rogamus attente quatenus eis efficaciter scribas quod ab offensis terrarum et fidelium ac colligatorum ejusdem ecclesie studeant abstinere et eis auxilientur et faveant ubi possunt. Dat. Avinione, IIII kal. novembris, anno primo. »

676 Avignon, 29 octobre 1363.

Petro Scatissae, thesaurario Franciae, ut castra ecclesiae Mimatensis ad manum regiam ponere desistat nec eisdem noxiam novitatem inferat. (Reg. 245, fol. 280 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 105.)

« *Diecto filio Petro Scatisse, thesaurario Francie, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod, quia gentes comitivarum que sunt in regno Francie dudum quoddam castrum ecclesie Mimatensis furtive invaserunt, tu predictum et alia castra et loca ejusdem ecclesie, ne similis casus possit accidere, ad manum regiam ponere satagis et procuras. Quare, cum hoc in grave dampnum et prejudicium ecclesie supradicte possit verisimiliter redundare, discretionem tuam rogamus attente quatinus, mature considerans quod casus similis invasionis multis potentioribus episcopo supradicto in dicto regno et alibi accidit et quod idem episcopus pro recuperatione castri predicti fecit cum multa diligencia posse suum quodque ipse de genere nostro existit, talem sibi obprobriosam non facias novitatem, presertim cum sit paratus omnia sua et ecclesie supradicte loca diligenter facere custodiri et nos eum duxerimus admonendum. Dat. Avinione, IIII kal. novembris, anno primo. »

ANNUS SECUNDUS

677 Avignon, 7 novembre 1363.

Stephano, abbati monasterii sancti Germani Autissiodorensis, ord. s. Ben., ut solemnem mitram pastoralemque baculum quos olim papa, tunc abbas dicti monasterii, de bonis ejusdem empserat quosque praefatus Stephanus sibi fecit assignari, in sacristia seu thesauro monasterii reponi jubeat indilate. (Reg. 246, fol. 15 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Germani Autisiodorensis, ordinis sancti Benedicti.*. Dudum postquam divina —. Dat. Avinione, VII idus novembris, anno secundo. »

678 Avignon, 13 novembre 1363.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut monasterio Sancti Justi de Secusia, ord. s. Ben., Taurinensis dioecesis, castrum Sancti Mauri, quod ipse ab Anglicis recuperavit, faciat restitui. (Reg. 246, fol. 4 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Pro parte dilecti filii Jacobi, abbatis monasterii sancti Justi de Secusia, ordinis sancti Benedicti, Taurinensis diocesis, fuit nobis expositum quod, cum dudum ipse de nostro mandato vacaret circa quedam negocia, ecclesiam Vercellensem et dilectos filios nobiles viros Johannem, marchionem Montisferrati, et Galeatium de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, tangencia, comitiva Anglicorum, in illis partibus tunc existens, occupavit castrum sancti Mauri, ad predictum monasterium pertinens pleno jure, ipsumque pluribus diebus tenuit occupatum; sed tu tandem illud per tuam

nobilitatem de predicte comitive manibus recuperatum quibusdam nobilibus, subditis tuis, qui per eosdem Anglicos fuerant in dicto castro detenti captivi, tuo nomine assignasti, et ab hominibus dicti castri fidelitatis fecisti recipi juramentum, ipsique nobiles dictum castrum detinent minus juste, in tue et ipsorum animarum prejudicium ac in ejusdem monasterii gravissimum detrimentum. Continebat quoque expositio supradicta quod quondam Martinus, abbas dicti monasterii, ejusdem Jacobi abbatis immediatus predecessor, jam sunt quatuor anni et tres menses, absque consensu conventus dicti monasterii, se Stephano Provane de Cargnano, laico Taurinensis diocesis, ex causa mutui recepisse recognovit quatuor milia florenorum auri eidem Stephano restituenda, usque ad octo annos ex tunc proxime secuturos annis singulis quingentis florenis aureis persolvendis, et pro hiis obligavit omnia bona monasterii prelibati, presertim castellanias Capriarum et Mochiarum, spectantes ad monasterium supradictum, quarum redditus et proventus pro dictis quingentis florenis dumtaxat annuatim deducendis de summa predicta, licet multo plus valerent, eidem Stephano assignavit, in hoc interveniente usuraria pravitate; quodque idem Stephanus fructus et proventus eosdem tribus annis et novem mensibus cum integritate percepit; sed tandem hujusmodi creditum tibi cessit pro tribus milibus florenis, tuque, illud recipiens, pro ipsius satisfactione eosdem Jacobum abbatem et conventum de facto compellis, cum de jure non possis, ac propterea totam terram omniaque bona et jura dicti monasterii, et, quod pejus est et vix credere possumus, etiam ipsum monasterium ad tuas manus ponere curavisti, propter que ipsi abbas et conventus, deficientibus eis necessariis alimentis, sustentari non possunt et dictum monasterium, nisi eis de celeri provideatur remedio, dimittere compellentur; super quibus fuit a nobis provisionis remedium imploratum. Nos igitur, eisdem abbati et conventui de tantis gravaminibus ac pressuris paterne compacientes affectu ac tuam zelantes salutem tuique honoris augmentum, nobilitatem eandem monemus ac rogamus et hortamur in Domino quatenus, pie ac prudenter considerans quod premissa, si vera sint, in divine cedunt majestatis offensam tuique famosi nominis obnubilant claritatem et quod idem quondam Martinus abbas de jure obligare non potuit successorem et monasterium prelibatum, pro cujus utilitate dictum debitum dicitur non fuisse contractum, castrum, castellanias et alia bona predicta, per te seu tuo nomine ac mandato detenta, dictis abbati et conventui libere relaxes et facias relaxari, eos pro reverencia Dei ac apostolice Sedis et nostra habens favorabiliter commendatos ac de hiis et similibus oneribus, que tuam possent gravare conscienciam et bonam intentionem quam habes ad subsidium Terre sancte, te alleviare non differas, ut levis et letus peragas ad tui servicium Redemptoris. Dat. Avinione, idus novembris, anno secundo. »

679 Avignon, 15 novembre 1363.

Petro Dalbiart, praesbytero, Lemovicensis dioecesis, camerae suae clerico, tabellionatus officium concedit. (Reg. 262, fol. 21 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Petro Dalbiart, presbitero, Lemovicensis diocesis, clerico camere nostre.* Ne contractuum memoria —. Dat. Avinione, XVII kal. decembris, pontificatus nostri, anno secundo (1). »

680 Avignon, 22 novembre 1363.

Edwardo, Angliae regi, ut Guidoni, comiti sancti Pauli, in regno Angliae obsidi, ad patriam suam veniendi et in ea competenti tempore pro suis disponendis negotiis commorandi licentiam concedere velit (2). (Reg. 246, fol. 10 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Meminimus serenitatem tuam jamdudum per nostras litteras rogavisse quod dilecto filio nobili viro Guidoni, comiti sancti Pauli, in tuo regno obsidi, veniendi ad partes suas et in eis competenti tempore pro suis disponendis negotiis commorandi, debita ab ipso cautione recepta, licentiam concedere dignareris; et quia, prout audivimus, idem comes nundum licenciam ipsam obtinuit et quanto plus ejus regressus ad partes ipsas differtur, tanto comitis ipsius negotia majora recipiunt detrimenta, serenitatem eandem iteratis et confidentibus precibus deprecamur quatinus hujusmodi licenciam eidem comiti gratiose concedas. Dat. Avinione, X kal. decembris, anno secundo. »

681 Avignon, 26 novembre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, notificat se Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali,

(1) Dans cette lettre est insérée la formule du serment que Pierre d'Albiart doit prêter entre les mains d'Arnaud, archevêque d'Auch, camérier du pape.

(2) Au sujet de la captivité du comte de Saint-Pol et des facilités que lui accorda Edouard III pour retourner en France, cf. Rymer, *Foedera*, t. III, part. II, p. 80 et 108.

legationis officium in quibusdam Italiae partibus duxisse committendum et utriusque legationis fines circumscribit. (Reg. 246, fol. 17 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Dudum felicis recordationis Innocencius papa VI, predecessor noster, attendens fructus multiplices et suaves, quos tu, ab olim tunc tituli sancti Clementis presbyter cardinalis, in Lumbardie ac Tuscie partibus et nonnullis provinciis ac terris circumadjacentibus et presertim ecclesie Romane immediate subjectis apostolice sedis legatus existens, ad laudem Dei ac prosperum statum et honorem ecclesie supradicte, produxeras, quodque, te de partibus ipsis ad Sedem apostolicam ex certis causis urgentibus cum ejusdem predecessoris licencia redeunte, nonnullorum rebellium extirpanda protervia, et inter multos magnates ac nobiles et universitates civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum partium provinciarum earundem solite dissensionis fomes et rancorum seminaria remanserant, ex quibus nonnulla gravia pericula animarum et corporum, facultatum lapsus ac dispendia noscebantur assidue provenire, te in eisdem partibus laudabiliter comprobatum ad partes, provincias et terras ipsas, videlicet Aquilegensem et Gradensem patriarchatus ac Ravennatensem, Mediolanensem, Januensem, Pisanum, Spalatanum, Ragusinum, Antibarensem et Jardensem archiepiscopatus eorumque provincias, ac Papiensem, Placentinam, Ferrariensem, Perusinam, Civitatis Castelli, Urbinatensem, Tudertinam, Reatinam, Interampnensem et Narniensem civitates et dioceses, ac Marchiam Anconitanam, Massam Trabariam, Romandiolam, ducatum Spoletanum, comitatum Sabinie, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Campaniam et Maritimam, ac Sardinie et Corsice insulas et alias terras circumadjacentes, eidem Romane ecclesie mediate vel immediate subjectas, exceptis regno Sicilie et terris citra Farum, necnon ad Lunensem, Lucanam, Pistoriensem, Florentinam, Fesulanam, Aretinam, Cortonensem, Clusinam, Grossetanam, Senensem et Vulteranam civitates et dioceses aliasque Lombardie et Tuscie ac Marchie Tervisine partes, tibi in eisdem partibus, provinciis ac terris vices suas ac plene legationis officium committendo, de fratrum suorum consilio, remisit et etiam destinavit, prout in ejusdem predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Quamvis igitur tua fraternitas hujusmodi legationis officium in eisdem partibus, provinciis et terris gesseris laudabiliter, prout geris, ex certis tamen causis ad hoc animum nostrum moventibus, nuper dilectum filium nostrum Andruinum, tituli sancti Marcelli presbyterum cardinalem, ad dictas Aquilegensem et Gradensem patriarchatus, ac Mediolanensem, Januensem, Jadrensem, Spalatanam, Ragusinam et Antibarensem provincias ac Bononiensem et Ferrariensem necnon Mutinensem, Reginam, Parmensem, Placentinam et Papiensem civitates et dioceses, dumtaxat in eis commisso sibi plene legationis officio, providimus destinandum, prout in nostris litteris inde confectis noscitur apparere. Quare volumus, dicteque f[r]aternitati tue mandamus quatinus in archiepiscopatu et provincia Pisanis, necnon in Andriensi, Comaclensi, Civitatis Castelli, Urbinatensi, Perusina, Tudertina, Reatina, Interampnensi et Narniensi civitatibus et diocesibus ac Marchia Anconitana, Massa Trabaria, Romandiola, ducatu Spoletano, comitatu Sabinie, Patrimonio beati Petri in Tuscia, Campania et Maritima ac Sardinie et Corsice insulis et aliis terris circumadjacentibus, eidem Romane ecclesie mediate vel immediate subjectis, exceptis regno Sicilie et terris citra Farum, necnon in Lunensi, Lucana, Pistoriensi, Florentina, Fesulana, Aretina, Cortonensi, Clusina, Grossetana, Senensi, Massanensi et Vulteranensi civitatibus et diocesibus, aliisque Tuscie partibus hujusmodi commissum tibi a prefata sede legationis officium exerceas plene ac libere sicut prius in eisdem provincia, civitatibus, diocesibus, provinciis, terris et insulis utendo litteris et graciis eidem fraternitati a prefata sede concessis et etiam concedendis. Dat. Avinione, VI kal. decembris, anno secundo. »

682 Avignon, 28 novembre 1363.

Thomae de Bellocampo, comiti Warwychi, de subsidio militum quod ecclesiae Romanae obtulit, gratias agit. (Reg. 246, fol. 13 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome de Bellocampo, comiti Warwychi, salutem etc.* Tue nobilitatis litteras, in quibus contra hostes nostros et Romane ecclesie te cum magna militum comitiva nobis et eidem serviturum ecclesie liberaliter obtulisti, hiis diebus gaudenter recepimus ac ipsas eo libentius perlegimus quo te cognovimus ad nos et dictam ecclesiam magnum habere dilectionis affectum, quod nos habentes acceptum, devotionem tuam multiplicibus in Domino laudibus commendamus; verum quia pacem inter nos et dictos hostes, cum Salvatoris nostri auxilio, cito reformari speramus, non videtur oportunum quod te in nostris et dicte ecclesie serviciis presentialiter fatigemus, sed, si pro tempore forte indiguerimus, devotis tuis libenter utemur obsequiis, que nobis per tuam nobilitatem strenuam tam voluntarie

sunt oblata, et, quia notificasti quod ad apostolicam Sedem volebas accedere, personam tuam libenter videbimus et votis tuis, quantum cum Deo poterimus, annuemus animo letiori. Dat. Avinione, IIII kal. decembris, anno secundo. »

683 Avignon, 28 novembre 1363.

Archiepiscopo Terraconensi ut ab ecclesiis, monasteriis, locis, personisque ecclesiasticis suarum civitatis et dioecesis, ratione visitationis eorum, procurationes quascumque desistat exigere. (Reg. 262, fol. 38 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Venerabili fratri episcopo* (*sic*) *Terraconensi.* Ad ecclesiarum et —. Dat. Avinione, IIII kal. decembris, anno secundo. »

684 Avignon, 28 novembre 1363.

In e. m. archiepiscopis Burgensi et Senonensi. (Reg. 262, fol. 38 verso. De curia.)

685 Avignon, 28 novembre 1363.

Bonisparo Virgilii, Mimatensi praeposito (1), Berengario de Mupiaco et Johanni Guarrigiae, Ruthenensis et Narbonensis ecclesiarum canonicis ut de bonis mobilibus ac debitis creditis Ludovici, quondam abbatis monasterii Montismajoris, ord. s. Ben., Arelatensis dioecesis, apostolicae camerae reservatis, diligenter informent ipsaque exigere studeant. (Reg. 262, fol. 55 recto. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilectis filiis Bonisparo Virgilii, praeposito Mimatensis et Berengorio* (*sic*) *de Mupiaco ac Johanni Guarrigie, Ruthenensis et Narbonensis ecclesiarum canonicis.* Dudum ex certis —. Dat. Avinione, IIII kal. decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

686 Avignon, 1er décembre 1363.

Petro, regi Aragonum, ut Jacobo, infanti Majoricarum, nepoti suo, regnum Majoricarum comitatumque Rossilionis et Ceritaniae, ad ipsum spectantia, restituere eique placabilem et benignum se reddere dignetur, cum dictus infans inimicitiarum, quae inter Aragonum et Majoricarum reges diu extiterunt, omnino consentiat oblivisci, ipsumque Petrum non solum ut avunculum sed etiam sicut patrem filialiter revereri paratus sit. (Reg. 246, fol. 32 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Graciarum dominus tanto —. Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

687 Avignon, 1er décembre 1363.

Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, certiorem reddit quod nec episcopus Ruthenensis nec alia persona ecclesiastica ipsi apud Sedem apostolicam detrimentum afferre conatus est eumque hortatur ad ecclesiarum libertates servandas praelatosque Aquitaniae e fidelitatis juramento, quod nunquam Franciae regibus seu ducibus Aquitaniae praestiterunt, eximiendos. (Reg. 246, fol. 58 verso. De curia (1). — Moisant, *Le prince Noir en Aquitaine*, p. 269.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Nobilitatis tue litteras —. Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

688 Avignon, 1er décembre 1363.

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae sedis nuntio, corrigendi religiosos quoslibet, quorumcumque ordinum, tam mendicantium quam non mendicantium, exemptorum et non exemptorum, qui in praedicationibus vel

(1) Bompar Virgile, prévôt de l'église de Mende, docteur en lois, compatriote et familier d'Urbain V, fut à plusieurs reprises honoré des faveurs de ce pontife qui semble avoir eu pour lui une grande affection. Par bulle du 11 août 1366, il le promut à l'évêché d'Uzès (Eubel, *Hierarchia catholica*, 540); la même année, il lui accorda la permission de faire choix d'un confesseur (Archives départementales de la Lozère, G 55, original); en 1369, il lui concéda le privilège de faire réconcilier par un prêtre qu'il déléguerait lui-même les églises et cimetières de sa ville épiscopale et de son diocèse (*Ibid.*, G 55, original). Bompar Virgile fut promu à l'évêché de Mende après la mort d'Urbain V qui s'était réservé l'administration de son diocèse d'origine et le gouvernait par l'entremise de deux vicaires généraux. La bulle de Grégoire XI, qui le transféra du siège d'Uzès sur celui de Mende, est datée du 16 juin 1371 (Eubel, *loc. cit.*, 358). Le texte du serment qu'il prêta comme évêque de Mende en cette même année est conservé aux Archives départementales de la Lozère, dans la liasse G 42. En lui conférant cet évêché, Grégoire XI donna commission, par bulle spéciale, aux évêques de Rodez, du Puy et d'Uzès, de veiller à ce qu'il fût maintenu dans tous ses droits, biens et prééminences (Arch. de la Lozère, G 55). Bompar Virgile n'occupa le siège de Mende que quelques semaines, car sa mort est placée par Eubel (*Hier. cath.*, 358) au 16 juillet 1371.

(1) C'est par suite d'une erreur du copiste que dans le reg. 246 cette lettre est rangée parmi les curiales. En note est écrit : « *Iste due ultime littere debent esse in XXXIII folio ante rubricam « de curia »*, c'est-à-dire parmi les secrètes de l'an II, au mois de décembre.

sermonibus suis aliqua dicere vel agere praesumpserint, per quae negotia dicto cardinali commissa possent impediri vel differri, facultatem concedit. (Reg. 261, fol. 83 recto. De curia, n. 2.)

« *Urbanus episcopus etc. Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice sedis nuncio.* Cum te ad Lumbardie —. Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

689 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem commutandi vota personis terrarum et provinciarum contentarum in litteris suae legationis et in alia opera pietatis convertendi, sanctorum Petri et Pauli atque Jacobi votis duntaxat exceptis, facultatem concedit. (Reg. 261, fol. 83 recto. De curia, n. 3.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Andruyno etc. apostolicae sedis legato.* Cum te ad Lumbardie —. Dat. Avinione, kalendas (sic) decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

690 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem ut illos, qui, sine licentia Sedis apostolicae, iverunt ad sepulcrum dominicum, injunctis eis pro modo culpae poenitentia salutari et aliis injungendis, absolvere possit. (Reg. 261, fol. 83 recto. De curia, n. 4.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Andruyno etc.* Cum te ad —. Dat. Avinione, kalendis decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

691 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur facultas absolvendi clericos et laicos pro fractionibus et incendiis ecclesiarum et aliorum locorum ab excommunicationis sententia et etiam cum clericis super irregularitate dispensandi. (Reg. 261, fol. 84 recto. De curia, n. 7.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli etc., apostolice sedis legato.* Cum te ad —. Dat. Avinione, kalendis decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

692 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur facultas procedendi contra inquisitores haereticae pravitatis super commissis per eos et eos amovendi et loco ipsorum alium seu alios autoritate apostolica surrogandi. (Reg. 261, fol. 84 recto. De curia, n. 8.)

« *Eidem.* Cum te ad —. Dat. Avinione ut supra. »

693 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum viginti viris et totidem mulieribus partium legationis suae super quarto consanguinitatis et affinitatis gradu contingentibus, ut, justa causa interveniente, matrimonium inter se contrahere valeant, praedictis non obstantibus. (Reg. 261, fol. 84 verso. De curia, n. 9.)

« *Eidem.* Cum te ad —. Dat. ut supra. »

694 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur facultas absolvendi et absolutos nuntiandi nonnullos per executores et judices a sede apostolica delegatos excommunicationis sententia innodatos, quia dictis executoribus et judicibus absolvi commode non possunt. (Reg. 261, fol. 84 verso. De curia, n. 10.)

« *Eidem.* Cum te ad —. Dat. ut supra. »

695 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur facultas inquirendi contra omnes et singulos civitatum ac terrarum seu locorum Romanae ecclesiae in partibus legationis suae consistentium, rectores et thesaurarios, collectores et quoslibet officiales, eorumque vicarios seu locatenentes, ac eos super demeritis eorum puniendi ac computa audiendi et corrigendi, prout sibi videbitur expedire. (Reg. 261, fol. 85 recto. De curia, n. 12.)

« *Dilecto filio Andruyno etc.* Cum te ad —. Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

696 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem cardinali legato conceditur facultas personis ydoneis beneficia vacantia in illis partibus, usque ad triginta florenorum auri summam, conferendi. (Reg. 261, fol. 85 recto. De curia, n. 14.)

« *Eidem.* Cum te ad —. Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

697 Avignon, 5 décembre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut

Bernardo de Castris, domicello, provinciae Romandiolae marescallo, de potestaria Sancti Archangeli provideat. (Reg. 246, fol. 32 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Ad dilectum filium nobilem virum Bernardum de Castris, domicellum, marescallum provincie nostre Romandiole, latorem presentium, tam sue fidei et discretionis ac serviciorum, per eum Romane ecclesie, prout nosti, longo tempore impensorum, intuitu quam consideratione venerabilis fratris nostri Helye, episcopi Ostiensis, de cujus consanguinitate idem Bernardus existit, habentes specialis dilectionis affectum, gratum habemus quod ab eadem ecclesia reportet honores et commoda. Igitur volumus tueque fraternitati mandamus quod eidem Bernardo de potestaria Sancti Archangeli, cum suis honoribus et emolumentis ac oneribus, si vacat vel quam cito vacaverit, ad beneplacitum nostrum provideas, ipsum Bernardum habens in suis agendis tuis favoribus commendatum. Dat. Avinione, nonis decembris, anno secundo. »

698 Avignon, 5 décembre 1363.

Aymerico, episcopo Bononiensi, in Italiae partibus thesaurario generali, Gerardi de Portali, provinciae Romandiolae thesaurarii, rationes examinandi potestatem concedit. (Reg. 246, fol. 46 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, nostro in Italie partibus thesaurario generali, salutem etc.* Volentes quod dilectus filius Gerardus de Portali, thesaurarius provincie nostre Romandiole, ad nos et Romanam ecclesiam spectantis, de hiis que pervenerunt ad eum, tempore quo thesaurariatus officium exercuit, reddat racionem, prout ipse hoc instanter postulat, fraternitati tue videndi et examinandi dictas rationes plenam concedimus tenore presentium potestatem; volumus tamen quod gentibus nostre camere, cum ab ipsis fuerit requisitus, teneatur nichilominus eciam reddere racionem. Dat. Avinione, nonis decembris, anno secundo. »

699 Avignon, 5 décembre 1363.

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae sedis legato, officium tabellionatus decem personis clericis non conjugatis concedendi licentiam dat. (Reg. 261, fol. 83 recto. De curia, n. 5.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Tua insinuatione percepto —. Dat. Avinione, nonis decembris, anno secundo. »

700 Avignon, 8 décembre 1363.

Raymundo de Sancta Gemma, notario suo, apostolicae sedis nuntio, ad Vasconiae partes de pace inter Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites complenda destinato, cui, pro singulis diebus quibus hujusmodi negotiis usque ad septuaginta dies vacaverit, octo florenos auri duxerat assignandos, concedit ut, cum dicti spatii temporis finis approximet et, eodem negotio nondum completo, majori tempore in illis partibus ipsum vacare opporteat, terminus supradictus usque ad septuaginta dies et unum mensem prorogetur. (Reg. 246, fol. 48 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Raymundo de Sancta Gemma, notario nostro, apostolice sedis nuncio.* Dudum te ad —. Dat. Avinione, VI idus decembris, anno secundo. »

701 Avignon, 10 décembre 1363.

Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, in civitate Ferrariensi ecclesiae Romanae vicariis, de negotio pacis cum Bernabone de Vicecomitibus et de Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinale, ad Italiae partes misso, ut dictam pacem procurare studeat, scribit. (Reg. 246, fol. 33 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao et Hugoni ac Alberto, marchionibus Estensibus, nostris et Romane ecclesie in civitate Ferrariensi ejusque districtu vicariis, salutem etc.* Dilecti filii nobiles viri Nicolaus de Robertis, miles, et Philippus de Marano, vicarius ac Richobonus notarius et ambaxiatores vestri, ad nostram presentiam accedentes, quedam nobis ex parte vestra prudenter exponere curaverunt, nosque ipsos, consideracione mittencium et ipsorum discretionis intuitu, gratanter recepimus et sepe audivimus graciose ac, post eorum quos diu expectaveramus adventum, cum magister Gualdisius de Lovexellis, legum doctor et socii sui per Bernabonem de Vicecomitibus ad Sedem apostolicam destinati, nobis obtulissent quod, depositis pro parte nostra triginta duobus milibus florenorum eidem Bernaboni tradendis, ipse Bernabos castra districtus civitatis Bononiensis et castrum Lugi, Imolensis diocesis, que idem Bernabos detinet occupata, restitueret in manibus apostolice sedis legati, quem ad partes illas noviter mitteremus, ac bastidas, quas tenet in territorio Mutinensi, destrueret et quod postea per eun-

dem legatum concluderetur in tractatu pacis, prout partes concordarent; nos, credentes hoc expedire tam Romane ecclesie quam vobis et aliis colligatis, ea et alia, secundum contenta in cedula presentibus interclusa, duximus acceptanda, ac dilectum filium nostrum Andruynum, tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem, dicte sedis legatum ad partes illas providimus destinandum, sibi vicariatus officium in civitate Bononiensi ac ejus districtu plenarie commictentes, mandavimusque expresse legato prefato quod nunquam in dicto tractatu concluderet nisi nobiles de Gonzaga regentes Mantuam et Regium ac nobiles de Robertis et de Boiardis in tractatu pacis hujusmodi includantur, prout hec omnia in hiis gesta dicti ambaxiatores, qui ea viderunt et senserunt plenarie, vobis plenius referent oraculo vive vocis. Confortemini igitur, filii dilecti, quia sive pax predicta sortiatur effectum, sive ex culpa dicti Bernabonis contrarium subsequatur, vestram fidelitatem secundum pacta lige prefate et alias, prout poterimus, favoribus apostolicis prosequemur, et, eo casu quo dictus non sequeretur effectus, contra Bernabonem eumdem, auxiliante Deo, apponemus manum solito fortiorem, quia eam habere speramus melius quam tempore retroacto. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno secundo. »

702 Avignon, 10 décembre 1363.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 34 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Venerabilis frater noster —. Dat. ut supra. »

703 Avignon, 10 décembre 1363.

Galeatio de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in favorem ambaxiatorum, quos ipse et Bernabos, frater ejus, ad curiam Romanam, de pace cum Ecclesia tractaturos, miserant, scribit. (Reg. 246, fol. 35 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.* Dilectus filius Cavallinus de Cavallis, familiaris tuus, humiliter nobis exposuit quod dudum ipse ac dilectus filius Manuel de Ponzano, legum doctor, tunc nuncii tui ad Sedem apostolicam destinati, tam tibi quam Bernaboni, fratri tuo, in cujus favorem eos ad dictam sedem transmiseras, falsa fuerunt accusatione delati nostrum contra Bernabonem eundem, tempore per nos late sentencie contra eum, provocasse animum ubi debuerant placavisse et inter alia dixisse quod idem Bernabos pacem cum ecclesia Romana faceret absque pecunia sibi danda, propter quod tu eos increpasti gravissime et, quamvis ipsi hoc commisisse negaverint se veraciter excusando, tu tamen eos tuis benivolencia et favoribus non prosequeris sicut prius, unde Cavallinus prefatus nobis humiliter supplicavit ut de veritate premissorum nobilitatem tuam dignaremur reddere cerciorem; nos igitur, pium reputantes de quorumlibet innocencia veritati testimonium perhibere, prefate nobilitati notificamus quod iidem Manuel et Cavallinus nichil nobis de dicta pecunia vel alias contra dictum Bernabonem dixerunt sed potius pro eo fuerunt apud nos fideliter operati, ideoque ipsos tanquam in hac parte innoxios et fideles debes ad priorem tuam gratiam revocare. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno secundo. »

704 Avignon, 10 décembre 1363.

Arnaldum, patriarcham Alexandrinum et Raymundum de Sancta Gemma, notarium suum, apostolicae sedis nuntios, qui pro tractatus inter Johannem Armaniaci et Gastonem Fuxi comites initi perfectione diligenter laboraverunt, hortatur ad ejusdem sollicitudinis, pro comitis Convenarum, a dicto Fuxi comite detenti, liberatione, studium conferendum. (Reg. 246, fol. 36 recto.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, patriarche Alexandrino ac dilecto filio magistro Raymundo de Sancta Gemma, notario nostro, apostolice sedis nunciis.* Quamvis vobis specialiter —. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno secundo. »

705 Avignon, 10 décembre 1363.

Cum nonnulli mercatores Narbonenses, Barchinonenses et de castro Montispessulano, Magalonensis dioecesis, aliaeque diversae personae, a collectoribus apostolicae camerae, scilicet Fulcone Pererii, ecclesiae Valentinensis praeposito, Hugone de Lamanhania, archidiacono de Majorico in ecclesia Toletana, Vitali Vassali, Ilerdensi praeposito, Santio Vaquerii, sacristae de Regula, Vasatensis dioecesis, Jacobo de Concestre, Valentinensi canonico, Guillelmo Amarinti, priore de Brossa, Ruthenensis dioecesis, necnon Bertrando de Castanherio, Petro Domandi et quondam Gerardo de Marcenaco, Agennensis, Pictavensis et Carnotensis ecclesiarum canonicis, apostolicae camerae nuntiis, quasdam pecuniae quantitates ad dictam cameram pertinentes, receperint, Johanni Guarrigiae,

canonico Narbonensi, apostolicae sedis nuntio, easdem summas a dictis mercatoribus recipiendi et exigendi pontifex potestatem concedit. (Reg. 246, fol. 49 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 26 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarigie, canonico Narbonensi, apostolice sedis nuncio.* Ad audienciam nostram —. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno secundo. »

706 Avignon, 10 décembre 1363.

Eidem ut ab heredibus Raymundi Serralherii, Narbonensis mercatoris, qui, tempore mortis suae, in duobus millibus quingentis auri florenis, dudum per se, ratione excambii, a Petro Domandi, canonico Pictavensi, tunc in regno Cypri apostolicae sedis nuntio, fructuumque apostolicae camerae debitorum collectore, receptis, eidem camerae tenebatur, dictam pecuniae quantitatem exigere non omittat (1). (Reg. 246, fol. 50 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 26 recto. De curia.)

« *Eidem.* Cum quondam Raymundus —. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno secundo. »

707 Avignon, 13 décembre 1363.

Rectorem civitatis Bononiensis necnon potestates, capitaneos, castellanos, connestabulos, stipendiarios ac custodes et officiales, quocumque nomine censeantur, dictae civitatis et ejus castri, aliorumque castrorum, terrarum, locorum, arcium et fortaliciorum quorumcumque comitatus et districtus ejusdem civitatis, monet se Andruinum, tituli sancti Marcelli praesbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, in eisdem civitate, comitatu et districtu vicarium generalem eligendum duxisse ipsosque rogat ut dictum legatum reverenter recipiant eique firmiter obedire et fidelitatis debitae juramentum in manibus ejus praestare curent. (Reg. 246, fol. 37 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris .. rectori civitatis Bononiensis necnon potestatibus, capitaneis, castellanis, conestabulis, stipendiariis ac custodibus et officialibus, quocumque nomine censeantur, dicte civitatis et ejus castri aliorumque castrorum, terrarum, locorum, arcium et forteliciorum quorumcumque comitatus et districtus ejusdem civitatis, ad quos presentes pervenerint.* Statum pacificum et —. Dat. Avinione, idus decembris, anno secundo. »

(1) Dans le Reg. 262, le nom du personnage est orthographié *Sarratherii*. Voir à son sujet E. Molinier, *Etude sur la vie d'Arnoul d'Audrehem*, 146; Pièces justificatives, nos LXII et LXIV.

708 Avignon, 13 décembre 1363.

Antianis et populo civitatis Bononiensis de eodem scribit. (*Ibid.*, fol. 37 verso.)

« *Dilectis filiis ancianis et populo civitatis Bononiensis, ad nos et ecclesiam Romanam spectantis.* Quanta vestram universitatem —. Dat. Avinione, idus decembris, anno secundo. »

709 Avignon, 13 décembre 1363.

Rectori, doctoribus et universitati studii Bononiensis de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 38 recto.)

« *Dilectis filiis .. rectori ac doctoribus et universitati studii civitatis Bononiensis.* Quanta dilectos filios —. Dat. ut supra. »

710 Avignon, 13 décembre 1363.

Episcopo Bononiensi et clero civitatis et dioecesis Bononiensis ut Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, quem in dicta civitate et comitatu districtuque Bononiensi vicarium generalem duxit eligendum, firmiter obediant ejusque sententias faciant observari. (Reg. 246, fol. 38 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Bononiensi ac dilectis filiis clero civitatis et diocesis Bononiensis.* Quanta dilectos filios —. Dat. ut supra. »

711 Avignon, 13 décembre 1363.

Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, pro Romana ecclesia in civitate Ferrariensi et ejus districtu vicariis, ut dicto Andruino cardinali, apostolicae sedis legato et in civitate ac districtu Bononiensi vicario generali, firmiter obediant ac pro defensione dictorum civitatis et districtus de servicio militari in quo ecclesiae Romanae tenentur respondeant; ipsos autem monet se praefato legato mandasse ut, tam consideratione eorum devotionis ac ratione vicariatus civitatis Ferrariensis et ejus districtus, quos pro Romana ecclesia gubernant, quam etiam ratione colligationis ex qua cum eadem ecclesia sunt vinculo specialis unionis astricti, eos in casibus opportunis favoribus suis prosequatur. (Reg. 246, fol. 38 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, pro nobis et Romana ecclesia in civitate Ferrariensi et ejus districtu vicariis.* Sicut per

alias litteras —. Dat. Avinione, idus decembris, anno secundo. »

712 Avignon, 13 décembre 1363.

Canisegnorio et Paulo Albuino, fratribus de la Scala, qui ambaxiatores suos de tractatu pacis ejusdem ad Sedem apostolicam destinaverant, respondens de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 39 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Canisegnorio et Paulo Albuino fratribus de Lascala.* Sicut nuper per —. Dat. ut supra. »

713 Avignon, 13 décembre 1363.

In e. m. Guidoni de Gonzaga ac Ludovico et Francisco ejus filiis, militibus Mantuanis. (Reg. 246, fol. 39 recto.)

714 Avignon, 13 décembre 1363.

In e. m. Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, « mutato numero plurali in singularem. » (Reg. 246, fol. 39 recto.)

715 Avignon, 13 décembre 1363.

In e. m. Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano. (Reg. 246, fol. 39 recto.)

716 Avignon, 13 décembre 1363.

Arnaldi, archiepiscopi Auxitani, camerarii sui, litteras, Santillum, Johannis comitis Astariaci patrem, ab excommunicationis quam incurrerat sententia absolventes, confirmat. (Reg. 246, fol. 50 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario nostro, salutem etc.* Nolentes futuris temporibus in dubium revocari quedam que hodie de mandato, licentia et auctoritate nostris, fecisti et commisisti, contenta in tuis patentibus tuo sigillo impendenti sigillatis litteris, quarum tenor de verbo ad verbum inferius est insertus, continentur; ideo nos omnia et singula, que etiam vidimus et audivimus, ac ex certa sciencia tibi commisimus et mandavimus, ad tuciorem cautelam tui et aliorum quorum interest vel intererit, approbamus et auctoritate apostolica vim habere volumus firmitatis. Tenor autem dictarum litterarum tuarum talis est :

» Arnaldus, miseratione divina archiepiscopus Auxitanus, domini nostri pape camerarius, venerabilibus et religiosis viris dominis fratri Guillelmo de Ulmo, licenciato in decretis, priori Beatae Mariae Deaurate Tholosane, ordinis Cluniacensis, et Gasconi de Juniaco, canonico et archidiacono Sinpodii, in ecclesia nostra Auxitana ac Petro Villani, legum doctori, vicario et officiali nostro Auxitano, salutem in Domino. Noveritis quod dominus Galonbyas de Panassaco, miles, et Menaldus de Lasserano, senescallus et procuratores quoad infrascripta egregii et potentis viri domini Johannis, comitis Astariaci, ex parte et de mandato ejusdem, ut asseruerunt, venerunt ad nos, instantes, requirentes et supplicantes quod, cum quondam dominus Sintillus, pater suus, comes Astariaci, pro aliquibus dampnis et manifestis offensis et injuriis, olim per ipsum quondam dominum Sintillum, seu ejus nomine, illatis nobis et ecclesie nostre Auxitane ac venerabilibus fratribus dominis, qui tunc erant, abbatibus et monasteriis de Pessano, sancti Benenedicti et Berdonarum, Cisterciensis ordinum, nostre Auxitane diocesis, ac pro captione venerabilis fratris domini P., quondam abbatis dicti monasterii Berdonarum, quem diu injuste in suis carceribus detinuit captum nec nobis seu gentibus nostris restituere voluit, licet pluries requisitus fuerit, tam sentenciis latis a canone quam auctoritate apostolica et etiam nostra ordinaria ac statutorum et constitutionum nostrarum provincialium et synodalium excommunicatus et sit in vita sua in nostris civitate et diocesi Auxitana publice nunciatus, qui postea, sic excommunicatus existens, sicut Domino placuit, fuit viam universe carnis ingressus et demum, licet non per modum sepulture, ut dicitur, sed commende corpus ejus fu[er]it positum seu humatum de facto in domo fratrum minorum de Miranda, nostre predicte diocesis Auxitane; que predicta idem dominus Johannes, comes Astariaci, ejusdem quondam domini Sintilli primogenitus, audiens et dolenter considerans, sicut pius, fidelis et devotus Deo et patri suo filius, volensque, quantum cum Deo potest, anime et memorie dicti sui genitoris providere et memoriam ejus non sic remanere diu denigratam, petit, supplicat et requirit dictum quondam dominum patrem et progenitorem suum absolvi ejusque ossa tradi facere honorifice ecclesiastice sepulture, asserens, seu dicti procuratores pro eo, eundem dominum patrem suum in mortis articulo habuisse et in eo aparuisse signa contritionis ac asserens se, seu dicti procuratores, pro dicto quondam progenitore suo parere juri et sancte matris ecclesie stare mandatis ac etiam de predictis manifestis offensis et damnis, per eundem quondam patrem suum, seu ejus nomine et man-

dato, nobis et abbatibus antedictis ac nostre et eorum ecclesiis seu monasteriis factis et illatis, integre satisfacere et emendare ac de dubiis dampnis et offensis dare ydoneas cautiones de emendando et parendo juri, ad arbitrium et cognitionem predictorum dominorum prioris, archidiaconi et officialis seu duorum ex eis; quare, cum ecclesia sancta Dei non claudat gremium redeunti, nos, de auctoritate et mandato speciali domini nostri pape, oraculo vive vocis super hoc nobis facto, vobis committimus et mandamus quatinus, dum et postquam vobis, seu duobus ex vobis, constiterit quod nobis et nostre ecclesie Auxitane ac abbatibus et monasteriis antedictis fuerit de predictis manifestis dampnis et offensis integre satisfactum et de dubiis ydonee cautum de satisfaciendo et parendo juri, ad vestrum seu duorum ex vestris arbitrium et cognitionem, dictum dominum quondam Sintillum, sive ejus corpus, si tamen tempore mortis sue in eo signa contritionis aparuerint, in forma ecclesie absolvatis et ejus ossa mandetis et permittatis tradi ecclesiastice sepulture; nichilominusque ecclesiam dictorum fratrum Minorum, si sic fuerit per ejusdem corporis illationem polluta, per vos vel alium reconcilietis vel reconciliari faciatis cum aqua tamen prius per antistitem, si consecrata fuerit, alias per simplicem sacerdotem benedicta. Super quibus omnibus et singulis dampnis, offensis et injuriis, vocatis tamen et auditis procuratoribus dicti domini comitis et nostro ac abbatibus antedictis vel procuratoribus seu sindicis eorumdem, vobis tribus, seu etiam duobus ex vobis, seu alteri vestrum interesse non potuerit vel noluerit de mandato et auctoritate ejusdem domini nostri pape inquirendi, informandi, examinandi, cognoscendi, audiendi, ordinandi et diffiniendi et que per vos seu duos ex vobis ordinata et diffinita fuerint exequendi et fine debito terminandi, tam per censuram ecclesiasticam quam aliis juris remediis, tribuimus et concedimus plenam et liberam potestatem. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli camerariatus nostri appensione muniri. Datum Avinione, die XIIII mensis decembris, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo LXIII°, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani, divina providencia pape quinti, anno secundo.

» Nulli ergo etc. Dat. Avinione, idus decembris, anno secundo. »

717 Avignon, 15 décembre 1363.

Edwardo, Angliae regi, de licentia, quam Autoberaldo, comiti Claromontensi, obsidi suo, propria per sex menses revidendi concessit, gratias agit, ipsumque hortatur, cum idem comes pro urgentibus suis negotiis majori tempore indigeat, ad dictum terminum solita liberalitate prorogandum. (Reg. 246, fol. 39 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Gratum nostris venit —. Dat. Avinione, XVIII kalendas januarii, anno secundo. »

718 Avignon, 15 décembre 1363.

Guillelmo Alberti (1), praesbytero Mimatensi, camerae suae clerico, tabellionatus officium concedit. (Reg. 262, fol. 37 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Guillelmo Archeti (sic) presbitero Mimatensis diocesis, clerico camere nostre.* Ne contractuum memoria —. Dat. Avinione, XVIII kal. januarii, pontificatus nostri anno secundo. »

719 Avignon, 16 décembre 1363.

Cum Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, hortatus

(1) La forme exacte du nom nous est donnée par la formule du serment prêté entre les mains d'Arnaud, archevêque d'Auch, camérier du pape. Cette formule est insérée dans la lettre même que nous analysons ici. Guillaume Aubert ou Albert est d'ailleurs un des familiers du pape Urbain V dont le nom se rencontre le plus fréquemment dans les actes de la Chancellerie Apostolique. Le 17 avril 1364, le pape lui accorde la licence de se faire suppléer dans son office de tabellion; il est alors chanoine de Mende (cf. plus loin, à la date susdite). Le 4 juillet 1365, Urbain V le nomme collecteur des deniers de la Chambre apostolique en Italie, à la place d'Etienne Aubert, abbé de Saint-Victor de Marseille, son frère (cf. plus loin, à la date susdite): et le même jour il le recommande en cette qualité à Cansegnorio de la Scala (Arch. Vat., *Instrum. Miscell.*, janv.-déc. 1365, n° 30). Le 15 septembre de la même année, le pape mande à Etienne, abbé de Saint-Victor de Marseille, qui était encore receveur général en Italie, et à Guillaume Aubert, chanoine de Mende, auquel il donne le même titre, de faire payer par Nicolas, Hugues et Albert, marquis d'Este, ses vicaires dans la ville de Ferrare, à François de Carrare, chevalier, vicaire impérial à Padoue, une somme de 12,000 florins d'or qui lui était due (*Ibid.*, n°, 41, original). Enfin, le 30 décembre 1366, Guillaume Aubert, devenu prévôt de l'église de Mende, figure comme témoin dans l'acte d'hommage que Béraud de Mercœur, comte de Clermont et dauphin d'Auvergne, rend dans le palais des papes, à Avignon, à Pierre d'Aigrefeuille, administrateur de l'évêché de Mende (Arch. départementales de la Lozère, G 99). Ce personnage est un des nombreux compatriotes d'Urbain V auxquels fut profitable l'élévation de ce dernier au souverain pontificat.

sit ad fidelitatis juramentum, quod a Burdegalensi archiepiscopo injuste recipere voluit, revocandum, eidem principi asserit nec archiepiscopum praedictum nec alium ex parte ejus de eodem juramento Sedi apostolicae scripsisse sed seipsum rem ita generalem notoriamque ex plurimis relatibus cognovisse ; ideoque eum hortatur ut ab omni querela contra dictum archiepiscopum incoepta desistat. (Reg. 246, fol. 39 verso.)

« *Dilecto filio nobilo viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Intelleximus, fili dilecte, quod aliqui maliloqui, mendacia confingentes ac loqui etiam non verentes, tue nobilitati retulerunt mendaciter quod venerabilis frater noster .. archiepiscopus Burdegalensis nobis scripserat seu dici fecerat de juramento quod a prelatis et nonnullis personis ecclesiasticis tui principatus Aquitanie recepisti, super quo quidem juramento revocando, in quantum fuit receptum ab hiis qui illud prestare tuis in dicto principatu predecessoribus non consueverunt, tibi paterne direximus scripta nostra et quod ob hoc contra dictum archiepiscopum habes animum provocatum ; ne igitur hujusmodi mandacium prevaleat diucius veritate, eandem nobilitatem reddimus cerciorem quod nec idem archiepiscopus scripsit nec alius pro ejus parte nobis dixit aliquid de premissis sed res ita generalis ac notaria ad nos pervenit ex relatibus plurimorum ; ideo velis deponere omnem turbationem quam concepisti contra archiepiscopum memoratum. Dat. Avinione, XVII kal. januarii, anno secundo. »

720 Avignon, 16 décembre 1363.

Jacobo, regi Majoricarum ac Johannae, reginae Siciliae, consorti ejus, Andoronum Badati de Nicia, domicellum, in suis agendis negotiis favore regio indigentem, commendat. (Reg. 246, fol. 40 recto.)

« *Carissimis in Christo filiis Jacobo, regi Majoricarum ac Johanne, regine Sicilie illustribus.* Gratum habentes quod —. Dat. Avinione, XVII kal. januarii, anno secundo. »

721 Avignon, 18 décembre 1363.

Episcopo Agennensi ac Auxitano et Aquensi officialibus mandat ut, dispositione bonorum Raymundi (1), episcopi quondam Vasatensis defuncti, apostolicae camerae ab Innocentio VI reservata, ipsi a personis quae eadem bona injuste detinent occupata justitiam praefatae camerae debitam reddi procurent. (Reg. 246, fol. 52 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 29 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Agennensi ac dilectis filiis Auxitano et Aquensi officialibus.* Dudum fe. re. Innocencius —. Dat. Avinione, XV kalendas januarii, anno secundo. »

722 Avignon, 19 décembre 1363.

Audoinum de Aera, canonicum Carpentoracensem, comitatus Venaissini thesaurarium, de tribus millibus florenorum auri ab ipso in dicto comitatu collectis solutum facit. (Reg. 262, fol. 36 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Audoyno de Aera, canonico Carpentoracensi, thesaurario comitatus Venayssini, ad nos et Romanam ecclesiam pleno jure spectantis, salutem etc.* Cum de pecuniis per te recollectis et habitis in comitatu Venayssini, ad nos et Romanam curiam pleno jure spectante, duo milia florenorum auri, quorum sunt duo milia ponderis camere et mille fortes ad signum crosete, necnon et de pecuniis per te recollectis et habitis a clero, nobilibus et populo comitatus predicti de summa sex milium florenorum auri fortium nobis et ecclesie Romane debita, ratione cujusdam mutu[i] olim facti per re. fe. Innocentium papam VI, predecessorem nostrum, eisdem clero, nobilibus et populo, pro expellendo de comitatu predicto quasdam gentes armigeras, que se magnam societatem vocabant, et locum de Sancto Spiritu, Uticensis diocesis, occupatum detinebant vicinamque patriam depopulabant hostilitatibus et eciam devastabant, mille florenos auri fortes ad dictum signum crosete te in camera apostolica assignasse comperimus et alias per assertionem gentium dicte camere nobis est plenaria facta fides, nos de securitate tibi super hoc provldere volentes et heredes et successores tuos ac tua et eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura de hujusmodi trium milium florenorum firma tenore presencium absolvimus plenarie et quictavimus. Dat. Avinione, XIIII kal. januarii, pontif. etc. [anno secundo]. »

723 Avignon, 20 décembre 1363.

Littera de securo conductu pro Petro de Gassienerio, cano-

(1) Raymond Bernard de la Motte, élu évêque de Bazas par bulle de Clément VI, du 19 mars 1348 (Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 546). La *Gallia christiana* le fait mourir dans le courant de l'année 1357 (*Gall. christ.*, I, col. 1204). Une bulle d'Innocent VI, du 11 avril 1358, appela Géraud du Puy à lui succéder (Eubel, *Ibid.*).

nico ecclesiae sancti Capresii Agennensis, procuratore camerae apostolicae in provincia Auxitana deputato. (Reg. 262, fol. 24 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Ven. fratribus patriarchis etc.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, XIII kal. januarii, anno secundo. »

724 Avignon, 23 décembre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, scribit de pace inter ecclesiam Romanam et Bernabonis de Vicecomitibus ambaxiatores concludenda, ipsi notificans se cardinali Andruino officium legationis in quibusdam Italiae partibus regimenque civitatis Bononiensis ejusque districtus commisisse; ipsum Ægidium hortatur ad concordiam cum novo legato cordialiter habendam. (Reg. 246, fol. 41 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Ad noticiam tue fraternitatis deducimus quod, postquam ambaxiatores colligatorum cum sancta Romana ecclesia ad nostram presentiam accesserunt, magister Gualdisius de Lovexellis, legum doctor, et socii sui per Bernabonem de Vicecomitibus ad Sedem apostolicam destinati, nobis obtulerunt quod, depositis pro parte nostra triginta duo milibus florenorum eidem Bernaboni tradendis, ipse Bernabos castra districtus civitatis Bononiensis et castrum Lugi, Imolensis diocesis, que idem Bernabos detinet occupata, restitueret in manibus apostolice sedis legati, quem ad partes illas noviter micteremus, et bastitas, quas tenet in territorio Mutinensis, destrueret, et quod postea per eundem legatum concluderetur in tractatu pacis, prout partes concordarent; nos, credentes hoc expedire tam Romane ecclesie quam etiam colligatis, ea et alia, secundum contenta in cedula presentibus interclusa, duximus acceptanda, et hoc fecimus, tuum acceptantes consilium, ut castra ipsa ad manus ecclesie certius et citius pervenirent ac propterea dilectum filium nostrum Andruinum, tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem, dicte sedis legatum ad partes illas providimus destinandum, sibi vicariatus officium in civitate Bononiensi et ejus districtu plenarie committentes, mandavimusque expresse legato prefato quod nunquam in dicto tractatu concluderet nisi nobiles de Gonzaga, regentes Mantuam et Regium, ac nobiles de Robertis et de Boiardis in tractatu pacis hujusmodi includantur, mandavimusque cardinali prefato quod nullum tractatum de novo incipiat seu intret nisi eisdem castris primitus restitutis et bastitis destructis, sicut pro parte dicti Bernabonis, ut premittitur, est oblatum. Licet igitur rectori aliisque officialibus et custodibus civitatis Bononiensis ac castrorum districtus ipsius per apostolicas litteras duxerimus injungendum quod ipsa civitatem et castra eidem legato, seu aliis in hac parte deputatis ab eo, debeant assignare et eos nostris mandatis credamus indubie parituros, tamen, ad abundanciorem cautelam, volumus quod eadem fraternitas super hoc oportunum mandatum suum et discretas ac fideles personas non differat destinare, ita tamen quod ubi dicti legati non habeatur presencia caute agatur in assignatione predicta, sic quod nulla fraus nullumque periculum inde valeant provenire, quod absit, prout tua grandis circumspectio noverit expedire, tuaque consilia, informationes et favores eidem legato in regimine dictorum civitatis et districtus studeas ubi expedire videris exhibere, et, licet utriusque vestrum prudenciam agnoscamus et ad omnia que cedent ad prosperitatem status ejusdem ecclesie vos futuros concordes et unanimes nullatenus hesitemus, tamen quia nostra exhortacio utrumque vestrum ad hoc debet reddere promptiorem, ad hujusmodi unanimitatem et concordiam circumspectionem tuam cordialiter exhortamur, nos enim similem exhortacionem dicto legato duximus faciendam; ceterum volumus quod colligatos eosdem in omnem eventum pacis vel guerre tuis favoribus prosequaris, ipsosque in devotione ecclesie memorate conserves et cum ipsis per litteras et nuncios tuos conversationem ac alias unionem ac benivolenciam habeas sicut prius, necnon in eventum guerre provideas de gentibus armorum pro parte dicte ecclesie retinendis et ad loca, de quibus necessitas exiget vel suadebit utilitas, destinandis. Nos enim in hujusmodi casu de mittendis pecuniis curabimus providere; ceterum copias quarumdam litterarum, quas pro dicto legato fieri fecimus, tibi interclusas presentibus destinamus et copias aliarum litterarum videlicet legationis et vicariatus ac quarumdam aliarum, cum bullate fuerint, transmittemus, ut per eas de terris et terminis tue legationis valeas informari, quam limitavimus, prout dilectus filius magister Nicolaus de Neapoli, legum doctor, se tibi scripsisse asseruit, excepto quam de provincia Januensi, que in legatione venerabilis fratris nostri Guidonis, episcopi Portuensis, tunc sancte Cecilie presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, reperta est in suis litteris contineri, nec in divisione seu diminutione ejusdem tue legationis honori tuo detrahitur, quin potius apud prudentes et bonos honor ipse potius cumulatur, cum hoc ex tua inventione et suasione processerit, pro bono ecclesie memorate, in cujus magnificatione apud Deum et homines magnificaris indubie ut nobile membrum ejus, et non querens que tua sint sed que Dei et ecclesie prelibate,

tuorum enim laborum et meritorum pregrandium mercedem multam et honorem indeficientem in loco tutissimo collocasti et quicquid boni ex hujusmodi tractatu et pace sequetur tuis precedentibus providis et laboriosis studiis ascribetur. Dat. Avinione, X kal. januarii, anno secundo. »

725 Avignon, 24 décembre 1363.

De pacis inter Ecclesiam et Bernabonem de Vicecomitibus effectu modicum sperans, Ægidio, episcopo Sabinensi, pontifex quamdam pecuniam mittit ipsumque hortatur ut, non obstante dictae pacis pendente tractatu, ligam contra eumdem Bernabonem refirmare procuret. (Reg. 246, fol. 42 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Nuper per alias nostras litteras, de gestis hinc inde in negotio pacis dudum per tuam circumspectionem et colligatos cum ecclesia Romana tractate, tibi et eidem colligatis scripsimus seriose, et, licet, consideratis perversitatibus et inconstancia hostis ecclesie sancte Dei, de sua vera conversione et impletione promissorum modicum speraremus, tamen periculis que possent accidere et desiderio subditorum de habenda pace hujusmodi in examen debite considerationis adductis, illa pro meliori dictorum ecclesie et colligatorum fecimus que in dictis litteris continentur, sed, novitate, Domino adjuvante, felici castri Mirandule intellecta, et dicti hostis circa illas partes viribus, ut dicitur, conglobatis attentis, de prelibate pacis effectu minorem spem quam prius habemus, propter quod instantibus et futuris necessitatibus providentes, de modis mittende tibi pecunie incepimus ordinare, nichilominus tamen, sive pax ipsa procedat sive non procedat, eisdem ecclesie ac colligatis expedire credentes quod liga inter eos et dictam ecclesiam refirmetur, et alii de quibus expediat et fieri possit recipiantur ad eam, volumus quod nomine dicte ecclesie ligam eandem refirmes et cum aliis de novo facias sicut tua grandis prudencia viderit expedire. Dat. ut supra. [Dat. Avinione, IX kal. januarii, anno secundo]. »

726 Avignon, 24 décembre 1363.

Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, pro ecclesia Romana in civitate Ferrariensi ejusque districtu vicariis, litterarum, quas Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, direxit, copiam transmittens, ipsos rogat ut ad ea quae in dictis litteris contenta sunt executioni mandanda, una cum praefato legato et colligatis, procedant. (Reg. 246, fol. 43 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, pro nobis et sancta Romana ecclesia in civitate Ferrariensi ejusque districtu vicariis.* Nuper venerabili fratri —. Dat. Avinione, III kal. januarii, anno secundo. »

727 Avignon, 24 décembre 1363.

In e. m. Canisegnorio et Paulo Albuino de La Scala. (Reg. 246, fol. 43 recto.)

728 Avignon, 24 décembre 1363.

In e. m. Guidoni de Gonzaga ac Ludovico et Francisco, ejus filiis, militibus Mantuanis. (Reg. 246, fol. 43 recto.)

729 Avignon, 24 décembre 1363.

In e. m., « mutato numero plurali in singularem » Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana et ejus districtu imperiali vicario. (Reg. 246, fol. 43 recto.)

730 Avignon, 24 décembre 1363.

Simili modo Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano. (*Ibid.*, fol. 43 recto.)

731 Avignon, 29 décembre 1363.

Fulconi Pererii, praeposito, et Jacobo de Concestre canonico Valentinensis ecclesiae, ut Johanni Gutii, mercatori, socio societatis Vicecomitis Lapi, in civitate Barchinonensi commoranti, decem millia florenorum auri nomine apostolicae camerae assignent. (Reg. 262, fol. 33 recto. De curia.)

« *Urbanus etc. Dillectis (sic) filiis Fulconi Porerii (sic) preposito, apostolice sedis nuncio et Jacobo de Concestre, canonico ecclesie Valentinensis, commissario apostolico.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, pontificatus nostri anno secundo. »

732 Avignon, 29 décembre 1363.

Johanni Gutii, mercatori in civitate Barchinonensi commoranti et ibidem socio societatis Vicecomitis Lapi et Bartholomei Henrici, mercatoris de Pistorio, praedicta decem millia

florenorum auri a Fulcone Pererii et Jacobo de Concestre facultatem recipiendi concedit. (Reg. 262, fol. 33 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Johanni Gucii, mercatori in civitate Barchinonensi commoranti ac ibidem socio societatis Vicecomitis Lapi et Bartholomei Henrici, mercatoris de Pistorio.* Per alias nostras —. Dat. Avinione, IIII kal. januarii, pontificatus nostri anno secundo. »

733 Avignon, 31 décembre 1363.

Ægidio, episcopo Sabinensi, de negotio ligae contra Bernabonem refirmandae, ipsi quarumdam litterarum suarum quinque exemplaria mittens, ut ea ecclesiae Romanae colligatis studeat praesentare, si sibi videatur expedire. (Reg. 246, fol. 60 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Dilectis filiis .. colligatis cum sancta Romana ecclesia scribimus de revocatione seu refirmatione colligationis invicem faciende, eisque tenorem litterarum nostrarum, per quas hoc tue fraternitati scripsimus, destinamus, ipsasque litteras quinque numero mictimus presentibus interclusas, ut eas, si tue circumspectioni videatur expediens, singulis eorumdem colligatorum destinare procures et copiam litterarum hujusmodi mittimus eciam interclusam ; quicquid autem super hoc feceris et habueris a dictorum colligatorum quomodolibet in responsis nobis studeas reserare. Dat. Avinione, II kal. januarii, anno secundo. »

734 [Avignon, décembre 1363.]

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae sedis legato, Bernabonem de Vicecomitibus ejusque complices a sententiis excommunicationis quas incurrerunt absolvendi concedit facultatem. (Reg. 246, fol. 28 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, salutem etc.* Misericordis Christi vicarius ab eo, licet insufficientibus meritis, constituti, libenter cunctis miseremur errantibus et, licet discipline virga frequenter devios feriamus et reprobos, conversos tamen benigne recipimus et resipiscentibus ab errore clementie januam benignius aperimus. Dudum siquidem, exigentibus excessibus gravibus, nephandis sceleribus, culpisque gravissimis commissis et patratis ab olim per Bernabonem de Vicecomitibus de Mediolano, qui, preter invasiones, occupationes, dampna, incendia et rapinas, que, tam per se quam per quosdam suos in hac parte complices et sequaces, terris et fidelibus ecclesie Romane intulerat et contra eos commiserat, diversas excommunicationum sententias per processus nonnullorum summorum pontificum et sedis apostolice legatorum, subdelegatorum, ordinariorum judicum et officialium ecclesie memorate contra talia presumentes latas et promulgatas dampnabiliter incurrendo, Dei timore postposito et apostolice sedis reverencia vilipensa, contra sanctam Romanam ecclesiam, catholicam fidem, summosque pontifices antedictos et censuram ecclesiasticam quamplura sepius commictebat et verba eructabat in publicum, que scrupulo non carebant heretice pravitatis, fe. re. Innocencius papa VI, predecessor noster, habens eundem Barnabonem de dicta fide suspectum, contra eum, debitis monitionibus, mandatis et citationibus precedentibus, certos fecit et habuit rite processus et tandem in eum, suis contumaciis exigentibus, excommunicationis sentenciam in causa prefata fidei promulgavit, quam idem Bernabos, tunc in reprobum sensum datus, per annum et amplius animo substinuit pertinaci ; nosque postmodum, dicto predecessore sicut Domino placuit vita functo, ad apicem summi apostolatus assumpti, dictum Bernabonem, qui, precedentibus similiter monitionibus et citationibus debitis et in terminis ad hec sibi de gratia tamen assignatis eidem et post illos diutius expectatis, coram nobis comparere contumaciter non curavit, de heresi, exigente justicia, de fratrum nostrorum consilio, condempnantes et hereticum declarantes, contra eum, velut contra hereticum, fore decrevimus procedendum, prout in quibusdam nostris processibus, quos et alios supradictos presentibus haberi volumus pro insertis, latius continetur. Cum autem, sicut ex plurium fidedignorum assercione veridica nuper accepimus, idem Bernabos, inspirante cordi suo spiritu veritatis que neminem vult perire, ad nostra et ecclesie prefate mandata redire desiderans, ab excessibus, sceleribus, culpis, injuriis, invasionibus et occupationibus supradictis omnino desistere ac nobis et eidem ecclesie fideliter adherere proponat, nobisque per suos speciales ambaxiatores et nuncios fecerit humiliter supplicari ut ipsum ac ipsius sequaces, colligatos et adherentes ac faventes eidem ipsorumque familiares et subditos benigne recipere et cum eis super premissis misericorditer agere dignaremur, rigorem justicie misericordie oleo temperari suppliciter implorando ; nos, illius vices gerentes in terris qui mortem non vult peccatoris sed ut convertatur et vivat, quique ut nedum septies sed etiam septuagesies septies delinquenti sua dimitti ineffabili

misericordia nos instruxit, hujusmodi dicti Bernabonis prosequendo proposito, cui fructus uberes successuros esse confidimus inherentes, et proinde Bernaboni ac sequacibus, colligatis, adherentibus et faventibus antedictis pietatis et dulcedinis ejusdem ecclesie per tuum ministerium porrigi ubera cupientes, discretioni tue, de cujus circumspecta prudentia et profunditate consilii, in magnis et arduis ecclesie prefate negotiis comprobata, gerimus in Domino plenam fidem, prefatum Barnabonem a crimine heresi ac ipsum et omnes ac singulos suos complices, colligatos, consiliarios, adherentes, familiares et subditos et in premissis quomodolibet faventes eidem et qui contra nos et eandem ecclesiam, predecessores nostros ac legatos, subdelegatos, ordinarios et alios judices ac officiales predictos et civitatem Bononiensem, aliasque civitates et terras, fideles et subditos nostros et ecclesie memorate sibi dederunt auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, clericos et laicos, cujuscumque dignitatis, preeminencie, status vel condicionis extiterint, etiam si pontificali vel quavis alia prefu[l]geant dignitate, ab omnibus et singulis excommunicationum, irregularitatum, inhabilitationum, privationum et aliis sentenciis atque penis, quas dictorum processuum et quarumcumque sanctionum canonicarum et civilium seu quarumcumque contumaciarum vel excessuum vigore quomodolibet incurrerunt et a quibus petierint se absolvi, etiam si eorum aliqui alias de heresi fuerint condempnati, et post adjurationem prefate heresis semel vel pluries sint relapsi, necnon a quibuscumque perjuriorum reatibus plenarie absolvendi, juxta formam, modum et ritum, de quibus tue circumspectioni videbitur, quam tuam super hoc conscienciam onerantes circa hec quibusvis apostolicis seu aliis constitutionibus contrariis volumus non artari, ipsosque processus, penas et sentencias tollendi et removendi ac supradictos omnes et singulos reconciliandi et reaggregandi communioni fidelium necnon eos habilitandi et habiles reddendi, infamiarum maculas seu notas abolendi ac ad famam, honores, status, dignitates, etiam si pontificales extiterint, officia et beneficia quecumque, privilegia, jura et bona restituendi et reintegrandi necnon quascumque confederationes, ligas, conventiones et pacta, etiam juramento vallatas seu vallata, que negotiis per nos tibi commissis et tue legationis officio incumbentibus possent quomodolibet obviare, anullandi et juribus penitus vacuandi et cum clericis et prelatis eisdem, etiam episcopis vel archiepiscopis, super irregularitatibus, quas, dictis forsan ligati sentenciis, celebrando divina vel immiscendo se illis, contraxerunt, dispensandi ac beneficia et dignitates predicta, quibus premissorum vigore processuum et sanctionum, contumaciarum vel excessuum quorumcumque privati extiterent, eisdem vel aliis conferendi, interdicta quoque, tam in Mediolanensi quam aliis civitatibus, terris, castris et villis propterea apposita, suspendendi, relaxandi et amovendi ac omnia alia et singula faciendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint vel etiam oportuna, plenam concedimus de apostolice potestatis plenitudine tenore presentium potestatem. Dat... [*sic*, *en marge* : Non est in nota] (1).

735 [Avignon, décembre 1363.]

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolice sedis legato, dat potestatem reconciliandi Bernabonem de Vicecomitibus de Mediolano ejusque sequaces et fautores cum ecclesia Romana ipsosque a sentenciis excommunicationis quas incurrerunt absolvendi. (Reg. 246, fol. 30 recto. De curia.)

« *Eidem* [*dilecto filio Andruyno tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice sedis legato*]. Cum ad Lombardie —. Dat... [*sic ; en marge :* non est in nota]. »

736 [Avignon, décembre 1363.]

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, ut omnes personas, quae a tempore guerrae initae inter Ecclesiam et Bernabonem de Vicecomitibus captae sunt et ab ipso detinentur, Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, tradi faciat et assignari. (Reg. 246, fol. 31 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Ut ad pacem, quam, velut pacifici regis ipso disponente vicarius licet immeriti, tenemur inquirere ac sectari, inter nos et Romanam ecclesiam ac Bernabonem de Vicecomitibus de Mediolano, nostrosque et ipsius colligatos et complices facilior prosecutio, et, omni occasione sublata, celerior ipsius consummatio habeatur, fraternitatem tuam hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus omnes et singulas personas, tam ecclesiasticas quam seculares, cujuscunque conditionis aut status existant, que hactenus in favorem dicti Bernabonis, in suis exercitibus seu cavalcatis aut armorum congressibus vel alias, contra nos et eandem ecclesiam modo quolibet existentes,

(1) Cette lettre et les deux suivantes ne sont pas datées dans le Reg. Vat. 246; mais les événements auxquels elles se rapportent et la place qu'elles occupent dans le registre indiquent suffisamment qu'elles doivent trouver place ici.

a tempore inniciate guerre inter dictam ecclesiam et Bernabonem prefatum, capte fuerunt et que per te aut de tuo mandato vel nomine detinentur captive, ubicumque sint, dilecto filio nostro Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, quem ad partes illas pro hujusmodi pace facienda et, Deo propicio, firmanda, stabiliter destinamus, vel alteri, quem ipse ad hoc duxerit deputandum, omni occasione seu tarditate remota, expedite tradi facias et libere consignari, sic te in premissis exhibens liberalem quod ex retardatione aliqua traditionis et consignationis hujusmodi prosecutio dicte pacis non patiatur obstaculum, sed fine facili ac celeri compleatur. Dat... [*sic; en marge :* non est in nota]. »

737 Avignon, 1er janvier 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, de praesentia Fayditi, episcopi Ruthenensis, apud Sedem apostolicam scribit; ille praefato principi nihil detrimenti afferre nec juribus ejus derogare conatus est; cum Johannem de Revelhone, decanum Pictavensem, a dicto principe ad Sedem apostolicam destinatum, papa duxerit retinendum, Edwardum hortatur ut Guillelmo de Arderne, latori praesentium, in hiis quae viva voce referet, plenam fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 59 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Nuper ad litteras —. Dat. Avinione, kalendis januarii, anno secundo. »

738 Avignon, 1er janvier 1364.

Cardinali Andruino concedit ut, postquam legationis suae fines ingressus extiterit, possit oratoria Urbis visitare ac super altari principali basilicae Petri et Pauli missarum solemnia celebrare (Reg. 261, fol. 85 recto. De curia, n° 13.)

« *Eidem.* [*Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolicae sedis legato.*] Cum tibi quem —. Dat. Avinione, kalendis januarii, anno secundo. »

739 Avignon, 3 janvier 1364.

Guillelmo, episcopo Barchinonensi, Fulconem Pererii, ecclesiae Barchinonensis praepositum, capellanum suum, apostolicae sedis nuntium et fructuum, proventuum, juriumque in regno Aragoniae ad apostolicam cameram pertinentium collectorem commendat, ipsique mandat ut, cum nonnullae personae dictum praepositum diffidaverint, litterasque hujusmodi diffidationem continentes in valvis Barchinonensis ecclesiae et etiam in portis hospitii praefati praepositi affixerint, quamdam constitutionem provinciae Terraconensis, de qua idem Fulco esse dinoscitur, in favorem clericorum editam, publicari faciat et contra diffidatores eorumque complices excommunicationis sententias promulget. (Reg. 246, fol. 73 verso. De curia. — (Reg. 262, fol. 39 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Barchinonensi.* Nuper ad auditum —. Dat. Avinione, III nonas januarii, anno secundo. »

740 Avignon, 3 janvier 1364.

Cum Clemens papa VI universis praelatis personisque ecclesiasticis regni Franciae jusserit ut tricesimam omnium reddituum proventuumque suorum ad cameram apostolicam mittant, cumque archiepiscopi et episcopi nonnullas pecuniarum summas ex tricesima ipsa exegerint collegerintque sed dictae camerae solvere non curent, Audeberto de Gorsis, canonico Bituricensi, apostolicae sedis nuntio, mandat pontifex ut ipsas pecuniarum quantitates solvi faciat sine mora. (Reg. 246, fol. 74 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 40 recto (1). De curia.)

« *Dilecto filio Audeberto de Gorsis, canonico Bituricensi, bacallario in decretis, apostolice sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens —. Dat. Avinione, III nonas januarii, anno secundo. »

741 Avignon, 3 janvier 1364.

Cum Guillelmus, quondam episcopus Tusculanus defunctus, ad opus recuperationis et defensionis terrarum Romanae ecclesiae in partibus Italiae consistentium, Innocentio VI certam pecuniae summam mutuaverit, pro qua gentes apostolicae camerae certam vaxellae aureae quantitatem eidem episcopo pignoraverunt; cumque executores ultimae voluntatis praefati episcopi gentibus ejusdem camerae in Romana curia dictam vaxellam assignaverint; Raymundo, abbati monasterii Bolbonae, Cisterc. ord., Mirapiscensis dioecesis, alio executori ultimae voluntatis dicti Guillelmi, dat pontifex potestatem mille quingentos triginta florenos auri fortes a Santio Vaquerii, sacrista ecclesiae de Regula, apostolicae sedis nuntio, de fructibus ab ipso collectis seu in posterum colligendis, recipiendi, praefatumque Santium de summa ista

(1) En tête de la copie du Reg. 262 est écrit : « *Imposicio tricesime in regno Francie per dominum Clementem VI exacta tempore domini Urbani quinti et de ejus mandato.* »

solutum faciendi. (Reg. 246, fol. 75 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 41 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Raymundo, abbati monasterii Bolbone, Cisterciensis ordinis, Mirapiscensis diocesis, executori ultime voluntatis bo. memorie Guillelmi, episcopi Tusculani.* Dudum bo. me. Guillelmus —. Dat. Avinione, III nonas januarii, anno secundo. »

742 Avignon, 4 janvier 1364.

Episcopo Pictavensi Simonem, comitem Droxensem ejusque complices a sententiis excommunicationis quas incurrerunt absolvendi facultatem concedit. (Reg. 246, fol. 61 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Pictavensi, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum quòd, ex eo quod nobilis vir Symon, comes Droxensis et quidam ejus in hac parte complices, fautores et auxiliatores, dilecto filio nobili Stephano Alberti, pupillo domini de Montilio, Claromontensis diocesis, in terra quam idem pupillus habet in diocesi Claromontensi nonnulla dampna, impedimenta ac molestias intulerunt, sententiam excommunicationis propterea latam abhomine incurrisse noscuntur; cumque pro parte dicti pupilli nobis fuerit expositum quod super dampnis, impedimentis et molestiis eisdem hinc inde extitit concordatum, nos igitur saluti animarum dictorum .. comitis, complicum, fautorum et auxiliatorum providere volentes, fraternitati tue eisdem comiti, complicibus, fautoribus et auxiliatoribus ab omni sentencia excommunicationis, si quam propter premissa forsitan incurrissent, absolutionis beneficium, si illud humiliter petierint, juxta formam ecclesie impendendi, injunctis eis pro modo culpe penitencia salutari et aliis que de jure fuerint injungenda, necnon omnes processus sententiarum excommunicationum, per quoscumque, ubicumque, etiam in Romana curia, ad instanciam dicti Stephani vel pro ejus parte, premissorum occasione, contra dictos comitem, complices, fautores et auxiliatores factos, tollendi et amovendi, dummodo ad hoc pro parte dicti pupilli legitimus concessus accedat, plenam concedimus tenore presentium potestatem. Dat. Avinione, II nonas januarii, anno secundo. »

743 Avignon, 4 janvier 1364.

Santio Vaquerii, sacristae ecclesiae sancti Michaelis de Regula, et Guillelmo Dominici, rectori ecclesiae de Valleta, mandat ut Deodati (1), episcopi quondam Agennensis defuncti, bona, quae longe ante obitum ejus apostolicae camerae duxerat reservanda, exigere procurent et praefatam cameram de omnibus, quae ratione praemissorum receperint, studeant informari. (Reg. 246, fol. 76 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 42 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Sancio Vaquerii, sacriste ecclesie sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice Sedis nuntio et Guillelmo Dominici, rectori ecclesie de Valleta, Tholosane diocesis.* Dudum ex certis —. Dat. Avinione, II nonas januarii, anno secundo. »

744 Avignon, 5 janvier 1364.

Johanni, regi Franciae, de reductione focorum in civitate et dioecesi Mimatensi ordinanda, cum propter mortalitates praeteritas populus ibidem multum sit diminutus. (Reg. 246, fol 61 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 107, n° XXIII.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Dudum cum tua serenitas apud apostolicam Sedem consisteret, tam nos quam quidam nuncii populi civitatis et diocesis Mimatensis, ex qua nos originem sumpsimus, magnificenciam regiam affectuose rogavimus quod, cum idem populus propter mortalitates preteritas fuisset nimium diminutus (2), antiquum nu-

(1) *Deodatus Rotbaldi* avait été appelé au gouvernement de l'église d'Agen, dont il était chanoine, par bulle d'Innocent VI, du 12 juin 1357 (Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 76). La *Gallia christiana* (t. II, col. 925) place la date de sa mort en l'année 1363. Une bulle d'Urbain V, datée du 18 décembre 1363 (voy. plus haut, n° 721, lui est encore adressée. Il faut donc fixer sa mort entre le 18 décembre 1363 et le 4 janvier 1364, date de la bulle que nous analysons ici. Dès le 10 du même mois, Urbain V chargeait Raimond de Salg, archevêque d'Embrun, d'administrer le diocèse d'Agen (Eubel, *loc. cit.*). La minute de la bulle du 4 janvier 1364 est conservée aux Archives du Vatican, dans le fonds des *Instrumenta Miscella*, caps. 219. n° 1.

(2) Un document précieux des Archives communales de Mende vient confirmer la lettre d'Urbain V (Arch. de la ville de Mende, série II, 11). C'est un dénombrement des feux du diocèse de Mende dressé en l'année 1364. Le total des feux est de 4,610; la ville de Mende en a 318 seulement, Marvejols 280, La Canourgue 89, Ispagnac 90, Chanac 86, Serverette 25, etc. Il est impossible de ne pas voir de rapport entre la lettre d'Urbain V au roi de France et la rédaction de ce document. Il existe en effet, aux Archives nationales, dans le Reg. JJ 96 du Trésor des Chartes, n° 180, une lettre de Charles V, datée de Paris au mois d'août 1364 et concernant cette affaire. Le roi y rappelle la pétition adressée à son père Jean II par les habitants de Mende, et l'enquête ordonnée par celui-ci; les résultats en sont conformes au document cité plus haut; les feux de la ville et du diocèse de Mende, qui

merum focorum dictarum civitatis et diocesis, secundum quem idem populus impositiones et onera a regia potestate imposita solvere cogebatur, ad verum numerum qui est ad presens in eisdem civitate ac diocesi reducere dignaretur, tuaque celsitudo, affectu pietatis et precibus nostris inducta, certis commissariis mandavit quod de veritate predictorum se informare et eidem serenitati referre curarent. Cum autem facta sit informatio prelibata et ad tuam curiam remictatur ad presens, celsitudinem tuam rogamus attente quatinus reformationem dicti numeri, secundum quod veritas reperietur in facto et equitas suadebit, benigne velis facere expediri et latori presentium concedi litteras oportunas, ac super financia, que pro predictis a dicto populo per tuam curiam petitur, ipsum populum, ex guerris et mortalitatibus supradictis nimium attenuatum in facultatibus, habere misericorditer commendatum, ita quod preces nostras sibi senciat fructuosas. Dat. Avinione, nonis januarii, anno secundo. »

745 Avignon, 5 janvier 1364.

Johanni, regi Franciae, de petitione cujusdam mutui a Roberto de Lauriaco, ambaxiatore, in nomine regis sibi facta, respondet se, propter gravia ecclesiae Romanae onera, dictae petitioni annuere non posse; de litteris, quas ipsi regi pro passagio ultramarino concessit, respondet quod eas mittere non potest, antequam per procuratores ad Romanam curiam deputatos ipse rex et Carolus, regis primogenitus, secundum Philippi regis, genitoris sui, exemplum, in manibus papae debitum praestiterint juramentum. (Reg. 246, fol. 62 recto. — Prou, *Relat. politiques d'Urbain V*, p. 107, nº xxiv.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Dilectus filius nobilis vir Robertus de Lauriaco, miles, ambaxiator et consiliarius tuus ad nostram presenciam destinatus, a nobis ex tua parte petiit quod tue serenitati, pro tua redemptione et aliis incumbentibus tibi oneribus gravibus supportandis, de aliquo dignaremur mutuo subvenire. Licet igitur ad sublimitatem tuam de hujusmodi oneribus paterne geramus compassionis affectum, et si possibilitas adesset libenter affectum operis evidencia probaremus, tamen quia camera nostra, sive pax fiat cum hostibus sancte matris ecclesie, sive guerra procedat, quod absit, est nimium aggravata, petitam subventionem, quod displicenter referimus, regie celsitudini non possumus exhibere, super qua impossibilitate, dicto Roberto per nos plenius exposita tibi per eum oretenus referenda, velis fidem credulam adhibere. Ceterum litteras passagii ultramarini quas tibi concessimus fere omnes fecimus expediri; sed quia juramentum quod tu et dilectus filius Carolus, primogenitus tuus, prestare debetis, secundum quod olim clare memorie Philippus, genitor tuus et tu, tunc ejus primogenitus, prestitistis, nondum est per te prestitum, expedit quod, antequam eedem littere tradantur procuratoribus tuis, tu et idem tuus primogenitus mictatis procuratorium sufficiens ad Romanam curiam in forma quam idem Robertus tibi portat et quod dictum prestetur in manibus nostris juramentum, litterasque ipsas ex tunc eisdem procuratoribus faciemus ilico exhiberi. Dat. Avinione, nonis januarii, anno secundo. »

atteignaient avant les guerres le chiffre de 13.378, ne sont plus qu'au nombre de 4,610. C'est à ce dernier chiffre que s'arrête Charles V, qui taxe les habitants, suivant l'antique usage, à un florin d'or par feu.

746 Avignon, 5 janvier 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, cancellario Franciae, scribit de eodem, ut in negotio praedicto apud Johannem, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 62 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, *ibid.*)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, cancellario regni Francie, salutem etc.* Super quodam negocio quod nobis cordi existit, prout merito esse debet, carissimo in Christo filio nostro Johanni, regi Francie illustri, scribimus sub forma presentibus interclusa. Quare fraternitatem tuam rogamus attente quatinus pro felici expeditione dicti negocii apud eundem regem et alias, prout potes vigore tui officii, tam super negocio principali quam super graciosa financia, interponas pro nostra reverencia efficaciter partes tuas. Dat. ut supra. »

747 Avignon, 5 janvier 1364.

In e. m. episcopo Meldensi « sed non ponantur verba illa : *alias prout potes vigore tui officii.* » (Reg. 246, fol. 62 recto. — Prou, *Ibid.*)

748 Avignon, 5 janvier 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, de litteris passagii ultramarini a se Johanni, Franciae regi, concessis, scribit : abbati monasterii de Miravalle et Petro de Aquila, dicti regis in Romana curia procuratoribus, eas tradere non potest, antequam rex et Carolus, primogenitus ejus, ad praestandum in forma debita

juramentum, procuratores sufficientes ad apostolicam Sedem miserint. (Reg. 246, fol. 62 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 108, n° xxv.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Ad noticiam tuam deducimus per presentes quod dilecti filii .. abbas monasterii de Miravalle, Premonstratensis ordinis, Tullensis diocesis, et Petrus de Aquila, carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Francie illustris, in Romana curia procuratores, pro expeditione litterarum passagii quas dicto regi concessimus solicite laborarunt, et fere omnes sunt expedite; sed quia juramentum quod dictus rex ac dilectus filius Carolus, primogenitus suus, prestare debent, secundum quod olim clare memorie Philippus, rex Francie, dicti Johannis regis genitor et ipse Johannes rex, tunc ejus primogenitus, prestiterunt, nondum est per ipsos Johannem regem ac Carolum ejus primogenitum prestitum, expedit quod, antequam eedem littere tradantur procuratoribus prelibatis, ipsi rex et Carolus mittant procuratorium sufficiens ad Romanam curiam, in forma quam dilectus filius nobilis vir Robertus de Lauriaco, miles, ambaxiator et consiliarius dicti Johannis regis, ei et dicto Carolo presencialiter portat et quod predictum prestetur in nostris manibus juramentum litterasque ipsas ex tunc eisdem procuratoribus faciemus ilico exhiberi. Dat. Avinione, nonis januarii, anno secundo. »

749 Avignon, 6 janvier 1364.

Archiepiscopo Burdegalensi de lite inter ipsum et Guillelmum de Forteys, militem, ratione castri de Milhaco, exorta. (Reg. 246, fol. 63 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Burdegalensi, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Guillelmus de Forteys, miles, Petragoricensis diocesis, nobis exposuit quod, cum inter te, nomine tue ecclesie Burdegalensis, ex una et ipsum militem ex altera parte, super castro de Milhaco, Petragoricensis diocesis, quod tu ad dictam ecclesiam et idem miles ad se pertinere asseritis, sit exorta materia questionis, ipseque miles contentus sit stare tue declarationi super questione predicta, nos, cupientes quod labores et expense litium amputentur, volumus et tue fraternitati mandamus quod negocium hujusmodi questionis examines diligenter et super eo, secundum Deum et equitatem et consciencie tue videbitur expedire, determines et declares. Dat. Avinione, VIII idus januarii, anno secundo. »

750 Avignon, 8 janvier 1364.

Petro, archiepiscopo Narbonensi, ut Burchardo de Magdeburg, ecclesiae Vicegradensis praeposito, a Carolo, Romanorum imperatore, ad Romanam curiam destinato, ejusque gentibus de securo conductu per terras suae dioecesis et etiam extra illas studeat providere. (Reg. 246, fol. 64 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Narbonensi, salutem etc.* Sicut ad tue fraternitatis noticiam pervenisse putamus, quidam iniquitatis filii, Deum non timentes nec Sedem apostolicam reverentes, dilectum filium Burchardum de Magdeburg, prepositum ecclesie Vicegradensis, Pragensis diocesis, virum generosum et imperialis curie magistrum, per carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Romanorum imperatorem semper augustum, pro quibusdam arduis negotiis ad nostram presenciam destinatum, capere, spoliare, carcerare et ad diversas partes traducere presumpserint, graves proinde excommunicationis et anathematis sentencias incurrentes, quas adhuc substinent animis induratis; cum autem, sicut Domino placuit, idem propositus sit de dictorum iniquorum manibus liberatus et de castro Perpiniani, Elnensis diocesis, ubi ad presens consistere dicitur, ad Romanam curiam sit de proximo profecturus et, prout asseritur, iidem captores dictum prepositum iterato capere comminentur et pro viribus moliantur, fraternitatem eandem requirimus et hortamur attente mandantes quatinus dicto preposito et gentibus suis, si super hoc requisitus extiteris, de oportuno et securo conductu per terras ecclesie tue et etiam extra illas studeas pro nostra et dicte Sedis reverencia providere, ita quod idem prepositus et ejus gentes salve valeant se nostro conspectui presentare, nosque proinde tuam possimus promptam obedienciam commendare. Dat. Avinione, VI idus januarii, anno secundo. »

751 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. .. episcopo Biterrensi. (Reg. 246, fol. 64 verso.)

752 Avignon, 8 janvier 1364.

Vicecomiti Narbonensi scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 64 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. vicecomiti Narbonensi.* Sicut ad tue —. Dat. Avinione, VI idus januarii, anno secundo. »

753 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. Petro Scatissae, thesaurario Franciae. (Reg. 246, fol. 64 verso.)

754 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. Arnulpho, domino de Audrehem, marescallo Franciae et locumtenenti Johannis, Franciae regis, in partibus Occitanis. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

755 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. .. senescallo Bellicadri. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

756 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. consilio et communi civitatis Biterrensis. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

« *Dilectis filiis consilio et communi civitatis Biterrensis.* Sicut ad vestram —. Dat. ut supra. »

757 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. consilio et communi Montispessulanis, Magalonensis dioecesis. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

758 Avignon, 8 janvier 1364.

In e. m. universitati castri Perpiniani, Elnensis dioecesis. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

759 Avignon, 9 janvier 1364.

Cum Franciscus de Carraria, in civitate Paduana vicarius imperialis, Ecclesiae adhaeserit, pontifex, ei congratulans sed de recessu castri Mirandulae afflictus, ipsi notificat se cardinali Andruino, apostolicae sedis legato, qui ad Lombardiae partes festinat accedere, mandasse ut nulla pax inter Ecclesiam et Bernabonem de Viccomitibus firmetur quin dictus Bernabos castra comitatus Bononiae et Lugi, quae ad praefatam spectant Ecclesiam, restituerit. (Reg. 246, fol. 65 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, civitatis Paduane ac ejus districtus imperiali vicario, salutem etc.* Litteras tue nobilitatis, adhesionem laudabilem et recessum detestabilem castri Mirandule continentes, recepimus hiis diebus, et, licet de dicta adhesione letati fuerimus, prout letari debemus de omnibus Christi fidelibus qui relinquunt semitas impiorum, tamen recessum predictum et omne quod permictit Altissimus, equanimiter toleramus, ex eo potissime quod, prout tue littere innuebant, si pax tractata forsitan non sorciatur effectum, dilectis filiis nobilibus de Gonzaga in tua fidelitate constanti manentibus, communi hosti modicum proderit dictum castrum, de utraque itaque tua notificatione discreta bonaque confortatione in litteris prelibatis adjecta tuam strenuitatem devotam et magnanimem merito commendantes, te scire volumus quod multum notavimus fidelissima verba tua in te dilectissimo filio intelligentis providenciam, zelantis benivolenciam, hortantis audaciam et auxiliantis efficaciam invenisse letati, et, quia vere credimus quod scripsisti, videlicet quod pendulum tractatuum multum obsit negociis unionis, dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, qui festinat ad Lombardie partes accedere, dedimus in mandatis quod, si hostis idem statim non faciat quod fuit pro ipsius parte, de primeva restitutione castrorum comitatus Bononie ac Lugi, que detinet occupata, promissum, nullum novum ingrediatur tractatum sed ad Romanam curiam revertatur ilico et ad dicti hostis exterminium procedatur, nosque eo casu de mittendis pecuniis et aliis remediis curabimus providere per nos illa fient auxiliante Deo et per colligatos speramus fieri ex quibus speratorum successuum proveniant incrementa. Dat. Avinione, V idus januarii, anno secundo. »

760 Avignon, 9 janvier 1364.

Cum Pontius de Andorta, in civitate Tolosana commorans, procurator olim et administrator bonorum quondam Bonafosii, prioris sanctae Mariae Deauratae, Cluniac. ord., de subreptione detentioneque rerum et bonorum ad dictum priorem, dum vivebat, pertinentium, apostolicaeque Sedis dispositioni reservatorum, vehementer suspectus sit et a Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi Guillelmoque Dominici, rectore parrochialis ecclesiae de Valleta, Tolosanae dioecesis, commissariis in hac parte a dicta Sede constitutis, de hiis citatus, coram ipsis comparere neglexerit, eidem Bertrando mandat papa ut praefatum Pontium coram Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario suo, infra viginti dies personaliter comparere procuret. (Reg. 246, fol. 77 recto. De curia (1). — Reg. 262, fol. 42 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi, apostolice Sedis nuncio.* Ad audienciam nostram —. Dat. Avinione, V idus januarii, anno secundo. »

(1) Dans le Reg. Vat. 262, le nom du destinataire est orthographié : *Castancherie*.

761 Avignon, 11 janvier 1364.

Fulconi Pererii, praeposito Valentinensi, apostolicae Sedis nuntio, ut, cum episcopi Gerundensis et Vicensis, aliique episcopi et personae ecclesiasticae, in provinciis Terraconensi et Caesaraugustana constituti, collectores proventuum apostolicae camerae debitorum impediant et offendant, quoscumque ex eisdem episcopis et personis per informationem culpabiles repererit, coram Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, citare procuret, de hujusmodi impedimentis, injuriis et culpis in justitia responsuros. (Reg. 246, fol. 78 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 43 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Fulconi Pererii, preposito ecclesie Valentinensis, apostolice Sedis nuncio.* Non absque multa. — Dat. Avinione, III idus januarii, anno secundo. »

762 Avignon, 20 janvier 1364.

Johanni, regi Franciae, ut de contentis in cedula quam ipsi mittit per praesentes, pro suo Philippique, Turoniae ducis, nati sui, honore, opportunum velit remedium adhibere. (Reg. 246, fol. 69 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 109, n° xxvi.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri.* Serenitati tue mittimus —. Dat. Avinione, XIII kalendas februarii, anno secundo. »

763 Avignon, 22 janvier 1364.

Anglico, episcopo Avinionensi ejusque successoribus quoddam hospitium in civitate Avinionensi situm et olim ab episcopis Avinionensibus habitari consuetum, concedit licentiam occupandi. (Reg. 246, fol. 86 recto. De curia. — Original, bulle en plomb, aux Archives départementales de Vaucluse, série G, archevêché d'Avignon. Bullarium fol. 36. — Duhamel, *Un neveu de Jean XXII*, dans *Bulletin Monumental* (1), t. XLIX, p. 429-434.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Avinionensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Etsi cunctis ecclesiis, quibus providencia divina nos pretulit, pro ipsarum conservatione jurium et bonorum de apostolicis providere favoribus teneamur, Avinionensi ecclesie, tuo commisse regimini, tanto strictius hoc recognoscimus nos debere, quanto cercius noscimus Romanam ecclesiam ab eadem Avinionensi ecclesia majora olim commoda recepisse. Sane porrecta nobis tue fraternitatis peticio continebat quod, cum dudum fe. re. Johannes XXII primo, et deinde Benedictus XII, Romani pontifices, predecessores nostri, in reparationibus et constructionibus palacii episcopalis Avinionensis, in quo Johannes, dum viveret, fuerat commoratus, et Benedictus predecessores predicti tunc temporis morabatur, et in quibusdam aliis domibus et locis eidem palacio contiguis vel propinquis, Romane ecclesie nomine acquisitis, fieri fecissent edificia non modicum sumptuosa, ea intencione ut idem palacium prefate Romane ecclesie admodum oportunum apropriari et applicari valeret, absque incommodo et enormi lesione dicte Avinionensis ecclesie, cui, propter hoc, in aliis oportunis domibus decens et utilis recompensacio prestaretur, idem predecessor Benedictus quasdam domos, sitas in civitate Avinionensi, satis prope memoratam Avinionensem ecclesiam, in parrochia sancti Stephani, et confrontantes ex una parte cum patuo castri communitatis Avinionensis, ex alia parte cum domibus hospitalis Pontis sancti Benedicti, ex alia cum domibus Raymundi Colliaci et Raymundi Damiani, ex alia parte cum carreria publica qua itur a castro predicto versus portam Aqueriam, que quidem domus olim fuerant bone memorie Arnaldi, sancti Eustachii diaconi cardinalis (1), emi nomine suo et supradicte Romane ecclesie ab heredibus et executoribus testamenti dicti cardinalis, certo precio proinde soluto de pecunia apostolice camere, fecerat, intendens quod de illis ad dictum palacium et eciam de dicto palacio ad illas domos viceversa cambium seu permutacio fieret, per quod vel quam palacium ad Romanam et domus prefata ad Avinionensem predictas ecclesias devenirent, eis perpetuis temporibus remansura, et tandem dicto Benedicto predecessore volente ut procederetur ad permutationem seu cambium supradicta, bo. me. Petrus, episcopus Penestrinus, et Gocius, tituli sancte Prisce presbyter cardinalis, tunc patriarcha Constantinopolitanus, auctoritate apostolica eis per dictum Benedictum predecessorem in hac parte concessa, bo. me. Johanne, episcopo Avinionensi et quondam Ludovico de Petragrossa, archipresbytero ecclesie Vivariensis, dictorum Benedicti predecessoris et ecclesie Romane procuratore vocatis, dictoque Johanne episcopo, suo et ejusdem Avinionensis ecclesie, cum consilio et assensu capituli sui, de quo consensu constitit per publicum instrumentum, ex parte una, et dicto Ludovico procuratore prefati Benedicti predecessoris et ejusdem Romane ecclesie nominibus ex altera, ad hoc expresse

(1) M. Duhamel a publié cette bulle d'après l'original, mais en la datant par erreur du 27 janvier 1364.

(1) Arnaud de Via, neveu du pape Jean XXII, mort le 24 novembre 1335 dans le palais ici désigné qu'il avait fait construire. Cf. Duhamel, *op. cit.*, p. 415-416.

consencientibus, predictum palacium episcopale Avinionense, cum omnibus domibus et habitationibus, quas predecessores dicti Johannis episcopi Avinionenses tenuerant, ad eundem episcopum Avinionensem tunc pertinens, ac prefatus Johannes papa tenebat dum viveret, et quas eciam idem Benedictus predecessor pro se officialibus et familiaribus suis tunc tenebat, apropriaverunt et applicaverunt perpetuo et eciam assignaverunt auctoritate apostolica, et ex causa permutationis predicte et cambii dicto Ludovico procuratori, presenti et recipienti vice et nomine dictorum Benedicti predecessoris, Romane ecclesie, et per ipsum procuratorem Benedicto predecessori suisque successoribus et Romane ecclesie memoratis, ita quod dictum hospicium, quod episcopale vocari consueverat, de cetero palacium apostolicum imperpetuum nominaretur; cujus quidem palatii, siti in civitate Avinionensi prope ecclesiam cathedralem Avinionensem, ac domorum et habitationum ad idem palacium spectancium sibique contiguarum confrontationes et fines in predicto instrumento publico super hujusmodi permutatione et cambio confecto specialiter exprimuntur, et versa vice similique modo pro utilitate predicta et ex causa dicte permutationis et cambii recompensando apropriaverunt et applicaverunt perpetuo et eciam assignaverunt dicto Johanni, episcopo Avinionensi, presenti et recipienti suisque successoribus et prefate Avinionensi ecclesie dictum hospicium et domos que fuerant dicti Arnaldi cardinalis, ita quod idem hospicium et domus ejusdem Arnaldi cardinalis, tradita pro recompensatione predicta, episcopale palacium, de cetero nuncuparetur; decreverant insuper dicti episcopus Penestrinus et patriarcha, eadem auctoritate eis in hac parte commissa, hujusmodi cambium et permutationem obtinere debere perpetuam et inviolabilem firmitatem, non obstante quanto jus majore valore alterutrius seu quibusvis aliis juris vel facti rationibus et exceptionibus, que in contrarium proponi vel opponi possent aliquo tempore seu quomodolibet allegari; quodque deinde Ludovicus, Romane ejusdem palacii apostolici, et Johannes episcopus Avinionensis predicti Avinionensis ecclesiarum predictarum nominibus, dicti hospicii episcopalis palacii nuncupati, sibi pro cambio ut premittitur assignati, ac dictarum domorum et pertinenciarum ipsarum pacificam possessionem fuerunt adepti, et quod deinde prefatus predecessor Benedictus, pro dictarum Romane et Avinionensis ecclesiarum cautela et premissorum perpetua firmitate, predictam permutationem et quecunquo forent inde secuta rata et grata habuit, eaque omnia et singula auctoritate apostolica supradicta ex certa sciencia confirmavit, et sui scripti patrocinio communivit, prout in instrumentis publicis et apostolicis litteris exinde confectis plenius noscitur apparere. Continebat eciam peticio supradicta quod idem Johannes episcopus dictum hospicium seu episcopale palacium aliquo tempore tenuit et possedit ac realiter inhabitavit, licet postmodum bo. me. Talayrandus, episcopus Albanensis, asserens ei jus competere in habitatione ipsius hospicii, ex legato per dictum Arnaldum cardinalem sibi ad vitam suam facto, hospicium ipsum tenuerit et inhabitaverit quoad vixit. Quare nobis humiliter supplicasti quatinus, cum per obitum ejusdem Talayrandi episcopi dictum hospicium a servitute inhabitationis ipsius T. episcopi (1) sit totaliter liberatum, tibi pro te tuisque successoribus episcopis Avinionensibus liberam licenciam reintrandi et inhabitandi ac possidendi plene et pacifice dictum hospicium, tibique non habenti in dicta civitate propriam mansionem, in qua tu tuique officiales et familiares habitare possitis, quod idem hospicium tu et iidem successores tui absque impedimento quolibet retinere perpetuo valeatis de oportuno dignaremur remedio providere. Nos igitur, tuis justis supplicationibus inclinati, fraternitati tue dictum hospicium, seu episcopale palacium libere reintrandi, habitandi ac pro te eisdemque tuis successoribus perpetuo retinendi et possidendi plenam licenciam, auctoritate predicta, tenore presencium impartimur; tueque et eorundem successorum neccessitati et ecclesie Avinionensis predicte utilitati providere volentes, dictum hospicium seu palacium episcopale, cum omnibus domibus et locis, eidem Johanni episcopo vigore dicte permutationis traditis et concessis, ab omni servitute cujuscunque librate venerabilium fratrum nostrorum dicte Romane ecclesie cardinalium et alia quecunque, auctoritate predicta, ex certa sciencia prorsus eximimus ac perpetuo liberamus, statuentes quod nullus dicte Romane ecclesie cardinalis vel alia persona quacunque, ecclesiastica vel mundana, cujuscunque preeminencie vel status fuerit, dictum hospicium inhabitare vel occupare seu alias impedire quin tu iidemque tui successores illud per vos et alios inhabitare ac plene et libere possidere perpetuo valeatis, non obstantibus consuetudine et observancia contraria dicte curie ac quibuscunque privilegiis, indulgentiis, libertatibus et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, dudum in contrarium eisdem cardinalibus vel quibuscunque cortesanis seu curialibus curiam Romanam sequentibus, seu aliis quibuscunque personis sub quacumque verborum forma vel expres-

(1) Ce bout de phrase, à partir de *dictum hospicium* jusqu'à *T. episcopi*, a été ajouté en marge.

sione concessis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta hujusmodi exemptionis et liberationis nostrarum effectus posset impediri quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda forsan esset in presentibus litteris mentio specialis. Nos enim omnes et singulos qui contra hujusmodi nostram ordinationem venire presumpserint, aut presumentibus hujusmodi dederint publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, cujuscunque preeminencie, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, eciam si pontificali, cardinalari, vel alia quacunque prefulgeant dignitate, quibus nulla privilegia seu indulta contra premissa volumus suffragari, excommunicationis et anathematis sententiis ipso facto volumus subjacere, etsi cardinales extiterint, eos voce in electione summi Pontificis decernimus esse privatos, et nichilominus in hiis delinquentes indignationem et maledicionem Dei et beate Marie virginis matris ejus, domine et patrone dicte ecclesie Avinionensis incurrant. Nulli ergo etc. Dat. Avinione, XI kal. februarii, anno secundo. »

764 . Avignon, 24 janvier 1364.

Philippo, duci Burgundiae, Johannem, abbatem monasterii Cisterciensis, ad ejus praesentiam destinatum, commendat. (Reg. 246, fol. 69 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 109, nº xxvi.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, duci Burgundie, salutem etc.* Dilectum filium Johannem, abbatem monasterii Cisterciensis, latorem presentium, virum circumspectum et honoris tue domus regie zelatorem, pro quibusdam negociis, tuum et dicte domus honorem et statum ac quietem nostram et Romane curie tangentibus, tibi ex parte nostra exponendis per eum ad tuam presenciam destinamus. Tuam igitur nobilitatem affectuose rogamus quatinus eidem abbati in exponendis eisdem tanquam tibi salubribus credas indubie ac annuere non omittas. Dat. Avinione, IX kal. februarii, anno secundo. »

765 Avignon, 24 janvier 1364.

Jacobo de Vienna, militi, scribit de eodem, ipsum rogans ut dicto Johanni, abbati monasterii Cisterciensis, in hiis quae sibi duxerit exponenda, fidem plenam adhibeat. (Reg. 246, fol. 69 recto. — Prou, *Relat. Polit. d'Urbain V*, p. 189, nº xxvi.)

« *Dilecto filio nobili viro Jacobo de Vienna, militi, salutem etc.* Dilectum filium Johannem, abbatem monasterii Cisterciensis, latorem presentium, ad presentiam dilecti filii nobilis viri Philippi, ducis Burgundie, pro quibusdam negociis destinamus, eique commisimus quod ipsa negocia ex parte nostra tue nobilitati exponeret oraculo vive vocis. Igitur nobilitatem tuam rogamus attente quatenus eidem abbati in hiis, que tibi pro parte nostra duxerit exponenda, credas indubie ac annuas cum effectu. Dat. Avinione, IX kalendas februarii, anno secundo. »

766 Avignon, 24 janvier 1364.

In e. m. Guidoni, militi, domino de Frolois. (*Ibid.*, fol. 69 verso)

767 Avignon, 24 janvier 1364.

In e. m. Subdito de Laustran, militi. (*Ibid.* fol. 69 verso)

768 Avignon, 24 janvier 1364.

In e. m. Guillelmo de Agrimonte, militi. (*Ibid.*, fol. 69 verso.)

769 Avignon, 24 janvier 1364.

In e. m. magistro Philippo Paillart, cancellario Burgundiae « et ubi dicitur *nobilitatem* dicatur *discretionem.* » (*Ibid.*, fol. 69 verso.)

770 Avignon, 24 janvier 1364.

In e. m. Gaufrido, episcopo Eduensi « et ubi dicitur *discretionem* dicatur *fraternitatem.* » (*Ibid.*, fol. 69 verso.)

771 Avignon, 24 janvier 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, ut Aymericum, episcopum Lodovensem, occasione castri de Nisate, Biterrensis dioecesis, de coetero non molestet. (Reg. 246, fol. 69 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii, salutem etc.* Venerabilis frater noster Aymericus, episcopus Lodovensis, nostreque audiencie contradictarum auditor, dolenter exposuit coram nobis quod, quamvis castrum de Nisate, Biterrensis diocesis, cum omni moda jurisdictione alta et bassa ac mero imperio et jure

regalie, excepto jure superioritatis ac resorto, ex largicione clare memorie quondam regum Francie et confirmatione diversorum summorum pontificum, predecessorum nostrorum, ad suam Lodovensem ecclesiam pertinere noscatur et in ipsorum castri ac jurisdictionis meri imperii et juris possessione pacifica dicta ecclesia tanto tempore fuerit quod de contrario memoria hominum non existit, et rex Francie, qui est pro tempore, illa que habet in ecclesiis cathedralibus regni Francie seu earum terris alienare nequeat a corona, tu tamen, asserens sed non docens quod carissimus in Christo filius noster Johannes, rex Francie illustris, comitatum Pedenacii creans et tue nobilitati concedens, quadraginta solidos turonensium, sibi per homines et universitatem castri predicti debitos, in supplementum redditum quos eidem nobilitati ratione dicti comitatus concessit, inter alios redditus assignavit, dictos XL solidos a dictis hominibus solvi et tam per eos quam episcopum supradictum juramentum fidelitatis prestari minus debite petiisti et, quia in hiis licet indebitis tue non fuit paritum voluntati, tu duos homines dicti castri de facto in arresto satis stricto detines ac in castro ipso posuisti baylivum et eciam servientes ac fecisti fieri inventarium de bonis episcopi supradicti et proclamari quod nullus sibi debita ei et sue ecclesie solvere ac obedire presumat, per hec autem dicto castro eandem ecclesiam spoliando; quare idem episcopus a nobis peciit super hiis apostolice provisionis remedium adhiberi; nos igitur premissa, si veritate nitantur, in gravem Dei offensam, anime tue prejudicium ac tue progevei illustris honoris detrimentum cedere intuentes, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus premissa, ob reverenciam Dei et apostolice Sedis et nostram, non differas revocare, et, si in predictis jus certum habere pretendas, idem episcopus, prout nobis asseruit, paratus est stare judicio regii parlamenti nec solutionem dictorum XL solidorum pro nunc impedire proponit, si sufficiens assignatio regia ostendatur. Dat. Avinione, IX kalendas februarii, anno secundo. »

772 Avignon, 24 janvier 1364.

Cum Clemens papa VI Petro, archiepiscopo Narbonensi, ecclesias, monasteria, ecclesiasticasque personas suarum civitatis, dioecesis et provinciae visitandi et a visitatis procurationes in pecunia numerata recipiendi facultatem indulserit, cujus pecuniae media pars, omniumque ecclesiasticorum proventuum, in illis partibus collectorum, tricesima ad apostolicam cameram reverterentur; cumque etiam Innocentius papa VI duas partes earumdem procurationum dictae camerae, infra duos menses a die visitationis computandos, persolvendas assignaverit; Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, Urbanus V mandat ut eumdem archiepiscopum ejusque suffragaueos de nonnullis pecuniarum quantitatibus, pro dicta tricesima apostolicae camerae debitis, quas injuste detinere noscuntur, sub excommunicationis poena satisfacere compellat. (Reg. 246, fol. 88 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 59 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, canonico Narbonensi, apostolice Sedis nuncio.* Olim fe. re. Clemens —. Dat. Avinione, VIIII kalendas februarii, anno secundo. »

773 Avignon, 25 janvier 1364.

Johanni, regi Franciae, Talayrandum de Petragoris, militem, Talayrandi episcopi quondam Albanensis, S. R. E. cardinalis, defuncti nepotem, commendat. (Reg. 246, fol. 70 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum bone memorie Talayrandus, episcopus Albanensis, nuper, quod dolenter recolimus, fuerit vita functus, et ex hoc dilectus filius nobilis vir, Talayrandus de Petragoris, miles, dicti episcopi nepos, remanserit plurimum destitutus, nos ad eundem militem, quem episcopus ipse specialiter diligebat, ex suis fide et moribus ac ejusdem episcopi recolenda memoria affectum compassionis habentes, eum in tue benivolencie favoribus cupimus consolari. Quare celsitudinem tuam affectuose rogamus quatinus reminiscaris benigne quod prefatus episcopus celsitudinem tuam dilexit tenerrime ac pro ea fideliter laboravit in arduis, dictum ejus nepotem, ob nostrarum precum intuitum et ejusdem episcopi memoriam, suscipias commendatum. Dat. Avinione, VIIII kalendas februarii, anno secundo. »

774 Avignon, 25 janvier 1364.

Carolo, duci Normanniae, Johannis, Franciae regis, primogenito, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie, carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Francie illustris, primogenito.* Pro dilecto filio —. Dat. ut supra. »

775 Avignon, 25 janvier 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi, cancellario Franciae, « mutatis mutandis. » (Reg. 246, fol. 70 verso.)

776 Avignon, 25 janvier 1364.

Gastoni, comiti Fuxi, de pace inter ipsum Johannemque Armaniaci et Petrum Convenarum comites reformanda, ei notificans, cum dictae pacis instrumenta sibi praesentata fuerint, se quaedam capitula cum decentia confirmare non posse. (Reg. 246, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Dilectum filium Guillelmum de Assaco, licenciatum in decretis, tuum et dilectorum filiorum nobilium virorum, Johannis Armaniaci et Petri Convenarum, comitum, nuncium ad Sedem apostolicum destinatum, tui et eorumdem comitum contemplatione gratanter recepimus ac benigne audivimus super hiis que voluit exponere coram nobis, instrumentaque pacis per te et dictos comites inite, cujus confirmationem idem nuncius a nobis cum instancia postulavit, per aliquos ex fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus examinari fecimus diligenter; licet igitur, dilecte fili, de dicta pace plurimum gaudeamus geramusque in votis eam perpetuis temporibus observari inviolabiliter, tamen quedam capitula in tenore dicte pacis habentur que non possumus cum decencia confirmare, propter quod prefatum nuncium, de dictis capitulis et nostra intencione plenarie informatum, ad tuam et eorumdem comitum presentiam duximus remittendum, cui super hiis que tibi et eisdem comitibus ex parte nostra plenius exponet vive vocis oraculo fidem velis credulam adhibere. Dat. Avinione, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

777 Avignon, 25 janvier 1364.

Johanni, comiti Armaniaci, scribit de eodem in eumdem modum. (Reg. 246, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci.* Dilectum filium Guillelmum —. Dat. ut supra. »

778 Avignon, 25 janvier 1364.

In e. m. Petro, comiti Convenarum, « mutatis nominibus comitum. » (Reg. 246, fol. 71 recto.)

779 Avignon, 25 janvier 1364.

Guillelmo Amarinti, ecclesiae de Brossa, Ruthenensis diocesis, priori, mandat ut Bertrandi, quondam episcopi Caturcensis defuncti (1), bona mobilia debitaque et credita, apostolicae camerae reservata, recipere et conservare studeat. (Reg. 262, fol. 55 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Guillermo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis.* Dudum ex certis —. Dat. Avinione, VIII kal. februarii, pontificatus nostri, anno secundo. »

780 Avignon, 27 janvier 1364.

Cum Johannes, episcopus sancti Pontii Thomeriarum, ad tricesimam omnium ecclesiasticorum proventuum suarum civitatis et dioecesis, a Clemente VI impositam, colligendam apostolicaeque camerae persolvendam ab Innocentio VI deputatus, dictae camerae collectoribus nonnullas pecuniarum quantitates in forma debita solvere neglexerit, eidem episcopo Urbanus V mandat ut de dictis pecuniis Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, proventuumque dictae camerae debitorum collectori, fidelem rationem reddere non differat. (Reg. 246, fol. 71 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo sancti Poncii Thomeriarum.* Sicut tua fraternitas —. Dat. Avinione, VI kalendas februarii, anno secundo. »

781 Avignon, 27 janvier 1364.

In e. m. Aymerico, episcopo Lodovensi. (Reg. 246, fol. 72 recto.)

782 Avignon, 28 janvier 1364.

Cardinali Andruino ut, quousque castra comitatus Bononiae et Lugi a Bernabone de Vicecomitibus, milite Mediolanensi, ecclesiae Romanae realiter sint restituta, pecuniam propter

(1) Il s'agit ici de Bertrand de Cardaillac, évêque de Cahors, qu'une bulle de Jean XXII, datée du 20 juillet 1324, transféra du siège de Rieux sur celui de Cahors (Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 184-185). Les auteurs de la *Gallia christiana* (t. I, col. 141) placent sa mort au 5 février de l'année 1366 environ. Nous voyons qu'il était mort à la date du 25 janvier 1364. Il fut remplacé sur le siège épiscopal de Cahors par Bégon de Castelnau, chanoine de Rodez, docteur en décrets, nommé par bulle d'Urbain V du 15 février 1366 (Eubel, *loc. cit.*) et non du 15 février 1367, comme le dit Dom Vaissete (*Hist. génér. de Languedoc*, IX, p. 786), ni du mois de mai 1366, comme les auteurs de la *Gallia christiana*, s'appuyant sur Baluze, l'ont avancé par erreur (*Gall. Christ.*, I, col. 142).

hoc in manibus suis deponendam dicto militi aliquatenus tradi non permittat. (Reg. 246, fol. 72 verso.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.* Quamvis de tua grandi circumspectione geramus in Domino fiduciam pleniorem, tamen, propter aliqua in hiis diebus nobis notificata, per presentes reddimus te attentum quod, quousque castra comitatus civitatis nostre Bononiensis et castrum Lugi, que per gentes Bernabonis detinentur, sint in tuis manibus realiter et plenarie restituta, remotis ex eis ex toto gentibus predictis eisque de civibus dicte civitatis vel aliis ecclesie Romane fidelibus aut fidis stipendiariis communitis, ita quod nulla fraus intervenire in hoc valeat, pecuniam propter hoc datam depositam tradi seu liberari aliquatenus non permittas. Dat. Avinione, V kal. februarii, anno secundo. »

783 Avignon, 28 janvier 1364.

Pontio, monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., cellerario, officium sacristiae ejusdem monasterii, vacans per collationem prioratus de Grauzello, dicti ordinis, [Vasionensis] (1) dioecesis, Jacobo de Vaqueriis, tunc dictum officium obtinenti, factam, personae ydoneae praefati monasterii quam duxerit eligendam, dat potestatem conferendi. (Reg. 246, fol. 92 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio, cellerario monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben.* Sincere devotionis affectus —. Dat. Avinione, V kalendas februarii, anno secundo. »

784 Avignon, 30 janvier 1364.

Petro, archiepiscopo Narbonensi, de pecuniario subsidio quod a praelatis et clero senescalliarum Tolosae, Carcassonae et Bellicadri requiritur, ut de gentibus stipendiariis, contra comitivas quae illas partes destruunt pugnaturis, provideatur, scribit, eique modum solutionis quem duxit adhibendum notificat. (Reg. 246, fol. 93 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 60 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Narbonensi, salutem etc.* Nuper pro parte tue fraternitatis et nonnullorum aliorum prelatorum et cleri senescalliarum Tholose, Carcassone et Bellicadri nobis extitit supplicatum quod, cum terre dictarum senescalliarum a quibusdam iniquis gentibus, que comitive vocantur, miserabiliter destruantur et per senescallos aliosque officiales ac nobiles et populos dictarum senescalliarum de oportunis defensione dictarum terrarum ac resistencia contra comitivas easdem sit provisum de certis gentibus armigeris, certo tempore ad stipendia retinendis, et in hoc tuum ac dictorum prelatorum et cleri, de quorum et suorum ecclesiarum, terrarum et bonorum defensione agitur, sit subsidium requisitum, tibi ac eisdem prelatis et clero consulere dignaremur quid in hac parte agere debeatis; nos igitur indigenciam magnam dicti subsidii attendentes ecclesiasticamque immunitatem conservare, prout possumus, cupientes, hunc modum providimus adhibendum, videlicet quod de pecuniis nostris in illis partibus collectis et nostro camere debitis tradantur per collectores nostros quibus scribimus pro dicto subsidio quatuor milia florenorum auri, qui postmodum per te ac eosdem prelatos et clerum restituantur camere prelibate. Quocirca fraternitati tue presencium tenore committimus et mandamus quatinus eosdem prelatos et clerum, exemptos et non exemptos, ad restituendum eidem camere, infra duorum mensium spatium a receptione presencium numerandum, dicta quatuor milia florenorum, que inter te et ipsos, secundum ratam tuorum et eorum proventuum ecclesiasticorum, secundum quod per te et ipsos consueverit solvi, pro decima legaliter dividantur, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compellere non postponas. Te autem, si porcionem, tuam mensam archiepiscopalem contingentem, de quantitate predicta infra terminum predictum non solveris, excommunicationis sentencie volumus subjacere. Dat. Avinione, III kal. februarii, anno secundo. »

785 Avignon, 30 janvier 1364.

Bertrandum de Castanherio, canonicum Agennensem, apostolicae Sedis nuntium, qui officium collectoris censuum et reddituum Romanae ecclesie debitorum in provincia Tolosana exercet, collectorem etiam in civitate et dioecesi Agennensi, Burdegalensis provinciae, constituit. (Reg. 246, fol. 94 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 64 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi, apostolice Sedis nuncio.* Dudum fe. re. Innocentius —. Dat. Avinione, III kal. februarii, anno secundo. »

(1) Le nom du diocèse est laissé en blanc dans le Reg. 246. Mais le prieuré de Groseau dont il est ici question (Groseau, commune de Malaucène, arr. d'Orange, Vaucluse) se trouvait dans l'ancien évêché de Vaison.

786 Avignon, 30 janvier 1364.

Santium Vaquerii, saecularis ecclesiae sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, sacristam, apostolicae Sedis nuntium, qui officium collectoris censuum et reddituum ecclesiae Romanae debitorum in provincia Auxitana exercet, collectorem etiam in civitate et dioecesi Condomiensi, Burdegalensis provinciae, constituit. (Reg. 246, fol. 94 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 64 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaqueri (sic), sacriste secularis ecclesie sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Dudum de tuis —. Dat. Avinione, III kal. februarii, anno secundo. »

787 Avignon, 3 février 1364.

Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, mandat ut pecuniarum quantitates, quae sub nomine tricesimae universis praelatis personisque ecclesiasticis regni Franciae a Clemente papa VI impositae sunt, a nonnullis archiepiscopis et episcopis, eas apostolicae camerae solvere non curantibus, exigat, ipsos praelatos ad solutionem sub excommunicationis pœna compellens. (Reg. 246, fol. 112 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 63 recto. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, canonico Narbonensi, capellano nostro, apostolice Sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens —. Dat. Avinione, IIII nonas februarii, anno secundo. »

788 Avignon, 5 février 1364.

Carolo, duci Normanniae, Johannis, Franciae regis primogenito, de quibusdam ejus litteris a se receptis, quibus per cedulam praesentibus interclusam respondet. (Reg. 246, fol. 95 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie, carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Francorum illustris, primogenito, salutem etc.* Litteras tue nobilitatis, in quibus dilectum filium .. electum ad abbaciam monasterii sancti Dyonisii prope Parisius nuper nobis misisti, gratanter recepimus et paterno percepimus intellectu, super hocque tibi responsionem mittimus per cedulam presentibus interclusam, cujus contentis adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, nonis februarii, anno secundo. »

789 Avignon, 5 février 1364.

Guillelmo Baronis, praesbytero Constanciensis dioecesis, scriptori suo, facultatem habendi altare portatile concedit. (Reg. 246, fol. 116 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo Baronis, presbitero Constanciensis diocesis, scriptori nostro.* Sincere devotionis affectus —. Dat. Avinione, nonis februarii, anno secundo. »

790 Avignon, 5 février 1364.

Eidem praesbytero facultatem missam celebrandi antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore sibi ingruentium, id exegerit, indulget. (Reg. 246, fol. 116 verso. De curia.)

« *Eidem.* Sincere devotionis affectus —. Dat. ut supra. »

791 Avignon, 7 février 1364.

Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut nonnullas pecuniarum quantitates, e tricesima universis praelatis ecclesiasticisque personis regni Franciae a Clemente papa VI imposita provenientes et a quibusdam archiepiscopis episcopisque collectoribus injuste detentas, exigere procuret, eosdem praelatos ad solutionem sub excommunicationis poena compellens. (Reg. 246, fol. 118 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 63 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi, legum doctori, apostolice Sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens —. Dat. Avinione, VII idus februarii, anno secundo. »

792 Avignon, 10 février 1364.

Philippo de Sancto Genesio, comiti Alti Montis, ut discordiam inter se et Johannam de Sancto Severino, comitissam Montis Alti, de comitatu Coriliani, exortam, terminare et

(1) En tête de la copie du Reg. 262 est écrit : « *Bulla pro habendis peccuniis tricesime in regno Francie indicte.* » A la suite sont mentionnées deux bulles *in eumdem modum* : « *Item similis sub data VII idus februarii, pontificatus nostri anno secundo, directa dilecto filio Bertrando de Castanhario, canonico Agennensi, legum doctori, apostolice Sedis nuncio. — Item similis Petro Domandi, preposito ecclesie Pictavensis, apostolice Sedis nuncio, sub data IIII nonas aprilis, anno secundo.* » On trouvera ces deux bulles analysées plus loin à leurs dates respectives, d'après la copie qui en est conservée dans le Reg. 246.

Guillelmi, archiepiscopi Salernitani, apostolicae Sedis nuntii, relatis super hoc fidem adhibere velit. (Reg. 246, fol. 96 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo de Sancto Genesio, comiti Alti Montis.* Nuper fidedignis relatibus —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

793 Avignon, 10 février 1364.

Johannae de Sancto Severino, comitissae Montis Alti, scribit de eodem, in eumdem modum. (Reg. 246, fol. 96 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne de Sancto Severino, comitisse Montis Alti.* Nuper fidedignis relatibus —. Dat. ut supra. »

794 Avignon, 10 février 1364.

Rogerium de Sancto Severino, comitem Mileti, rogat ut pro pace inter Philippum de Sancto Genesio, comitem Altimontis et Johannam de Sancto Severino, comitissam Montisalti super comitatu Coriliani reformanda, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 96 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Rogerio de Sancto Severino, comiti Mileti.* Nuper fidedignis relatibus —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

795 Avignon, 10 février 1364.

Guillelmo, archiepiscopo Salernitano, mandat ut, cum discordia inter Philippum de Sancto Genesio, comitem Altimontis et Johannam de Sancto Severino, comitissam Montisalti, super comitatu Coriliani sit exorta, ad partes illas se conferens, eosdem discordantes ad pacem hortetur. (Reg. 246, fol. 119 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Salernitano.* Pacis vinculum inter —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

796 Avignon, 10 février 1364.

Johannae, reginae Siciliae, de eodem, ut archiepiscopo Salernitano, in negotio praedicto, assistere non omittat. (Reg. 246, fol. 96 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Quantos hominum strages —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

797 Avignon, 10 février 1364.

Cum Carolus, rex Navarrae, ad Vasconiae partes de proximo accessurus sit, Guidonem, episcopum Portuensem, qui ad easdem partes iter arripuit, rogat pontifex ut pro liberatione Johannis, comitis Armaniaci, una cum dicto rege, apud Gastonem, comitem Fuxi, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 97 recto.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi.* Novit tua fraternitas —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

798 Avignon, 10 février 1364.

Petro, regi Aragonum, ut pro liberatione Johannis, comitis Armaniaci, una cum Guidone, episcopo Portuensi et Carolo, Navarrae rege, apud Gastonem, Fuxi comitem, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 97 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri, salutem, etc.* Pro pace ac tranquillitate parcium Vasconie habendis, firmiter, divina gracia suffragante, in votis gerimus quod negocium totalis liberacionis dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci, ad finem perducatur optatum, extimantes igitur celsitudinem regiam in hac parte multum posse valere, si ad id studium tue magnitudinis volueris adhibere, serenitatem tuam rogamus attente quatinus, pro dicta liberatione ac perfectione omnium que inter eundem comitem ac dilectum filium nobilem virum Gasconem, comitem Fuxi, agenda restarent, una cum venerabili fratre nostro Guidone, episcopo Portuensi, ac carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Navarre illustri, qui in dictis partibus tuo regno vicinis debent ad invicem pro aliis arduis negotiis de proximo convenire, velis per tuos nuncios et litteras efficaciter interponere partes tuas. Speramus siquidem quod, tue interpositionis studio mediante, dictum negocium cicius et firmius ad finem laudabilem perducetur. Dat. ut supra. »

799 Avignon, 10 février 1364.

Carolo, regi Navarrae, scribit de eodem, ut pro liberatione praefati comitis et pacis inter ipsum Gastonemque, comitem

Fuxi perfectione, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 97 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navare illustri.* Quia intelleximus quod —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

800 Avignon, 10 février 1364.

Raymundo, episcopo Penestrino, qui, pro negotiis ecclesiae Romanae et praesertim pro murorum edificiis et clausura civitatis Avinionensis, mille florenos auri Sedi apostolicae mutuavit, istam summam pecuniae se debere recognoscit. (Reg. 245, fol. 120 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, salutem, etc.* Tenore presentium recognoscimus et fatemur nos pro quibusdam urgentibus et arduis ecclesie Romane negotiis, presertim pro edificiis murorum et clausura civitatis Avinionensis, ad nos et dictam ecclesiam nullo medio pertinentis, cujus aliqua pars muris, turribus et vallatis est jam clausa et alia, in dicte civitatis et habitatorum ejusdem periculum, adhuc remanet ad claudendum, a te mutuo habuisse et recepisse mille florenos auri de Florencia ponderis Francie (?), quos tibi vel tuis heredibus restituere promittimus et ecclesiam ipsam ac terras, redditus, jura et bona quelibet mobilia et immobilia nostra et ipsius ecclesie tibi propterea obligantes. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

801 Avignon, 10 février 1364.

In e. m. Guidoni, episcopo Portuensi. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

802 Avignon, 10 février 1364.

In e. m. Nicolao, episcopo Tusculano. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — (Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

803 Avignon, 10 février 1364.

In e. m. Guillelmo, tituli sanctae Mariae in Transtiberim praesbytero cardinali. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

804 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo Petro, tituli sanctae Anastasiae praesbytero cardinali. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

805 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo Reginaldo, sancti Adriani diacono cardinali. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

806 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo Nicolao, sanctae Mariae Novae diacono cardinali (1). (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

807 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo Guillelmo, sanctae Mariae in Cosmedin diacono cardinali. (Reg. 246, fol. 120 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 72 recto. De curia.)

808 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Galhardi sanctae Luciae diaconi cardinalis, de mille quingentis auri florenis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — (Reg. 262, fol. 72 verso. De curia.)

809 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Talayrandi, episcopi Albanensis, de sex millibus auri florenis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 verso. De curia.)

810 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Petri, episcopi Ostiensis, de mille quingentis auri florenis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 verso. De curia.)

(1) C'est cette lettre à Nicolas, cardinal du titre de Sainte Marie Nouvelle, qui est insérée dans le Reg. Vat. 262. A la suite vient une liste de bulles *In e. m.* correspondant à celle du Reg. Vat. 246 et débutant de cette façon : « *Item similiter recepti fuerunt a Petro, tituli sancte Anastasie etc. mille floreni auri de Florencia ponderis, de quibus similem bullam et sub eadem data habuit. — Item etc.* »

811 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Audoini, episcopi Ostiensis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 verso. De curia. — Arch. Vat. Instrum. Miscell., *Caps.* 219, n° 6. Original.)

812 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Petri, episcopi Penestrini, de mille quingentis auri florenis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 verso. De curia.)

813 Avignon, 10 février 1364.

Simili modo executoribus ultimae voluntatis Hugonis, tituli sancti Laurentii in Damaso praesbyteri cardinalis, de decem millibus auri florenis. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 72 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. executoribus ultime voluntatis bone memorie Hugonis, tituli sancti Laurencii in Damaso presbyteri cardinalis.* Tenore presentium recognoscimus —. Dat. Avinione, IIII idus februarii, anno secundo. »

814 Avignon, 11 février 1364.

Stephano, abbati monasterii sancti Illidii Claromontensis, ut, ad Italiae partes se conferens, singulos apostolicae Sedis nuntios et collectores, ibidem existentes, visitet et de ipsorum gestis diligenter se informet. (Reg. 246, fol. 121 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 66 verso. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Illisii Claromontensis, apostolice Sedis nuncio, salutem etc.* De tuis fide sincera et circumspectionis industria gerentes in Domino fiduciam pleniorem, tibi per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, ad partes Italie te personaliter conferens, omnes et singulos apostolice Sedis nuncios ac collectores fructuum, proventuum et bonorum apostolice camere debitorum et súccollectores eorum auctoritate nostra visitare de ipsorumque gestis te studeas informare, ac de omnibus et singulis per eos nomine dicte camere receptis tibi facias reddi et assignari plenariam rationem, et illa, que de receptis hujusmodi restare inveneris apud eos, infra terminum seu terminos, de quo seu quibus tue circumspectioni videbitur, ad dictam cameram facias destinari, contradictores etc. Dat. Avinione, III idus februarii, anno secundo. »

(1) La copie du registre 262 est incomplètement datée : « *Dat. Avinione, III idus pontificatus etc.* »

815 Avignon, 12 février 1364.

Andruino cardinali legato, de pecunia quae Bernaboni de Vicecomitibus post restitutionem castrorum districtus Bononiensis et Lugi assignari debet. (Reg. 246, fol. 98 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n. 385.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Illam pecunie summam, que post restitutionem realem castrorum districtus civitatis nostre Bononiensis et eciam castri Lugi, Imolensis diocesis, per Bernabonem de Vicecomitibus detentorum, tibi factam plenarie, eidem Bernaboni debet per Romanam ecclesiam exhiberi, ad civitatem Januensem fecimus destinari et ibidem per dilectum filium Stephanum, abbatem monasterii sancti Illidii Claromontensis et quosdam alios custodiri, donec de ipsius receptione duxeris disponendum. Igitur, quando dicta castra plene receperis et eadem pecunia fuerit persolvenda, pro ipsa recipienda transmittas personas ydoneas, eamque ubi et quando tue circumspectioni videbitur facias assignari, exinde debitis recognitione et quitatione receptis, prout videris expedire. Dat. Avinione, II idus februarii, anno secundo. »

816 Avignon, 12 février 1364.

Johanni Mauberti, canonico Carnotensi, succollectori generali fructuum, proventuum et bonorum, apostolicae camerae in provincia Remensi debitorum, mandat ut Laurentio Spinelli, Laurentio Jacobi et Laurentio Fruosini, mercatoribus Florentinis, in partibus Flandriae et Brabantiae commorantibus ac ibidem factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florentia, XII millia florenorum auri per tres solutiones tradi faciat et assignari. (Reg. 246, fol. 123 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 67 verso. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Johanni Mauberto, canonico Carnotensi, succollectori generali fructuum, proventuum et bonorum apostolice camere in provincia Remensi debitorum.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, II idus februarii, anno secundo. »

(1) La copie du Reg. Vat. 262 est incomplètement datée : « *Dat. Avinione, II idus pontificatus nostri anno secundo.* »

817 Avignon, 12 février 1364.

Laurentio Spinelli, Laurentio Jacobi et Laurentio Fruosini, mercatoribus Florentinis praedictis, dicta duodecim millia florenorum auri a praefato Johanne Mauberti, canonico Carnotensi, dat potestatem recipiendi. (Reg. 262, fol. 68 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Laurencio Spineli et Laurencio Jacobi et Laurencio Fruosini, mercatoribus Florentinis, in partibus Brabancie et Flandrie commorantibus ac ibidem procuratoribus et factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florencia.* Per alias nostras —. Dat. ut supra. »

818 Avignon, 13 février 1364.

Guidonem, episcopum Portuensem et Ægidium, tituli sancti Martini in Montibus praesbyterum cardinalem, ad discordiam, quae inter Johannem Franciae et Carolum Navarrae reges, occasione ducatus Burgundiae, exorta est, terminandam, apostolicae Sedis nuntios deputat. (Reg. 246, fol. 124 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, ac dilecto, filio Egidio, tituli sancti Martini in Montibus presbytero cardinali, salutem etc.* Pacis vinculum inter cunctos Christi fideles, quorum cure divina dignatio nos prefecit, indissolubili unitate vigere paternis desideramus affectibus studioque solicito, prout nobis ex alto permittitur, procuramus; sed hoc nimirum inter illos studiosius procurare debemus, quos amor mutui sanguinis firmiori debet unitate connectere et benivolencia sinceriori conservare conjunctos, ex quorumque discordia majora provenire pericula formidantur. Sane, cum sicut accepimus, inter carissimos in Christos filios nostros Johannem Francie, et Carolum Navarre reges illustres, ejusdem regis Francie consanguinem ac generum, occasione ducatus Burgundie, quem uterque ipsorum ad se asserit pertinere, animorum discordia sit exorta, que, quod absit, posset multa discrimina parere, nisi ad debitam concordiam reducatur; nos, more patris benivoli inter omnes Christi fideles, presertim Christianissimos principes, et potissime reges eosdem, quos singulari dilectione prosequimur, pacem et amorem vigere plenis desideriis cupientes, vos, quos ex experiencia novimus zelatores esse pacis et ad eosdem reges habere singularis dilectionis affectum, ac fore eximie circumspectionis dono et scienciarum gratia insignitos, et de quorum fide sincerissima in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam pleniorem, ad presentiam dicti regis Navarre, cum quo et vobiscum debent convenire nuncii et procuratores prefati regis Francie ad tractandum, et, auctore Domino, faciendum super dicto ducatu concordiam inter reges eosdem, providimus destinandos. Quocirca vobis et utrique vestrum insolidum per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expedire videritis, vos personaliter conferentes, ac eisdem regi Navarre et nunciis innumera pericula animarum et corporum, rerumque dampna, vestre nota prudencie, que ex dissensione hujusmodi, si, quod absit, procederet, proculdubio resultarent, ex parte nostra diligenter exponentes, viis et modis quibus melius poteritis, juxta datam vobis a Deo prudenciam, inducere procuretis ut ad plenam concordiam utique Deo gratam, eisdem discordantibus ac eorum subditis plurimum oportunam, suos animos habilitent et inclinent, ipsamque faciant firmis roborationibus stabilitam, et si, ut optamus, partes ipse ad hujusmodi concordiam venerint et se sententie et compulsioni nostre seu vestre de ipsa concordia perpetuo conservanda se submiserint, vobis proferendi, auctoritate nostra, in eos si secus egerint, ac in valitores, complices et fautores eorum, excommunicationis et in terras eorum interdicti et alias sententias, et infligendi penas, ad quas se obligaverint, necnon et quavis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes, factas seu initas causa vel occasione hujusmodi discordie nutriende, cum quibuscumque personis seu universitatibus, etiam si juramentis vel penarum adjectionibus vel quibusvis firmitatibus aliis essent vallate, dissolvendi, irritandi, vacuandi et annulandi, ac faciendas nullas, irritas et vacuas decernendi, utpote contra bonum pacis in offensum dei presumptas seu presumendas ac penas et juramenta hujusmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi, non obstante si eis vel eorum aliquibus vel alicui seu ipsorum vel alicujus eorumdem regnis, civitatibus, opidis, castris, terris et locis seu comunibus, aut universitatibus eorumdem a Sede apostolica sit indultum sub quacumque forma vel conceptione verborum quod interdici, suspendi vel excomunicari aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi quavis auctoritate non possint et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, vobis plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Dat. Avinione, idus februarii, anno secundo. »

819 Avignon, 13 février 1364.

Pontium de Ulmo, cellerarium monasterii sancti Victoris

Massiliensis, ord. s. Ben., ad Romanam ecclesiam immediate spectantis, procuratorem suum generalem et vicarium in dicto monasterio constituit. (Reg. 246, fol. 126 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio de Ulmo, cellerario monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam immediate spectantis vicario et procuratori nostro in eodem monasterio.* Religionis zelus vite —. Dat. Avinione, idus (sic) februarii, anno secundo. »

820 Avignon, 13 février 1364.

Conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., mandat ut dicto Pontio de Ulmo, procuratori suo generali et vicario, pareant et intendant. (Reg. 246, fol. 127 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Religionis zelus vite —. Dat. ut supra. »

821 Avignon, 16 février 1364.

Carolo, Romanorum imperatori, de quodam gentis armigerae subsidio ab ipso ecclesiae Romanae oblato gratias agit. (Reg. 246, fol. 99 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 386.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto.* Imperialis providencie litteras —. Dat. Avinione, XV kalendas marcii, anno secundo. »

822 Avignon, 16 février 1364.

Officiali Magalonensi ut Andream de Claperiis, monachum sancti Victoris Massiliensis, prioremque Medullionis, qui prioratum suum, a praefato monasterio dependentem, indiscrete gubernat, ad claustrum sui monasterii infra decem dies reverti faciat. (Reg. 246, fol. 127 verso. De curia.)

« *Dilecto filio .. officiali Magalonensi.* Ad audienciam nostram —. Dat. Avinione, XV kal. marcii, anno secundo. »

823 Avignon, 20 février 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, de ejus reconciliatione cum ecclesia Romana congratulatur. (Reg. 246, fol. 101 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Ingenti gaudio sancta Romana letatur ecclesia de recuperatione sui dudum perditi filii, nuper ad ipsius gremium in devotionis spiritu revertentis, exemploque illius patris piissimi egreditur obviam filio redeunti, eumque brachiis fervide caritatis amplexans, cum ipso in sinceritatis et veritatis azimis epulatur. Hoc sane in te memorata facit ecclesia, que, sicut de tua deviatione affectu materne pietatis indoluit, sic in tua reconciliatione plenaria, de qua per litteras dilecti filii nostri Andruini, tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, et tuas hiis diebus redditi fuimus certiores, obtinens quod querebat, expectata leticia gratulatur, sperans in sponso suo Domino Jesu Christo, qui fecit ex persecutore apostolum et doctorem, quod tibi gratiam sue benedictionis infundet et in te suam gratiam per exercitium bonorum operum et obsequiorum, eidem per te tribuendorum ecclesie, habundare concedet ac ex hoste constituet defensorem. Inter alia siquidem, que de hujusmodi futuris operibus tuis et serviciis spem nobis probabilem repromictunt, illa sunt que te ordinasse ac mandasse erga ecclesias, monasteria, necnon personas et libertatem ecclesiasticas nobis prefate littere nuntiarunt, de quibus nunciatis gaudium singulare recepimus, tuamque devotionem, quam ille qui ubi vult spirat semper adaugeat, proinde multipliciter in Domino commendamus, ac hortamur actensius quod ordinationem et mandata hujusmodi, ob reverenciam Dei ac dicte Sedis et nostram, necnon pro tuorum expiratione peccaminum, efficaci facias executioni mandari et jugiter observari, sicque agens assidue, in nobis sicut in benivolo patre confidas ac teneas pro certo quod, tuorum salutis et honoris desiderantes augmentum, in hiis que secundum Deum pro te ac tuis poterimus libenter tuis votis curabimus complacere. Dat. Avinione, X kal. marcii, anno secundo. »

824 Avignon, 22 février 1364.

Galeatio de Vicecomitibus, in civitate Mediolanensi vicario imperiali, ut ab omni bello contra Johannam, Siciliae reginam, occasione terrarum quas ipse et regina praefata in partibus Pedemontium possident, velit de caetero abstinere. (Reg. 246, fol. 102 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.*

Quia olim inter carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Sicilie illustrem, ex una, et tuos predecessores ex altera parte, super terris, quas ipsa et tua nobilitas in partibus Pedemoncium possident, diutius discordia viguit et eciam guerra gravis, de qua discordia, licet guerra ipsa cessaverit, non fuit, prout sepe audivimus, concordia subsecuta; nos, qui pacis commoda inter cunctos Christi fideles vigere cupimus et continuatis successibus habundare, futuris periculis et jacturis, que ex dicta antiqua non sedata discordia inter te et gentes ejusdem regine, terras gubernantes easdem, suscitari posset, pro tempore oportunis obviare remediis cupientes, dilectum filium Roccham Salvam de Soleriis, priorem provincialem Provincie, ordinis fratrum Predicatorum, apostolice Sedis nuncium, latorem presentium, ad dicte regine ac tuam et dilecti filii nobilis viri .. senescalli Provincie presentiam et alios officiales regine prefate, terras ipsas pro eadem regina regentes, qui plenum ad hoc dicuntur habere mandatum, ad tractandum hinc inde firmam concordiam, ex qua tota illa patria firmius conquiescat, certa sibi per nos super dicta validanda concordia potestate tradita, providimus destinandum. Quocirca nobilitatem eandem rogamus et hortamur attente quatinus, tue ac dictarum parcium tranquillitati et securitati proinde consulens, dictum nuncium, pro reverencia apostolice Sedis et nostra, super hiis, que tibi ex parte nostra de concordia prefata retulerit, benigne audias ac exaudias cum effectu. Dat. Avinione, VIII kal. marcii, anno secundo. »

825 Avignon, 25 février 1364.

Ludovico, regi Hungariae, de subsidio ab ipso oblato gentium armorum ad servitia Ecclesiae per annum moraturarum, gratias agit. (Reg. 246, fol. 103 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 93.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* O princeps devotissime ac preclarissime fili ecclesie sancte Dei, qui, ardore pietatis ignitus, vehementer matri compateris indigenti, qui celestis regis obsequiis devote militare desideras et ejus sponsam a malignorum incursibus defendere. Tu es vere gratitudinis filius, qui datam tibi a Deo potentiam in humilitatis spiritu recognoscis, dum eam in suis beneplacitis nunc contra Christianos iniquos hostes Ecclesie, nunc contra schismaticos et heretica feditate respersos, nunc contra infideles et ethnicos satagis exercere. Tu vere rex et princeps christianissimus, qui non vacas vitiosis delitiis sed jugiter laboras pro tui nomine Redemptoris, terrenum regnum in celeste cupiens laudando commercio commutare. Tua siquidem oblatio predicta magnifica, seculis inaudita modernis, mentem nostram consolationis plenitudine recreavit, et, licet ipsius effectu non indigeamus ad presens, quia hostes olim Ecclesie sunt ad gratiam reconciliationis admissi, oblationem tamen ipsam multipliciter habentes acceptam, eam in necessitatibus ejusdem Ecclesie, que pro tempore possent occurrere, pro thesauro pretiosissimo retinemus et proinde regie liberalitati copiosas gratiarum referimus actiones, rogantes Deum quod in salute et prosperitate votiva multiplicet dies tuos. Dat. Avinione, V kal. martii, anno secundo. »

826 Avignon, 28 février 1364.

Cum Bernabos de Vicecomitibus castra quae in territorio Bononiensi detinebat Ecclesiae restituerit, cardinali Andruino pontifex de hoc congratulatur; de translatione autem episcopi Brixiensis, praefati Bernabonis votis, quam cito poterit satisfaciet. (Reg. 246, fol. 107 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Litteras tuas nuper gaudenter recepimus in quibus nobis notificasti liberam et cum effectu resignationem castrorum, que dilectus filius nobilis vir Bernabos de Vicecomitibus, miles Mediolanensis, in Bononiensi territorio detinebat, et alia mandata sua que fecerat circa ecclesiasticam libertatem, et ultimo quod ipse gerebat in votis de ecclesia Brixiensi, et de hiis eciam idem Bernabos nobis scripsit, adiciens quod tue circumspectioni vel alteri provisionem et collationem dignitatum, in terris suis vacantium et vacaturarum pro tempore, ut de ipsis amicis suis sibi fidis, ex quibus sibi non posset periculum evenire, provideas, committere dignaremur. Nos igitur de premissis restitutione ac mandatis in Domino consolati, hortamur circumspectionem eandem quatenus dictum Bernabonem, ut de hujusmodi mandatis suis purus et optatus sequatur effectus, secundum prudenciam tibi datam a Domino, studeas jugiter exhortari, et quid sequetur pro tempore nobis, ad nostram et fratrum nostrorum consolationem, sepius rescribere non postponas. Translationem autem episcopi Brixiensis, cum casus oportunitatis occurrerit, proponimus facere et dilectum filium Philiberium de Bocaciis, archidiaconum Brixiensem, si ydoneus fuerit, in hoc vel alia re sibi congrua, libenter habebimus commendatum; petitam autem commissionem tibi vel alteri non intendimus generaliter facere,

non quod de tua circumspectione in hiis et aliis majoribus non confidamus plenarie, sed, sicut nosti, hoc est penitus insuetum, et de ecclesiis cathedralibus et monasteriis, ad que dicti Bernabonis intentionem putamus extendi, [illa] consueverunt per consistorium expediri, sed nos bonas et sufficientes personas, Deum timentes ac ecclesiis et monasteriis utiles, cum absque qualibet impressione fuerint nominate seu postulate, et ad presenciam nostram accesserint, ut est moris, ut plurimum libenter curabimus promovere et dicti Bernabonis, erga nos et Romanam ecclesiam ac ecclesiasticam libertatem pure ac recte agentis, honestis votis, quantum cum Deo poterimus, satisfacere juxta posse ; nos enim dicto Bernaboni rescribimus in forma presentibus interclusa. Dat. Avinione, III kal. marcii, anno secundo. »

827 Avignon, 28 février 1364.

Cardinali Andruino ut pro pace inter Johannam, Siciliae reginam, et Galeatium de Vicecomitibus reformanda, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 107 verso.)

« *Eidem.* Gerentes in votis quod inter cunctos Christi fideles vigeat bonum pacis, sicut de concordia nuper inter dilectos filios nobiles viros Johannem, marchionem Montisferrati, et Galeaz de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, prout audivimus, tuo ad hoc accedente ministerio, reformata, letamur ab intimis, sic de guerra que inter dictum Galeaz et terras carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, constitutas in comitatu suo Pedemoncium exoriri timetur, merito doleremus; nosti enim quod dicta regina est specialis nostra et Romane ecclesie filia et vassalla et quod ejus status, quietus et inquietus non mediocriter contingit nos et ecclesiam prelibatam. Quare circumspectionem tuam rogamus et hortamur attente quatenus, ut eodem tuo ministerio, gratia divina suffulto, de omnibus Lombardie partibus bellicosa commotio sit sublata dictaque regina non agitetur novis guerrarum turbinibus, pro concordia inter eosdem Galeaz et terras seu earum gerentes regimen, super antiqua ipsorum discordia reformanda, vel saltem quod per dictum Galeaz nulla novitas fiat terris eisdem, tue solicitudinis studium efficaciter interponas, super quibus tibi lacius et oretenus exponendis dilectum filium Rocchamsalvam de Soleriis, priorem provincialem Provincie, ordinis fratrum Predicatorum, latorem presentium, ad tuam presentiam duximus destinandum, cui super hiis, que de premissis tibi ex parte nostra exposuerit, adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, kalendis marcii, anno secundo. »

828 Avignon, 28 février 1364.

In e. m. Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, « mutatis mutandis, et post verbum *Galeaz* addatur *fratrem tuum.* » (Reg. 246, fol. 107 verso.)

829 Avignon, 28 février 1364.

Universitatem castri Cunii, Astensis dioecesis, hortatur ut in devotione sua erga Johannam, Siciliae reginam, fideliter persistant. (Reg. 246, fol. 108 verso.)

« *Dilectis filiis universitati castri Cunii, Astensis diocesis, salutem etc.* Quamvis de vestra fidelitate constanti comprobata laudabiliter hactenus minime dubitemus, quia tamen dies mali sunt et adversis contingentibus quorumdam animi perturbantur ac etiam paterna confortatio solet ad virtutem fidelium suorum adicere et virtus laudata debet suscipere incrementum, universitatem vestram, de sinceritate fidei et virili constancia erga obedienciam et devocionem carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, domine vestre et domus sue multipliciter in Domino commendantes, vos paterna caritate hortamur et rogamus attente quatinus in hujusmodi vestris fidelitate ac obediencia et devotione promptis et constantibus animis persistatis, exinde vere fidelitatis preconium et pleniorem libertatem et quietem pro tempore necnon nostros et apostolice Sedis ac dicte regine favores et benivolenciam uberius habituri. Dat. Avinione, III kal. marcii, anno secundo. »

830 Avignon, 28 février 1364.

In e. m. universitati castri Montisvici, Astensis dioecesis. (Reg. 246, fol. 108 verso.)

831 Avignon, 28 février 1364.

In e. m. universitati castri Carasci, Albensis dioecesis. (Reg. 246, fol. 108 verso.)

832 Avignon, 5 mars 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, de gratiis et favoribus quos pupillis de Auseria, consanguineis papae, fecit, gratiarum refert actiones. (Reg. 246, fol. 131 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, salutem etc.* Letanter nuper audivimus gratias et favores quos nobilibus .. pupillis de Auseria, consangui-

neis nostris, consideratione nostra ex tue nobilitatis liberalitate fecisti, quod multipliciter habentes acceptum, exinde tibi referimus multas grates, nobilitatem rogantes eandem quatinus, sicut premissa liberaliter incepisti, sic favores hujusmodi pro tempore prosequaris, ex hoc a Deo premium et nostram benivolenciam uberius percepturus. Dat. Avinione, III nonas marcii, anno secundo. »

833 Avignon, 5 mars 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, Raymundum de Sancta Gemma, notarium suum, apostolicae Sedis nuntium, ad ejus praesentiam destinatum, commendat. (Reg. 246, fol. 131 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Nobilitatis tue litteras, quas hiis diebus per dilectum filium Dominicum de Lucaro, hostiarium nostrum, tua nobis filialis devotio destinavit, solita benignitate recepimus et perlegimus leta mente; et quia in litteris continebatur eisdem quod tibi rationabile videbatur id quod feceras de receptione juramenti fidelitatis a prelatis et personis ecclesiasticis tui principatus, de cujus juramenti tanquam minus debiti et contra canonicas sanctiones prestiti remissione, cassatione et annullatione paternas exhortationes tue nobilitati per nostras litteras miseramus, nos ad ostendendum ac declarandum plenarie oraculo vive vocis tibi tuisque consiliariis quid in hac parte sit juris et quid eandem nobilitatem secundum Dei placitum ac tuum honorem deceat observare, dilectum filium magistrum Raymundum de Sancta Gemma, notarium nostrum, apostolice Sedis nuncium, latorem presentium, virum dono sciencie decoratum, prudencia preditum et experiencia doctum, multiplicique probitate ac consilii maturitate pollentem, ad tuam presentiam providimus destinandum, cui super hiis que tibi ex parte nostra narraverit velis fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, III nonas marcii, anno secundo. »

834 Avignon, 5 mars 1364.

Guillelmo Amarinti, ecclesiae de Brossa, Ruthenensis dioecesis, priori, apostolicae Sedis nuntio ac fructuum, proventuum et bonorum apostolicae camerae debitorum collectori, dat potestatem procedendi contra omnes clericos personasque ecclesiasticas qui, pro fructibus et proventibus suorum beneficiorum pecunias dictae camerae debitas solvere recusantes, de suis civitatibus et dioecesibus recedunt et in alias partes se personaliter transferunt (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. dilecto filio Guillermo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, III nonas marcii, pontificatus nostri anno secundo. »

835 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Petro Beumondi, canonico ecclesiae Sancti Martini Turonensis, apostolicae Sedis nuntio et collectori fructuum, reddituum, proventuum et bonorum apostolicae camerae in provincia Turonensi debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

836 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio et collectori fructuum, reddituum et proventuum apostolicae camerae in Senonensi et Rothomagensi provinciis debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso et fol. 84 recto. De curia.)

837 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Petro Gervasii, canonico Aniciensi, apostolicae Sedis nuntio et collectori fructuum, redditum et proventuum etc. in Claromontensi, Aniciensi, Mimatensi et Sancti Floricivitatibus et dioecesibus apostolicae camerae debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

838 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Fulconi Pererii, ecclesiae Valentinensis praeposito et collectori fructuum, redditum et proventuum in Terraconensi et Caesaraugustana civitatibus et dioecesibus apostolicae camerae debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

839 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Santio Vaquerii, sacristae ecclesiae de Regula, Vasatensis dioecesis, collectori fructuum, reddituum et proventuum, in provincia Auxitana apostolicae camerae debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

840 Avignon, 5 mars 1364.

In e. m. Audiberto de Gorsis, canonico Bituricensi, bacallario in decretis, collectori fructuum, reddituum et proven-

tuum, in Bituricensi et Lemovicensi civitatibus et dioecesibus apostolicae camerae debitorum. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

841 Avignon, 7 mars 1364.

Johanni Chandos, militi, ut Raymundo de Sancta Gemma, in curia apostolica notario et apostolicae Sedis nuntio, ad Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, de quibusdam negotiis ipsius principis honorem tangentibus, destinato, favoribus suis assistat fidemque plenam adhibeat. (Reg. 246, fol. 131 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Chandos, militi.* Dilectum filium Raymundum —. Dat. Avinione, nonis marcii, anno secundo. »

842 Avignon, 7 mars 1364.

In e. m. Jacobo de Andeleya militi. (Reg. 246, fol. 131 verso.)

843 Avignon, 7 mars 1364.

In e. m. Johanni de Stretelee, decano Lincolniensis ecclesiae, « *sed ubi dicitur nobilitatem dicatur discretionem.* » (Reg. 246, fol. 131 verso.)

844 Avignon, 7 mars 1364.

In e. m. Philippo de Codeford, legum doctori. (Reg. 246, fol. 131 verso.)

845 Avignon, 7 mars 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut castrum de Romanayo, ad ecclesiam Matisconensem pertinens, quod a gentibus societatum recuperavit, Philippo, episcopo Matisconensi, faciat restitui. (Reg. 246, fol. 132 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 110, n° XXVIII.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudië, salutem etc.* Pro parte venerabilis fratris nostri Philippi, episcopi Matisconensis, nobis fuit expositum quod gentes quarumdam comitivarum seu societatum castrum de Romanayo, Matisconensis diocesis, ad ecclesiam Matisconensem pertinens, occuparunt, quod postmodum tua nobilitas, pro salute et securitate patrie circumstantis, recuperavit a gentibus memoratis. Quare nobilitatem eandem rogamus attente quatinus, ob reverenciam Dei ac apostolice Sedis et nostram, cum dicto episcopo super restitutione dicti castri te reddas benignum ac etiam gratiosum, exinde a Deo premium et laudis humane preconium indubie recepturus. Dat. Avinione, nonis marcii, anno secundo. »

846 Avignon, 7 mars 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus de pace inter ipsum et Ecclesiam conclusa scribit, ipsum hortans ut in opere incoepto jugiter perseveret, ejusdem Ecclesiae colligatis a via pacis nondum discessuris. (Reg. 246, fol. 132 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, salutem etc.* Recepimus nuper tue nobilitatis litteras, cum duabus cedulis interclusis, in quibus lete perlegimus quod tu de dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, contentus existens, ea que ad firmitatem pacis, per te nuper facte cum sancta Romana ecclesia et dilectis filiis nobilibus viris colligatis ejusdem, niteris adimplere, de quibus tuum propositum et factum etiam multipliciter in Domino commendamus, nobilitatem eandem paternis monentes affectibus ut in tuis laudabilibus ceptis jugiter perseveres; credimus siquidem quod iidem colligati a via pacis et racionis tramite non discedent, quodque idem legatus cum dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, fratre tuo, et colligatis eisdem sua solita circonspectione pregrandi et fide sincera perficiet quod laudabiliter inchoavit et quod, Dei gratia suffragante, legati predicti operante industria, omnis recidivationis et turbationis tolletur materia et ea que ad pacem sunt stabilitate perpetua firmabuntur. Dat. Avinione, nonis marcii, anno secundo. »

847 Avignon, 7 mars 1364.

Praelatos, nobiles et universitates comitatuum Provinciae et Forcalquerii hortatur ad colligationem quam contra gentes comitivarum fecerunt servandam, suasque libertatem et prosperitatem viriliter defendendas. (Reg. 246, fol. 132 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 110, n° XXVII.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis aliisque ecclesiarum et monasteriorum prelatis necnon dilectis filiis nobilibus et universitatibus civitatum, castrorum et villarum comitatuum Provincie et Forcalquerii et partium eis adjacencium, salutem etc.* Sicut ad vestram noticiam non ambigimus pervenisse, nonnulli ecclesia-

rum prelati, temporalia dominia pro suis ecclesiis obtinentes, ac dilecti filii nobiles viri .. Sabaudie et .. Valentinensis comites, necnon senescallus Provincie et Forcalquerii ac .. gubernator Dalfinatus Viennensis ac rector comitatus nostri Venaysini, volentes contra formidabilem hostilitatem quarundam gencium perversarum, que comitive seu compagne vocantur, comminancium invadere istas partes et presertim Provincie et Forcalquerii comitatus, provide obviare, certam invicem colligationem fecerunt, ut funiculus duplex, immo multiplex, non faciliter possit rumpi, certam sibi ipsis gencium armigerarum talliam imponentes. Quocirca, cum nuper a fidedignis receperimus nova quod dicte comitive se preparant de proximo dictos comitatus, in quibus consistitis, invadere forti manu, et propterea opus sit viriliter ac potenter et solicite defensioni vestre et comitatuum predictorum [providere], universitatem vestram rogamus et hortamur attente quatenus ea que pro dicta colligatione, pro parte dictorum comitatuum Provincie et Forcalquerii sunt promissa, tanquam utilia et necessaria, plurimum prompte ac celeriter executioni mandetis, ac vos et dictos comitatus ad honorem et statum carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, vestramque libertatem et prosperitatem viriliter defendatis. Dat. Avinione, nonis marcii, anno secundo. »

848 Avignon, 8 mars 1364.

Officiali Burdegalensi mandat ut ad examinationem Amenevi, clerici Burdegalensis dioecesis, nondum in quarto decimo anno aetatis suae vigentis, de canonicatu et praebenda ecclesiae Lincolniensis obtinendis, procedat et dicti negotii relationem per suas litteras infra certi temporis spatium apostolicae Sedi transmittat. (Reg. 261, fol. 84 verso, n° XI. De curia.)

« *Dilecto filio .. officiali Burdegalensi.* Olim canonicatu et —. Dat. Avinione, VIII idus marcii, anno secundo. »

849 Avignon, 11 mars 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in recuperatione bonorum Fortanerii, quondam ecclesiae Ravennatensis administratoris defuncti, assistat. (Reg. 246, fol. 134 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Compatientes ecclesie Ravennatis de magnis debitorum oneribus, in quibus est nobis et collegio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium obligata, optamus ut ipsa ecclesia Ravennas ab hujusmodi oneribus liberetur. Quare fraternitatem tuam, cui super recuperatione bonorum bo. me. Fortanerii, dicte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, quondam administratoris ejusdem ecclesie Ravennatis, certam olim fecimus commissionem, rogamus et hortamur attente quatinus, in recuperatione dictorum et aliorum ejusdem ecclesie Ravennatis jurium et bonorum, venerabili fratri nostro Petrocino, archiepiscopo Ravennati, tuis efficaciter assistas auxiliis, consiliis et favoribus oportunis. Et, quia venerabilis frater noster Aymericus, episcopus Bononiensis, in partibus Italie thesaurarius generalis noster, executionem dicte commissionis inceperat, prout audivimus, impedire, sibi per alias nostras litteras precipiendo mandamus quod de bonis eisdem, presertim cum in exterminationem hujusmodi debitorum venire debeant, se nullatenus intromittat. Dat. Avinione, V idus marcii, anno secundo. »

850 Avignon, 11 mars 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 134 verso.)

851 Avignon, 13 mars 1364.

Cardinali Andruino de conclusione pacis inter Ecclesiam ejusque colligatos et Bernabonem de Vicecomitibus, de ratificatione ejusdem pacis a Galeatio de Vicecomitibus et de guerra quae inter praefatos Bernabonem et Galeatium ex una parte et Januenses seu marchiones de Carreto, ex altera, moveri dicitur, instructiones suas mittit. (Reg. 246, fol. 135 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Diebus nuper elapsis quasdam litteras dilecti filii nobilis viri Bernabonis de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, recepimus cum intercluso tenore cujusdam littere, tibi die XVIII februarii destinate per eum, in qua, prout nosti, pungit non modicum dilectos filios .. cum sancta Romana ecclesia colligatos, asserens nichilominus se contentum pacem libenter habiturum cum colligatis eisdem, nisi remaneat per eosdem, et quia, si quod Deus avertat, pax ipsa non sequatur effectualiter, sicut nostra exinde provenirent mala quamplurima et ejusdem ecclesie, que pace fruens colligatos ipsos in guerra dimicteret, nimis derogaretur honori, et derogatio hujusmodi multa dispendia pro tempore secum ferret, licet de tua circumspecta solicitudine mens nostra non hesitet, tamen ex habundanti te solicitum reddimus et hortamur quod de-

tractationibus, hinc inde per eosdem Bernabonem et colligatos factis et faciendis, quod absit, imposterum non prebens auditum, pro posse studeas eos ad pacem solidam revocare et utrosque in devotione ac benivolencia per eos perpetuo ad ipsam habendis ecclesiam conservare. Ceterum, quia de guerra movenda per dictum Bernabonem et dilectum filium nobilem virum Galeaz, fratrem ejus, circa partes Riparie Januensis, vel contra Januenses, vel contra marchiones de Carreto, seu alios, aliquid audivimus susurrari, nos, hujusmodi et aliis malis obviare, prout possumus, cupientes, discretionem tuam similiter exhortamur ut de hiis et aliis similibus, que orirentur pro tempore, solerter inquirens, eis studeas remediis quibus poteris obviare. Vidimus insuper copiam lictere dicti Galeaz tibi misse, in qua se excusabat de ratificatione pacis facienda per ipsum, pro eo quod in guerra non fuerat et ne per hoc in ipsa fuisse particeps videretur. Igitur, cum dicta ratificatio oportuna sit admodum pro pacis predicte perpetua firmitate, pro ipsa ratificatione instare non desinat tua diligencia consueta, et, si dictus Galeaz nolit ratificare totam pacem eandem, ratificet factum civitatis Bononiensis et renunciet omni juri quod super vicariatu dicte civitatis posset pretendere quoquomodo, nosque sibi dabimus litteras oportunas quod per hoc non intelligatur fuisse in guerra Bernabonis ejusdem contra prefatam ecclesiam et ratione dicte guerre sentencias aliquas incurrisse. Dat. Avinione, III idus marcii, anno secundo. »

852 Avignon, 13 mars 1364.

Publicatio processus contra Petrum, regem Aragonum, habiti propter censum ecclesiae Romanae non solutum ratione regni Sardiniae et Corsicae, quod ab eadem Ecclesia tenet in feudum. (Reg. 246, fol. 381 recto. De curia. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 103.) (1).

« *Ad futuram rei memoriam.* Olim cum in —. Datum et actum Avinione, in palatio apostolico, III idus martii, anno secundo. »

853 Avignon, 15 mars 1364.

Johanni, electo Tullensi, ut, nonobstante commissione facta Johanni, episcopo Hildesemensi, apostolicae Sedis in nonnullis Alamanniae provinciis nuntio generali, officium collectoriae in Metensi, Tullensi et Virdunensi civitatibus et dioecesibus exerceat. (Reg. 246, fol. 140 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 82 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Tullensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum nuper per —. Dat. Avinione, idus marcii, anno secundo. »

854 Avignon, 17 mars 1364.

Johanni, regi Franciae, notificat se Roberto de Loriaco, militi, quaedam honorem et statum regni Franciae tangentia commisisse, ipsumque hortatur ad fidem dicto militi adhibendam. (Reg. 246, fol. 137 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 36, note 2.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* De fide ac prudencia dilecti filii nobilis viri Roberti de Loriaco, militis, latoris presentium, gerentes in Domino fiduciam pleniorem, quedam tangencia honorem et statum tuum tuorumque natorum et regni, eidem Roberto commisimus, per eum ex parte nostra tue celsitudini oretenus exponenda, cui super hiis excellencia regia velit fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, XVI kal. aprilis, anno secundo. »

855 Avignon, 17 mars 1364.

Carolo, duci Normanniae, scribit de eodem, ut praefato militi fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 137 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie.* De fide ac —. Dat. ut supra. »

856 Avignon, 17 mars 1364.

In e. m. Philippo, duci Turonensi. (Reg. 246, fol. 137 recto.)

857 Avignon, 19 mars 1364.

Johanni, regi Franciae, de subsidio pecuniario quod ipse, pro gentibus armorum contra pravas societates tenendis, a clero regni Franciae exigendi licentiam Sedi apostolicae petiit. (Reg. 246, fol. 137 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 111, n° XXIX.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illus-*

(1) A la suite de cette lettre, Rainaldi a publié l'acte de soumission de Pierre, roi d'Aragon, par lequel il reconnaît devoir à l'Eglise Romaine le cens susdit et s'engage à le payer annuellement. Cet acte est daté de Saragosse, le 15 août 1364, l'an 29 du règne dudit Pierre. (Rainaldi, *Ibid.*, p. 104.)

tri, salutem etc. Quamvis, fili carissime, regnum tuum, de quo originem sumpsimus et in quo pro majori parte peregimus dies nostros, habeamus in nostre caritatis visceribus radicatum, illiusque tranquillitatem et prosperitatem omnimodam plenis desideriis affectantes, pro regni tuitione prefati parati simus, prout cum Deo et honore nostro possimus, favorem apostolicam impertiri, tamen quia, ut tua novit serenitas, decimam sexannalem ecclesiasticorum proventuum dicti regni exhibendam tibi in subsidium passagii Terre Sancte concessimus et super hoc expedite sunt apostolice littere ac tuis nunciis et procuratoribus assignate, non videmus quod clero dicti regni licenciam dandi tibi subsidium, pro gentibus armorum tenendis contra comitivas perversarum gentium prefatum regnum infestantium, pendente solutione dicte decime, honeste concedere valeamus. Quare si, ut credimus, ad transfretandum sit regia magnitudo disposita, et velis quod ad exactionem dicte decime procedatur, moleste non feras si hujusmodi licenciam minime impertimur, cum eidem clero redderetur impossibile hujusmodi duo onera simul ferre. Si autem magis optes predictum habere subsidium, jam licenciam prefatam concessimus et litteras fieri super ea mandavimus; sed cum condicione quod ab exactione dicte decime cessetur omnino et hujusmodi sexanium, quo dicta debebit decima exigi, imposterum extendatur. Dat. Avinione, XIIII kal aprilis, anno secundo. »

858 Avignon, 19 mars 1364.

Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani mandat ut, cum praeceptoria de Podiomussone, Regensis dioecesis, per obitum Bertrandi quondam de Sancto Maximo, ultimi praeceptoris ejusdem, vacans fuerit, dicti beneficii provisionem Petro Planterii a Johanne de Eredia, sancti Ægidii, dicti ordinis, priore, factam, confirmare curent. (Reg. 246, fol. 156 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Dudum vacante preceptoria —. Dat. Avinione, XIIII kal. aprilis, anno secundo (1). »

859 Avignon, 25 mars 1364.

Johannae, reginae Siciliae, ut Rainaldo Porcelletti, domicello, domino de Senatio in comitatu Provinciae, qui gentibus primae comitivae dictum comitatum invadentis se immiscuit, suisque bonis privatus est, nunc poenitenti gratiosam se proebeat et Ermesenditi de Gorsia, viduae, ejus matri, dotem quam in bonis confiscatis asserit se habere, plene restitui non differat. (Reg. 246, fol. 137 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Etsi cunctis Christi —. Dat. Avinione, VIII kal. aprilis, anno secundo. »

860 Avignon, 25 mars 1364.

Edwardo, Angliae regi, ut comiti Dalphino Alverniae, obsidi suo, cui licentiam ad partes suas veniendi concessit, prorogationem temporis ipsi necessariam pro suis disponendis negotiis largietur. (Reg. 246, fol. 138 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Regie liberalitatis gratia, quam dilecto filio nobili viro .. comiti Dalfino Alvernie, obsidi tuo, quem sincere diligimus, de veniendo ad partes suas et in eis morando et termino sibi prorogato nostri contemplatione concessit, nobis prestat materiam pro ejusdem gratie extensione, quam idem comes Dalfinus asserit sibi oportunam fore quamplurimum, preces apostolicas iterandi. Quare serenitatem tuam confidencia consueta rogamus quatinus eidem comiti Dalfino congruum tempus sibi necessarium pro suis negotiis disponendis consueta tue celsitudinis liberalitate concedas, manentibus tamen seu de novo concessis ad hoc securitatibus oportunis. Dat. Avinione, VIII kal. aprilis, anno secundo.

861 Avignon, 27 mars 1364.

Petro Johannis, canonico et mistrali monasterii sancti Antonii Viennensis, ord. s. Aug., ut a Johanne, episcopo Hildesemensi, in certis Alamanniae partibus apostolicae Sedis nuntio, omnes pecuniarum summas, quas eidem camerae debet, recipiat. (Reg. 246, fol. 143 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 80 recto. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Petro Johannis, canonico et mistrali monasterii sancti Antonii, ordinis sancti Augustini, Viennensis*

(1) Cette lettre est transcrite parmi les secrètes du mois d'avril, entre une lettre datée du XII et une autre lettre datée du XIII des kalendes de mai, an II du pontificat.

(1) Dans le Reg. Vat. 262, cette lettre est suivie de la mention : « *Item similis et sub eadem data ad recipiendum a Petro Begonis, cancellario Wratislaviensi, in certis partibus Alamanie apostolice Sedis nuncio. — Item similis et sub eadem data ad recipiendum a venerabili fratre nostro Johanne, episcopo Hildesemensi, in certis partibus Alamanie apostolice Sedis nuncio.* »

diocesis. De tua fidelitate —. Dat. Avinione, VI kal. aprilis, anno secundo. »

862 Avignon, 27 mars 1364.

Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio et Johanni Mauberti, canonico Carnotensi, fructuum et jurium quorumcumque in provincia Remensi camerae apostolicae debitorum succollectoribus mandat ut Bernardo Rosselli, mercatori de Villa Francha, Ruthenensis dioecesis, socio, factori et procuratori Raymundi Garrigiae, mercatoris de dicta Villa Francha, duo millia florenorum auri, eisdem Bernardo et Raymundo ab apostolica camera debita, assignent. (Reg. 262, fol. 83 recto. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilectis filiis Bernardo Cariti canonico Parisiensis, apostolice Sedis nuncio et Johanni Mauberti, canonico Carnotensis ecclesiarum, succolectoribus fructuum et jurium quorumcumque in provincia Remensi camere nostre debitorum*. Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, VI kal. aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

863 Avignon, 27 mars 1364.

Raymundo Garrigiae et Bernardo Rosselli, sociis mercatoribus de Villa Francha, Ruthenensis dioecesis, praedicta duo millia florenorum auri a Bernardo Cariti et Johanne Mauberti, apostolicae camerae succollectoribus, recipiendi facultatem concedit. (Reg. 262, fol. 83 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilectis filiis Raymundo Garrigie et Bernardo Rosselli, sociis mercatoribus de Villa Francha, Ruthenensis diocesis*. Per alias nostras. — Dat. Avinione, VI kal. aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

864 Avignon, 28 mars 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, ut Johannem, abbatem monasterii Anianae, occasione castri Aspirani, Biterrensis dioecesis, desistat molestare. (Reg. 246, fol. 137 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii, salutem etc.* Dilecti filii Johannis, abbatis monasterii Aniane, ordinis sancti Benedicti, Magalonensis diocesis, conquestione didicimus quod, pro eo quod communitas castri Aspirani, Biterrensis diocesis, ad dictum monasterium pertinentis, regi Francie qui fuit pro tempore quinquaginta solidos turonensium solvere tenebatur, tu, cui carissimus in Christo filius noster Johannes, rex Francie illustris, in illis partibus comitatum Pedenacii concessit, dictosque quinquaginta solidos inter alios tibi datos per eum redditus assignavit, asserens quod in dicto castro habes resortum, ab ipso abbate petis tibi fidelitatis juramentum prestari et homagium per eum fieri, licet ad hoc minime teneatur, et quod sui predecessores prefato regi pro dicto castro nunquam fecerunt homagium nec juramentum aliquod prestiterunt, et, quia illud tibi prestare renuit, tu merum et mixtum imperium ad eundem abbatem in dicto castro pertinens occupasti, ibidem quosdam tuos regentem et servientes ponendo de facto, et quod idem regens blada, vina et alia bona ejusdem abbatis seu dicti monasterii, etiam decimalia ad manum tuam ponere attemptavit, per hec dictos abbatem et monasterium eodem castro ac aliis eorum bonis et juribus indebite spoliando; asseruit etiam dictus abbas quod tue nobilitati obtulit super hiis stare consilio sapientis, sed tu ad hoc minime consentire voluisti; super quibus idem abbas nostri consilii et auxilii remedium postulavit; nos igitur advertentes quod, si premissa veritate nitantur, cedunt in anime tue dictique monasterii notabile detrimentum, et quod per judicium ecclesiasticum propter spoliationem hujusmodi posset et debetur in hac parte remedium adhiberi, nobilitatem eandem rogamus et hortamur attente quatenus dicta jurisdictionem seu merum imperium et bona dicti monasterii, per te seu nomine tuo, ut premittitur, occupata, ob reverenciam Dei et apostolice Sedis et nostram tuique conservationêm honoris, libere relaxare ac restituero non omittas, principiumque tui regiminis in comitatu predicto in justicia et equitate fundans ac laudabili prosecutione stabiliens, predictum et alia monasteria et ecclesias, ecclesiasticasque personas divino intuitu non solum non graves sed reverenter habeas tuis favoribus commendata; gratumque habebimus quod de tua bona intentione ac emendatione super hiis per tuas litteras letifices mentem nostram. Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno secundo. »

865 Avignon, 28 mars 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, de litteris ejus, Sedi apostolicae per Guillelmum Husee transmissis et responsione eis facta viva voce. (Reg. 246, fol. 139 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Nobilitatis tue litteras per dilectum filium Guillelmum Husee, ordinis fratrum Predicatorum, in sacra theologia magistrum, transmissas ac eundem Guillelmum benignitas paterna solita hylaritate recepit, eosque tanto letancius audivimus quanto de quorumlibet

Christi fidelium culpa dolemus amarius, et innocencia quam semper appetimus gratulamur, ipsum igitur Guillelmum, virum fidelem et providum, qui commissam per te sibi excusationem fideliter, prudenter ac eloquenter exposuit, de nostra contentatione ac responsione informatum, plenarie ad tuam presentiam duximus remictendum, cui super hiis adhibeas plenam fidem in nobis sicut in patre benivolo et benigno, confidens quod te et tuos, in hiis que secundum Deum poterimus, habebimus apostolicis favoribus commendatos. Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno secundo. »

866 Avignon, 28 mars 1364.

Fulconi Pererii, praeposito Valentinensi, apostolicae Sedis nuntio ac collectori fructuum et proventuum in Terraconensi et Caesaraugustana provinciis apostolicae camerae debitorum, officiali Pampilonensi et Jordano de Haya, rectori parrochialis ecclesiae sanctorum Audoeni et Bartholomei de Pinu, Sagiensis dioecesis, mandat ut contra Garsiam de Elçart, rectorem ecclesiae parrochialis de Orquenen, Pampilonensis dioecesis, Caroli, regis Navarrae, thesaurarium, aliosque bonorum Michaelis, episcopi Pampilonensis, camerae apostolicae reservatorum, detentores procedant. (Reg. 246, fol. 143 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 91 recto.)

« *Dilectis filiis Fulconi Pererii, preposito ecclesie Valentinensis, apostolice Sedis nuncio ac collectori fructuum et proventuum in Terraconensi et Cesaraugustana provinciis apostolice camere debitorum et officiali Pampilonensi ac Jordano de Haya, rectori parrochialis ecclesie sanctorum Audoeni et Bartholomei de Pinu, Sagiensis diocesis.* Exigit quorumdam presumptorum —. Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno secundo. »

867 Avignon, 31 mars 1364.

Universitati civitatis Massiliensis de oblatione ab ipsa sibi facta gentium armigerarum, quae ecclesiam Romanam a societatibus tuerentur, gratias agit ipsisque civibus Philippum, patriarcham Jerosolimitanum, comitatus Venaissini rectorem, commendat, ut ei de balistariis fidelibus et expertis, si ipsos requireret, provideant. (Reg. 246, fol. 139 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 111, n° XXX.)

« *Dilectis filiis universitati civitatis Massiliensis, salutem etc.* Dilecti filii nobilis viri Fulconis de Agouto, militis, senescalli Provincie, relacione didicimus jocundanter vestram oblationem, quam pro nostra et terrarum ecclesie Romane defensione, si casus necessitatis occurreret, liberalitas vestra fecit, et, licet de hoc essemus indubii, tamen vestram bonam dispositionem recenter audiisse extitit nobis gratum provideque vestre devote filiationi referimus multas grates. Ceterum, quia alique prave gentes armigere de comitivis propinquare ad istas partes dicuntur, devotionem vestram rogamus attente quatenus, si venerabilis frater noster Philippus, patriarcha Jerosolimitanus, rector dicti comitatus, balistarios a vobis requireret, eos bonos, fideles et expertos sibi pro suis congruis stipendiis concedatis. Dat. Avinione, II kalendas aprilis, anno secundo. »

868 Avignon, 31 mars 1364.

Bulla de decimis et aliis regi Franciae pro passagio ultramarino concessis (1). (Reg. 262, fol. 85 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Venerabilibus fratribus* [..] *archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad recuperationem Terre sancte, quo per hostes crucis, in totius Cristianitatis opprobrium, longis temporibus de[te]nta extitit, prout presentialiter detinetur, et ad deffensionem fidelium partium Orientis, qui ab ipsis hostibus jugiter impugnantur, apostolice sollicitudinis studia convertentes, hodie, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica ad dictas Terram et partes indiximus passagium generale, ac in regno Francie, per vos et alios ecclesiarum dicti regni prelatos, per alias nostras litteras verbum crucis mandavimus predicari, necnon carissimum in Christo filium nostrum Johannem, regem Francie illustrem, dicti passagii et omnium fidelium qui transfretabunt in illo constituimus rectorem et capitaneum generalem, ac in subsidium grandium expensarum, quas idem rex in tanti prosecutione negocii subire cogetur, decimas omnium proventuum ecclesiasticorum, ac fructus primi anni omnium beneficiorum ejusdem regni, ac Remensis et Lugdunensis diocesium, quantum extra ipsum regnum protenduntur, vacaturorum, necnon omnia legata ac donata inter vivos seu in ultima voluntate, ac penas, condempnaciones, penitencias, impositas seu inventas, ac etiam usuras, rapinas et male acquisita, si hii quibus horum restitutio fieri deberet seu eorum fieri vel inveniri non possent, et quecunque alia ex voto, stipulacione, pacto vel promissione, passagio generali, aut in dicte Terre su[b]sidium seu succursum in regno et diocesibus su-

(1) Cette analyse est celle qui a été mise en tête de la bulle dans le Reg. Vat. 262.

pradictis, quantum extra ipsum regnum, ut prefertur, protendi noscuntur, facta et debita a duodecim annis citra, et quedam alia subsidia, per sex annos, a die data presencium numerandos, proxime extunc secuturos exigenda, colligenda et recipienda, dicto regi graciose duximus concedenda, sub certis tamen modis, formis et conditionibus, prout in diversis nostris litteris inde confectis plenius continetur. Licet igitur in dictis nostris litteris contineatur expresse quod omnes peccunie quantitates, de hujusmodi decime fructibus, legatis, donatis, usuris, rapinis, male ablatis et aliis quibuscunque subsidiis, per nos dicto regi occasione jam dicti passagii antea concessis, colligendas, burgensibus ydoneis, quos idem rex ad hujusmodi peccuniarum conservationem, pro utilitate et comodo dicti passagii, juxta ordinationem per nos super hiis per litteras nostras factam, deputabit, studeatis certis temporibus integraliter assignare, prout in eisdem litteris super hiis confectis plenius continetur, tamen ex certis causis volumus, vobisque in virtute sancte obediencie sub pena excomunicationis, quam si secus feceritis vos incurrere volumus ipso facto, [mandamus] quatinus dicte peccunie, ad aureas monetas reducte, singulis sex mensibus tibi, frater archiepiscope, per vos, fratres suffraganei, assignentur; et de singulis assignationibus hujusmodi conficientur publica instrumenta, tuque, frater archiepiscope, hujusmodi et aliis peccuniis, per te habitis et de tuis civitate ac diocesi receptis, ad hujusmodi monetas aureas redducas, omnes monetas ipsas aureas, una cum dictis instrumentis, fideliter et prudenter, infra duos menses extunc proxime sequentes ad Romanam curiam destinare, et nostre camere facere assignari procures, ibidem custodiendas ac conservandas, donec de ipsorum assignatione, regi facienda prefato, aliter duxerimus ordinandum, aliudque vobis dederimus in mandatis; volumus autem quod vos, suffraganei, de quantitatibus peccuniarum hujusmodi, quas dicto archiepiscopo et tu, archiepiscope prefate, camere duxeritis assignandas, gentes dicti regis ad hoc deputandas certificare curetis. Dat. Avinione, II kalendas aprilis, pontificatus nostri, anno secundo. »

869 Avignon, 1er avril 1364.

Jacobo de Concestre, canonico Valentinensi, Jordano de Haya, rectori sancti Bartholomei de Pinu ac Raymundo Galabert, portionario de Artayssona, ecclesiarum Sagiensis et Pampilonensis dioecesium, mandat ut Johanni, abbati monasterii Fiscannensis, ord. s. Ben., Rothomagensis dioecesis, in remotis agenti et negotiis laicalibus se immiscenti, jubeant ut infra duos menses conspectui papae personaliter se praesentet, postmodum ad suum monasterium reversurus. (Reg. 246, fol 165 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Jacobo de Concestre, canonico Valentinensi et Jordano de Haya, rectori sancti Bartholomei de Pinu ac Raymundo Galabert, portionario de Artayssona ecclesiarum, Sagiensis et Pampilonensis diocesium, salutem etc.* Temporibus retroactis sepe et nuper etiam displicenter audivimus quod dilectus filius Johannes, abbas monasterii Fiscannensis, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, in remotis agens et negotiis laycalibus ad eum non pertinentibus se immiscens, non curat in dicto suo monasterio personaliter residere, in anime sue prejudicium et dicti monasterii notabile detrimentum. Nos igitur, nolentes, prout nec velle debemus, talia conniventibus oculis amplius tollerare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, dictum abbatem ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra duos menses, a die citationis quam feceritis computandos, sub pena privationis ipsius monasterii, nostro se debeat conspectui personaliter presentare, ad dictum suum monasterium postmodum reversurus et nostris mandatis efficaciter pariturus; alioquin contra ipsum abbatem ad ipsius privacionem de dicto monasterio faciendam et alia juris remedia mediante justicia procedemur, diem vero citationis et formam et quicquid feceritis in premissis nobis per publicum instrumentum vel vestras litteras, vestris sigillis munitas, notificare curetis. Dat. Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

870 Avignon, 1er avril 1364.

Petro Beumondi, sancti Martini Turonensis canonico, apostolicae Sedis nuntio, Olrico Alberici, canonico Tullensi et Petro Bori, ecclesiae de Balaguerio, Caturcensis dioccesis, rectori, mandat ut, cum Geraldus, abbas Majoris monasterii Turonensis, ord. s. Ben., bona quondam Petri abbatis, praedecessoris sui (1), apostolicae camerae reservata, injuste detineat et restituere deneget, ipsum citare curent ut infra triginta dies conspectui pontificis se praesentet, de praedictis bonis personaliter responsurus. (Reg. 246, fol. 165 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Petro Boumondi, sancti Martini Turonensis, apostolice Sedis nuncio, et Olrico Alberici, Tullensis ecclesiarum canonicis ac Petro Bori, rectori ecclesie de Balla-*

(1) Pierre du Puy, ancien abbé de Meymac, au diocèse de Limoges et de Saint-Florent de Saumur, était devenu abbé de Marmoutier vers la fin de l'année 1352. La *Gallia christiana* place sa mort à la date du 6 août 1363 (*Gall. christ.*, XIV, col. 231).

guerio, Caturcensis diocesis. Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

871 Avignon, 2 avril 1364.

Guillelmo Amarinti, priori ecclesiae de Brossa, Ruthenensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, ut Johannis de Cavanhaco, canonici quondam Carnotensis defuncti, jurium et apostolicae camerae bonorum in Caturcensi, Ruthenensi et Abiana nonnullisque aliis civitatibus et dioecesibus pertinentium collectoris, bona mobilia et credita, dictae camerae reservata, exigat et recipiat. (Reg. 262, fol. 88 recto. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Guillermo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Cum quidam Johannes —. Dat. Avinione, IIII nonas aprilis, anno secundo. »

872 Avignon, 2 avril 1364.

Eidem, in eumdem modum, de bonis quondam Vitalis Vassalli, praepositi Ilerdensis, extra curiam defuncti, jurium et bonorum, apostolicae camerae in Xanctonensi, Engolismensi, Sarlatensi et Petragoricensi civitatibus et dioecesibus pertinentium, collectoris. (Reg. 262, fol. 88 verso. De curia.) (1).

873 Avignon, 3 avril 1364.

Petro Bori, rectori parrochialis ecclesiae de Balaguerio, Caturcensis dioecesis, ad civitatem et dioecesim Bituricensem pro certis arduis negotiis destinato, concedit potestatem omnes et singulas pecuniarum summas, nomine camerae apostolicae a Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio ac in Senonensi et Rothomagensi civitatibus et dioecesibus ac provinciis collectore, receptas, petendi et recipiendi. (Reg. 262, fol. 90 verso. De curia.)

« *Urbanus etc. Dilecto filio Petro Bori, rectori parrochialis ecclesie de Balaguerio, Caturcensis diocesis.* Cum te ad —. Dat. Avinione, III nonas aprilis, anno secundo. »

874 Avignon, 3 avril 1364.

In e. m. eidem Petro Bori ad recipiendum prout supra a Petro Beumondi, canonico ecclesiae sancti Martini Turonensis, in provincia Turonensi apostolicae camerae collectore (Reg. 262, fol. 90 verso. De curia.)

875 Avignon, 3 avril 1364.

In e. m. eidem Petro Bori ad recipiendum prout supra ab Audeberto de Gorsis, canonico Bituricensi, in civitatibus et dioecesibus Bituricensi ac Lemovicensi apostolicae camerae collectore. (Reg. 262, fol. 91 recto. De curia.)

876 Avignon, 5 avril 1364.

Episcopo Urgellensi ut contra raptores bonorum monasterii Gerrensis, Cluniacensis ordinis, suae dioecesis, sententiam excommunicationis promulgare non differat. (Reg. 246, fol. 150 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Urgellensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Exposuit nobis dilectus filius Arnaudus, abbas monasterii Gerrensis, Cluniacensis ordinis, tue diocesis, quod, licet quidam conservatores seu judices a Sede apostolica deputati et venerabilis frater noster .. archiepiscopus Terraconensis et etiam tua fraternitas, constitutionis provincialis Terraconensis ac etiam ordinaria auctoritatibus, quasdam excommunicationis et interdicti ac alias sentencias contra occupatores, invasores, raptores et depredatores bonorum dicti monasterii duxeritis promulgandas, tamen tu dictas sentencias, licet super hoc per eundem abbatem pluries requisitus extiteris, non curasti debite executioni mandare, super quo idem abbas nostrum remedium imploravit; ut igitur iidem occupatores, raptores et depredatores de preteritis dampnis per eos illatis monasterio prelibato satisfaciant et ex hujusmodi tua negligencia non sumant audaciam pejora imposterum commitendi, fraternitatem eandem rogamus et hortamur attente quatinus dictas sentencias, si fuerint rite late, non differas ulterius executioni debite demandare et alias contra predictos occupatores, invasores, raptores et depredatores prompte procedere, prout tuo incumbit officio et videris expedire, sic in premissis acturus quod de prompta executione justicie te valeamus merito commendare. Dat. Avinione, nonis aprilis, anno secundo. »

877 Avignon, 9 avril 1364.

Petro, regi Aragonum, ut Johannem, abbatem Fiscan-

(1) A la suite de cette bulle *in e. m.* sont analysées deux autres bulles *in e. m.* concernant les biens de Jean de Cavagnac, chanoine de Chartres et de Lisbonne. Ces bulles, datées l'une du 7 mai, et l'autre du 17 juin 1364, sont analysées, dans notre recueil, à leurs places respectives.

nensem, quem captivum detinet, faciat relaxari. (Reg. 246, fol. 152 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, dilectus filius Johannes, abbas monasterii Fiscannensis, Rothomagensis diocesis, ad tuam instanciam detineatur captivus, serenitatem tuam rogamus attente mandantes quatinus dictum abbatem, quem citari mandavimus ut coram nobis se debeat presentare, deinde ad suum monasterium reversurus, libere facias relaxari. Quod si dictus abbas reperiatur offendisse in aliquo regiam majestatem, tibi et cuilibet conquerenti de ipso faciemus fieri justicie complementum. Dat. Avinione, V idus aprilis, anno secundo. »

878 Avignon, 9 avril 1364.

Carolum, regem Navarrae, rogat ut pro liberatione Johannis abbatis Fiscannensis, apud Petrum, regem Aragonum, qui eum in captivitate detinet, interponat partes suas. (Reg. 246, fol. 152 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri.* Cum sicut audivimus —. Dat. Avinione, V idus aprilis, anno secundo. »

879 Avignon, 9 avril 1364.

Fulconi Pererii, ecclesiae Valentinensis praeposito, apostolicae Sedis nuntio ac in Terraconensi et Caesaraugustana provinciis collectori, Petro Rubei, in ecclesia Gerundensi beneficiato, ac Jordano de Haya, ecclesiae sancti Bartholomei de Pinu, Sagiensis dioecesis, rectori, mandat ut episcopum Gerundensem ejusque capitulum, qui bona quondam Vitalis de Villanova, praepositi de Castellione in dicta ecclesia Gerundensi defuncti, spoliaverunt et detinent occupata, coram Arnaldum, archiepiscopum Auxitanum, camerarium papae, citare curent, ad satisfactionem de eisdem bonis reddendam. (Reg. 246, fol. 163 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Fulconi Pererii, preposito ecclesie Valentinensis, apostolice Sedis nuncio, ac collectori fructuum, proventuum et bonorum in Terraconensi et Cesaraugustana provinciis apostolice camere debitorum et Petro Rubei, beneficiato in ecclesia Gerundensi ac Jordano de Haya, rectori ecclesie sancti Bartholomei de Pinu, Sagiensis diocesis.* Dudum cum inter —. Dat. Avinione, V idus aprilis, anno secundo. »

880 Avignon, 10 avril 1364.

Francisco de Carraria ut omnes, quos ab incoepto bello contra Bernabonem de Vicecomitibus cepit et in captivitate detinet, reddere velit libertati. (Reg. 246, fol. 153 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi Paduano, salutem etc.* Perfectionem tractatus pacis inter nobilitatem tuam et alios cum sancta Romana ecclesia colligatos ac dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, nuper factam, sicut littere dilecti filii nostri Andruini, tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, transmisse nostro apostolatui, continebant, cum gaudio multo percipimus, exinde sumentes expectate consolationis augmentum, ut, sicut fuisti socius passionum, sic particeps consolationum et quietis existas; verum, quia, prout audivimus, captivorum, qui tibi et dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, civitatis nostre Ferrariensis pro nobis et ecclesia Romana vicariis, venisse dicuntur in sortem, restitutio non est facta et per te et dictos marchiones, ut asseritur, petitur redemptio pro captivis eisdem, propter quod, licet pax ipsa servari speretur, animi tamen utriusque partis in optata sinceritate, quod absit, minime remanebunt, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, provide considerans quod perfecta et observabilis pax temporis reputari non potest pacificatoribus animis non pacatis, ut omnis cesset indignationis materia et cum auxilio auctoris pacis vera pax pectorum et temporum habeatur, prefati legati, qui sincere te diligit, et pro dicta pace tuum procurando commodum et honorem fideliter laboravit, in restitutione dictorum captivorum sequi velis consilia, que, ut firmiter credimus, fideliter tibi dabit; nos enim dictis marchionibus destinamus similia scripta nostra. Dat. Avinione, IIII idus aprilis, anno secundo. »

881 Avignon, 10 avril 1364.

In e. m. Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, civitatis Ferrariensis pro ecclesia Romana vicariis. (Reg. 246, fol. 153 recto.)

882 Avignon, 11 avril 1364.

Guillelmum Amarinti, priorem ecclesiae de Brossa, Ruthenensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntium et Arnaldum Gavini, canonicum Lomberiensem, in officio collectoriae in Xanctonensi, Engolismensi, Sarlatensi et Petragoricensi

dioecesibus, Vitali Vassalli, Ilerdensi praeposito, surrogat. (Reg. 246, fol. 163 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Guillermo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis, apostolice Sedis nuncio et Arnaldo Gavini, canonico Lomberiensi.* Cum quondam Vitalis —. Dat. Avinione, III idus aprilis, anno secundo. »

883 Avignon, 11 avril 1364.

Santio Vaquerii, sacristae ecclesiae Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, ut de bonis Forcii, quondam episcopi Pictavensis, apostolicae Sedi reservatis, nonnulla auri et argenti quantitates jocaliaque, a Geraldo de Bordis, Condomiensis dioecesis, ejusque uxore, rapta et detenta, exigere et conservare procuret. (Reg. 262, fol. 95 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste ecclesie sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Dudum fe. re. Innocencius —. Dat. Avinione, III idus aprilis, anno secundo. »

884 Avignon, 13 avril 1364.

Cardinali Andruino litterarum, quas Francisco de Carraria, IV° idus aprilis proxime elapsi, de restitutione captivorum in bello contra Bernabonem factorum, direxit, copiam transmittit. Reg. 246, fol. 153 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Super hiis que —. Dat. Avinione, idus aprilis, anno secundo. »

885 Avignon, 13 avril 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, plenae legationis officium in regno Siciliae, insulis et terris tam citra quam ultra Farum, concedit. (Reg. 261, fol. 86 recto. De curia, n. 16.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Celestis disposicione consilii —. Dat. Avinione, idibus aprilis, anno secundo. »

886 Avignon, 14 avril 1364.

Ægidio cardinali legato Robertum Wodhavos, qui, ex parte societatis Anglicorum, Pisis existentium, ad curiam Romanam accessit, asserens dictam societatem ad recuperationem Terrae Sanctae transfretare velle, commendat. (Reg. 246, fol. 155 verso.)

« *Eidem, etc.* Dilectus filius nobilis vir Robertus Wodhavos, Anglicus, ex parte societatis Anglicorum, Pisis existentium, ad nostram presentiam destinatus, nobis pro parte dicte societatis exposuit quod omnes de dicta societate, pro ipsorum animarum salute, ad recuperationem Terre Sancte desiderant transfretare et quod hoc parati sunt facere, dummodo ipsis a terris Italie aliquod competens pecuniale subsidium tribuatur. Nos igitur, attendentes quod alie societates, que sunt in partibus illis, ad simile agendum per hoc verisimiliter inducentur vel saltem adeo debilitabuntur quod eis fieri poterit resistentia oportuna, dictamque salutem ac liberationem ejusdem Italie et prefate societatis magnum auxilium adici generali passagio plenis desideriis cupientes, dictum nuncium ad tue fraternitatis ac dilecti filii nostri Andruini, tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, prudenciam, ut super hiis ambo provideatis, duximus remittendum, ut eum nobilibus et communitatibus Italie super hoc tractetis et perficietis quod magis credideritis expedire. Nos enim dicto legato similes litteras destinamus. Dat. Avinione, XVIII kal. maii, anno secundo. »

887 Avignon, 14 avril 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. « mutatis mutandis. » (Reg. 246, fol. 155 verso.)

888 Avignon, 17 avril 1364.

Laurentium Celsi, ducem Venetiarum, rogat ut gentibus armigeris societatis Anglicorum, in partibus Tusciae consistentis, quae ad recuperationem Terrae Sanctae desiderant transfretare, de navigiis pro dicto passagio, prout poterit, faciat subveniri. (Reg. 246, fol. 156 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurencio Celsi, duci Veneciarum.* Negotium ultramarini passagii —. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

889 Avignon, 17 avril 1364.

In e. m. Gabrieli Adorno, duci et communi civitatis Januensis. (Reg. 246, fol. 156 recto.)

890 Avignon, 17 avril 1364.

Thomae de Ufford et Guillelmo de la Pole, qui ad Terram Sanctam cum societate Anglicorum transfretare desiderant, de proposito eorum congratulatur. (Reg. 246, fol. 151 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Thome de Ufford, militi, nato dilecti filii nobilis viri .. comitis Suffolcie ac Guillelmo de la Pole, domino de Castello Assheby, Lincolniensis diocesis, salutem etc.* Nuper vestra nobilitas nobis exposuit quod vos, zelo devotionis accensi, pro recuperatione terre Sancte et alias ad impugnationem infidelium orientalium partium intenditis transfretare ac speratis ad hoc inducere comitivam Anglicorum, in partibus Italie consistentem, et in hoc parte proponitis facere posse vestrum. Nos igitur, hujusmodi vestrum laudabile propositum in Domino commendantes, et ad hoc vobis dari auxilium et consilium cupientes, contentamur et volumus quod vos, vel alter vestrum, super dicto transitu vestro et dicte societatis, venerabilem fratrem Egidium, episcopum Sabinensem et dilectum filium nostros Andruinum, tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem, apostolice Sedis legatos, fiducialiter requiratis ac eundem transitum cum eis tractetis, ut ipsi, prout poterunt, procurent cum nobilibus et communitatibus de dictis Italie partibus tribui vobis et eidem societati auxilia et favores, ita tamen quod gentes dicte societatis personas et loca fidelium non offendant et ad hoc se debeant efficaciter obligare. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

891 Avignon, 17 avril 1364.

Capitaneo et societati Anglicorum in Italia consistentium, qui ad Terram Sanctam debent proficisci, omnia peccata remittens, concedit ut ab omnibus episcopis signum crucis recipere possint ipsosque sub apostolicae Sedis protectione suscipit. (Reg. 246, fol. 166 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro .. capitaneo, ceterisque personis societatis Anglicorum, in Italie partibus consistentibus, salutem etc.* Beatitudinis eterne bravium comprehendere cupientes salvatoris nostri Domini Jhesu Christi, ejusdem bravii donatoris munifici, debent monitis instrui, eaque instructi, prout idem Dominus dederit, observare, ut legitime currentes in studio dictum bravium digne apprehendere valeant et apprehensi perpetua retentione letari. Ipse quidem Salvator predicavit et docuit quod suam odiens in hoc seculo animam, in vitam eternam custodit eandem, et abnegans semetipsum, crucem propriam tolleret et ipsum dominum sequeretur. Hec profecto nemo perfectius videtur implere quam qui pro Dei amore, terrenis delectationibus abdicatis, patrem et matrem, sororem et filios ac amicos et patriam derelinquens, crucemque tedii periculi et laboris assumens, Christum intrepide sequitur, in ejus sueque orthodoxe fidei servicio militando, proprias facultates impendere et cruorem effundere pro illo qui eum redemit sui sparsione sanguinis non formidans. Sane, sicut jam in publicam noticiam credimus devenisse, dudum pro recuperatione Terre Sancte, in qua dominus noster Jhesus Christus dignatus est nostram operari salutem, quamque Agarenorum impietas, in opprobrium tocius Christiani populi, detinet occupatam ac pro defensione fidelium et impugnatione infidelium, de partibus Orientis ad dictam Terram Sanctam indiximus passagium generale, in nonnullisque mundi partibus verbum crucis mandavimus predicari ac humeris transfretare volentium in dicto passagio, per nonnullos locorum ordinarios, in eorum civitatibus et diocesibus, imprimi venerabile signum crucis ac omnibus transfretaturis hujusmodi in ipso passagio, carissimis in Christo filiis nostris Johanne, Francie et Petro, Cipri regibus illustribus, vel eorum altero, dictum passagium prosequentibus, indulgenciam et privilegia, transfretantibus in dicte Terre succursum seu pro ejus recuperatione per apostolicam Sedem consueta concedi, auctoritate apostolica concedentes, prout in nostris litteris inde confectis dinoscitur contineri; nuperque pro parte vestra fuit expositum coram nobis quod vos, zelo fidei et fervore devotionis accensi, pro reverencia ejusdem Salvatoris nostri, et animarum vestrarum salute, in dicto passagio, etiam ante terminum ad hoc statutum, et etiam dictis regibus vel altero eorum, quod absit, non prosequentibus ipsum passagium, cupitis cum vestra potencia transfretare; sed quia, loco originis vestre remoti, proprios ordinarios, qui vobis dicte crucis signum possint concedere, non habetis, nobis humiliter supplicastis ut votis vestris in hac parte providere misericorditer dignaremur. Nos igitur, more pii patris salutem animarum vestrarum zelantes ac prosperitatem et augmentum dicti passagii plenis desideriis cupientes, vestris supplicationibus inclinati, ut vos tanto libencius et efficacius premissa prosequi studeatis quanto ex vestris laboribus potiorem gratiam vos noveritis percepturos, universis locorum ordinariis, ad quos presentes pervenerint et quos super hoc duxeritis requirendos, concedendi vobis et omnibus sociis vestris, presentibus et futuris, dicte crucis signum, illudque vestris et eorundem sociorum humeris imprimendi plenam concedimus tenore presentium facultatem, ac de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, ac illa quam nobis Deus, licet imme-

ritis, ligandi atque solvendi contulit potestate, vobis et aliis Christi fidelibus, qui vobiscum ad ejusdem Terre Sancte recuperationem, seu pro defensione fidelium et impugnatione infidelium dictarum partium Orientis transfretaveritis seu transfretaverint et laborem hujusmodi in personis propriis subieritis seu subierint et expensis, plenam vestrorum et ipsorum peccaminum, de quibus fueritis et fuerint veraciter corde constricti et ore confessi, veniam indulgemus et in retributione justorum salutis eterne pollicemur augmentum; eis autem qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint, et illis similiter, qui juxta facultatem et qualitatem suam bellatores ydoneos in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadant, plenam concedimus suorum veniam peccatorum. Penitencias vero omissas, seu recte non factas per aliquos ex predictis, nisi peregrinationem aliam, aut aliquod pium opus vel restitutionem, seu aliam realem prestationem aut erogationem concernerent, eisdem nunc remittentes, omnibus ipsis concedimus quod per confessionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habuerint, que tamen si de illis in speciali recolerent, confiterentur libenter, indulgenciam plenam obtineant taliter confitentes, ita tamen quod, si postmodum ad eorum memoriam hujusmodi peccata redierint, illa teneantur specialiter confiteri. Eos preterea qui, licet non juxta qualitatem et facultatem suam, aliquem tamen seu aliquos bellatores ydoneos, ut premittitur, in subsidium dicte Terre propriis sumptibus destinaverint, vel de suis temporalibus bonis contribuerint ad aliquos destinandos, et illos qui ad subventionem dicte Terre de bonis eisdem congrue ministrabunt, prout singulis fuerit divinitus inspiratum, necnon consiliarios testatorum, qui testatores eosdem ad subveniendum dicte Terre cum efficacia hortabuntur, ac illos etiam qui pro hujusmodi sancto passagio laborabunt et hactenus laborarunt, et alias ad promotionem hujusmodi negotii consilium et auxilium impenderunt seu impendent oportunum, juxta qualitatem subsidii et devotionis affectum ac mensuram laboris, participes esse volumus indulgencie memorate. Verum, quia dignum est ut celestis Imperatoris obsequiis inherentes, prerogativis specialibus et libertatibus sint muniti, vobis et eisdem sociis vestris, qui in dicto passagio transfretabitis et transfretabunt, auctoritate apostolica concedimus quod vos et ipsi, a tempore arrepti itineris, usque ad vestrum et eorum reditum, vel obitum, a collectis extraordinariis, nullo jure scripto vel non scripto debitis, sitis et sint immunes, quorum etiam personas et bona post crucem assumptum, ex tunc sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes ut sub archiepiscoporum et episcoporum et aliorum prelatorum ecclesie sancte Dei defensione consistatis et consistant, propriis ad hoc protectoribus nichilominus specialiter deputandis, quodque, donec de vestro seu ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integri ab omni violencia et injuria permaneatis ac permaneant et quieti; et, si quis contra premissa presumpserit, censura ecclesiastica compescatur. Si qui vero proficiscencium illuc ad usuras prestandas tenerentur astricti, creditores eorum ut remittant eis hujusmodi juramentum, et ab usurarum exactione desistatis et desistant, precipimus eadem districtione compelli. Quod si post absolutionem predictam, creditores ad solutionem ipsos coercerent usurarum, creditores eosdem ad restitutionem earum simili cogi animadversione dabimus in mandatis. Judeos vero ad remittendas usuras per seculares compelli precipimus potestates, et donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus per excommunicationis sententiam, eis omnino comunio denegetur. Et quia servituri Deo ab ipsius debent offensis et injuriis abstinere, vos paternis affectibus exhortamur ut deinceps abstinere curetis a cunctorum fidelium injuriis et offensis. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

892 Avignon, 17 avril 1364.

Willelmo de la Pole ejusque sequacibus easdem indulgentias concedit. (Reg. 246, fol. 169 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Willelmo de la Pole, domino de Castello Asshebii, militi, Lincolniensis diocesis, salutem etc.* Beatitudinis eterne bravium etc. *ut supra usque* dinoscitur contineri. Verum, sicut pro parte tua fuit nuper expositum coram nobis, tu, zelo fidei et fervore devotionis accensus, pro reverencia ejusdem Salvatoris nostri et anime tue salute, in dicto passagio, etiam ante terminum ad hoc statutum, tuis sumptibus desideras transfretare, et per hoc a nobis recepisti venerabile signum crucis, et speras nonnullas gentes armigeras, presertim existentes in diversis comitivis gencium armorum, que *compagne* vulgariter nuncupantur, et alios Christi fideles, eciam dictis regibus vel eorum altero non transfretantibus, tecum ducere in passagio prelibato; sed, quia dicte gentes de prefatis comitivis, et nonnulli ex eisdem aliis fidelibus, a partibus propriis remoti, proprios ordinarios, qui eis dicte crucis signum possint concedere non habent, nobis humiliter supplicasti ut personis hujusmodi in hac parte providere misericorditer dignaremur. Nos igitur, more pii patris salutem animarum vestrarum zelantes, ac prosperitatem et augmentum dicti passagii plenis desideriis cupientes, tuis supplicationibus inclinati, ut

tu et eedem persone tanto libentius et efficacius premissa prosequi studeatis, quanto ex vestris laboribus pociorem gratiam vos noveritis percepturos, universis locorum ordinariis, ad quos presentes pervenerint, concedendi omnibus sociis et sequacibus tuis presentibus et futuris dicte crucis signum, illudque vestris et eorundem sociorum et sequacium humeris imprimendi, plenam concedimus tenore presentium facultatem, ac de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi ac illa, quam nobis Deus, licet immeritis, ligandi atque solvendi contulit potestate, tibi et hujusmodi sociis et sequacibus ad ejusdem Terre recuperationem, seu pro defensione fidelium et impugnatione infidelium dictarum partium Orientis transfretaveritis et laborem hujusmodi in personis propriis subieritis et expensis, plenam tuorum et ipsorum peccaminum, de quibus fueritis veraciter corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retribut[i]one justorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint, et illis similiter qui, juxta facultatem et qualitatem suam, bellatores ydoneos in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadant, plenam concedimus suorum veniam peccatorum; penitencias vero omissas, seu recte non factas, per aliquos ex predictis, nisi peregrinationem aliam aut aliquod pium opus vel restitutionem seu aliam realem prestationem aut erogationem concernerent, eisdem misericorditer remictentes, tibi et ipsis sociis et sequacibus concedimus quod per confessionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habueritis, que tamen, si de illis in speciali recoleretis, confiteremini libenter, indulgenciam plenam obtineatis taliter confitentes, ita tamen quod si postmodum ad vestram memoriam hujusmodi peccata redierint, illa teneamini specialiter confiteri. Eos preterea qui, licet non juxta qualitatem et facultatem suam, aliquem tamen seu aliquos bellatores idoneos, ut premittitur, in subsidium dicte Terre, propriis sumptibus destinaverint, vel de suis temporalibus bonis contribuerint ad aliquos destinandos, et illos qui ad subventionem dicte Terre de bonis eisdem congrue ministrabunt, prout singulis fuerit divinitus inspiratum, necnon consiliarios testatorum, qui testatores eosdem ad subveniendum dicte Terre cum efficacia hortabuntur, et illos etiam qui pro hujusmodi sancto passagio laborabunt et hactenus laborarunt, et alias ad promotionem hujusmodi negotii consilium et auxilium impenderunt seu impenderint oportunum, juxta qualitatem subsidii et devotionis affectum ac mensuram laboris, participes esse volumus indulgencie memorate. Ceterum, quia dignum est, ut celestis Imperatoris obsequiis inherentes, prerogativis specialibus et libertatibus sint muniti, tibi ac universis et singulis, qui tecum in dicto passagio transfretabunt, auctoritate apostolica concedimus quod tu et ipsi, a tempore arrepti itineris, usque ad vestrum reditum vel obitum, a collectis extraordinariis, nullo jure scripto vel non scripto debitis, sitis immunes, quorum etiam personas et bona post crucem assumptam ex tunc sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes ut sub archiepiscoporum et episcoporum et aliorum prelatorum Ecclesie sancte Dei defensione consistant, propriis ad hoc protectoribus nichilominus specialiter deputandis, quodque, donec de tuo et ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integri ab omni violencia et injuria permaneant et quieti; et si quis contra premissa presumpserit, censura ecclesiastica compescatur. Si vero tu vel aliqui proficiscencium illuc ad usuras prestandas juramento teneremini astricti, creditores vestros, ut remittant vobis hujusmodi juramentum et ab usurarum exactione desistant, precipimus eadem districtione compelli. Quod si, post absolutionem predictam, creditores ad solutionem vos coercerent usurarum, creditores eosdem ad restitutionem earum simili cogi animadversione dabimus in mandatis; Judeos vero ad remittendas usuras per seculares compelli precipimus potestates, et, donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. Et quia servituri Deo ab ipsius debent offensis et injuriis abstinere, dictas gentes de prefatis comitivis paternis affectibus exhortamur ut deinceps abstinere procurent a cunctorum fidelium injuriis et offensis. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

893 Avignon, 17 avril 1364.

Guillelmo Alberti, canonico Mimatensi, camerae suae clerico, instrumenta publica per tabelliones ydoneos scribi seu grossari faciendi licentiam concedit. (Reg. 246, fol. 201 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo Alberti, canonico Mimatensi, clerico camere nostre, salutem etc.* Cum, sicut nobis exponere curavisti, tu, auctoritate tabellionatus officii ab apostolica Sede tibi concessi, super diversis causis seu negociis, nos et ecclesiam Romanam seu cameram nostram tangentibus, jam hactenus receperis et te recipere frequenter oporteat publica instrumenta, que, quandoque impeditus aliis negociis camere supradicte, propriis manibus scribere seu grossare non potes, nos,

ut negotia ipsa impediri propter hoc et instrumentorum hujusmodi confectionem differri plus debito, in nostrum et ecclesie seu camere predictarum aut aliorum privatorum quorum interesset prejudicium, non contingat, tibi quod instrumenta hujusmodi, per te recepta et recipienda imposterum, postquam in prothocollis tuis redacta fuerint, per alium seu alios tabellionem vel tabelliones ydoneos et fideles, a quibus prius de hiis gerendis fideliter recipiatur in eadem camera juramentum, facere scribi seu grossari valeas, dummodo in eis manu tua propria te subscribas et apponas etiam signum tuum, tenore presentium licenciam elargimur, volentes ut instrumenta hujusmodi, sic scripta et grossata sicut premittitur hactenus et scribenda seu grossanda de cetero, tuis tamen subscriptione et signo, ut premittitur, roborata, perinde valeant et adeo robur obtineant firmitatis ac si scripta seu grossata tuis propriis manibus extitissent. Nulli ergo etc. Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

894 Avignon, 17 avril 1364.

In e. m. Petro Dalbiart, archidiacono Vapincensi, apostolicae camerae clerico. (Reg. 246, fol. 201 verso. De curia.)

895 Avignon, 17 avril 1364.

In e. m. Mauricio de Barda, decano ecclesiae Bituricensis, apostolicae camerae clerico. (Reg. 246, fol. 201 verso. De curia.)

896 Avignon, 19 avril 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, nuntium a Johanne, abbate monasterii Anianae, ad curiam regiam, pro certorum gravaminum, dicto monasterio illatorum, revocatione, destinatum, commendat. (Reg. 246, fol. 157 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Licet fraternitatem tuam in adjuvando ecclesias et monasteria eaque in suis juribus tuis auxiliis et consiliis confovendo semper esse pronam et favorabilem extimemus, tamen ad id tanto te credimus fortius animari quanto magis ad hoc per apostolica monita fueris excitatus. Cum itaque dilectus filius Johannes, abbas monasterii Aniane, ordinis sancti Benedicti, Magalonensis diocesis, sicut ipse nobis asseruit, pro revocandis certis gravaminibus, sibi et suo monasterio illatis, ad regiam curiam mittat presentium portitorem, fraterni[ta]tem eandem rogamus et hortamur attente quatinus negotia dictorum abbatis et monasterii habeas favorabiliter commendata. Dat. Avinione, XIII kal. maii, anno secundo. »

897 Avignon, 19 avril 1364.

Santio Vaquerii, sacristae de Regula, apostolicae Sedis nuntio, Johanni Mauberti, canonico Carnotensi ac Johanni de Sirano, rectori de Mossolenchis, Vasatensis et Carcassonensis dioecesium, mandat ut bona quondam Geraldi de Marcenaco, canonici Carnotensis, apostolicae Sedis nuntii, ac in provincia Remensi camerae apostolicae collectoris, eidem camerae reservata, recipere et conservare curent. (Reg. 246, fol. 171 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Sancio Vaquerii, sacriste de Regula, apostolice Sedis nuncio et Johanni Mauberti, canonico Carnotensis ac Johanni de Sirano, rectori de Mossolenchis ecclesiarum, Vasatensis et Carcassonensis dioecesium.* Cum quondam Geraldus —. Dat. Avinione, XIII kal. maii, anno secundo. »

898 Avignon, 20 avril 1364.

Capitaneo et societati Anglicorum in Italia consistentium ut, de transitu ipsorum ad Terram Sanctam, Thomae de Ufford monitis acquiescant. (Reg. 246, fol. 156 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro .. capitaneo et ceteris personis societatis Anglicorum, in partibus Italie consistencium, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Thomas de Ufford, miles, natus dilecti filii nobilis viri .. comitis Suffolcie, lator presentium, ad apostolicam Sedem accedens, nobis exposuit quod, pro anime sue remedio et nostri reverencia Redemptoris, ad recuperationem Terre Sancte, ad quam dudum passagium generale indiximus, desiderat transfretare, et ad vos, qui estis de natione sua et viri bellicosi ac apti ad Regis regum obsequium in hujusmodi sancto passagio impendendum, intendit accedere, vos, pro salute vestra honoreque nationis ejusdem ac augmento et prosperitate dicti passagii, fraternis affectibus inducturus ut simul pergatis in passagio prelibato; nos igitur, hujusmodi suum pium propositum in Domino commendantes, universitatem vestram rogamus et hortamur attente quatinus eundem Thomam, virum generosum et providum, condigno suscipientes honore, ipsius salubribus monitis, que vobis super hujusmodi transitu fecerit, acquiescatis animis concordibus et devotis. Dat. Avinione, XII kal. maii, anno secundo. »

899 Avignon, 20 avril 1364.

Eisdem varias indulgentias, postquam signum crucis receperint, concedit. (Reg. 246, fol. 156 verso.)

« *Eisdem.* Benigne sunt vobis —. Dat. Avinione, XII kal. maii, anno secundo. »

900 Avignon, 20 avril 1399.

Marquesio de Gozone, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani priori Tolosano, ut de praeceptoria de Nomine Dei et de Roccabruna, per obitum quondam Guillelmi Bernardi de Claustro, ultimi praeceptoris ejusdem, vacante, Johanni de Monte, dicti hospitalis militi, provideat. (Reg. 246, fol. 157 verso.)

« *Dilecto filio Marquesio de Gouzon, priori Tholose hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* De laudabilibus meritis —. Dat. Avinione, XII kal. maii, anno secundo. »

901 Avignon, 21 avril 1364.

Collegium quod in ecclesia parrochiali sancti Saturnini de Bedoesco, Mimatensis dioecesis, duxit ordinandum, ad locum de Podio de Turre, infra ejusdem parrochiae metas, transfert eique ruralem ecclesiam sancti Juliani de Gurgite Petra, in sancti Martini Floriaci parrochia consistentem, annectit. (Reg. 246, fol. 201 verso. De curia. — Reg. 251, fol. 240 recto (1). De comm.; Litt. divers. form., n° 182).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Apostolice Sedis circumspectio etc. ... Dudum siquidem, ad divini cultus augmentum votis ardentibus anhelantes etc. ... parrochialem ecclesiam, alias prioratum secularem sancti Saturnini de Bedoesco, Mimatensis diocesis, auctoritate apostolica in collegiatam ereximus et in ea octo personarum ecclesiasticarum secularium collegium duximus ordinandum (2) ac in dotem eisdem collegio assignavimus, univimus et applicavimus perpetuo dictam ecclesiam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et alios redditus et proventus, propterea per nos vel alios tunc acquisitos et imposterum acquirendos, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Nuper autem, ex certis de novo exigentibus causis moti, quas ad presens silencio preterimus, hujusmodi collegium cum omnibus bonis ac juribus et pertinenciis et privilegiis suis et ad eandem ecclesiam de Bedoesco pertinentibus quoquo modo, ad locum de Podio de Turre, prefate diocesis, infra parrochiam ejusdem ecclesie existentem, auctoritate apostolica, ex certa sciencia, motu proprio transferimus, ibique volumus et decernimus esse perpetuo permansurum, et, ex certis insuper rationabilibus causis, ruralem ecclesiam Sancti Juliani de Gurgite Petra, in parrochia ecclesie sancti Martini Floriaci, dicte diocesis, consistentem, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, juribus et pertinenciis suis, eidem collegio perpetuo incorporamus ac annectimus et unimus; ita quod, cedente vel decedente quandocumque et ubicumque, etiam in Romana curia, rectore dicte ecclesie Sancti Juliani, qui nunc est, seu eam eciam apud dictam Sedem quomodolibet dimittente, dictis collegio liceat ejusdem ecclesie sancti Juliani ac jurium et pertinenciarum ipsius corporalem possessionem auctoritate propria apprehendere ac perpetuo retinere, diocesani ejusdem loci et cujuscumque alterius licentia minime requisita. Volumus autem quod, postquam dicti collegium possessionem pacificam ejusdem ecclesie sancti Juliani fuerint pacifice assecuti, teneantur ejus consueta et debita onera supportare et tam in ipsa quam in eadem ecclesia de Bedoesco, quam ecclesiam sine cura et subjectam fore eisdem collegio volumus, deserviri facere laudabiliter in divinis. Nulli ergo etc. Dat. Avinione, XI kal. maii, anno secundo. »

(1) En tête de la copie du Reg. 251 est écrit : « *G[ratis], de mandato domini nostri.* »

(2) La bulle par laquelle Urbain V érigea l'église de Bedouès en collégiale et y installa six chanoines et deux prêtres, en tout huit personnes ecclésiastiques, est du 7 décembre 1363. Elle débute par les mots suivants : « *Ad perpetuam rei memoriam.* Divini cultus augmentum. » Elle est ainsi datée : « Datum Avinione, VII idus decembris, pontificatus nostri anno secundo. » Cette bulle se trouve transcrite dans deux registres des lettres communes : Reg. Vat. 251, fol. 192 verso. *Litter. divers. form.*, n° 24. — Reg. Vat. 261, fol. 93 recto. *Litter. divers. form.*, n° 5.

902 Avignon, 22 avril 1364.

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, conceditur facultas quoscumque interfectores et mutilatores parentum, fratrum et sororum suorum absolvendi. (Reg. 261, fol. 88 recto. De curia, n. 22.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Cum te ad Lombardie —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno secundo. »

903 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas evocandi ad se archiepiscopos,

episcopos, electos, abbates, priores, archidiaconos, praepositos et alios praelatos etc. et etiam injungendi et imponendi ipsis prosecutionem negotiorum sibi commissorum. (Reg. 261, fol. 88 recto. De curia, n. 23)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. ut supra. »

904 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur quod poenitentiarius suus confessiones familiarium ipsius audire possit et valeat ac ipsos absolvere et cum eis super irregularitatibus dispensare. (Reg. 261, fol. 88 verso. De curia, n. 24.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. ut supra. »

905 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas exercendi censuram ecclesiasticam contra omnes sibi et familiaribus suis in eundo, stando et redeundo injuriantibus. (Reg. 261, fol. 88 verso. De curia, n. 25.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, ut supra. »

906 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum certis personis super defectu aetatis, ut, non obstante dicto defectu, possint ad omnes ordines promoveri. (Reg. 261, fol. 88 verso. De curia, n. 26.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. ut supra. »

907 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas omnes personas ecclesiasticas, soeculares et regulares, illarum partium, quae, contra statuta synodalia venientes, excommunicationis sententiam incurrerunt, absolvendi. (Reg. 261, fol. 88 verso. De curia, n. 27.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. ut supra. »

908 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas exercendi censuram ecclesiasticam in archiepiscopos, episcopos ac praelatos, clericos et personas ecclesiasticas et in reges, duces, marchiones, comites, barones et nobiles quoscumque, qui contradictores et rebelles extiterunt in prosecutione negotiorum legationis, ac poenas et sententias, a seipso positas et latas, relaxandi. (Reg. 261, fol. 88 verso. De curia, n. 28.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, ut supra. »

909 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas assumendi et retinendi ad sua obsequia et sub sua obedientia quotcumque et quoscumque maluerit de fratribus Praedicatorum, Minorum et aliorum quorumcumque ordinum, in suae legationis partibus existentium. (Reg. 261, fol. 89 recto. De curia, n. 25.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, ut supra. »

910 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas contra falsarios et abusores litterarum apostolicarum procedendi. (Reg. 261, fol. 89 recto. De curia, n. 30.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno secundo. »

911 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum certis personis ecclesiasticis, in sacerdotio constitutis, super irregularitate, si quam incurrerint, suspensi a divinis. (Reg. 261, fol. 89 recto. De curia, n. 31.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, ut supra. »

912 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur ut a familiaribus continuis, resignare volentibus certa beneficia, resignationes recipere possit et valeat. (Reg. 261, fol. 89 verso. De curia, n. 34.)

« *Eidem*. Cum te ad —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno secundo. »

913 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem conceditur facultas dispensandi et concedendi certis

personis ut sepulcrum dominicum et alia oratoria Terrae Sanctae visitare possint et valeant. (Reg. 261, fol. 89 verso. De curia, n. 33.)

« *Dilecto filio Andruyno etc.* Cum te ad —. Dat. Avinione, X kal. maii, anno secundo. »

914 Avignon, 23 avril 1364.

Petro archiepiscopo Neapolitano, ut Stephanum, archiepiscopum Capuanum, dimittat de quadam capella, sub vocabulo beati Ludovici in civitate Neapolitana sita, cui maluerit providere. (Reg. 246, fol. 160 verso.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Neapolitano, salutem etc.* Venerabilis fratris nostri Stephani, archiepiscopi Capuani, expositione didicimus quod bone memorie Angayranus, archiepiscopus Capuanus, in civitate Neapolitana instituit et fundavit quemdam locum cum capella sub vocabulo beati Ludovici et domibus ac dote oportunis, pro certo numero pauperum scolarium ibidem perpetuo tenendorum, [eum dotavit], sed, eodem archiepiscopo viam universe carnis ingresso, .. archiepiscopus Neapolitanus, qui tunc erat, ipsos locum et capellam dilecto filio Pandulo, clerico Neapolitano, de facto contulit contra ordinationem ejusdem archiepiscopi fundatoris, et quod idem Pandulus dictos locum et capellam possidet, licet minus debite de presenti; super quo idem Stephanus archiepiscopus apostolice provisionis remedium imploravit. Nos itaque, prout tua fraternitas non ignorat, desiderantes quod in ecclesia Dei, precipue in regno Sicilie, ubi sciencia multum dicitur defecisse, licteratorum virorum, presertim ecclesiasticorum, numerus augeatur, et ex propagata litterarum sciencia virtutum germina, Deo amabilia, producantur, ac, justicia suadente, volentes quod pia ejusdem fundatoris voluntas executioni debite demandetur, fraternitatem eandem hortamur attente mandantes quatinus in hac parte rationis debitum sic exequaris solicite quod non oporteat nos adhibere partes apostolice potestatis. Dat. Avinione, VIIII kal. maii, anno secundo. »

915 Avignon, 24 avril 1364.

Johanni, regi Franciae, Johannem Chivalerii, canonicum Suessionensem, ad ejus praesentiam a Johanne, comite Armaniaci, destinatum, commendat. (Reg. 246, fol. 160 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 112, n° xxxi.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem, etc.* Ex paterne pietatis affectu, quem ad dilectum filium nobilem virum Johannem, comitem Armaniaci, gerimus, sibi de longa sua detentione compatimur et pro ejus liberatione libenter fecimus posse nostrum; sed, quia nondum speratus et procuratus in hac parte fuit secutus effectus, dilectus filius Johannes Chivalerii, canonicus Suessionensis, lator presentium, ad regiam presentiam, pro certis habendis in dicta liberatione remediis, per dictum comitem presencialiter destinatur. Tuam igitur serenitatem affectuose rogamus quatinus in exhibendis remediis hujusmodi te reddas favorabilem et benignum et liberalitate solita graci[o]sum, nosque nichilominus pro liberatione predicta non desinemus nostre possibilitatis operam exhibere. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anno secundo. »

916 Avignon, 24 avril 1364.

Gentibus regiae camerae compotorum Parisiensis ut Johannis Chivalerii, Johannis, comitis Armaniaci, nuntii, negotia favorabiliter expedire velint. (Reg. 246, fol. 161 recto.)

« *Dilectis filiis gentibus regie camere computorum Parisiensis.* Dilectus filius Johannes —. Dat. ut supra. »

917 Avignon, 24 avril 1364.

Johanni, duci Bituricensi, ut pro Johannis, comitis Armaniaci, liberatione, apud Johannem, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 161 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Bituricensi, salutem etc.* Pro liberatione dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci, soceris tui, scribimus carissimo in Christo filio nostro Johanni, regi Francie, genitori tuo, secundum formam presentibus interclusam. Quare nobilitatem tuam, licet expedire non putemus, ex abundanti tamen excitamus, potius quam rogamus, quatinus, pro remediis liberationis predicte, que a serenitate regia debent peti, apud dictum regem et alias, prout poteris, interponas efficaciter partes tuas. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anno secundo. »

918 Avignon, 24 avril 1364.

Carolo, duci Normanniae, Johannis, Franciae regis, primogenito, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 161 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, duci Normannie, caris-*

simi in Christo filii nostri Johannis, regis Francie illustris, primogenito. Pro liberatione dilecti —. Dat. ut supra. »

919 Avignon, 24 avril 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 161 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Pro liberatione dilecti —. Dat. ut supra. »

920 Avignon, 24 avril 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Remensi. (Reg. 246, fol. 161 verso.)

921 Avignon, 24 avril 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Senonensi. (Reg. 246, fol. 161 verso.)

922 Avignon, 24 avril 1364.

In e. m. .. episcopo Parisiensi. (Reg. 246, fol. 161 verso.)

923 Avignon, 25 avril 1364.

Universis clericis et personis ecclesiasticis, tam soecularibus quam regularibus, injungit ut, infra spatium mensis, in manibus Arnaldi camerarii, archiepiscopi Auxitani, de omnibus beneficiis, cum cura vel sine cura, quae possident, fidelem reddant rationem. (Reg. 246, fol. 172 verso. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad officium injuncte —. Dat. Avinione, VII kal. maii, anno secundo. »

924 Avignon, 30 avril 1364.

Carolum, regem Franciae, de morte Johannis, patris ejus, consolatur. (Reg. 246, fol. 161 verso. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, p. 101.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Lugubris rumor, plurium fidedignorum jam assercione firmatus, obitum clare memorie Johannis, regis Francie, tui genitoris, insinuans, nostram et fratrum nostrorum mentes gravis doloris aculeo sanciavit, dum carissimum filium subtractum conspicimus, qui, fervens plenitudine devotionis ad Deum, honorabat ecclesiam et libertatem ecclesiasticam conservabat ardoreque divine caritatis ignitus, zelo sacre fidei, qua salvamur, se militem Regis regum prompta pollicitatione constituit, crucem suam humeris bajulans, Redemptorem suum, pro cujus reverencia paratus erat proprium fundere sanguinem, sicut princeps christianissimus secuturus. O quantus dolor totius sui populi tam prudentis et magnanimis (sic) principis regimine destituti! O quantus meror Christiani exercitus ad recuperationem Terre Sancte profecturi de proximo, cernentis se ducis tam providi tamque strenui amisisse ducatum! Profecto cum hiis dolentibus merito condolemus et dolere debet universa ecclesia sancta Dei, quia nullus fidelis expers potest esse meroris, cum constat generale dispendium accidisse; verum, quia non est instandum doloribus ubi presertim consolationis remedia divine bonitatis gratia, que nunquam deest in se sperantibus, tribuuntur, de tanta merito consolamur mesticia, pie credentes quod justus judex, bonas considerans et premians voluntates, ejusdem tui genitoris transfretandi propositum pro facto clementer recipiet, eumque certantis athlete dyademate cum secum regnantibus coronabit; dumque tue magnitudinis circunspectionis industriam, justicie zelum, magnanimitatis animum, clemencie benignitatem, consciencie nitorem, ac devotionis intime ad Romanam ecclesiam puritatem, aliorumque morum regalium gravitatem eximiam paterna consideratione pensamus, tristicie nebulas digne abicimus, in successore sic laudabili recreati; digneque tui nobiles et plebei et precipue persone ecclesiastice, quas in sua libertate, dextera Domini tibi assistente, tueberis et, ut speramus, regalibus favoribus prosequeris, possunt merorem deponere et in regimine tam virtuosi principis jocundari; eapropter, fili carissime, in Domino conforteris, premissarum et aliarum virtutum exercicio studiosius intendens, tuumque populum, longorum bellorum impetibus conquassatum, coneris, prout in te fuerit, tranquillitatis et pacis dulcedine refovere, et, quia honor regis judicium diligit et firmatur justicia tronus ejus, illam amplexeris devotius, nullo tempore relinquendam, ac eandem Romanam et alias ecclesias et personas ecclesiasticas, ob illius reverenciam per quem ipso propicio regnabis feliciter, habeas commendatas; nos, velut patrem benivolum, qui tuam sublimitatem ac regnum in visceribus caritatis habemus, ad ea, que tuam et ejusdem regni prosperitatem respiciunt, requirens cum fiducia filiali. Dat. Avinione, II kal. maii, anno secundo. »

925 Avignon, 30 avril 1364.

Archiepiscopo Remensi, Belvacensi et Nivernensi episcopis, suprascriptas litteras consolatorias mittit, ut eas Carolo, regi Franciae, praesentare studeant. (Reg. 246, fol. 162 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi et .. Belvacensi ac .. Nivernensi episcopis et eorum cuilibet.* Carissimo in Christo —. Dat. Avinione, II kal. maii, anno secundo. »

926 Avignon, 30 avril 1364.

Petro, regi Aragonum, asserit Lupum, archiepiscopum Caesaraugustanum, dudum in Italiae partibus apostolicae Sedis nuntium, ad ecclesiam suam redire, ipsumque hortatur ad eumdem archiepiscopum favoribus suis prosequendum. (Reg. 246, fol. 162 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Sicut celsitudo regia —. Dat. Avinione, II kal. maii, anno secundo. »

927 Avignon, 30 avril 1364.

Petro Domandi, ecclesiae Pictavensis praeposito, apostolicae Sedis nuntio, ac collectori fructuum, proventuum et bonorum apostolicae camerae in istis partibus debitorum, dat potestatem procedendi contra omnes clericos personasque ecclesiasticas qui, pro fructibus et proventibus suorum beneficiorum pecunias dictae camerae debitas solvere recusantes, de suis civitatibus et dioecesibus recedunt et in alias partes se transferunt. (Reg. 262, fol. 75 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Domandi, preposito ecclesie Pictavensis, apostolice Sedis nuncio.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, II kal. maii, anno secundo. »

928 Avignon, 2 mai 1364.

Carolo, regi Franciae, ut Arnulpho, domino de Audrehem, militi suo, praesentium latori, de hiis quae viva voce exponere debet, fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 174 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 38, note 1.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Nuper per alias apostolicas litteras, per quas tuam celsitudinem in premordiis assumptionis tui regii sceptri duximus visitandam (1)... Quia vero dilectus filius nobilis vir Arnulphus, dominus de Audenham, miles tuus, lator presentium, nobis asseruit quod ad tuam presentiam intendebat venire de proximo, regali culmini sue subjectionis et reverencie debitum impensurus, cui, sicut viro prudenti et fidelitate ac probitate multiplici decorato, ex hiisque singulariter nobis accepto, commisimus ut illa, que in eisdem litteris scribimus, tibi ex parte nostra plenius exponat oraculo vive vocis sibique super hiis fidem velis indubiam adhibere, rogamus affectuose magnitudinem tuam quatinus ejusdem militis fidei puritatem aliaque merita et devotionis obsequia, inclite tue domui per eundem exhibita fideliter hactenus considerans, eum utique dignum benivolencia et favoribus regiis prosequaris, in ipso demonstrans apertius quantum tue sublimitati viri laudabiles sint accepti. Dat. Avinione, VI nonas maii, anno secundo. »

(1) Il existe ici une lacune qu'il faut sans doute attribuer à une erreur du copiste, et dans le texte plusieurs fautes de lecture que nous avons dû corriger. Cette bulle est d'ailleurs encadrée dans le Reg. Vat. 246 par les deux syllabes du mot *vacat*; ce qui indique probablement qu'elle n'a pas été expédiée. Aussi bien, le voyage d'Arnoul d'Audrehem à la Cour de France, auquel il est fait ici allusion, n'est pas mentionné par M. Molinier (*Etude sur la vie d'Arnoul d'Audrehem, etc.*) qui, cependant, pour cette période, suit pas à pas son héros. Nous savons au contraire, par des lettres émanant d'Arnoul d'Audrehem lui-même (*Ibid.*, Pièces justificatives, nos LXXVIII et suiv.), que le maréchal était à Montpellier et à Nimes dans les premiers jours de mai 1364. Il faut en conclure que son voyage auprès de Charles V resta à l'état de projet et que la lettre du pape, insérée dans le Reg. 246 avant d'avoir été expédiée, devint inutile parce que ce voyage n'eut pas lieu.

929 Avignon, 3 mai 1364.

Guillelmo, episcopo Mimatensi, ut prioratum de Canonica, ord. s. Ben., suae dioecesis, a monasterio sancti Victoris Massiliensis dependentem, de solvendi quamdam talliam recusatione, molestare abstineat. (Reg. 246, fol. 174 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Mimatensi, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod, pro eo quod dilectus filius Paulus, prior prioratus de Canonica, ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, ad monasterium sancti Victoris Massiliensis, dicti ordinis, immediate spectantis, velut a tua jurisdictione exemptus, certam pecunie talliam, quam eidem imposueris, solvere recusavit, tu clericis secularibus dicti prioratus mandasti quod in ipso prioratu divina celebrare officia non auderent. Nos igitur, hoc non habentes acceptum et cognoscentes quod ex eo privilegiis exemptionis dicti monasterii nimium derogatur, fraternitatem tuam rogamus et hortamur

attente quatinus mandatum tuum hujusmodi, et alia que feceris in premissis studeas celeriter revocare. Dat. Avinione, V nonas maii, anno secundo. »

930 Avignon, 4 mai 1364.

Johannae, reginae Siciliae, Raymundum, comitem Avellini, commendat. (Reg. 246, fol. 176 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Ad dilectum nobilem —. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno secundo. »

931 Avignon, 4 mai 1364.

Roberto, imperatori Constantinopolitano, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 176 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano illustri.* Ad dilectum nobilem —. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno secundo. »

932 Avignon, 5 mai 1364.

Stephanum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, de quadam pecuniae summa, ab ipso cardinali Andruino tradita, et de quibusdam aliis pecuniae summis solutum facit. (Reg. 246, fol. 198 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, salutem etc.* Dudum te, tunc abbatem monasterii sancti Illidii Claromontensis, ord. s. Ben., ad partes Italie pro certis negotiis destinantes, tibi triginta unum milia ducentos quinquaginta florenos auri, appellatos fortes de crucecta, in diversis cuniis seu monetis, tradendos per te dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato et per eum postmodum solvendos dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ratione quorumdam pactorum, dudum in pace inter ecclesiam Romanam ac ipsum Bernabonem facta habitorum, mandavimus assignari, et, quia plenarie nobis constat quod traditio tocius predicte summe florenorum per te dicto cardinali integraliter fuit facta, nos, volentes tibi super hoc de oportuna providere cautela, te de tota predicta summa florenorum ac de trecentis triginta duobus florenis auri ponderis Francie et centum et nonaginta duabus quartarolis auri de Janua et viginti quatuor libris monete Avinionensis, quos tibi pro tuis et familiarium tuorum expensis tradi fecimus, cum de hiis omnibus fidelem et plenam gentibus nostre camere reddideris rationem, presentium tenore absolvimus, quitamus et plenarie liberamus. Dat. Avinione, III nonas maii, anno secundo. »

933 Avignon, 6 mai 1364.

Carolo, regi Franciae, de novitatibus, inter ipsum et Carolum, Navarrae regem, exortis, scribit, ipsique pro bono pacis arbitrium suum offert. (Reg. 246, fol. 177 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 112, n° XXXII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Celsitudinis tue litteras, paulo antequam regiam assumeres dignitatem conscriptas, benigne recepimus, in quibus novitates exortas inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Navarre illustrem, nostro apostolatui filialiter reserasti. De premisso itaque ac cunctorum fidelium et precipue inclite tue domus dissidio et inquietudine tui regni, longorum bellorum vexati turbinibus, paterna pietate dolentes, in votis gerimus inter excellenciam tuam et eundem regem sinceram benivolenciam, qualem inter consanguineos et affines presertim regia serenitate pollentes esse convenit, cordialiter reformari et ad hoc promptis affectibus offerimus interponere partes nostras. Dat. Avinione, II nonas maii, anno secundo. »

934 Avignon, 7 mai 1364.

Stephanum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., pro ecclesia Romana in partibus Italiae receptorem generalem deputat, Aymerico, Bononiensi episcopo, qui dictum officium gerebat, revocato. (Reg. 246, fol. 198 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, pro nobis et Romana ecclesia in partibus Italie receptori generali.* Fidei puritas circumspectionis —. Dat. Avinione, nonis maii, anno secundo. »

935 Avignon, 7 mai 1364.

Eidem quod possit audire rationes et computa quorumcumque thesaurariorum. (Reg. 246, fol. 199 verso. De curia.)

« *Eidem.* De sinceritate tue —. Dat. ut supra. »

936 Avignon, 7 mai 1364.

Eidem quod possit recipere quaecumque jura ecclesiae Romanae debita et quittare de receptis. (Reg. 246, fol. 199 verso. De curia.)

« *Eidem.* Cum te ad —. Dat. ut supra. »

937 Avignon, 7 mai 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut frumentum et alia victualia e partibus Tusciae ad Bononiam afferri permittat. (Reg. 246, fol. 178 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, nonis maii, anno secundo. »

938 Avignon, 7 mai 1364.

Aymerico, episcopo Bononiensi, in partibus Italiae pro ecclesia Romana thesaurario, scribit de eodem, ipsum monens se Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, de dicto negotio litteras suas misisse et ipsi mandans ut, si Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato pro civitate et districtu Bononiensi, expediens videatur, illas quantitates frumenti et aliorum victualium necessarias de pecuniis Romanae ecclesiae in provinciis supradictis conduci faciat indilate. (Reg. 246, fol. 178 recto.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, in partibus Italie pro nobis et ecclesia Romana thesaurario.* Ad nostrum etc. *ut supra* —. Dat, Avinione, nonis maii, anno secundo. »

939 Avignon, 7 mai 1364.

Hugoni de Lamanhania, archidiacono de Majorico in ecclesia Toletana et Arnaldo de Vernolio, canonico Burgensi, collectoribus Castellae, de bonis Johannis de Cavanhaco, canonici quondam Carnotensis et Ulixbonensis defuncti, jurium et apostolicae camerae bonorum in Caturcensi, Ruthenensi et Abiana nonnullisque aliis civitatibus et dioecesibus pertinentium collectoris. (Reg. 262, fol. 89 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Hugoni de Lamanhania, archidiacono de Maiorico in ecclesia Toletana et Arnaldo de Vernolio, canonico Burgensi etc.* Cum quidam Johannes —. Dat. Avinione, nonis maii, anno secundo. »

940 Avignon, 8 mai 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, Thomam de Bellocampo, comitem Warwichi, latorem praesentium, qui ad partes ultramarinas, Terram Sanctam recuperandi causa, iter arripuit, commendat, ipsumque rogat ut dicto comiti ejusque gentibus, si opus fuerit, securum conductum faciat exhiberi. (Reg. 246, fol. 179 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, VIII idus maii, anno secundo. »

941 Avignon, 8 mai 1364.

In e. m. Adhemario de Pictavia, comiti Valentinensi. (Reg. 246, fol. 179 verso.)

942 Avignon, 8 mai 1364.

In e. m. Rodulpho de Lupeyo, gubernatori dalphinatus Viennensis (1). (Reg. 246, fol. 180 recto.)

943 Avignon, 8 mai 1364.

Gaufrido, archiepiscopo Tolosano, ut ad processuum contra bonorum ecclesiasticorum raptores publicationem, in qua negligentem se reddidit, cum fuerit requisitus, diligenter procedat. (Reg. 246, fol. 180 recto.)

« *Venerabili fratri Gaffrido, archiepiscopo Tholosano, salutem etc.* Pro parte quorumdam prelatorum ac aliarum personarum ecclesiasticarum de partibus tibi vicinis fuit nobis expositum cum querela quod, licet tu ad exequendum quasdam litteras apostolicas, que incipiunt *ad reprimendas*, contra raptores rerum ecclesiasticarum et alios graves contra ecclesias et monasteria ecclesiasticasque personas committentes excessus fueris executor a Sede apostolica deputatus, tamen in executione dictarum litterarum, licet ab eisdem prelatis et personis pluries requisitus extiteris, te reddidisti hactenus et reddis continue negligentem, super quibus a nobis fuit oportunum remedium postulatum. Tuam igitur fraternitatem hortamur attente, eidem districte precipiendo mandantes quatinus contra prefatos raptores et alios hujusmodi commictentes excessus, cum ab eisdem prela-

(1) Le nom de Raoul de Louppy est ainsi orthographié dans le registre : « Rampnulpho, domino de Lampeyo... »

tis et personis fueris requisitus, predictas litteras efficaciter exequaris, non expectans quod contra te aliud curemus remedium adhibere. Dat. Avinione, VIII idus maii, anno secundo. »

944 Avignon, 8 mai 1364.

Bertrando de Insula, Johannis, comitis Insulae, primogenito, ut Guillelmo, episcopo Lomberiensi, certam bladi quantitatem, circa octoginta florenos auri valentem, quam Jordanus de Insula, nuncupatus Bastardus, eidem episcopo auferre praesumpsit, sine mora faciat restitui. (Reg. 246, fol. 180 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando de Insula, primogenito dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Insule.* Pro parte .. Guillelmi —. Dat. Avinione, VIII idus maii, anno secundo. »

945 Avignon, 8 mai 1364.

Cardinali Andruino ut in favorem Thomae de Tathis, qui monasterii de Cerreto possessionem pacificam impeditur adipisci, apud Bernabonem de Vicecomitibus partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 180 verso.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dudum fe. re. Innocencius papa VI, predecessor noster, de persona dilecti filii Thome de Tathis, abbatis de Cerreto, tunc monachi de Capite Lacus monasteriorum, ordinis Cisterciensis, Laudensis et Mediolanensis diocesium, ipsi monasterio de Cerreto tum vacanti providit, sed, prout ejusdem Thome expositione didicimus, pro eo quod Benedictus de Bavaziis se de facto in dicto monasterio de Cerreto intrusit et illud detinet occupatum, ipse Thomas non potuit neque potest, propter ejusdem Benedicti et suorum amicorum potenciam, ejusdem monasterii detenti possessionem pacificam adipisci. Quare circumspectionem tuam hortamur attente mandantes quatinus apud dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, in cujus regiminis terris dictum monasterium consistere dicitur, et alias, prout ex officio tuo poteris, pro amotione ejusdem intrusi a detentione dicti monasterii et admisione ejusdem abbatis ad ipsius monasterii detenti possessionem pacificam et quietam interponas efficaciter partes tuas. Dat. Avinione, VIII idus maii, anno secundo. »

946 Avignon, 8 mai 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus de eodem scribit, ipsum rogans ut praefatum Thomam, abbatem, dicti monasterii de Cerreto possessione frui permittat. (Reg. 246, fol. 181 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Dudum etc., *ut supra in proxima usque* providit; sed, prout idem Thomas nobis asseruit, pro eo quod Benedictus de Bavaziis, in dicto monasterio de Cerreto se de facto intrudens, illud detinuit, prout detinet occupatum, non potuit ejusdem monasterii detenti possessionem pacificam adipisci. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, ob justicie debitum ac reverenciam apostolice Sedis et nostram tuumque honorem, predictum Benedictum intrusuma movens a detentione monasterii prelibati, eidem Thome abbati, ut possessionem pacificam dicti monasterii detenti pacifice assequatur ac retineat, velis tue potencie brachium liberaliter exhibere. Dat. ut supra. »

947 Avignon, 10 mai 1364.

Ludovico, episcopo Valentinensi, mandat ut, cum Antonius de Vinayo, miles Viennensis dioecesis, patre suo consentiente, cum multis gentibus armorum bajuliam seu domum sancti Pauli prope Romanis invaserit et Garino de Godeto, ejusdem praeceptori, plurima dampna et injurias irrogaverit, praedictos Antonium ejusque patrem ad satisfactionem de praedictis dampnis reddendam inducat. (Reg. 246, fol. 181 verso.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi, salutem etc.* Nuper pro parte dilecti filii Garini de Godeto, preceptoris bajulie seu domus Sancti Pauli prope Romanis, Viennensis diocesis, facta nobis expositio continebat quod dilectus filius nobilis vir Antonius de Vinayo, miles dicte diocesis, de voluntate et consensu dilecti filii nobilis viri .. domini de Vinayo, genitoris sui, cum multitudine gencium armatorum, dictam bajuliam invadens ac ipsam violenter intrans, preceptori prefato plurima dampna et injurias irrogavit et se graviora illaturum de certo extitit comminatus. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut eidem Garino preceptori super hiis providere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, ejus indempnitati et securitati providere cupientes et sperantes posse in predictis per provisionem tue prudencie oportunum remedium adhiberi, fraternitatem tuam attente rogamus mandantes quatinus predictus Antonium et .. genitorem ejus ad debitam restitutionem de predictis dampnis illatis per eos faciendam et

ad abstinendum de cetero ab omni injuria inferenda preceptori prefato ex parte nostra salutaribus inducas monitis ac viis et modis, quos ad predicta cognoveris expedire. Dat. Avinione, VI idus maii, anno secundo. »

948 Avignon, 15 mai 1364.

Ægidio cardinali legato notificat se Stephanum, abbatem monasterii Sancti Victoris Massiliensis, thesaurarium generalem in Italiae partibus constituisse eique mandavisse ut, de diminutione stipendiorum Ecclesiae servientibus assignatorum, cum dicto legato conferat; ipsum hortatur ad fidem ejus relatis adhibendam et quid in hac parte melius expedire sibi videbitur faciendum. (Reg. 246, fol. 184 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Dilectum filium Stephanum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, latorem presentium, nobis speciali dilectione conjunctum, citra revocationem venerabilis fratris Aymerici, episcopi Bononiensis, nostri et Romane ecclesie in partibus Italie generalis ac aliorum ejusdem ecclesie thesaurariorum in dictis partibus constitutorum, fecimus et constituimus pro nobis et Romana ecclesia generalem receptorem reddituum et proventuum, in dictis partibus eidem ecclesie debitorum, certasque super hiis et aliis potestates, quas tibi ostendet, sibi duximus concedendas. Ipsum igitur tue fraternitati recommendamus attente, ut eum informes et dirigas in agendis, et, quia intelleximus quod stipendia seu vadia de ipsorum quantitate ac numero personarum, ecclesie serviencium prelibate, possunt multum diminui, absque ecclesie prelibate periculo seu etiam detrimento, volumus et mandamus quod eadem fraternitas illa diminuat, prout magis noverit expedire, et quod tuis aut aliorum officialium ecclesie predicte familiaribus aut aliis officia seu servicia, pro quibus vadia ipsa percipiunt, nisi in propriis personis officia ipsa exerceant et servicia faciant, de cetero minime tribuantur, super quibus et aliis, que idem abbas tibi ex parte nostra retulerit, adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, idus maii, anno secundo. »

949 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato « sed ubi dicitur *fraternitati* dicatur *circumspectioni*. » (*Ibid.*, fol. 184 recto.)

950 Avignon, 15 mai 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus de eodem scribit, ipsum rogans ut dicto thesaurario favoribus suis assistat. (Reg. 246, fol. 184 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, salutem etc.* Dilectum etc., *ut supra in proxima usque* debitorum. Quia igitur nobilitatis tue favores eidem abbati esse poterunt multipliciter fructuosi, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus abbatem ipsum in ecclesie prefate negociis habeas tuis favoribus commendatum, ut, eis mediantibus, dicta negotia dirigantur felicius et nos proinde te gratiarum actionibus prosequamur. Dat. Avinione, idus maii, anno secundo. »

951 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Galeatio de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario. (Reg. 246, fol. 184 verso.)

952 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario. (Reg. 246, fol. 184 verso.)

953 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Johanni de Olegio, militi, pro Romana ecclesia in civitate Firmana vicario « et post verbum *rogamus* addatur *mandantes*. » (Reg. 246, fol. 184 verso.)

954 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, in civitate Ferrariensi pro ecclesia Romana vicariis « mutato numero singulari in plurialem. » (Reg. 246, fol. 184 verso.)

955 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Canisegnorio et Paulo Albuino de la Scala « sed non ponatur *mandantes*. » (Reg. 246, fol. 184 verso.)

956 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Guidoni de Gonzaga, militi Mantuano, et ejus natis. (Reg. 246, fol. 184 verso.)

957 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Malatestae ac Galeocto de Malatestis, militibus, in

civitate Ariminensi pro ecclesia Romana vicariis, « et post verbum *rogamus* addatur *mandantes* » (Reg. 246, fol. 184 verso.)

958 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Guidoni de Polenta, militi, in civitate Ravennatensi pro ecclesia Romana vicario « et addatur *mandantes.* » (Reg. 246, fol. 184 verso.)

959 Avignon, 15 mai 1364.

In e. m. Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, « sed non dicatur *mandantes.* » (Reg. 246, fol. 185 recto.)

960 Avignon, 15 mai 1364.

Magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ut de criminibus, quibus Vitalis Alquerii, frater dicti hospitalis, diffamatur, cognoscant et de eo faciant quod justitia suadebit. (Reg. 246, fol. 186 recto.)

« *Dilectis filiis magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Dudum ad nostri —. Dat. Avinione, idus maii, anno secundo. »

961 Avignon, 20 mai 1364.

Edwardum, regem Angliae, hortatur ad revocandum et ab Edwardo, Aquitaniae principe, primogenito suo, revocari faciendum quicquid ipse princeps de juramento a praelatis Aquitaniae principatus recipiendo fecit, eumque rogat ut Nicolao Lebrehon, ord. fratrum heremitarum s. Aug., latori praesentium, super hoc fidem velit adhibere. (Reg. 246, fol. 190 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Cum dudum ad nostram audienciam pervenisset quod dilectus filius nobilis vir Edwardus, primogenitus tuus, princeps Aquitanie, in primordiis sui regiminis principatus Aquitanie (1), a nonnullis prelatis et personis ecclesiasticis principatus ejusdem, qui ab eo nichil tenebant in feudum, juramentum fidelitatis receperat et continue recipere conabatur, eos ad hoc commi-

(1) A partir de : *in primordiis* jusqu'à : *a nonnullis*, ce bout de phrase a été ajouté en marge, d'une main différente.

nationibus compellendo ; nos, advertentes hoc in prejudicium libertatis ecclesiastice contra sanctiones canonicas attemptari, eundem principem attente rogavimus quod ecclesias, inter terras sui principatus constitutas, haberet pro Dei reverencia graciose ac favorabiliter commendatas, eas in suis conservando libertatibus et a nocentibus protegendo; ipseque princeps, nobis reverenter rescribens, formam juramenti destinavit hujusmodi, quam, ut asseruit, rationabilem reputabit; nosque sibi rescripsimus quod eandem formam dicti juramenti diligenter videramus et videri etiam feceramus et quod illis prelatis, qui seu quorum predecessores regibus Anglie vel Francie seu ducibus Aquitanie, qui ducatum Aquitanie obtinuerant pro tempore, non consueverunt prestare aliquod juramentum, non licuit secundum jura in eadem forma vel alia juramentum prestare principi memorato, etiam si hoc, prout dicebatur, ipsi prelati voluntarie fecissent et ordinassent etiam dictam formam, quodque ipse princeps, absque offensa Dei et ecclesiastice libertatis animeque sue detrimento, nequibat hujusmodi ab eisdem prelatis exigere juramentum seu receptum facere observari; propter quod eidem principi paterne consulimus, eumque, prout tenebamur ex debito pastoralis officii, monuimus et fuimus exhortati ut dictum juramentum per eum receptum illis prelatis, per quorum predecessores alias fuisse prestitum non constabat, totaliter remittere et illud cassare, annulare ac cassum et irritum nunciare, habereque pro non prestito, pro Dei reverencia ac sue salute anime, procuraret, faciendo juramentum ipsum cancellari de regestris sue curie, ne posset imposterum in dictorum prelatorum et suorum successorum prejudicium reperiri. Et quia idem princeps nobis secundo rescripsit quod sibi, secundum suorum sapientium consilia, rationabile videbatur id quod fecerat de receptione hujusmodi juramenti, nos, ad ostendendum et declarandum sibi suisque consiliariis plenarie vive vocis oraculo quid in hac parte juris existeret et quid nobilitatem suam, secundum Dei beneplacitum ipsiusque principis honorem, observare deceret, dilectum filium magistrum Raymundum de Sancta Gemma, notarium nostrum, apostolice Sedis nuncium, virum dono sciencie decoratum, multiplicique probitate ac consilii maturitate pollentem, cum litteris nostris super fide sibi adhibenda, ad principis ejusdem presentiam duximus destinandum; ipseque nuncius, prout nobis retulit, ad presentiam prefatam accedens, dicto principi consiliariisque suis per efficaces rationes, quas postmodum nobis reportavit, in litteris ipsius principis insertas, exposuit quod non debebat nec de jure poterat predictum recipere juramentum, ipsumque principem ex

parte nostra rogavit ut sibi placeret, super juramentis jam prestitis, tale remedium apponere quod nos contentari possemus ac Deo placitum et anime sue utille redderetur et quod eadem juramenta prestita non essent in prejudicium prelatorum seu suarum ecclesiarum nec vellet a prelatis seu personis ecclesiasticis, qui non juraverunt, ulterius exigere juramenta, nisi dumtaxat ab illis qui ab eo tenerent in feudum aliquod temporale. Cumque, post multa super hiis dicta hinc inde, prefatus princeps eidem nuncio, deliberato consilio, respondisset quod, absque tuo mandato, nichil in premissis innovare volebat, idem nuncius ad nostram presentiam remeavit; hiis igitur ex prefati nuncii relatione perceptis, super eis cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus prehabita collatione matura, cum tam prejudiciale negotium ecclesie libertatis absque gravi divine majestatis offensa dare neglectui nequeamus, dilectum filium Nicolaum Lebrehon, sacre pagine professorem, penitenciarium nostrum, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, latorem presentium, ad regiam presentiam super hiis providimus destinandum, cui mandavimus quod ad dictum principem primo pergere debeat, ut ipse [per] suum nuncium de hiis que vult in premissis tuam celsitudinem studeat informare. Quare devotionem regiam obsecramus in Domino quatinus, provide attendens quod non licet eidem principi prefatum recipere juramentum, illud jam receptum velis devote et benigne cassari et annulari facere per principem memoratum, faciendo eum imposterum ab ipsius juramenti receptione cessare, ut per hoc liquide pateat quam sis devotus Ecclesie filius quamque velis semper in omnibus dictam libertatem ecclesiasticam conservare, et ut Rex regum, preter suum perempne premium, tua temporalia tueatur, cum tu ejus spiritualia devotione regia conservabis; super quibus tibi latius exponendis eidem penitenciario, in hiis que de premissis tibi ex parte nostra narraverit, velis fidem indubiam adhibere. Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno secundo. »

962 Avignon, 20 mai 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, notificat se ad Edwardum, regem Angliae, ejus patrem, de negotiis in littera suprascripta contentis, Nicolaum Lebrehon, ord. fratrum heremitarum s. Aug., poenitentiarium suum, destinasse, ipsumque requirit ut ab Aquitaniae praelatis juramentum, cujus in dicta littera fit mentio, desistat exigere. (Reg. 246, fol. 192 recto.

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Nuper relatione dilecti —. Dat. ut supra. »

963 Avignon, 23 mai 1364.

Carolo, Romanorum imperatori, de pace inter ipsum et regem Hungariae, Austriacque ducem firmata et de gente armigera, sibi, ad Italiae partes redituro, ab ipso imperatore oblata, scribit. (Reg. 246, fol. 192 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 97.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Nuper venerabilis frater Petrus, episcopus Florentinus, a tua reversus presentia, capitula pacis, que cum carissimo in Christo filio nostro Ludovico, rege Ungarie illustri ac dilecto filio nobili viro Rodulpho, duce Austrie, tua fecerat magnitudo, de qua pace, toti populo christiano perutili, sicut per alias litteras imperiali serenitati scripsisse meminimus, habuimus et habemus plenitudinem gaudiorum, et ea que imperialis magnificencia nobis et Romane ecclesie obtulit, si discordie, quas habebat cum eisdem rege et duce, et, quibus durantibus, nequibat eidem ecclesie, que tunc agitabatur bellorum impetibus, in potenti subvenire brachio, sedarentur, et etiam illam oblationem magnificam, multiplici devotione preclaram, quam nobis persepe fecisti, de comitando nos ad Urbem vel alias partes Italie, ad quas gressus nostros dirigi pie cupis, nobis retulit fideliter et prudenter. Hec igitur oblata grandia, que a radice devocionis eximie prodire conspicimus, merito habentes accepta, provide tue sublimitati referimus gratiarum multiplices actiones. Et, licet non solum desiderium sed etiam propositum habeamus Urbem et alias partes Italie visitandi, tamen, consideratis malis conditionibus istarum partium propter vicinitatem et hostilitatem pravarum comitivarum et periculo, cui civitas Avinionensis et comitatus Venaysini, ad Romanam ecclesiam pertinentes, nondum oportunis fortificationibus communiti, vacuati ac indefensi propter subitum nostrum recessum, possent verisimiliter subjacere, necnon discriminibus partium Tuscie, nostrum et tuum in hac parte desiderium nondum possumus adimplere; sed expectamus ampliorem Dei gratiam, que ista impedimenta submoveat, transitus libertatem tribuens et tutelam. Et, licet ad magnum cederet nostre consolationis augmentum habere in isto itinere imperialis celsitudinis comitatum, ipsius recreari affatibus, multaque simul pro reipublice utilitate conferre, collata disponere ac disposita, gratia suffragante divina, executioni mandare, tamen inclitam personam tuam, nimia longinquitate distantem, in hoc casu honeste non possumus fatigare, reputantes nichilominus tante liberalitatis munificentiam ab augustali culmine recepisse. Dat. Avinione, X kal. junii, anno secundo. »

964 Avignon, 24 mai 1364.

Guillelmo, episcopo Vapincensi, de relaxatione plurium personarum, quae, a curia Romana recedentes, infra suam dioecesim captae fuerunt et spoliatae. (Reg. 246, fol. 193 verso (1). — Albanès, *Gallia christiana novissima*, t. I, Instrum. eccl. Gapincensis, col. 322, n° LVII.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Vapincensi, salutem etc.* Ad tue fraternitatis noticiam credimus pervenisse quod hiis diebus, dum quamplures persone ecclesiastice et seculares, de partibus Anglie et Italie oriunde, a Romana curia recedentes, per Dalfinatum Viennensem, ubi nulla debebant hostilitatis insidia formidare, secure transirent, quidam iniquitatis filii eos ceperunt et captivaverunt ac spoliaverunt etiam bonis suis; deindeque, in parte recognoscentes se male fecisse, relaxatis pro majori parte personis eisdem, dilectos filios Richardum de Wenewyk, presbiterum, canonicum Eboracensem et Willelmum Molineux, clericum, familiarem ejusdem Richardi ac Thomam de Heltonhed, clericum, canonicum ecclesie collegiate de Pontrich..., Lichefeldensis diocesis, retinuerunt captivos, ipsis pro redemptione pecuniam non modicam imponentes, et quod demum eos ad castrum Ciguerii, tue diocesis, quod de feudo tuo fore dicitur, fecerunt perduci, dicto Thoma tandem ducto ad civitatem Vapincensem et tuo vicario assignato. Cum itaque talis excessus, de quo posset magnum scandalum suscitari, nimis gravis existat, utpote in offensam Dei et Sedis apostolice attemptatus et per nos non debeat tollerari, fraternitatem tuam hortamur attente, eidem districte precipiendo mandantes quatinus omnibus viis et modis quibus poteris studiose procures eosdem captivos libere facere relaxari et ad locum tutum vel saltem in manus tuas assignari, eos, quibus quedam calumpnie ad colorationem dicti excessus, prout audivimus, imponuntur, sub tua honesta custodia retenturus, donec de ipsis per nos aliud fuerit ordinatum, dictoque tuo vicario non omittas precipere quod eundem Thomam honeste ac benigne studeat pertractare, sic in premissis acturus quod fraternitatem eandem de zelo justicie et mandati nostri prompta obediencia possimus merito commendare. Dat. Avinione, IX kal. junii, anno secundo. »

965 Avignon, 24 mai 1364.

Episcopo Gratianopolitano, ut pro festina dictorum captivorum relaxatione partes suas interponere studeat. (Reg. 246, fol. 194 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Gracionopolitano.* Ad nostrum pervenit —. Dat. ut supra. »

966 Avignon, 24 mai 1364.

Petro Arnulfi et Ramando, condominis castri Siguerii, Vapincensis dioecesis, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 194 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Arnulfi et Ramando, condominis castri Siguerii, Vapincensis diocesis.* Ad nostrum pervenit —. Dat. ut supra. »

967 Avignon, 24 mai 1364.

Radulpho de Luppeyo, gubernatori Dalfinatus Viennensis, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 194 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. domino de Luppino* (sic), *gubernatori dalfinatus Viennensis.* Novit tua nobilitas —. Dat. ut supra. »

968 Avignon, 26 mai 1364.

Johanni, episcopo Urbevetano, suo in spiritualibus in Urbe vicario, ut Henrico de Buda, ord. fratrum heremitarum S. Augustini, professori, de poenitentiariae officio, per obitum Johannis de Sterigonio. O. F. P., professoris nunc vacante, provideat. (Reg. 246, fol. 194 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* Illos libenter apostolice —. Datum Avinione, VII kal. junii, anno secundo. »

969 Avignon, 27 mai 1364.

Roberto, imperatori Constantinopolitano, ut Johannam, reginam Siciliae, cui pontifex de aliquibus scribit, inducat ad monitis ipsius in hac parte acquiescendum. (Reg. 246, fol. 196 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano illustri.* Scribimus carissime in —. Dat. Avinione, VI kalendas junii, anno secundo. »

970 Avignon, 27 mai 1364.

Johanni, comiti Armaniaci, de quadam controversia inter

(1) Cette bulle est citée par Denifle (*La Désolation des églises, etc.*, II, 443); par suite d'une faute d'impression, l'auteur semble renvoyer au Reg. Vat. 251, fol. 193, alors qu'il s'agit du registre 246.

ejus gentes gentesque episcopi Condomiensis, occasione castri Cassaneae, Auxitanae dioecesis, ad Condomiensem pertinentis ecclesiam, exorta, ipsum rogans ut dictas gentes ad desistendum ab incoeptis inducat. (Reg. 246, fol. 196 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci, salutem etc.* Displicenter nuper audivimus quod inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Condomiensem et gentes ejus ex una parte ac te et gentes tuas, occasione cujusdam maleficii, in personas duorum tuorum subditorum in territorio castri Cassanee, diocesis Auxitane, ad Condomiensem pertinentis ecclesiam, perpetrati, non modica turbatio sit exorta, et quod eedem tue gentes prefatum episcopum ac monachos dicte ecclesie ipsorumque subditos, presertim homines dicti castri, si tibi et tuis successoribus se non submittant, perpetuo in personis et bonis eorum offendere comminantur. Cum itaque, prout a fidedignis accepimus, idem episcopus mandaverit de dicto maleficio justiciam ministrari et paratus sit eam fieri facere de reis maleficii supradicti, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus nolis petere seu consentire per gentes tuas peti seu obtineri aut eciam acceptari aliquid, quod contra jus et in prejudicium dicte ecclesie possit esse, etiam si ab eisdem episcopo et hominibus dicti castri voluntarie promittatur, cum hoc in prejudicium ejusdem ecclesie attemptare non possint, et tu ex hoc Deum offenderes et lederes famam tuam, velisque mandare districte officialibus et gentibus tuis quod ab omni novitate dictis episcopo, monachis et eorum gentibus inferenda totaliter debeant abstinere. Dat. Avinione, VI kal. junii, anno secundo. »

971 Avignon, 27 mai 1364.

Geraldo, comiti Perdiaci, de eodem, ut a gentibus Johannis, comitis Armaniaci, nihil contra jus et in praejudicium Petri, episcopi Condomiensis, ejusque ecclesiae, fieri consentiat. (Reg. 246, fol. 197 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Geraldo, comiti Perdiaci.* Displicenter nuper audivimus —. Dat. ut supra. »

972 Avignon, 27 mai 1364.

Pontium de Ulmo, cellerarium monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., ad Romanam ecclesiam immediate spectantis, vicarium suum generalem et procuratorem in dicto monasterio constituit. (Reg. 246, fol. 202 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio de Ulmo, cellerario monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam immediate spectantis, vicario et procuratori ejusdem monasterii auctoritate apostolica deputato.* Religionis zelus et —. Dat. Avinione, VI kal. junii, anno secundo. »

973 Avignon, 28 mai 1364.

Ludovico, duci Andegavensi, ut Johannem de Duroforti, priorem conventualem Beatae Mariae de Cunaldo, ord. s. Ben., Andegavensis dioecesis, Hugonis, sanctae Mariae in Porticu diaconi cardinalis, consanguineum, in possessionem dicti sui prioratus contra Guidonem de Valle et Gaufridum de Brese, milites, dictae Andegavensis et Pictavensis dioecesium, super hoc ipsum impedientes, inducere et manutenere dignetur. (Reg. 246, fol. 182 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, salutem etc.* Dum tue magnificencie nobilitatem, tuorumque progenitorum sinceram devotionem, quam semper ad Romanam gesserunt Ecclesiam, diligenter attendimus, firmiter credimus et tenemus quod tu, velut devotus filius, paternas imitando virtutes et ipsorum progenitorum vestigiis inherendo, personas ecclesiasticas, presertim tue dictioni temporaliter subjectas, oportuni favoris auxilio prosequaris. Nuper siquidem gravis et displicens nobis insinuatio patefecit quod, licet olim de prioratu conventuali beate Marie de Cunaldo, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis, tunc vacante, ad supplicationem dilecti filii nostri Hugonis, sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, dilecto filio Johanni de Duroforti, priori dicti prioratus, ejusdem cardinalis consanguineo, auctoritate nostra provisum fuisset, ac littere apostolice inde confecte et processus per eas habiti, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias contra impedientes dictum Johannem in assecutione dicti prioratus continentes, in ipso prioratu lecti et publicati fuissent; tamen nobiles viri Guido de Valle, et Gaufridus de Brese, milites dicte Andegavensis et Pictavensis diocesium, hujusmodi sentencias et processus, quos minime ignorabant, non verentes sed induratis animis sustinentes, eundem prioratum per se vel alios suos complices in hac parte, ipsorum vi et potencia diutius detinuerunt, prout detinent indebite occupatum, inibi armorum et alios prophanos actus temere exercendo et alia impedierunt ac faciunt et impediunt quominus idem prior vel procuratores sui dictum prioratum valeant pacifice adipisci, in nostrum et apostolice Sedis ac ecclesiastice censure contemptum, animarum suarum periculum, ipsiusque prioris non modicum prejudicium

et jacturam ac scandalum plurimorum. Nos igitur, quorum interest super hiis providere, licet contra detentores hujusmodi possemus procedere indubie, tamen sperantes quod ipsi, qui tibi subesse dicuntur, votis tuis et beneplacitis, sine contradictione in hac parte penitus acquiescent, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, pro nostra et dicte Sedis reverencia, dictique cardinalis obtentu, necnon ipsius consideratione justicie, super hiis taliter provideas quod idem prior dictum suum prioratum, ut convenit, pacifice valeat assequi, ejusque fructus, redditus et proventus percipere et habere et non oporteat contra detentores ipsos justicie remedium adhiberi. Dat. Avinione, V kal. junii, anno secundo. »

974 Avignon, 28 mai 1364.

Ægidio cardinali legato ut diligenter se informet an et ex quibus causis bona, quibus Johannes de Pepulis, miles Bononiensis, asserit se spoliatum esse, ipsi militi restitui debeant, et quid inde repererit Sedi apostolicae per litteras suas referre studeat. (Reg. 246, fol. 197 recto. — *Archives du Collège d'Espagne de Bologne*, Papiers d'Albornoz, vol. I, nº 35.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Andreas de Pepulis, natus dilecti filii nobilis viri Johannis de Pepulis, militis Bononiensis, nobis nuper exposuit quod idem Johannes ad bona sua, que habet in civitate Bononiensi et ejus districtu, quibusque, occasione guerre que olim inter dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, et ipsam civitatem seu tunc regentes eam diucius viguit, spoliatus fuit, non extitit restitutus. Quare idem Andreas pro parte dicti Johannis nobis humiliter supplicavit ut Johannem eundem ad hujusmodi bona restitui facere mandaremus. Nos igitur, an et ex quibus causis fieri vel non fieri hujusmodi restitutio debeat volentes plenarie informari, tue fraternitati precipiendo mandamus quatinus de causis hujusmodi pro ipsa restitutione facienda vel non facienda et de circumstanciis universis, hujusmodi negocium tangentibus, studeas nos plene per tuas litteras informare. Dat. Avinione, V kal. junii, anno secundo. »

975 Avignon, 28 mai 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 197 recto.)

976 Avignon, 1er juin 1364.

Ludovico, regi Hungariae, de pace inter ipsum et Carolum, Romanorum imperatorem, reformata congratulatur, ipsique de bona ejus dispositione erga Siciliae regnum et de gentibus armorum, quas ecclesiae Romanae obtulit, gratias agit. (Reg. 246, fol. 203 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri.* Nuper venerabilis frater —. Dat. Avinione, kalendis junii, anno secundo. »

977 Avignon, 1er juin 1364.

Elisabeth, reginae Hungariae seniori, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 204 recto.)

« *Carissime in Christo filie Elisabeth, regine seniori Ungarie.* Grata nobis venerabilis —. Dat. Avinione, kalendis junii, anno secundo. »

978 Avignon, 1er juin 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut contra Reginaldum de Nantolio, priorem Aquitaniae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, de responsione annua certae pecuniae quantitatis, quam magistro et conventui dicti hospitalis facere tenetur, auxilium suum praestet. (Reg. 246, fol. 205 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Dudum per alias —. Dat. Avinione, kalendis junii, anno secundo. »

979 Avignon, 2 juin 1364.

Duci et communi civitatis Januensis ut non faveant Cretensibus qui erga Venetos se rebelles exhibuerunt, quia per hoc passagium ultramarinum posset impediri. (Reg. 246, fol. 206 verso. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 96, Extrait.)

« *Dilectis filiis Gabrieli Adurno, duci ac consilio et communi civitatis Januensis.* Quamvis de vestra —. Dat. Avinione, IV nonas junii, anno secundo. »

980 Avignon, 2 juin 1364.

Ægidio cardinali legato, Johannem de Pepulis, militem Bo-

noniensem et Andream, ejus filium, in Ecclesiae servitio stare cupientes, commendat. (Reg. 246, fol. 207 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Dilectus filius nobilis —. Dat. Avinione, IIII nonas junii, anno secundo. »

981 Avignon, 2 juin 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 207 recto.)

982 Avignon, 2 juin 1364.

Ægidio cardinali legato ut pacem nuper initam inter Ecclesiam et Bernabonem promulgari et observari curet. (Reg. 246, fol. 207 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 390.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Ut pax ecclesie —. Dat. Avinione, IIII nonas junii, anno secundo. »

983 Avignon, 2 juin 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus notificat se nuntium ejus gratanter recepisse; quid autem pontifex de contentis in ejusdem litteris duxerit ordinandum, ipse nuntius praefato Bernaboni viva voce referet. (Reg. 246, fol. 208 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Litteras tuas, nobis per dilectum filium Franciscolum Caymbasilica, cancellarium tuum, nuper exhibitas, gratanter recepimus, dictumque Franciscolum ac contenta in eisdem litteris pleno percepimus intellectu, super quibus scribimus venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi ac dilecto filio nostris Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legatis, prout credimus expedire; de scribendo vero per nos carissimo in Christo filio nostro Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, et de hiis que scribimus dictis legatis, prefatus Franciscolus, a nobis plenarie informatus, tibi ex parte nostra referet oraculo vive vocis, talemque super hiis dedimus ordinem quod de ipso poteris merito contentari. Dat. Avinione, IIII nonas junii, anno secundo. »

984 Avignon, 3 juin 1364.

Jacobo, regi Majoricarum, ut facere ferre pennonem desistat. (Reg. 246, fol. 209 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Tranquillitatem regni Sicilie —. Dat. Avinione, III nonas junii, anno secundo. »

985 Avignon, 4 juin 1364.

Petro Begonis, cancellario Wratislaviensis ecclesiae, apostolicae Sedis nuntio, de bonis quondam archiepiscopi Coloniensis defuncti, apostolicae camerae reservatis, tribuit potestatem componendi. (Reg. 246, fol. 231 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Begonis, cancellario ecclesie Wratislaviensis, apostolice Sedis nuncio.* Dudum pro nonnullis —. Dat. Avinione, II nonas junii, anno secundo. »

986 Avignon, 5 juin 1364.

Cum Johannis, comitis Montisfortis, gentes bona Johannis et Petri Moysani, fratrum, praesbyterorum, in ecclesia Sancti Albini de Gueranda, Nannetensis dioecesis, perpetuorum beneficiatorum, capere praesumpserint dictumque Johannem captivum detineant, praefatum comitem rogat pontifex ut dictis fratribus bona restitui ipsumque Johannem a carcere relaxari faciat. (Reg. 246, fol. 211 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Montisfortis.* Ut per potenciam —. Dat. Avinione, nonis junii, anno secundo. »

987 Avignon, 5 juin 1364.

Andruino cardinali legato ut Johannem de Riperia, laicum, dioecesis Caturcensis, qui in Italiae partibus Ecclesiae longo tempore servivit et adhuc servire cupit, de quodam officio studeat provideri. (Reg. 246, fol. 239 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Testimonio fideli didicimus —. Dat. Avinione, nonis junii, anno secundo. »

988 Avignon, 5 juin 1364.

Petro, episcopo Uticensi, parrochialem ecclesiam seu prioratum de Costa, Uticensis dioecesis, a canonicis Uticensis

ecclesiae, ord. s. Aug., gubernari consuetam, usque ad sex annos in commendam confert. (Reg. 246, fol. 232 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Uticensi.* Sincere tue devotionis —. Dat. Avinione, nonis junii, anno secundo. »

989 Avignon, 7 juin 1364.

Arnulpho de Audrehem, marescallo Franciae, ut senescalliarum Tolosae, Carcassonae et Bellicadri gentes contra comitivas sine duce ydoneo de caetero procedere hostiliter non permittat. (Reg. 246, fol. 211 verso. — Denifle, *La Désolation des églises, monastères, etc.*, II, 413, n. 1, Extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnulfo, domino de Audenham, marescallo Francie, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, in partibus Ocitanis locumtenenti, salutem etc.* Dolenti significatione nuper nobis facta didicimus quod gentes senescalliarum Tholose, Carcassone ac Bellicadri, indulgentiam, quam morientibus in defensione patrie ac impugnatione quorumdam detestabilium virorum de comitivis, que dictas partes impugnant et ad omnium exterminium et depredationem, more infidelium nationum, seviunt crudeliter in eisdem, dudum concessimus (1), ardore devotionis accense, [mereri cupientes], contra dictas comitivas adeo animose procedunt quod quandoque pergunt sine duce ydoneo et alias debitum in hoc parte ordinem non observant, propter quod hiis diebus nonnulle dictarum gencium apud castrum Salvaterre, Lomberiensis diocesis, occubuerunt gladiis hujusmodi detestabilium impiorum; de quo paterna compassione dolemus. Quare tuam discretam nobilitatem rogamus et hortamur attente quatenus, solerter providens ne vertatur in exicium quod est pro salute patrie institutum, populos dictarum partium sic ordines et disponas et ex parte nostra etiam exorteris ne sine ductore experto tam periculosis discriminibus se exponant, ita quod similis infelix eventus, quod absit, de cetero non contingat. Dat. Avinione, VII idus junii, anno secundo. »

(1) La bulle à laquelle le pape fait allusion est sans doute celle du 27 février 1364, transcrite dans le Reg. Vat. 261, fol. 99 recto, *Litt. divers. form.*, n° 32. A cette date Urbain V, cédant aux instances des sénéchaux et autres officiers royaux, de la noblesse et des habitants des bonnes villes des sénéchaussées de Toulouse, Carcassonne et Beaucaire, accorde l'indulgence plénière à toute personne qui trouvera la mort en combattant contre les Compagnies pour la défense desdites sénéchaussées. Le même jour les archevêques de Narbonne, d'Arles, de Toulouse et d'Auch et leurs suffragants, les évêques d'Avignon, du Puy, d'Albi, de Vabres et de Castres sont chargés de porter cette bulle par les voies ordinaires à la connaissance de tous leurs diocésains (*Ibid.*, n°s 33 et 34).

990 Avignon, 7 juin 1364.

Universitati civitatis Biterrensis inhibet ne contra comitivas sine bono et ydoneo duce de caetero pugnent. (Reg. 246, fol. 211 verso.)

« *Dilectis filiis universitati civitatis Biterrensis.* Dolenti significatione nuper —. Dat. ut supra. »

991 Avignon, 7 juin 1364.

In e. m. universitati loci Montispessulani, Magalonensis dioecesis. (Reg. 246, fol. 212 recto.)

992 Avignon, 7 juin 1364.

In e. m. universitati civitatis Carcassonensis. (Reg. 246, fol. 212 recto.)

993 Avignon, 7 juin 1364.

In e. m. universitati civitatis Narbonensis. (Reg. 246, fol. 212 recto.)

994 Avignon, 7 juin 1364.

In e. m. universitati civitatis Tolosanae. (Reg. 246, fol. 212 recto.)

995 Avignon, 7 juin 1364.

Episcopo Lomberiensi ut de quibusdam nefandis verbis, quae aliqui ex comitivis contra fidem catholicam dixerint, plenarie se informans, quid inde repererit curiae Romanae quam cito referat. (Reg. 246, fol. 232 verso. De curia. — Reg. 262 (1), fol. 101 recto. De curia. — Denifle, *La désolation des églises, etc.*, II, 440, note 3. Extrait.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Lomberiensi, salutem etc.* Ad audienciam nostri apostolatus nuper pervenit quod

(1) Dans le Reg. 262, la date est incomplète : Dat. Avinione, VII junii, pontificatus etc.

quidam viri detestabiles de dampnabilibus comitivis, que compagne appellantur vulgariter, in tua diocesi presentialiter commorantes, non solum contra fideles illarum partium inhumaniter debacantur ac contra Deum et ecclesias ecclesiasticasque personas multa horrenda crimina committere non pavescunt, verum etiam ora eorum fetida in celum ponere, quedam videlicet verba nephanda, heresim sapiencia, contra sanctam Romanam ec clesiam et potestatem Romani pontificis publice proferre presumunt, in gravem Dei offensam, sacre fidei, quam tueri tenemur, derogationem non modicam, ipsorum animarum dampnationem et scandalum plurimorum. Nos igitur, talia, si vera sint, nolentes sicut nec velle debemus oculis conniventibus tolerare sed de ipsis cupientes plenarie informari, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de hujusmodi verbis, heresim sapientibus, ut prefertur, ac ipsorum verborum prolatoribus necnon aliis malis operibus talium presumptorum, que forsan heresim saperent, ubicumque in illis partibus, etiam extra tuas civitatem et diocesim, consistant, summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura judicii, auctoritate nostra diligenter inquiras ac plenarie te informes et quitquid per informationem hujusmodi inveneris per tuas litteras, harum seriem continentes tuoque sigillo signatas, quam citius nobis intimare procures, ut, hujusmodi tua informatione recepta, contra perversos hujusmodi, prout suadebit justicia, procedere valeamus; contradictores etc. testes etc. Dat. Avinione, VII idus junii, anno secundo. »

996 Avignon, 8 juin 1364.

Petro, episcopo Autissiodorensi, ut habitatores loci de Escanno sancti Germani, ad monasterium sancti Germani Autissiodorensis pertinentis, de ecclesiae suae fortificatione, quam ad resistendum malis gentibus societatum fecerunt, molestare cesset dictumque fortalitium compleri permittat. (Reg. 246, fol. 212 verso.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Autisiodorensi, salutem etc.* Habet expositio facta nobis pro parte dilectorum filiorum habitatorum loci de Escanno sancti Germani, Autisiodorensis diocesis, quod, cum ipsi, de voluntate et mandato dilecti filii .. abbatis sancti Germani Autisiodorensis, ad quem dicti loci dominium et jus patronatus ecclesie ipsius loci dinoscitur pertinere, ad resistendum malis gentibus, quas in societatem unam de diversis nationibus, peccatis exigentibus, instigatio demonis congregavit, prefatam ecclesiam fortificaverunt cum muris, edificiis ac vallis ad fortalicium oportunis, non sine magnis eorum laboribus et expensis et quod, quamvis predicta solum intencione recta, pro personarum et rerum suarum tutela et non ad alicujus injuriam, fuerint facta, tu tamen, asserens predicta fieri modo aliquo non licere, abbatem et habitatores eosdem in perficiendo dictum fortalicium molestasti ac etiam molestas ad presens, ipsos per censuram ecclesiasticam compellendo ut ab incepta dicti fortalicii constructione desistant ac destruant jam constructa. Quare fuit nobis pro parte predictorum habitatorum dicti loci humiliter supplicatum ut super predictis providere de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque, considerantes quod edificacio fortalicii supradicti utilis esse potest ad tutelam memorate ecclesie et hominum dicti loci et ad reprimendum feros ausus gencium predictarum, que in effusione Christiani sanguinis immaniter delectantur, fraternitatem tuam rogamus attente quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia ac predictorum consideratione, predictum fortalicium compleri permittas, ipsosque habitatores tractes am[ic]abiliter et benigne, monitiones, processus, mandata et sententias, si quae in eos occasione predicta feceris et tuleris, revocando. Dat. Avinione, VI idus junii, anno secundo. »

997 Avignon, 8 juin 1364.

Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi ecclesiae Romanae vicario, ut monasterii sanctae Catherinae prope ipsam civitatem moniales, quae Simoni, magistro ordinis fratrum Praedicatorum, eas reformare cupienti, se rebelles exhibere praesumpserunt, ad obedientiam compellat et praefato magistro in reformatione ejusdem monasterii assistat. (Reg. 246, fol. 213 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, pro nobis et Romana ecclesia in civitate nostra Ferrariensi et ejus districtu vicario, salutem etc.* Dilectus filius Symon, magister ordinis fratrum Predicatorum, nuper nobis exposuit quod moniales monasterii sancte Catherine prope civitatem nostram Ferrariensem, dicti ordinis, de quorumdam civium seu incolarum civitatis ejusdem defensione confise, ipsi magistro ac priori provinciali prefati ordinis, in illis partibus deputato, adeo se inobedientes et rebelles exhibere presumunt quod se visitari et corrigi ab eodem provinciale ac fenestras, ostia, ceterasque ejusdem monasterii partes pro ipsarum honestate reformari temere non permittunt, vel jam reformata destrui fecerunt vel permiserunt; ex quo, preter inobediencie crimen, sequuntur aliqua inhonesta, super quibus idem

magister nostre provisionis remedium imploravit. Nos igitur, nolentes, sicut nec velle debemus, quod talia in divine majestatis offensam ac perniciosum exemplum et diminutionem honoris tui et civitatis ejusdem de cetero tolerentur, dicto magistro districte mandavimus quod easdem moniales, tuo mediante favore, omnino faciat visitari ac corrigi et puniri secundum prefati ordinis instituta, moniales ipsas seu aliquas ex eis, que magis delinquerint, ad alia monasteria dicti ordinis, si opus fuerit, transferendo. Quare nobilitatem tuam hortamur attente eidem districte mandantes quatinus in hiis eidem provinciali ac visitatoribus ad hoc deputandis et cuilibet eorumdem efficaciter assistere non omictas, personas seculares utriusque sexus suspectas, monasterium frequentantes prefatum, de quibus pro parte dictorum provincialis et visitatorum requisitus extiteris, ne ad ipsum accedant monasterium, per oportuna penas et remedia compescendo, et insuper bona immobilia dicti monasterii, que a quibusdam regimini tuo subjectis occupari dicuntur, eidem monasterio facias libere relaxari. Dat. Avinione, VI idus junii, anno secundo. »

998 Avignon, 8 juin 1364.

Arnulpho de Audrehem, marescallo Franciae, Carolique, Franciae regis, in partibus Occitanis locum tenenti, ut Martinum de Azpilcueta, ecclesiae Pampilonensis canonicum, Ægidiique, Sabinensis episcopi, familiarem, Johannem de Azpilcueta et Johannem de Etunaym, qui, de curia Romana recedentes, a gentibus castri de Marciaco, Auxitanae dioecesis, capti sunt et in carcere detinentur, relaxari faciat. (Reg. 246, fol. 213 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnulfo, domino de Audenham, marescallo Francie ac carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, in partibus Ocitanis locum tenenti.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, VI idus junii, anno secundo. »

999 Avignon, 8 juin 1364.

In e. m. Arnaldo Guillelmi, comiti Perdiaci « *et addatur ubi dicitur « castri de Marciano, Auxitane diocesis » : cujus castri certam partem habere diceris.* » (Reg. 246, fol. 214 recto.)

1000 Avignon, 8 juin 1364.

Abbati et conventui monasterii Casae Dei, ord. Praemonstr., Auxitanae dioecesis, ut pro dictorum captivorum relaxatione partes suas interponant. (Reg. 246, fol. 215 recto.)

« *Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Case Dei, ordinis Premonstratensis, Auxitane diocesis.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, VI idus junii, anno secundo. »

1001 Avignon, 8 juin 1364.

In e. m. consulibus et universitati castri de Marciaco, Auxitanae dioecesis. (Reg. 246, fol. 215 verso.)

1002 Avignon, 8 juin 1364.

Praedecessorum suorum Clementis V, in concilio Viennensi, et subsequenter Benedicti XII constitutiones de conventualibus beneficiis et officiis seu administrationibus claustralibus aliisque beneficiis curatis, ordinis seu religionis monachorum nigrorum, ad canonicos monasterii sancti Antonii Viennensis, ord. s. Aug., extendit. (Reg. 246, fol. 233 recto. — Reg. 262, fol. 101 verso.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Suscepti regiminis nos —. Dat. Avinione, VI idus junii, anno secundo. »

1003 Avignon, 11 juin 1364.

Ægidio cardinali legato ut pacem inter Ecclesiam ejusque colligatos et Bernabonem de Vicecomitibus factam, procuret observari nullamque contra dictum Bernabonem fieri colligationem permittat. (Reg. 246, fol. 214 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum, non sine molestia cordis nostri, quod per aliquos ex dilectis filiis nobilibus viris cum sancta Romana ecclesia colligatis nova colligatio cum aliis personis seu communitatibus contra dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, fieri procuratur. Quare, cum horreamus guerras et bellica dispendia ac pericula, que vitari possunt et debent, merito detestemur et intendamus ex parte nostra et subditorum nostrorum ac eorumdem colligatorum, quantum in nobis et nostris fuerit, pacem, per Romanam ecclesiam ac colligatos ipsos factam cum Bernabone prefato, inviolabiliter observari, volumus et tue fraternitati mandamus quod pacem ipsam, si dictus Bernabos eam observaverit, illibate serves et per subditos nostros et per

eosdem colligatos bona fide posse tuo facias observari. Dat. Avinione, III idus junii, anno secundo. »

1004 Avignon, 11 juin 1364.

Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, scribit de eodem, ipsum hortans ut discordiam, quae de quibusdam castris inter eosdem Bernabonem et colligatos adhuc vigere dinoscitur et de qua in se extitit compromissum, studeat breviter expediri. (Reg. 246, fol. 214 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Ad nostrum pervenit —. Dat. ut supra. »

1005 Avignon, 13 juin 1364.

Edwardo, regi Angliae, ut mercatores societatis Albertorum de Florencia, praesertim circa liberationem Johannis Gutii, socii et factoris eorum, habeat commendatos. (Reg. 246, fol. 214 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Dilectos filios mercatores —. Dat. Avinione, idus junii, anno secundo. »

1006 Avignon, 13 juin 1364.

Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ut praeceptoriam domus de Podiomoyssone, Regensis dioecesis, de qua Bonifacio Blaquas provisum fuit, Petro Planterii professori conferant, eidem Bonifacio de prima praeceptoria vacante provisuri. (Reg. 246, fol. 214 verso.)

« *Dilectis filiis Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Meminimus vobis per —. Dat. Avinione, idus junii, anno secundo. »

1007 Avignon, 14 juin 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus ut, secundum pacta pacis inter ipsum et Ecclesiam initae, contra monasterium sancti Johannis Parmensis ab officiariis suis nullam novitatem noxiam fieri permittat. (Reg. 246, fol. 215 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, salutem etc.* Pro parte dilecti filii Bartholini, abbatis monasterii sancti Johannis Parmensis, ordinis sancti Benedicti, fuit nobis expositum quod, licet per apostolicam Sedem, jam quinque annis elapsis, dicto monasterio fuerit de ipsius Bertholini persona provisum, tamen ejusdem monasterii possessionem nunquam potuit obtinere, quinimmo ipse, ac nonnulli ejusdem monasterii monachi, per tuos officiales in civitate Parmensi fuerunt proscripti, et ad penam ignis finaliter condempnati. Quare fuit nobis humiliter supplicatum quod, pace super guerra nuper preterita Domino concedente jam reddita, tam propter justiciam, quam ipsi abbas et monachi semper foverunt, quam vigore pactorum dicte pacis, eis super premissis providere misericorditer dignaremur. Quare, cum, secundum Deum et justiciam ac pacta predicta, super hiis debeas realiter providere ac de observatione pacis ejusdem tuum bonum propositum nobis sepe duxeris intimandum, et in aliis casibus hiis majoribus ostenderis per effectum, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus possessionem dicti monasterii liberam et quietam eidem abbati seu suis procuratoribus facias assignari, cassando et annullando omnes processus factos et sentencias latas contra abbatem et monachos prelibatos ac permittendo ipsos in dicto monasterio morari et Deo servire de cetero libere et quiete, omnesque tuos subditos ab eorumdem abbatis et monachorum molestiis et injuriis, pro Dei ac apostolice Sedis et nostra reverencia, coercere. Dat. Avinione, XVIII kalendas julii, anno secundo. »

1008 Avignon, 14 juin 1364.

Andruino, cardinali legato, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 215 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Pro dilectis filiis Bertholino, abbate, ac monachis monasterii sancti Johannis Parmensis, ordinis sancti Benedicti, ad dictum eorum monasterium, a quo exulaverunt, diucius reducendis, scribimus dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, secundum formam presentibus interclusam. Quare circumspectionem tuam hortamur attente mandantes quatinus hujusmodi negotium, ut effectum debitum habeat, sicut decet, apud eundem Bernabonem et alias, prout expedire videris, prosequaris et etiam exequaris. Dat. ut supra. »

1009 Avignon, 15 juin 1364.

Petro, archiepiscopo Neapolitano, et Berardo, electo Rapol-

lano, ut omnes, qui sine Sedis apostolicae commissione, verbum crucis praedicant, capi faciant indilate. (Reg. 246, fol. 216 recto.)

« *Venerabili fratri Petro archiepiscopo Neapolitano, et dilecto filio Berardo, electo Rapollano, apostolice Sedis nuncio.* Ad nostrum pervenit —. Dat. Avinione, XVII kalendas julii, anno secundo. »

1010 Avignon, 15 juin 1364.

Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, ut a quibusdam ejusdem Sedis nuntiis, videlicet Fulcone Pererii, Valentinensi et Petro Domandi, Pictavensi praepositis, Hugone de Lamanhania, archidiacono de Majorico, Toletanae, Bertrando de Castanherio, Agennensis, Arnaldo Gavini, Lomberiensis et Jacobo de Concestra, dictae Valentinensis ecclesiarum canonicis, Santio Vaquerii, sacrista de Regula, Guillelmo Amarinti, de Brossa et Guillelmo Dominici, de Valleta ecclesiarum, Vasatensis, Ruthenensis et Tolosanae dioecesium, prioribus seu rectoribus, certas pecuniae quantitates, apostolicae camerae debitas, recipiat. (Reg. 246, fol. 234 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 102 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, canonico Narbonnensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum te ad —. Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno secundo. »

1011 Avignon, 15 juin 1364.

Guillelmo Dominici, rectori ecclesiae de Valleta, Tolosanae dioecesis, concedit facultatem recipiendi a Bertrando de Castanherio, canonico Agennensi et Santio Vaquerii, sacrista ecclesiae de Regula, Vasatensis dioecesis, omnes pecuniarum quantitates, camerae apostolicae debitas, quas ipsi nuntii collegerunt, eundemque hortatur ad illas dictae camerae sine mora destinandas. (Reg. 246, fol. 235 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Dominici, rectori ecclesie de Valleta, Tholosane diocesis.* De tua discretione —. Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno secundo. »

1012 Avignon, 15 juin 1364.

Eidem nuntio ut a supradicto Santio Vaquerii omnia apostolicae camerae debita, quae ipse seu succollectores ejus receperunt, exigat. (Reg. 246, fol. 235 verso. De curia.)

« *Eidem.* Per alias nostras —. Dat. ut supra. »

1013 Avignon, 15 juin 1364.

Santio Vaquerii, sacristae ecclesiae de Regula, Vasatensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, ut praefato Guillelmo Dominici, rectori ecclesiae de Valleta, omnes pecuniarum quantitates, quas nomine apostolicae camerae recepit, integraliter assignare non omittat. (Reg. 246, fol. 235 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 103 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste ecclesie de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Discretioni tue per —. Dat. ut supra. »

1014 Avignon, 16 juin 1364.

Johannae, reginae Siciliae, de receptione litterarum et nuntii ipsius, ac remissione dicti nuntii, super responsione, eisdem litteris a pontifice facta, plenius informati. (Reg. 246, fol. 216 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Dilectum filium Pandolum —. Dat. Avinione, XVI kal. julii, anno secundo. »

1015 Avignon, 17 juin 1364.

Johanni, duci Lotharingiae, ut ab omni exactione, decano et capitulo ecclesiae sancti Deodati de Sancto Deodato, Tullensis dioecesis, personisque in ea degentibus imponenda, abstineat. (Reg. 246, fol. 217 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Lothoringie.* Manifesta Deo irrogatur —. Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

1016 Avignon, 17 juin 1364.

Brocardo de Vestinga, militi, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 217 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Brocardo de Vestinga, militi, Metensis diocesis.* Scribimus dilecto filio —. Dat. ut supra. »

1017 Avignon, 17 juin 1364.

In e. m. Johanni de Theloz, militi ejusdem dioecesis. (Reg. 246, fol. 217 verso.)

1018 Avignon, 17 juin 1364.

In e. m. Ferrico de Perroya, militi ejusdem dioecesis. (Reg. 246, fol. 217 verso.)

1019 Avignon, 17 juin 1364.

Andruino cardinali legato ut de monasterii sancti Michaelis in Bosco prope Bononiam, ord. s. Aug., cum monasterio sanctae Mariae de Olivo, ord. s. Ben., Senensis dioecesis, unione facienda diligenter se informet et, tam aliquorum civium Bononiensium, qui ad hoc se obtulerunt, quam duorum canonicorum, in dicto monasterio sancti Michaelis remanentium, consilio praehabito, faciat quid sibi videbitur expedire. (Reg. 246, fol. 217 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dudum cum esset —. Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

1020 Avignon, 17 juin 1364.

Guillelmo Piloti, cantori Ulixbonensi, ut Johannis de Cavanhaco, canonici quondam Ulixbonensis defuncti, jurium et apostolicae camerae bonorum in Caturcensi, Ruthenensi et Abiana nonnullisque aliis civitatibus et dioecesibus pertinentium collectoris, bona mobilia et credita, dictae camerae reservata, exigat et recipiat. (Reg. 262, fol. 88 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Piloti, cantori Ulixbonensi.* Cum quidam Johannes —. Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

1021 Avignon, 17 juin 1364.

Gubernatoribus domus scolarium, quam apud Bononiam fundavit, notificat se Nicolao, episcopo Tusculano et Rainaldo, tituli sancti Adriani diacono cardinali, mandavisse ut in Italiae terris, apostolicae Sedi immediate subjectis, viginti pauperes scolares eligant, in domo praedicta Bononiensi educandos; ipsos igitur gubernatores rogat ut praedictos viginti pauperes scolares benigne recipiant et favorabiliter pertractent. (Reg. 246, fol. 236 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. gubernatoribus domus seu congregationis scolarium nostrorum in civitate Bononiensi.* De fide preclara —. Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

1022 Avignon, 17 juin 1364.

Roberto, imperatori Constantinopolitano, ut, sicut Johannae, reginae Siciliae, hactenus favit opportune, sic etiam faveat in futurum. (Reg. 246, fol. 239 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano illustri.* Innotuit nobis ex —. Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

1023 Avignon, 17 juin 1364.

In e. m. Philippo de Tarento, militi, « sed ubi dicitur *serenitatem* dicatur *nobilitatem.* » (Reg. 246, fol. 239 verso.)

1024 Avignon, 18 juin 1364.

Nicolao, episcopo Tusculano et Rainaldo, tituli sancti Adriani diacono cardinali, mandat ut in Italiae terris, Ecclesiae Romanae immediate subjectis, viginti pauperes scolares eligant et eos ad domum scolarium, apud Bononiam existentem, destinare procurent. (Reg. 246, fol. 236 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Nicolao, episcopo Tusculano et dilecto filio Raynaldo, tituli sancti Adriani diacono cardinali.* De fide vestra —. Dat. Avinione, XIIII kal. julii, anno secundo. »

1025 Avignon, 18 juin 1364.

Carolo, regi Franciae, asserit quod Petrus Raymundi de Rapistagno, miles, senescallus Bellicadri, commissum sibi regimen fideliter exercet. (Reg. 246, fol. 218 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 113, n° XXXIII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Reputantes fore consentaneum rationi de bonis operibus testimonium perhiberi, celsitudinem tuam volumus non latere quod, prout nonnullorum fidedignorum relatione percepimus, dilectus filius nobilis vir Petrus Raymundi de Rapistagno, miles, senescallus tuus Bellicadri, cujus senescallia vicinissima est Romane curie, sicut nosti, commissum sibi regimen exercet fideliter ac solicite et prudenter, adeo quod, prout credimus, tua serenitas de ipsius senescalli bono regimine potest merito contentari. Dat. Avinione, XIIII kal. julii, anno secundo. »

1026 Avignon, 18 juin 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, de eodem, gratum habens

hoc per ipsum praefato regi, cum expedire viderit, indicari. (Reg. 246, fol. 218 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Reputantes fore consentaneum —. Dat. ut supra. »

1027 Avignon, 19 juin 1364.

Petro, regi Cipri, ut, de quadam discordia inter incolas regni sui et quosdam cives Januenses exorta, eisdem Januensibus faciat justitiam exhiberi. (Reg. 246, fol. 219 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Nuper ad nostram —. Dat. Avinione, XIII kalendas julii, anno secundo. »

1028 Avignon, 20 juin 1364.

Cum Carolus, rex Franciae, temporalitatem archiepiscopi Lugdunensis, qui contra Aymonem de Neuro, civem Lugdunensem, occasione detentionis cujusdam clerici, processerat, ab officialibus suis capi fecerit, Johannem, episcopum Belvacensem, rogat pontifex ut dictum regem ad praemissa revocanda inducat. (Reg. 246, fol. 221 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Nuper non sine displicencia magna fidedigna relatione percepimus quod Aymo de Neuro, civis Lugdunensis, qui occasione captionis, detentionis et demum suspendii cujusdam clerici Lugdunensis, que idem Aymo fecit fieri et quorum occasione venerabilis frater noster .. archiepiscopus Lugdunensis auctoritate sua processerat et in Romana curia auctoritate apostolica procedi fecerat contra eum, fuit, prout est, excommunicationis vinculo innodatus, ubi in contritione cordis et humilitate spiritus de tam gravibus sceleribus misericordiam suppliciter exorare debuerat, in superbia et nequicia sua persistens, a carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie illustri, falsis, ut credimus, suggestionibus, impetravit litteras et mandata, continencia in effectu quod idem .. archiepiscopus Lugdunensis suis sumptibus faciat ipsum Aymonem absolvi et absolutum publice nunciari, quodque temporalitas et omnia castra dicti archiepiscopi et ecclesie Lugdunensis capiantur per officiales regis ejusdem et sub manu regia teneantur, ipseque archiepiscopus ac omnes gentes et consiliarii ejus, qui sibi prestiterunt in hujusmodi processibus favorem aut consilium adversus Aymonem prefatum, citentur personaliter Parisius, super premissis in parlamento procuratori regio responsuri. Que quidem, si vera sint, scienter a regalis circumspectionis judicio emanasse non credimus sed pravis consiliis ac eisdem suggestionibus processisse; cum rex idem, magnis virtutibus pollens, a claritate progenitorum suorum, qui, ecclesiarum et ecclesiastice libertatis precipui zelatores existentes, ecclesias, prelatos et ecclesiasticas personas magna veneratione et propensis studiis inter ceteros mundi principes singulariter coluerunt, nullatenus deviare credatur, sed, sicut jam uberes primicias virtuosorum operum et felicium successuum demonstravit, sic amplam spem nobis et aliis tribuerit quod, timorem et amorem Dei et alia opera sua bona continuans, regiam domum ac regnum suum gloria et honoribus decorabit et commodis multiplicibus ampliabit. Quocirca fraternitatem tuam rogamus attente quatinus, de predictis diligenter et solicite te informans, si ea inveneris esse vera, penes eundem regem insistas ipsumque ex parte nostra inducas exhortationibus et precibus oportunis ut premissa, que adversus archiepiscopum et gentes suas prefatos facta dicuntur, benigne studeat revocare, ut Deo semper et apostolice Sedi reddatur acceptior et ejus successus semper felicius prosperentur honorque regius conservetur illesus et ipsi archiepiscopus et gentes ejus indempnes ab hujusmodi gravaminibus preserventur. Dat. Avinione, XII kal. julii, anno secundo. »

1029 Avignon, 20 juin 1364.

In e. m. Johanni, archiepiscopo Remensi. (Reg. 246, fol. 222 recto.)

1030 Avignon, 21 juin 1364.

Andruino cardinali legato ut Agnetem de Duracio, Canisegnorii de la Scala consortem, in casu quo dictum Canisegnorium, qui nunc infirmitate gravatur, mori contingeret, habeat commendatam eique consiliis et auxiliis assistat. (Reg. 246, fol. 227 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod dilectus filius nobilis vir Caniseignorius de Lascala tali infirmitate gravatur quod de brevitate sue vite non modicum formidatur. Quare, cum idem Caniseignorius dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Agnetam de Duracio habeat in uxorem, discretionem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, si contingeret casus obitus dicti Caniseignorii, quod absit, eandem Agnetam habeas commendatam, presertim

quod ipsa ad partes suas libere valeat remeare, eidem tuis auxilii, consiliis et favoribus assistendo. Dat. Avinione, XI kal. julii, anno secundo. »

1031 Avignon, 21 juin 1364.

Laurentio Celsi, duci Venetiarum, qui de terris sibi subjectis certam quantitatem bladi ad usum civitatis Bononiensis levari permisit, gratias agit. (Reg. 246, fol. 227 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurencio Celsi, duci Veneciarum, salutem etc.* Ex notificatione dilecti filii nostri Andruini, tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, letanter accepimus quod, cum dilecti filii populus civitatis nostre Bononiensis blado et aliis victualibus et rebus necessariis indigerent, teque super hiis idem legatus fiducialiter requisisset, tua nobilitas ob reverenciam apostolice Sedis et nostram, super petitis per ipsum legatum concedendis, de terris tue ditioni subjectis et per eas aliunde ducendis, se exhibuit liberalem, quod multipliciter habentes acceptum, proinde dicte nobilitati mutiplices gratiarum referimus actiones. Dat. Avinione, XI kal. julii, anno secundo. »

1032 Avignon, 22 juin 1364.

Andruino cardinali legato, de negotiis quae ambaxiatores Bononienses apud Sedem apostolicam tractaverunt, ut ea perducantur ad effectum optatum et praesertim de comitivis quae nunc Tusciam destruunt, ut, una cum Ægidio cardinali legato vel sine ipso, eas a terris Ecclesiae studeat amovere. (Reg. 246, fol. 225 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dilectos filios nobiles viros Antonium de Galluciis, militem, et Johannem de Bonsegnoribus, legum doctorem, cives Bononienses, ambaxiatores dilectorum filiorum fidelium nostrorum comunis civitatis nostre Bononiensis, latores presentium, ad Sedem apostolicam destinatos, gratanter recepimus, et super comissis eisdem benigne audivimus per nos ipsos, et etiam plenius audiri fecimus per quosdam ex fratribus nostris, quos ad hoc duximus deputandos, super principalique negotio, pro quo missi fuerunt, videlicet de Nonantula et aliis castris, eos non venisse vellemus, quia quod factum est in hac parte pro salute Bononiensium et tempore maxime necessitatis, que facientem hoc potius coegit quam voluntas induxerit, ut verisimiliter est credendum, volumus, prout decet et expedit, concessionem factam in sua firmitate manere; si tamen ad satisfaciendum populo Bononiensi aliquid boni cum dilectis filiis .. marchionibus Estensibus in hac parte tractare valebis, illud cum eorundem marchionum beneplacito tractes, prout tue grandi prudencie videbitur expedire. Super eo vero quod iidem ambaxiatores a nobis cum instancia petierunt, videlicet quod onero daciorum, seu gabellarum alleviari facere dignaremur, volumus quod tua circumspectio, consideratis dicte civitatis proventibus ac oneribus, illa ex eis tollas et minuas, que minus videantur honesta et quorum amotio, attentis eisdem oneribus, possit per Romanam ecclesiam tolerari. Propterea, summe gerentes in votis quod dicte civitatis studium reformetur, cum studium ipsum sit bene fulcitum de doctoribus canonistis, sed non, prout audivimus, de legistis, volumus quod diligenciam solertem adhibeas pro aliquibus solennibus, saltem uno, legistis, et etiam pro aliis doctoribus et magistris in medicina et aliis facultatibus, si forsan deficerent, in dicto studio moraturis, quibus de bonis salariis et prerogativis, sicut oportunum fuerit, studeas providere. Ad hec, licet tuam et venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, apostolice Sedis legati, providenciam circumspectam non ambigimus esse solicitam ad omnia, que defensioni terrarum Romane ecclesie ac prosperitati totius Italie cedere dinoscantur, ut tamen ex abundanti predictorum ambaxiatorum precibus annuamus, te hortamur attente quod, una cum dicto legato, vel si commodius poteris, sine ipso, contra comitivas gencium perversarum, que nunc Tusciam destruunt et terris Romane ecclesie approximare dicuntur, si ad transfretandum generali passagio minime se disponant, de colligationibus cum magnatibus et comunitatibus civitatum Italie, et alias ad resistendum comitivis eisdem, procuret tue circumspectionis industria providenciam adhibere. Dictorum insuper ambaxiatorum et comunis precibus inclinati, de officiis dictorum comunis, quia personas ad hoc aptas verisimiliter cognoscere non possumus, non intendimus providere; credimusque decere quod officia dicte civitatis, que dari consueverunt ad brevia, secundum antiquam ejusdem civitatis consuetudinem, committantur, nisi videris aliter expedire, nec de fumatariis exemptionem intendimus facere, nec etiam tua discretio faciat, quia hoc in detrimentum pauperum rusticulorum, prout audivimus, redundaret. Per hoc autem non intendimus claudere manus nostras ubi ex meritis personarum vel ex aliis causis rationabilibus moveremur ad aliter faciendum. Ceterum dictos ambaxiatores, qui commissa eis negotia apud nos et alias apud apostolicam Sedem solicite ac fideliter et prudenter prosecuti fuerunt et tibi referent de extensione cujusdam privilegii supradicti studii et aliis litte-

ris, quas eis duximus concedendas, eidem circumspectioni tue intime commendamus. Dat. Avinione, X kal. julii, anno secundo. »

1033 Avignon, 24 juin 1364.

Universis proficiscentibus contra Turchos indulgentias consuetas elargitur. (Reg. 246, fol. 238 recto.)

« *Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint.* Zelus Domini universe —. Dat. Avinione, VIII kal. julii. anno secundo. »

1034 Avignon, 25 juin 1364.

Gabrieli Adorno, duci ac consilio et communi civitatis Januensis, ut, propter discordiam inter incolas regni Cipri et quosdam cives Januenses exortam, nullam regi Cipri et incolis praedictis inferant noxiam novitatem. (Reg. 246, fol. 219 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis.* Hiis diebus cum —. Dat. Avinione, VII kalendas julii, anno secundo. »

1035 Avignon, 25 juin 1364.

Eisdem de eadem discordia scribit, ipsos rogans ut Philippo de Varesio, praeposito Januensi, quem ad eos deputat, fidem in hac parte adhibeant. (Reg. 246, fol. 228 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac concilio et communi civitatis Januensis.* Super novitate inter —. Dat. Avinione, VII kal. julii, anno secundo. »

1036 Avignon, 25 juin 1364.

Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, scribit in favorem Consalvi, praeceptoris Castellectae, ad partes illas accedentis. (Reg. 246, fol. 228 verso.)

« *Dilectis filiis Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, VII kalendas julii, anno secundo. »

1037 Avignon, 25 juin 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus scribit de colligatione quam fecit cum Anechino de Bongardo, ipsum rogans ut pro passagio comitivarum ultramarino partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 239 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Litteras tue nobilitatis, continentes quedam dudum per te ac Anechinum de Bongardo aliosque suos socios invicem ordinata, super quibus, videlicet de conservando tibi predictum Anechinum vel omittendo ipsum, juxta nostram determinationem te liberaliter obtulisti, nuper benigne recepimus, per ipsarum contenta continuationem tue devotionis et pure fidei, quas ad nos et Romanam geris ecclesiam, certa experiencia cognoscentes; et, quia conservationem tui boni et honoris paterno desideramus affectu, non dicimus quod aliquid agas quod in tui honoris et honesti commodi verti valeat detrimentum, sed, si iidem Anechinus et socii, qui contra Deum et justiciam ac suarum animarum salutem et honorem ad destructionemque totius fere Italie militant et grassantur, contra Romanam ecclesiam, sicut alias fecerunt, vellent inique hostilitatis perfidiam exercere, cum in malis premissis resindenda sit fides et non deceret te aliosque Christi fideles et ejusdem ecclesie filios et devotos ecclesiam ipsam, matrem vestram, in periculo relinquere, filialibus auxiliis destitutam, licite posses dictam ecclesiam adjuvare et de hoc in casum hujusmodi eandem tuam devotionem paternis monitis et affectibus exhortamur et ubi de hiis aliqualiter dubitares, ad contentationem tui animi et tollendum verecundie cujusque rubiginem, auctoritate apostolica tenore presentium declaramus te ad observandum ordinata hujusmodi non teneri; verum quia, ubi duplex bonum, mali videlicet cessatio et boni operatio, sequi potest, ad illud est solicitius et virtuosius evitandum, credimus expedire, secundum Dei placitum ac pro utilitate rei publice, illiusque devie gentis animarum salute necnon leticia et utilitate totius Christiani populi, quod tractetur cum omnibus comitivis in Italia consistentibus, ut pergant ad passagium generale eisque detur subsidium per omnes Italicos, non solum ad finem redemptionis vexationis sed etiam subsidii pro passagio prelibato, de quo subsidio indulgencie premium consequentur et suo quieto statui providebunt, de hiisque jamdiu scripsimus apostolice Sedis legatis, qui sunt in illis partibus constituti, ut cum magnatibus et communitatibus ejusdem Italie interponerent partes suas et satis miramur si ad tantum bonum omittant efficacem operam adhibere, super quibus venerabili fratri nostro Petro, patriarche Constantinopolitano, latori presentium, adhibeas plenam fidem. Dat. Avinione, VII kal. julii, anno secundo. »

1038 Avignon, 26 juin 1364.

Gaufrido, archiepiscopo Tolosano, ut de dampnis et injuriis sibi ecclesiaeque Tolosanae a nonnullis dictae civitatis habitatoribus illatis satisfactionem prosequens, aut ipse ad Romanam curiam veniat aut nuntios, de hiis plenarie informatos, mittat. (Reg. 246, fol. 228 verso.)

« *Venerabili fratri Gaffredo, archiepiscopo Tholosano, salutem etc.* Dampna et injurias, per nonnullos de populo Tholosano tibi et tue ecclesie Tholosane nuper illata, cum multa displicencia audivimus hiis diebus tibique et eidem ecclesie cupimus de debite emendationis remedio facere provideri. Super hiis igitur dilectis filiis .. capitulariis civitatis Tholosane scribimus ut nuncios suos, super habenda inter te et ipsos concordia, ad nostram presentiam studeant destinare, prout in tenore intercluso presentibus videbis plenius contineri. Quare fraternitatem tuam hortamur attente mandantes quatinus, aut te pro premissis ad nostram presentiam personaliter conferas, aut nuncios tuos, de predictis informatos, plenarie ad nos transmittere non postponas. Nos enim pro te et dicta tua ecclesia, prout poterimus, intendimus interponere partes nostras. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno secundo. »

1039 Avignon, 26 juin 1364.

Capitulariis civitatis Tolosanae de eodem, ut, pro concordia inter se et archiepiscopum Tolosanum reformanda, procuratores suos ad Sedem apostolicam transmittant. (Reg. 246, fol. 229 recto.)

« *Dilectis filiis capitulariis civitatis Tholosane, salutem etc.* Non absque multa nostre mentis amaritudine nuper relatibus fidedignis audivimus excessum detestabilem, quem hiis diebus nonnulli de dilectis filiis populo Tholosano, velut irreverentes filii, inconsultis et furibundis motibus perpetrarunt, castrum de Balmario, ad eandem ecclesiam pertinens, sine causa rationabili, licet fictis coloribus qui nulla verisimilitudine fulciuntur, occupando violenter et etiam concremando, nonnullis bonis mobilibus ejusdem ecclesie, etiam preciosis, in eo existentibus, datis in predam et quibusdam familiaribus dicti archiepiscopi, quorum unus erat monachus, inhumaniter interfectis; profecto de tot et tantis dampnis et injuriis, illatis eisdem archiepiscopo et ecclesie, quos singulari dilectione prosequimur, ab intimis condolemus sed non minori dolore torquemur quod multi de dicto populo, in cujus laribus olim, dum essemus in minoribus constituti, in statu scolastico diu permansimus, quique populus olim consuevit esse gravitate maturus, mansuetudine preditus ac ad Deum et ecclesias devotione preclarus, sic leviter, sic furiose, sicque indevote se movit, insiluit et innocentes, relegata pietate, percussit, malum grave aliis temporaliter inferens sed gravius spirituale perferens in se ipso; ea propter, de oportunis in hac parte remedii[s] paterne meditationis studio cogitantes, et super hiis, prout melius fieri poterit, emandandis apostolice provisionis intendentes providenciam adhibere, discretionem vestram requirimus, rogamus et hortamur attente quatinus aliquos viros providos, Deum timentes et concordiam diligentes, cum pleno mandato, ad concordandum de premissis vel super eis nostris obediendum mandatis, ad Sedem apostolicam celeriter transmittatis; nos enim dicto archiepiscopo scribimus quod aut ipse ad dictam Sedem accedat vel procuratores ydoneos ad predictam transmittere non postponat. Quod si forte, quod absit, in hiis, que vobis paterne scribimus, vos reddideritis renitentes seu etiam negligentes, cum simus omnibus, presertim ecclesiis et ecclesiarum prelatis, in exhibitione justicie debitores, dicto archiepiscopo non poterimus justiciam denegare. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno secundo. »

1040 Avignon, 26 juin 1364.

Cononi, archiepiscopo Treverensi, ut castrum de Castris, ad ecclesiam Metensem pertinens, quod quidam Metensis episcopus Balduino, tunc archiepiscopo Treverensi, pro certa pecuniae quantitate pignoravit, Johanni, episcopo Metensi, restituat. (Reg. 246, fol. 229 verso.)

« *Venerabili fratri Cononi, archiepiscopo Treverensi.* Illo te decet —. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno secundo. »

1041 Avignon, 26 juin 1364.

Fulconem de Agouto, senescallum Provinciae, rogat ut Hugoni Cardilionis, O. F. M., in Arelatensi et quibusdam aliis provinciis haereticae pravitatis inquisitori, de quorumdam Judeorum, qui ex christiana fide ad judaismum reversi sunt, punitione, auxilium brachii saecularis praestare non omittat. (Reg. 246, fol. 230 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi de Agouto, domino Vallium Saltus et Olle, Provincie senescallo, salutem etc.* Dilecti filii Hugonis Cardilionis, ordinis fratrum minorum, in Arelatensi et certis aliis provinciis inquisitoris heretice pravitatis, relatione fideli didicimus quod non-

nulle persone utriusque sexus de comitatibus Provincie et Forcalquerii, que de ebraica cecitate ad lumen venerant fidei christiane, ad eandem cecitatem, ex seductione quorumdam judeorum, in dictis comitatibus commorantium, dampnabiliter sunt reverse, et, ut sint incognite, de ipsisque non possit justicia ministrari, de comitatibus recesserunt eisdem, ad terras alias convolantes Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, zelum Dei dicteque fidei adversus hujusmodi detestabiles seductores assumens, in eorum et quorumcumque hereticorum captione, custodia et punitione ac alias dicto inquisitori suisque vicariis in eorum officio exercendo te reddas favorabilem et benignum, eis de seculari brachio, quotiens requisitus fueris, efficaciter assistendo. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno secundo. »

1042 Avignon, 26 juin 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 230 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Dilecti filii Hugonis —. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno secundo. »

1043 Avignon, 26 juin 1364.

In e. m. Adhemario de Pictavia, comiti Valentinensi. (Reg. 246, fol. 230 verso.)

1044 Avignon, 26 juin 1364.

In e. m. dominis quarumcumque terrarum Arelatensis, Aquensis, Ebredunensis et Viennensis provinciarum, « mutato numero singulari in plurialem. » (Reg. 246, fol. 230 verso.)

1045 Avignon, 27 juin 1364.

Laurentio Celsi, duci Venetiarum, de insulae Cretensis recuperatione congratulatur, ipsumque hortatur ut in subsidium Terrae Sanctae vires suas convertat. (Reg. 246, fol. 230 verso. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 96.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurentio Celsi, duci Venetiarum.* Nobilitatis tue litteras —. Dat. Avinione, V kal. julii, anno secundo. »

1046 Avignon, 27 juin 1364.

Bajulo ac nobilibus et universitati Lombardorum civitatis Nigropontinensis, ut adversus Turchos assurgantur. (Reg. 246, fol. 238 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Bajulo ac nobilibus et universitati Lombardorum civitatis Nigropontinensis.* Quanto pre cunctis —. Datum Avinione, V kalendas julii, anno secundo. »

1047 Avignon, 27 juin 1364.

Archiepiscopo Patracensi, ut Turchos pro totis viribus potenter expugnet. (Reg. 246, fol. 240 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Patracensi.* Quanto pre cunctis —. Datum Avinione, V kalendas julii, anno secundo. »

1048 Avignon, 27 juin 1364.

Universis archiepiscopis et episcopis aliisque personis ecclesiasticis, in principatu Achaiae aliisque partibus circumstantibus constitutis, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 240 verso.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis aliisque personis ecclesiasticis, in principatu Achaye aliisque partibus circumstantibus constitutis.* Quanto pre cunctis —. Datum Avinione, V kalendas julii, anno secundo. »

1049 Avignon, 27 juin 1364.

In e. m. Bajulo et baronibus aliisque dominis et universitatibus terrarum principatus Achaiae et partium circumstantium. (Reg. 246, fol. 240 verso.)

1050 Avignon, 27 juin 1364.

Rogerio et Johanni de Lauria, fratribus, de eodem scribit. (Reg. 246, fol, 240 verso,)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Rogerio et Johanni de Lauria, fratribus.* Summo cordis desiderio —. Datum Avinione, V kalendas julii, anno secundo. »

1051 Avignon, 30 juin 1364.

Petro, regi Cipri, Petrum, patriarcham Constantinopolitanum,

passagii ultramarini legatum, commendat, ut eum favore et honore condignis prosequatur. (Reg. 246, fol. 241 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Sicut ad serenitatem —. Datum Avinione, II kalendas julii, anno secundo. »

1052 Avignon, 30 juin 1364.

Laurentio Celsi, duci Venetiarum, scribit de eodem sub eadem forma. (Reg. 246, fol. 241 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Laurencio Celsi, duci Veneciarum.* Sicut ad tuam —. Datum Avinione, II kalendas julii, anno secundo. »

1053 Avignon, 30 juin 1364.

Amedeum, comitem Sabaudiae, hortatur ad negotium passagii ultramarini, quod ipse assumpsit, diligenter prosequendum, eique Petrum, patriarcham Constantinopolitanum, ejusdem passagii legatum, commendat. (Reg. 246, fol. 242 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Ad dirigendum salubriter —. Dat. Avinione, II kal. julii, anno secundo. »

1054 Avignon, 1er juillet 1364.

Carolo, regi Franciae, Violandim, reginam Majoricarum, commendat. (Reg. 246, fol. 242 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 113, nº xxxiv.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Quamvis in cunctorum justis peticionibus etc. Cum itaque, prout audivimus, carissima in Christo filia nostra Violandis, regina Majoricarum illustris, super quibusdam suis negociis coram tua celsitudine quedam sua negotia habeat expedire, serenitatem tuam rogamus attente quatinus eandem reginam habere digneris, consideratione sui status illustris ac pietatis intuitu, regiis favoribus commendatam. Datum Avinione, kalendis julii, anno secundo. »

1055 Avignon, 1er juillet 1364.

Johannae, reginae Franciae, de eodem, ut praedictam Violandim, reginam Majoricarum, Carolo, regi Franciae, commendet. (Reg. 246, fol. 242 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie illustri.* Quamvis in justis —. Datum ut supra. »

1056 Avignon, 1er juillet 1364.

Johannae, reginae Siciliae, de prorogatione Roberto, imperatori Constantinopolitano, facta super demaniis dicti regni. (Reg. 246, fol. 243 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Ut carissimus in Christo filius noster Robertus, imperator Constantinopolitanus illustris, ad devotionem nostram et sancte Romane ecclesie ac conservationem prosperi status regni Sicilie tanto promptior reddatur imposterum, quanto majorem apostolice sedis gratiam se noverit percepisse, sibi super demaniis dicti regni, que tenet, certam prorogationem, pro qua nobis efficaciter scripsisti, duximus concedendam, prout in nostris litteris, quas inde mandavimus fieri, plenius apparebit, et dilectus filius Pandolus (*sic*) de Surponto, canonicus Neapolitanus, tuus nuncius, lator presentium, seriosius serenitati tue referet oraculo vive vocis. Datum Avinione, kalendis julii, anno secundo. »

1057 Avignon, 1er juillet 1364.

Roberto, imperatori Constantinopolitano, de eadem prorogatione ipsi facta. (Reg. 246, fol. 243 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, imperatori Constantinopolitano illustri.* Ut tua serenitas —. Datum Avinione, kalendis julii. anno secundo. »

1058 Avignon, 1er juillet 1364.

Ludovico, regi Hungariae, ut procuratores Guillelmi, tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, favorabiliter prosequatur. (Reg. 246, fol. 243 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, kalendis julii, anno secundo. »

1059 Avignon, 1er juillet 1364.

Elisabeth, reginae Hungariae, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 244 recto.)

« *Carissime in Christo filie Elisabeth, regine Ungarie il-*

lustri. Cum dilectus filius —. Datum Avinione, kalendis julii, anno secundo. »

1060 Avignon, 1er juillet 1364.

In e. m. archiepiscopo Strigoniensi et pluribus aliis. (Reg. 246, fol. 244 recto.)

1061 Avignon, 1er juillet 1364.

Populo et communi civitatis Bononiensis indulget ut personae ecclesiasticae, in studio Bononiensi in jure canonico et civili seu alia qualibet licita facultate studentes, fructus, reditus ac proventus omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum usque ad quinquennium percipere valeant. (Reg. 246, fol. 265 recto, De curia.) (1).

« *Dilectis filiis populo et communi civitatis Bononiensis, nostris et ecclesie Romane fidelibus.* Dum sinceritatem devotionis —. Dat. Avinione, kalendis julii, anno secundo. »

1062 Avignon, 3 juillet 1364.

Carolum, regem Franciae, rogat ut Guillelmum, archiepiscopum Lugdunensem, de excommunicationis sententia ab ipso lata contra Aymonem de Neuro, ballivi Matisconensis locum tenentem, occasione detentionis cujusdam clerici dictae Lugdunensis ecclesiae, molestare cesset eidemque archiepiscopo temporalitatem dictae ecclesiae faciat restitui. (Reg. 246, fol. 245 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 114, nº xxxv.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Etsi omni tempore regie circumspectionis industria etc. Sane non sine multa displicencia nuper fidedigna relatione percepimus quod Aymo de Neuro, civis Lugdunensis, qui se dicit locum tenentem tui ballivi Matisconensis, ex eo quod propter graves et sacrilegos excessus, videlicet captionis, detentionis, torture et demum suspendii quondam Robineti, clerici et tunc notarii archiepiscopalis curie Lugdunensis, existentis in tonsura et habitu clericali, quos idem Aymo fieri fecerat, quamvis venerabilis frater noster Guillelmus, archiepiscopus Lugdunensis, eundem clericum a dicto Aymone requisivisset, ut ipsum clericum ad examen curie sue ecclesiastice remitteret canonice puniendum, et quorum excessuum occasione idem archiepiscopus contra ipsum Aymonem auctoritate sua processerat et in Romana curia auctoritate apostolica procedi fecerat, fuit, prout est, excommunicationis vinculo innodatus, ubi in contritione cordis de tam gravibus sceleribus misericordiam supplicite postulare debuerat, in superbiam majorem elatus, a serenitate tua falsis, ut dicitur et credimus, suggestionibus impetravit litteras et mandata, directa dilecto filio Petro Maspini, hostiario regio, continencia in effectu quod idem archiepiscopus a prosecutione processuum contra eundem Aymonem factorum in Romana curia, ut prefertur, desistat omnino, ipsosque processus revocari et ipsum Aymonem a sentenciis, quibus ligatus existit, absolvi et absolutum ita publice et solenniter, prout excommunicatus et aggravatus fuerat, nunciari indilate faceret ipsius archiepiscopi sumptibus et expensis, et quod, si archiepiscopus ipse hoc facere seu procurare differret plus debito, omnia castra, fortalicia, jurisdictio temporalis et ville ac alia loca ecclesie Lugdunensis, in tuo regno existencia, realiter capiantur et ad manum regiam teneantur, ac ipsorum redditus et emolumenta leventur et ad premissa prefatus archiepiscopus et gentes sue manu armata, non obstantibus quibuscunque appellationibus, compellantur, ipseque archiepiscopus et omnes gentes ac consiliarii ejus, qui sibi prestiterunt in hujusmodi processibus favorem aut consilium adversus Aymonem prefatum, citentur personaliter Parisius, super premissis in parlamento tuo, eidem Aymoni et procuratori regio responsuri; que, si vera sint, aut ea ex regalis circunspectionis sciencia emanasse non credimus aut ex non bonis consiliis ac eisdem suggestionibus processisse putamus, cum tu, magnis pollens virtutibus, a claritate progenitorum tuorum, qui, ecclesiarum et ecclesiastice libertatis zelatores precipui existentes, ecclesias, prelatos et ecclesiasticas personas magna veneratione et propensis studiis inter ceteros mundi principes singulariter coluerunt, nullatenus deviare credaris, sed sicut jam uberes premicias virtuosorum operum et felicium successuum demonstrasti, sic nos et alii te ac domum regiam et regnum tuum totis precordiis diligentes, spem sumimus ampliorem quod a talibus abstinebis ac timorem et amorem Dei in tuis actibus retinebis etc. Quocirca magnitudinem regiam rogamus attente quatinus, predicta mature considerans etc., premissa que adversus archiepiscopum et gentes suas prefatas facta dicuntur, benigne studeas revocare, ut Deo semper et apostolice sedi reddaris acceptior... etc. et ipsi archie-

(1) A la suite de cette lettre, dans le Reg. Vat. 246, fol. 266 recto, se trouve un fragment de lettre, qui est analysé de la façon suivante dans la table des Rubriques, placée en tête du volume : *Judicibus super dicta gracia, quod dictis studentibus faciant de fructibus bonorum suorum ecclesiasticorum responderi.*

piscopus et gentes ejus, pro reverencia Dei et dicte sedis ac nostra, indempnes ab hujusmodi gravaminibus conserventur. Datum Avinione, V nonas julii, anno secundo. »

1063 Avignon, 3 juillet 1364.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, scribit de eodem, ut pro revocatione litterarum, quae contra dictum archiepiscopum Lugdunensem a regia curia dicuntur emanasse, apud Carolum, Franciae regem, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 246 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Super revocatione quarumdam —. Datum Avinione, V nonas julii, anno secundo. »

1064 Avignon, 3 juillet 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Carnotensi. (Reg. 246, fol. 246 verso.)

1065 Avignon, 3 juillet 1364.

Episcopo Massiliensi, ut contra omnes suae dioecesis usurarios procedat (1). (Reg. 246, fol. 248 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Massiliensi, salutem etc.* Quantum impiam usurarum voraginem, caritatis exortem, sacra pagina sanctorumque patrum canones detestentur, tua fraternitas, dono sciencie predita, non ignorat; decet itaque fraternitatem eandem ut contra usurarios sui officii debitum exequatur, et, licet non putemus expediens, ut tamen ad hoc eo reddaris promptior quo per apostolicam solicitudinem ad id specialius fueris excitatus, te ad executionem hujusmodi solicitamus et hortamur attente mandantes quatinus in hac parte taliter te habeas quod non expediat per nos aliter provideri. Datum Avinione, V nonas julii, anno secundo. »

(1) Les habitants du diocèse de Marseille n'étaient pas les seuls à souffrir dans ces malheureux temps de la rapacité des usuriers. Une autre bulle d'Urbain V, datée du 3 janvier 1365 (Reg d'Avignon, t. IX, fol. 343 verso), nous révèle que les habitants de la ville et du diocèse de Besançon, complètement appauvris par la guerre, se virent contraints de recourir aux usuriers pour leur emprunter de l'argent et des vivres. Se trouvant hors d'état d'en payer les intérêts, la plupart d'entre eux durent laisser vendre leurs biens à vil prix et furent réduits à une complète misère. (Denifle, *loc. cit.* p. 474 et note).

1066 Avignon, 3 juillet 1364.

Guillelmo Columbi, monacho sancti Petri Montismajoris, ord. s. Ben., Arelatensis dioecesis, decretorum doctori, cujusdam praeceptoriae domus hospitalis sancti Spiritus de Montepessulano in Saxia gubernatori, confert dispensationem super defectu natalium de praesbytero genitus et conjugata (Reg. 246, fol. 266 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Columbi, monacho monasterii sancti Petri Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, decretorum doctori.* Matris ecclesie copiosa —. Datum Avinione, V nonas julii, anno secundo. »

1067 Avignon, 5 juillet 1364.

Vicario, consiliariis et communi civitatis Massiliensis mandat ut Roberto Holme, Lichefeldensis dioecesis, Johannis, marchionis Montisferrati, familiari, qui ad curiam Romanam per mare in navigio Geraldi Lort, civis Massiliensis, accedens, ab ipso Geraldo, Baramonto ejus socio ac nautis totaliter spoliatus est, ablata faciant restitui et de spoliatoribus justitiae prosequi complementum. (Reg. 246, fol. 248 recto.)

« *Dilectis filiis vicario ac consiliariis et communi civitatis Massiliensis, salutem etc.* Querelam dilecti filii Roberti Holme, laici Lichefeldensis diocesis, familiaris dilecti filii Johannis, marchionis Montisferrati, audivimus continentem quod, cum ipse hiis diebus ad curiam Romanam per mare in navigio Geraldi Lort, civis Massiliensis, accederet, ipse Gerardus ac Baramontus, ejus socius, eorumque familiares et naute in ipsa navi eundem Robertum et quemdam ejus famulum eorum pecuniis ac pannis et rebus, valentibus centum viginti florenos auri, ac quibusdam litteris, quas predictus marchio nobis mittebat, per violenciam spoliarunt, super quibus idem Robertus a nobis remedium justicie postulavit. Nos igitur, actendentes quod spoliatores ipsi graves sentencias, per nos et predecessores nostros Romanos pontifices adversus predam piraticam exercentes ac spoliantes eos qui ad curiam Romanam accedunt generaliter promulgatas, ac talia committencium receptatores, defensores et auxiliatores incurrunt et quod ex hoc magna toti vestre communitati verecundia generatur, ex eo presertim quod cives vestri eos quos portandos et salvandos susceperant spoliarunt, universitatem vestram, quam singulariter diligimus, cujusque honorem et famam paternis desideriis affectamus, rogamus et hortamur attente quatinus hujusmodi pecunias, pannos et res prefato Roberto seu latori presencium, ejus nuncio, statim et integre restitui faciatis, per celerem emendacionem ostendentes aperte

quantum excessum hujusmodi fueritis detestati ac taliter agentes quod non oporteat nos super hiis aliud justicie remedium adhibere. Datum Avinione, III nonas julii, anno secundo. »

1068 Avignon, 6 juillet 1364.

Duci, consilio et communi civitatis Januensis, ut Constantiam, relictam quondam Simonis Buccanigrae, ducis Januensis, ejusque natos, in civitate Avinionensi commorari permittant. (Reg. 246, fol. 248 verso.)

« *Dilectis filiis Gabrieli Adorno, duci ac consilio et communi civitatis Januensis, salutem etc.* Cunctis personis miserabilibus paterna pietate compatimur sed viduis et pupillis majorem pietatis affectum exhibere tenemur, qui non solum sunt consortis et patris solacio et auxilio destituti sed olim deliciosi nunc compelluntur a propriis laribus exulare. Sane, quia percepimus quod vos dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Constanciam, relictam quondam Symonis Buccanigre, ducis Januensis et duos ejus natos, in pupillari constitutos etate, compellitis de proximo in Castellam accedere et ibidem relegatos agere dies suos, quod eis in eundo periculosum ac difficile et in stando minus asperum redderetur, nos, ad eosdem viduam et pupillos specialem compassionem habentes, prudenciam vestram affectuose rogamus quatinus, pietatis intuitu et nostrorum adjectione precaminum, ipsis vidue ac pupillis velitis pie concedere quod in civitate Avinionensi, ubi nullam de ipsis potest esse suspictio, valeant commorari. Datum Avinione, II nonas julii, anno secundo. »

1069 Avignon, 9 juillet 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus, Petrum, patriarcham Constantinopolitanum, latorem praesentium, commendat. (Reg. 246, fol. 251 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, salutem etc.* Ea que tua filialis devotio de intrinsecis domus negociis nuper nostro apostolatui fiducialiter reseravit affectione paterna suscepimus et intelleximus animo letiori, tuam notantes confidenciam quam de nobis geris et potes gerere ut de patre, et, cum hec et alia, que ad tuorum honoris honesteque consolationis augmentum cedere valeant, nostris affectibus reddantur accepta, super ipsis, prout secundum Deum poterimus, libenter favorem apostolicum, cum necesse fuerit, impendemus, super quibus, tibi ex parte nostra plenius vive vocis oraculo exponendis, venerabili fratri nostro Petro, patriarche Constantinopolitano, latori presentium, fidem plenam non dubites adhibere. Datum Avinione, VII idus julii, anno secundo. »

1070 Avignon, 9 juillet 1364.

Ægidio, cardinali legato, ut, una cum Andruino cardinale, ad Florentiam se transmittat, concordiam inter Florentinos et Pisanos completurus. (Reg. 246, fol. 249 recto. — Rainaldi, *Ann. Eccl.*, t, VII, p. 96. Extrait.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Dura et pertinax guerra partium Tuscie illas nobiles civitates, Florentinam videlicet et Pisanam, destruens et comminans eis vicinisque partibus graviora pericula proventura, frequenter cor nostrum exulcerat ac pungit, redditque anxia cogitatione solicitum qualiter tantis malis possit efficaciter obviari, et, licet, prout tua novit fraternitas, apostolice sedis nuncios plures fideles et providos, pro tractanda inter civitates easdem concordia, ac nostras exhortatorias litteras ad hoc sepe duxerimus destinandos, quia tamen iidem nuncii, licet fideliter et solerter in hac parte studiorum suorum labores impenderint et adhuc duo ex eis impendere non desistant, nondum peccatis exigentibus proficere potuerunt, cogitavimus de fortiori remedio, videlicet quod tu et dilectus filius noster Andruinus, tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, vel saltem alter vestrum, ad dictas civitates vos personaliter conferatis, prefatam concordiam longis ruminatam tractatibus cum auctoris pacis auxilio completuri. Quocirca eidem fraternitati mandamus quatinus tu et idem legatus, vel alter vestrum, si absque periculo terrarum ecclesie Romane quas regitis commode valeatis, super quo de vobis ambobus vel vestrum altero, ut premittitur, ad partes profecturis, easdem celeriter concordetis, vos transferre curetis, pacem et concordiam inter dictas civitates ex parte nostra et vestra, etiam secundum grandem prudenciam utrique vestrum datam a Domino, tractaturi et cum Dei auxilio completuri; nos enim similiter scribimus prefato legato ac volumus quod propter tuam et ejusdem legati vel alterius vestrum presentiam commissiones super hiis facte eisdem nunciis non expirent; ceterum volumus quod vos duo legati, si ad dictas partes accesseritis, vel ille vestrum qui ad hoc iverit, presentari faciatis seu faciat dictarum ac Senensis et Perusine civitatum communibus litteras nostras presentibus alligatas. Datum Avinione, VII idus julii, anno secundo. »

1071 Avignon, 9 juillet 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 249 recto.)

1072 Avignon, 9 juillet 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi et Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, apostolicae Sedis nuntiis, ad Italiae partes de pace inter Florentinos et Pisanos reformanda missis, notificat se Ægidio et Andruino cardinalibus legatis mandavisse ut, cum pax ipsa nondum conclusa sit nec concludi approximetur, ad illas partes se transferant, de eodem negotio diligenter tractaturi. (Reg. 246, fol. 249 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi et dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, apostolice sedis nunciis.* Non dubitamus in—. Datum Avinione, VII idus julii, anno secundo. »

1073 Avignon, 9 juillet 1364.

Regimini et communi civitatis Senensis notificat se Ægidio et Andruino cardinalibus legatis pacem inter Florentinos et Pisanos reformandi curam commisisse, ipsosque rogat ut praefatis legatis in hoc negotio assistant. (Reg. 246, fol. 250 recto.)

« *Dilectis filiis .. regimini et communi civitatis Senensis.* Redargutionum asperarum fremitibus —. Datum Avinione, VII idus julii, anno secundo. »

1074 Avignon, 9 juillet 1364.

In e. m. .. regimini et communi civitatis Perusinae. (Reg. 246, fol. 250 recto.)

1075 Avignon, 10 juillet 1364.

Edwardum, regem Angliae, ut abbati et conventui monasterii Grandissilvae, Cisterc. ord., Tolosanae dioecesis, nonnulla redditus, privilegia et libertates, quae in partibus Aquitaniae possidebant et quibus fuerunt contra justitiam destituti, restitui indilate et ipsis super hoc justitiae complementum ministrari faciat. (Reg. 246, fol. 251 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Significaverunt nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Grandissilve, Cisterciensis ordinis, Tholosane diocesis, quod ipsi nonnullis redditibus et privilegiis ac libertatibus, que in partibus Aquitanie, ex concessione nonnullorum regum Anglie et ducum Aquitanie, ab hactenus possederant, sunt contra justiciam a multo tempore destituti, et quod quedam domus cum magno chayo ac capella, quas habebant in civitate Burdegalensi, per quosdam malignos date sunt in ruinam, super quibus ad celsitudinem tuam, in qua sperant invenire non solum justiciam sed favorem et gratiam, proposuerunt habere recursum. Nos itaque, qui eosdem abbatem et conventum ex devotionis sue meritis, benivolencia prosequimur speciali, celsitudinem ipsam sinceris affectibus deprecamur quatinus eisdem abbati et conventui, ob divine reverenciam majestatis, cui jugiter famulantur, nostrorumque precaminum interventu, de talibus super hiis velis pie ac favorabiliter providere remediis quod inde in conspectu regis eterni reddaris acceptior, et a nobis digna tibi cum benedictionis augmento proveniat actio gratiarum. Datum Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1076 Avignon, 10 juillet 1364.

In e. m. Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, Edwardi, regis Angliae primogenito, « sed ubi dicitur celsitudinem, dicatur nobilitatem. » (*Ibid.*, fol. 251 verso.)

1077 Avignon, 10 juillet 1364.

Cum abbas et conventus monasterii Grandissilvae, Cisterc. ord., Tolosanae dioecesis, a quibusdam Burdegalensis civitatis gentibus, nonnullis possessionibus et privilegiis, quae in dicta civitate habebant, destituti sint, majori et juratis civitatis Burdegalensis mandat pontifex ut eisdem abbati et conventui, de hujusmodi dampnis eis illatis, debitam satisfactionem faciant impendi. (Reg. 246, fol. 253 recto.)

« *Dilectis filiis .. majori et juratis civitatis Burdegalensis.* Significarunt nobis dilecti —. Datum Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1078 Avignon, 10 juillet 1364.

Simoni, episcopo Elyensi, de eodem scribit, ut pro dicto monasterio Grandissilvae, apud Edwardum, regem Angliae, interponat partes suas. (Reg. 246, fol. 253 verso.)

« *Venerabili fratri Symoni, episcopo Elyensi.* Scribimus pro abbate —. Dat. Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1079 Avignon, 10 juillet 1364.

Johanni, episcopo Carcassonensi, ac fratri praedicatori, in partibus Carcassonensibus haereticae pravitatis inquisitori, vel ejus locum tenenti, mandat ut de quibusdam verbis, quae septem viri nefarii de Societate magna, in captivitate detenti, contra fidem catholicam dixerunt, diligenter se informent ipsique referant quae repererint in praemissis. (Reg. 246, fol. 269 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Carcassonensi ac dilecto filio .. ordinis fratrum predicatorum in partibus Carcasson[ensibus] inquisitori heretice pravitatis vel .. ejus locum tenenti salutem etc.* Tua nobis, frater episcope, nuper notificavit epistola quod septem viros nefarios de illa gente dampnabili, que magna societas appellatur, qui contra fidem catholicam, presertim potestatem clavium a Salvatore nostro domino Jesu Christo beato Petro apostolo et in ejus personam suis successoribus traditam, quedam verba hereticalia pollutis labiis protulerunt, tibi per dilectum filium nobilem virum Arnulfum, dominum de Audenham, marescallum Francie, ac carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, locum tenentem, qui eosdem viros propter alios eorum excessus ceperat, eis cum voluntate communitatum illarum partium sub prestatione proprii juramenti ejusdem marescalli vite incolumitate promissa, traditos ad manum inquisitoris ejusdem sub fida per te custodia, ex eo quod super ipsorum captorum dimissione seu liberatione, quam idem marescallus se promisisse dicebat, eodem locum tenente inquisitoris asserente illos sibi debere tradi retinendos, in tuis episcopalibus carceribus tenes inclusos per te custodiendos, donec super premissis nostre declaremus beneplacitum voluntatis, quod a nobis cum multa instancia postulasti; nos igitur nolentes, sicut nec velle debemus, quod propter premissa hujusmodi negotium sacre fidei, quam attentissima cura debemus protegere, negligatur sed quod de verbis hujusmodi, que, si vera sint, proferentes eosdem reddunt vehementer de fide suspectos, diligencius inquiratur, discretioni vestre in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus quatinus de verbis eisdem ex vestro officio curetis solerter inquirere veritatem et ea que inde inveneritis nobis sub manu publica vel sub vestris sigillis clausa et nemini revelata, quam cito commode poteritis, destinare curetis, ut mature providere possimus quid per vos agendum fuerit in premissis interimque tu, episcope, viros eosdem nulli, cujuscumque status existat, presumas tradere sed illos caute facias custodiri, donec aliud a nobis receperis in mandatis. Datum Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1080 Avignon, 10 juillet 1364.

Petro, patriarchae Constantinopolitano, apostolicae Sedis legato, de legatione ejus in negotio passagii transmarini scribit. (Reg. 246, fol. 271 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. VII, p. 106.)

« *Venerabili fratri Petro, patriarche Constantinopolitano, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Dudum attendentes quod, peccatis exigentibus, Terram sanctam Agarenorum gens perfida, salvatoris nostri domini nostri Jesu Christi et sue orthodoxe fidei inimica, a longis retro temporibus, non absque damnosa negligentia christiani populi, occupaverat et detinuerat, prout detinet, occupatam, eam polluendo abominandorum patratione scelerum ac pro ancilla tenendo, que domina gentium debet esse; quodque ex oppressione Turcorum crudelium multas calamitates patiebatur, prout patitur, christianus populus Orientis, carissimo in Christo filio nostro Petro, rege Cypri illustri, cujus regnum est in ipsorum infidelium finibus constitutum, de statu dictorum infidelium, quem ipse rex ex ipsorum mortalitatibus et discordiis debilitatum et prostrationi dispositum asseruit, presertim ex captione civitatis Satalie ac nonnullorum castrorum et locorum, que idem rex suis prudentia personalibusque laboribus et expensis de manibus infidelium predictorum eripuerat, ex quo infideles ipsos multus, ut asseritur, timor invaserat, plenarie informato, nobis ac fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus ac nonnullis catholicis principibus et magnatibus aliisque fidelibus populis vias et modos, per quos tunc temporis poterat, prout potest, faciliter eorundem Agarenorum et Turcorum elidi potentia et fieri recuperatio terre predicte, ostendente prudenter oraculo vive vocis, de dictorum fratrum consilio, ad eandem Terram sanctam et alias partes infidelium Orientis passagium generale, auctoritate apostolica, indiximus, ac bone memorie Talayrandum, episcopum Albanensem, ad partes illas, commisso sibi plene legationis officio in eisdem, providimus destinandum, et tam clare memorie Johanni, regi Francie, capitaneo et rectori ipsius passagii per nos constituto, quam prefato Petro, regi Cypri, ac aliis multis nobilibus, qui cum eorum potentia pro recuperatione Terre sancte predicte promiserunt personaliter transfretare ac receperunt de manibus nostris venerabile signum crucis, ac etiam ceteris crucesignatis et crucesignandis, kalendas martii anni nativitatis Domini millesimi trecentesimi sexagesimi quinti proxime secuturi, pro termino ad transfretandum in dicto passagio duximus assignandum. Cum autem idem rex Francie et episcopus, sicut Domino placuit, sint viam universe carnis ingressi et dictus rex

Cypri ad succurrendum eisdem fidelibus et conatus eorundem infidelium reprimendum, velut athleta Christi et precursor intrepidus, proponat in brevi cum auxiliis citramarinorum fidelium transfretare, nos, attendentes quod urgens et evidens predictarum ultramarinarum partium, quas fideles inhabitant, necessitas exigit ad eas a nobis destinari legatum, qui vice nostra dirigat et disponat negotium passagii prelibati et ad te, virum utique secundum cor nostrum, honestate conspicuum, religione probatum, preclarum scientia, humilitate sublimem, mansuetudine generosum, multa providentia circumspectum et in lege Domini ipsaque fide catholica admodum eruditum, qui alias commissum tibi in partibus illis legationis officium laudabiliter exercuisti, nostre considerationis intuitum dirigentes, deliberatione super hoc cum fratribus nostris prehabita diligenti, tibi in patriarchatu Constantinopolitano ac regno Cypri et in Cretensi, Smyrnensi, Patracensi, Atheniensi, Thebano, Corinthiensi, Colossensi dicto Rhodo, ac Nixiensi, Corphiensi, Duracensi, Neopacensi et Neopatrensi archiepiscopatibus et eorum, dicti patriarchatus, provinciis et aliis ultramarinis partibus, ad quas per nos est indictum passagium supradictum, pro subsidio ejusdem regis Cypri et aliorum transfretantium ad Christi fidelium partes ejusdem, plene legationis officium auctoritate apostolica, de dictorum fratrum consilio, committimus per presentes et presentium tibi auctoritate concedimus ut in patriarchatu ac regno, archiepiscopatibus, provinciis et terris supradictis super hujusmodi ac universis et singulis aliis negotiis, de quibus expedire videris, agere, disponere, statuere, ordinare ac precipere et inter imperatores et reges ac principes aliasque personas ecclesiasticas et seculares, in eisdem partibus consistentes, ad utilitatem, commodum et effectum negotiorum ipsorum ligas, confederationes, societates seu uniones statuere, firmare ac facere et per te vel alium seu alios, quacumque auctoritate factas, initas, tractatas seu firmatas, tractare et executioni mandare ac mandari facere et inter dissidentes seu discordes pacem et concordiam reformare, treugas seu inducias inire et firmare et reformatas, initas et firmatas observari facere, necnon contradictores et rebelles, cujuscumque dignitatis et status vel conditionis existant, etiam si episcopali vel majori aut regali vel imperiali prefulgeant dignitate, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellere valeas, fraternitati tue plenam et liberam tenore presentium concedimus potestatem etc. Datum Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1081 Avignon, 10 juillet 1364.

Universis praelatis illarum partium ut dicto legato pareant humiliter et devote eique opportune assistant. (Reg. 246, fol. 283 recto.)

1082 Avignon, 10 juillet 1364.

Eisdem praelatis ut dicto legato de decem florenis auri singulis diebus provideant. (Reg. 246, fol. 283 verso.)

1083 Avignon, 10 juillet 1364.

Litterae de securo conductu et de stipendiis pro legato memorato. (Reg. 246, fol. 284 recto.)

1084 Avignon, 10 juillet 1364.

Universis principibus de securo conductu pro eodem legato. (Reg. 246, fol. 285 recto.)

1085 Avignon, 10 juillet 1364.

Magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani mandat ut Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, in prosecutione negotii praedictae legationis praebeant consilium, auxilium et favorem. (Reg. 261, fol. 89 verso. De curia, p. 32)

« *Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Cum nos venerabilem —. Datum Avinione, VI idus julii, pontificatus nostri anno secundo. »

1086 Avignon, 10 juillet 1364.

Petro Begonis, ecclesiae Wratislaviensis cancellario, apostolicae Sedis nuntio, ut Banco Zenobii et Johanni Bonaguidae, mercatoribus Florentinis, in partibus Flandriae commorantibus, quatuor millia florenorum assignet. (Reg. 246, fol. 270 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Begonis, cancellario ecclesie Wratislaviensis, apostolice Sedis nuncio.* Cum dilecti filii —. Datum Avinione, VI idus julii, anno secundo. »

1087 Avignon, 11 juillet 1364.

Supradictis Banco et Johanni et Simoni Spina, mercatoribus

Florentinis, ut dicta quatuor millia florenorum a nuntio memorato recipiant, (Reg. 246, fol. 270 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Banco Zenobii et Johanni Bonaguida ac Symoni Spina, mercatoribus Florentinis, in partibus Flandrie et Brabancie commorantibus ac ibidem procuratoribus et factoribus societatis Albertorum novorum de Florencia.* Per alias nostras —. Datum Avinione, V idus julii, anno secundo. »

1088 Pont-de-Sorgues, 11 juillet 1364.

Anglico, episcopo Avinionensi, ut, consilio capituli dictae ecclesiae praehabito, de loco dicto Vinea Vispali, ad ipsam ecclesiam pertinente, non obstante aliqua ordinatione imperiali, disponere possit, prout sibi videbitur expedire. (Reg. 246, fol. 276 recto. De curia. — Reg. 261, fol. 148 recto. Litter. divers. form. n° 135.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Avinionensi.* Cunctorum Christi fidelium, ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum honesta commoda cupimus, ex quibus augetur res publica et illorum necessitatibus subvenitur, ad consecutionemque commodorum hujusmodi modis licitis libenter favorem apostolicum impartimur. Sane porrecta nobis tue peticionis series continebat quod, tam ex quodam imperiali privilegio, a longissimis retro temporibus episcopo Avinionensi, qui esset pro tempore, et ecclesie Avinionensi concesso, quam de antiqua et approbata consuetudine, in civitate et diocesi Avinionensi est obtentum, et etiam pacifice observatum, a tempore cujus contrarii memoria non existit, quod [quando] tenentes in feudum seu emphiteosim ab episcopo seu ecclesia supradictis, et sub ejusdem ecclesie directo dominio, in civitate et diocesi Avinionensi, presertim in loco qui vulgariter appellatur vinea Vispalis, predia rustica vel urbana, contingit testatos aut intestatos decedere, ascendentibus seu descendentibus legitimis et naturalibus heredibus non relictis, hujusmodi predia in directum et utile dominium ipsius ecclesie libere et totaliter revertuntur, nec licuit aut licet hujusmodi predia taliter tenentibus de illis testari, aut alias per ipsorum ultimas voluntates disponere quoquomodo, nisi predia ipsa, ex speciali sedis apostolice concessione, sint exempta a privilegio et consuetudine memoratis; quodque tenentes ipsa predia non exempta, metu privilegii et consuetudinis predictorum, illa meliorare non curant, et nonnulli ex eis, si ipsa predia sint domus, eas ruere, et si existant predia rustica, ea debite colere pretermittunt, sinentes illa inculta et sterilia remanere, ex quibus dicti ecclesia et dictorum prediorum possessores, et etiam res publica, dampna non modica patiuntur. Quare nobis humiliter supplicasti ut, tam pro utilitate publica quam ecclesie memorate, tibi et ipsi ecclesie providere de utili remedio dignaremur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis fiduciam gerimus in domino pleniorem, eximendi, auctoritate nostra, cum consilio dilectorum filiorum capituli predicte ecclesie, hujusmodi predia, seu illa ex eis de quibus tibi videbitur, a privilegio et consuetudine supradictis, seu de ipsis, prout utilitati ejusdem ecclesie magis videris expedire, aliter disponendi; ita tamen quod in feudum vel emphiteosim, prout eorum conditiones exigunt, a te et tuis successoribus episcopis Avinionensibus, et dicta ecclesia, absque tamen servitute seu onere predictorum privilegii et consuetudinis, teneantur, et per congruum augmentum census annui melior fiat condicio ecclesie supradicte, seu alias cum tenentibus ipsa predia ordinandi et disponendi, prout ad utilitatem ejusdem ecclesie tibi videbitur expedire, ac eisdem possessoribus particulariter vel generaliter concedendi quod de prediis ipsis, servatis tamen alias que de jure communi servari debent in talibus et juribus ipsius ecclesie in aliis remanentibus semper salvis, disponere ac testari, ipsaque predia ad heredes et successores eorum legitimos, etiam extraneos, et etiam si intestati decedant, libere devolvantur, predictis et aliis privilegiis, statutis et consuetudinibus quibuscunque contrariis nequaquam obstantibus, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, V idus julii, anno secundo. »

1089 Pont-de-Sorgues, 11 juillet 1364.

Eidem concedit facultatem aliquos census, redditus et proventus, sibi et ecclesiae Avinionensi a nonnullis in territorio Avinionensi existentibus super vineis, terris, aliisque possessionibus debitos moderandi, in aliis redditibus minoribus commutandi et, capituli ecclesiae suae praehabito consilio, de ipsis cum possessoribus, prout sibi videbitur expedire, concordandi. (Reg. 246, fol. 277 recto. De curia. — Reg. 261, fol. 147 verso. Litt. divers. form. n° 134.)

« *Eidem.* Tantam gerimus de tua (1) fide ac circumspectione fiduciam, quas in magnis et arduis cognoscimus ab experto, quod firma opinione tenemus quod ea, que tibi pro utilitate tue Avinionensis ecclesie committemus seu concedemus, pro eadem utilitate prudenter et fideliter

(1) Reg. 261 : *de tuis.*

exequeris. Exhibita siquidem nobis tua peticio continebat quod nonnulli emphiteote et possessores prediorum rusticorum, in diversis territoriis civitatis et diocesis Avinionensis consistencium, que a tua ecclesia Avinionensi tenentur, certos annuos census seu canones annone et aliorum bladorum dicte ecclesie seu mense tue episcopali soliti sunt prestare, quodque, tam propter ipsorum bladorum caristiam, que fuit longis elapsis temporibus et adhuc esse non desinit, quam etiam propter nimias expensas culture ac depauperationem gentium dictarum civitatis et diocesis, provenientes ex mortalitatibus retroactis, ipsa predia dimiserunt et dimittunt inculta, propter quod census ipsi eidem ecclesie non solvuntur sed cotidie amittuntur, ipsaque predia sterilia et inutilia remanserunt et remanent, in grave non solum ecclesie ipsius sed etiam rei publice detrimentum. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue innovandi et moderandi et etiam commutandi, cum consilio dilectorum filiorum capituli dicte tue Avinionensis ecclesie, hujusmodi census ad minores eorumdem vel aliorum bladorum seu pecuniarum quantitates aut res alias, de quibus et prout tibi videbitur, et alias cum eisdem emphiteotis seu possessoribus, prout pro majori utilitate dicte Avinionensis ecclesie tua prudencia cum dicto consilio magis expedire viderit, concordandi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum ut supra. »

1090 Avignon, 11 juillet 1364.

Johannae, reginae Siciliae, ut episcopo Lucerino de quibusdam injuriis, ipsi a Johanne Roncella, cive Neapolitano, illatis, justitiam faciat ministrari. (Reg. 246, fol. 251 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Ex querela venerabilis fratris nostri Jacobi, episcopi Lucerini, nuper ad nostrum pervenit auditum quod Johannes Roncella, civis Neapolitanus, justiciarius curie dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie, ducisse Duracii, sororis tue, timore Dei postposito, terram Precive, ad eundem episcopum et ejus ecclesiam pertinentem, quam episcopi Lucerini, sui predecessores, qui fuerunt pro tempore, ab antiquo tempore pacifice possederunt, cum quibusdam armigeris per violenciam intrans, ejus domos concremare, ac incolas capere et detinere captivos, ac campanile terre predicte occupare presumpsit hactenus et presumit, ipsam ecclesiam inhonestis et turpibus actibus polluendo; predictisque non contentus, accessit ad alium locum ejusdem ecclesie, indeque nonnullos boves ipsius ecclesie, ad agriculturam deputatos, abstulit, et que voluit secum duxit, nonnullaque tenimenta et alia jura ipsius ecclesie occupavit et detinet occupata, pro sue libito voluntatis; que, si veritate nitantur, in gravem Dei offensam, ipsius ecclesie maximum detrimentum, ac anime sue non modicum prejudicium cedere dinoscuntur. Quare, cum sue sublimitati intersit predicta eo celerius revocari et emendari facere, quo per nos ad hoc fueris excitata, serenitatem tuam rogamus attente quatinus prefatis episcopo et ecclesie de predictis dampnis et injuriis ipsis illatis debitam satisfactionem impendi ac hujusmodi captivos relaxari, bovesque et tenimenta et alia jura ipsius ecclesie eidem episcopo dimitti et restitui facere et mandari, pro nostra et apostolice sedis reverencia, non postponas, sic in premissis actura quod reginalem celsitudinem de tantorum malorum execratione ac prompta ministratione justicie commendare merito valeamus. Datum Avinione, V idus julii, anno secundo. »

1091 Avignon, 11 juillet 1364.

Philippo de Tarento de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 251 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo de Tarento.* Ex querela venerabilis. Datum Avinione, V idus julii, anno secundo. »

1092 Avignon, 11 juillet 1364.

In e. m. ducissae de Duratio, imperatori Constantinopolitano et comiti Anglevi « mutatis mutandis. » (Reg. 246, fol. 251 verso.)

1093 Avignon, 13 juillet 1364.

Helyae, archiepiscopo Burdegalensi, ut contra Raymundum Sanccii, praesbyterum, Raymundum Salvatoris, Bernardum Dominici, Guillelmum Sanccii, Petrum de Bar, clericos Lascurensis, Dertusensis, Xanctonensis et Aquensis dioecesium, litterarum apostolicarum falsos fabricatores, et contra quoscumque alios procedat. (Reg. 261, fol. 87 verso, n° 20. De curia.)

« *Venerabili fratri Helye, archiepiscopo Burdegalensi.* Ad audienciam nostram —. Datum Avinione, III idus julii, pontificatus nostri anno secundo. »

1094 Pont-de-Sorgues, 14 juillet 1364.

Carolo, regi Franciae, Stephanum Berengarii, consulem, Imbertum Roche et Bernardum Boiardi, civitatis Montispessulanae ambaxiatores, ad ejus praesentiam destinatos, commendat. (Reg. 246, fol. 253 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum, prout audivimus, dilecti filii consules et universitas tue ville Montispesulane, Magalonensis diocesis, ad exhibendum regio culmini reverenciam ac pro quibusdam eorum negotiis, dilectos filios Stephanum Berengarii, consulem, et Imbertum Roche ac Bernardum Boiardi, ambaxiatores suos, latores presentium, ad tuam presentiam transmittant ad presens, nos ad dictam villam, in qua olim, dum essemus in minoribus constituti, diutius fuimus commorati, habentes specialis dilectionis affectum, serenitatem tuam rogamus attente quatinus eosdem ambaxiatores gratanter recipiens, ipsos ac dictam villam in eorum justis peticionibus habere velis, pro nostra et apostolice Sedis reverencia ac ipsorum fidelitatis obtentu, favorabiliter commendatos. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, II idus julii, anno secundo. »

1095 Avignon, 14 juillet 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut pro supradictis civitatis Montispessulanae ambaxiatoribus apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 254 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Cum prout audivimus —. Datum ut supra. »

1096 Avignon, 15 juillet 1364.

Jacobum, regem Majoricarum, hortatur ad partes suas interponendas apud Johannam, reginam Siciliae, consortem suam, ut ipsa consulibus et universitati civitatis Narbonensis quaedam mercimonia, a Ludovico, rege Siciliae, ablata, faciat restitui. (Reg. 246. fol. 254 recto)

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri, salutem etc.* Dilecti filii .. consules et universitas civitatis Narbonensis nobis fecerunt exponi quod olim, jam quinque annis elapsis, clare memorie Ludovicus, rex Sicilie, quedam mercimonia magni valoris, que ipsi consules et universitas ad partes Cipri mittebant, recipi fecit in partibus Calabrie indebite et injuste, quodque, in extremis constitutus, de ipsis habens conscienciam aggravatam, ea mandavit restitui, et quod carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, consors tua, restitutionem hujusmodi fieri promisit; quodque, licet ex tunc super hiis quedam conventio pro ejusdem regine et dictorum consulum et universitatis parte facta extiterit, tamen ipsa conventio pro dicte regine parte non extitit observata; propter quod iidem consules et universitas nostre in hac parte provisionis, etiam per viam justicie, remedium suppliciter imploraruut. Nos igitur de tanto dampno, quod magnum asseritur, et in quo multi etiam vidue et orphani depauperati dicuntur, dampnificatis eisdem paterno compatientes affectu, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, si est ita, apud eandem reginam velis taliter interponere partes tuas quod conventionem et promissionem predictas, prout justicia suadet et honor reginalis exigit, implere ulterius non retardet. Datum Avinione, idus julii, anno secundo. »

1097 Avignon, 15 juillet 1364.

Johannae, reginae Siciliae, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 254 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Dilecti filii .. consules —. Datum Avinione, idibus julii, anno secundo. »

1098 Avignon, 17 juillet 1364.

Johanni Mauberti, canonico Carnotensi, succollectori generali apostolicae camerae in provincia Remensi, mandat ut Durando Gualap et Dominico Pascalis, mercatoribus Montispessulanis, in loco de Brugis, Tornacensis dioecesis, commorantibus, duo millia quingentos auri florenos assignet. (Reg. 246, fol. 277 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 109 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Mauberti, canonico Carnotensi, succollectori generali fructuum, proventuum et bonorum apostolice camere, in provincia Remensi debitorum.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, XVI kal. augusti, anno secundo. »

1099 Avignon, 17 juillet 1364.

Durando Gualap et Dominico Paschalis, mercatoribus Montispessulanis, in loco de Brugis, Tornacensis dioecesis, commorantibus, ut a Johanne Mauberti, canonico Carnotensi, succollectore generali apostolicae camerae in provincia Remensi deputato, praefatam pecuniae quantitatem recipere pos-

sint. (Reg. 246, fol. 278 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 109 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Durando Gualap et Dominico Paschalis, mercatoribus Montispesulanis, Magalonensis diocesis, in loco de Brugis, Tornacensis diocesis commorantibus ac ibidem factoribus dilectorum filiorum Jacobi et Guarini de Guillelmis, mercatorum dicti loci Montispesulani.* Per alias nostras —. Datum ut supra. »

1100 Avignon, 17 juillet 1364.

Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio, ut supradictis mercatoribus, in civitate Parisiensi commorantibus, ipsam pecuniae quantitatem assignet. (Reg. 246, fol. 278 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 105 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolice sedis nuncio.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, XVI kal. augusti, anno secundo. »

1101 Avignon, 17 juillet 1364.

Mercatoribus antedictis ut a praefato Bernardo Cariti dictam pecuniae summam recipere possint. (Reg. 262, fol. 105 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Durando Gualap et Dominico Paschalis, mercatoribus Montispesulanis etc.* Per alias nostras —. Datum ut supra. »

1102 Avignon, 17 juillet 1364.

Petro, regi Cipri, ut de quadam rixosa commotione, inter incolas regni sui et quosdam cives Januenses exorta, justitiam faciat exhiberi. (Reg. 246, fol. 255 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri etc.* Super quadam rixosa discordia, que inter quosdam incolas regni tui et Januenses in eodem regno morantes, in civitate tua Famagustensi, fuit nuper exorta, tue serenitati scripsimus quid circumspectio apostolice sedis, cum dilectis filiis nobili viro .. duce et communi Januensibus duxerat providendum, copiamque nostrarum litterarum, quas eisdem duci et communi direximus, misimus tibi, nostris litteris interclusam, deindeque per diversos nuncios et litteras alias apud eosdem ducem et commune continuavimus negotium prelibatum. Nunc autem a dicto duce ac consilio antianorum civitatis ejusdem recepimus litteras responsales, continentes quod, ob reverenciam nostram, processus et sententias tuos super prefato negotio tam contra delinquentes quam contra neglectores justicie expectare disponunt, prout in copia dictarum litterarum inclusa presentibus vidit tua sublimitas contineri. Quare circumspectam magnitudinem tuam rogamus attente quatinus pacienciam et bonam voluntatem eorundem ducis et communis mature considerans et habens acceptas in hac parte, debitam justitiam administres, ut per eam Altissimo placeas et tollatur omnis materia scandalorum, presertim isto tempore passagii generalis. Datum Avinione, XVI kalendas augusti, anno secundo. »

1103 Avignon, 19 juillet 1364.

Senescallo Provinciae ut haereticae pravitatis inquisitori, in inquisitione et processu quorumdam haereticorum faciendis, auxilium brachii saecularis praestet. (Reg. 246, fol. 255 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Provincie, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod in terris tui regiminis, videlicet in montibus, est quedam vallis, in qua sunt nonnulle persone utriusque sexus, infecte labe heretice pravitatis, contra quas per dilectum filium Johannem Richardi, ordinis fratrum minorum, in sacra theologia magistrum, in illis partibus inquisitorem pravitatis ejusdem, inquiri et procedi mandavimus, prout justicia suadebit. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eidem inquisitori, ejusque socio seu vicario, in hiis que circa tam sanctum negotium oportuna fuerint, efficaciter assistere, cum te requisierint, non postponas, eis de tuo seculari brachio providendo. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno secundo. »

1104 Avignon, 19 juillet 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut Johanni Richardi, ordinis fratrum minorum, in sacra theologia magistro et in partibus Sabaudiae haereticae pravitatis inquisitori, seu ejus locum tenenti, auxilium brachii saecularis tribui faciat. (Reg. 246, fol. 255 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Cum dilectus filius —. Datum ut supra. »

1105 Avignon, 19 juillet 1364.

Guillelmo Grimoardi, domino de Grisaco et de Bellagarda, militi Mimatensis dioecesis, genitori suo, indulgentiam plenariam in articulo mortis concedit. (Reg. 246, fol. 279 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo Grimoardi, domino de Grisaco et de Bellagarda, militi Mimatensis diocesis.* Provenit ex tue —. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno secundo. »

1106 Avignon, 19 juillet 1364.

Eidem militi facultatem eligendi confessorem suum indulget. (Reg. 246, fol. 280 recto. De curia. — Reg. 251, fol. 296 recto, n° 367. De comm.)

« *Eidem.* Benigno sunt tibi —. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno secundo. »

1107 Avignon, 19 juillet 1364.

Eidem militi facultatem habendi altare portatile concedit. (Reg. 246, fol. 280 recto. De curia.)

« *Eidem.* Sincere devotionis affectus —. Datum ut supra. »

1108 Avignon, 19 juillet 1364.

Eidem militi facultatem missam super altari suo portatili celebrari faciendi, antequam dies illucescat, indulget. (Reg. 246, fol. 280 verso. De curia.)

« *Eidem.* Sincere devotionis affectus —. Datum ut supra. »

1109 Avignon, 19 juillet 1364.

Eidem militi ut in locis interdictis pro se et familiaribus suis missam aliaque divina officia faciat celebrari. (Reg. 246, fol. 280 verso. De curia.)

« *Eidem.* Devotionis tue sinceritas —. Datum ut supra. »

1110 Avignon, 20 juillet 1364.

Ægidium cardinalem legatum iterum hortatur ad discordiam inter Romanos et Velletrenses exortam terminandam, aut saltem treugas iniendas, cum Romani Velletrenses in dissipationem perpetuam deducere moliantur et ecclesias personasque ecclesiasticas molestari non desinant. (Reg. 246, fol. 256 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dudum intellecta discordia —. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno secundo. »

1111 Avignon, 20 juillet 1364.

Carolo, Romanorum imperatori, Malatestam Ungarum, militem Ariminensem, ad ipsius praesentiam accedentem, de quibusdam honorem et statum Ecclesiae tangentibus tractaturum, commendat. (Reg. 246, fol. 257 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno secundo. »

1112 Avignon, 20 juillet 1364.

Malatestae Ungaro de Malatestis tempus loca sancta ultramarina visitandi usque ad duos annos prorogat. (Reg. 246, fol. 257 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Malateste Ungaro de Malatestis, militi Ariminensi, salutem etc.* Nobilitatis tue sincera devotio, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur ut in hiis que tuam commoditatem respiciunt votis tuis favorabiliter annuamus. Sane exhibita nobis tua peticio continebat quod dudum vovisti, infra certum terminum nondum elapsum, sepulcrum Dominicum et alia loca sancta ultramarina personaliter visitare, sed quod infra eundem terminum dictum votum commode implere non vales; quare nobis humiliter supplicasti ut terminum ipsum tibi prorogare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, terminum ipsum usque ad duos annos, a fine ipsius termini inchoandos, auctoritate apostolica, tenore presentium prorogamus. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno secundo. »

1113 Avignon, 20 juillet 1364.

Ægidio cardinali legato, ut in terris, suo commissis regimini, aliquos cives Bononienses, quos Andruinus cardinalis legatus per modum relegationis ad ipsas terras destinabit, recipiat. (Reg. 246, fol. 257 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice*

sedis legato etc. Pro statu civitatis nostre Bononiensis in tranquillitate et securitate servando, erit, prout audivimus, forsan expediens quod aliqui cives dicte civitatis teneantur pro tempore per modum relegationis vel aliter extra illam, quos dilectus filius noster Andruinus, tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, ad terras tuo commissas regimini forsitan destinabit. Quare volumus et mandamus tibi quatinus hujusmodi cives in eisdem terris recipias et recipi facias eosque, prout expedire videris, benigne pertractes et a subditis nostris facias pertractari. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno secundo. »

1114 Avignon, 20 juillet 1364.

Officiali Carpentoratensi ut ad inquisitionem Petri Michaelis, laïci, qui, de crimine haeresis accusatus, ab inquisitore haereticae pravitatis in carceribus episcopi Carpentoratensis captivus detinetur, solus possit procedere, ipsumque Petrum, si non invenerit culpabilem, absolvere non differat. (Reg. 246, fol. 281 verso. De curia.)

« *Dilecto filio .. officiali Carpentoratensi.* Exhibita nobis pro —. Datum Avinione, XIII kal. augusti, anno secundo. »

1115 Avignon, 22 juillet 1364.

Senescallo Tolosano ut Johannem, abbatem monasterii Fiscannensis, Rothomagensis dioecesis, qui de partibus Navarrae, ubi detentus fuerat, ad curiam Romanam accedens, in senescallia Tolosana ab ipsius gentibus detentus extitit et nunc detinetur, ejusque familiares et animalia, res bonaque ipsorum faciat sine mora relaxari. (Reg. 246, fol. 257 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Tholose.* Ad nostrum pervenit auditum quod, cum dilectus filius Johannes, abbas monasterii Fiscannensis, Rothomagensis diocesis, de partibus Navarre, ubi detentus fuerat, ad curiam Romanam de nostro mandato accederet, in senescallia Tholose per ejus gentes detentus extitit et presentialiter detinetur. Quare, cum hoc in offensam Dei, et ecclesiastice libertatis apostoliceque sedis contemptum, ac in detinencium dictum abbatem animarum periculum, propter graves sententias, quas propterea incurrisse noscuntur, ac regii et tui detrimentum honoris cedere dinoscatur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus prefatum abbatem ejusque familiares, ac animalia, necnon res et bona ipsorum libere et statim facias relaxari. Datum Avinione, XI kalendas augusti, anno secundo. »

1116 Avignon, 22 juillet 1364.

In e. m. Arnulpho, domino de Audrehem, marescallo Franciae. (*Ibid.*, fol. 258 recto.)

1117 Avignon, 22 juillet 1364.

Capitulariis civitatis Tolosanae de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 258 recto.)

« *Dilectis filiis .. capitulariis civitatis Tholosane.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, XI kal. augusti, anno secundo. »

1118 Avignon, 22 juillet 1364.

Johannae, reginae Siciliae, Catherinam de Baucio, dominam loci de Curtedone, de negotiis quae coram ipsa expedire debet, ejusque procuratores et nuntios commendat. (Reg. 246, fol. 258 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* Cum dilecta in —. Datum Avinione, XI kal. augusti, anno secundo. »

1119 Avignon, 23 juillet 1364.

Ægidio cardinali legato Malatestam Ungarum de Malatestis, militem Ariminensem, commendat, ut ei de terris et pecunia, non titulo pensionis annuae sed doni, provideatur. (Reg. 246, fol. 259 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectum filium nobilem —. Datum Avinione, X kal. augusti, anno secundo. »

1120 Avignon, 24 juillet 1364.

Ægidio cardinali legato Dondatium de Malvicinis, militem Placentinum, cujus erga Romanam ecclesiam devotionem expertus est, commendat, ut ipsi de quodam praedio seu loco, ad Ecclesiam eamdem spectante, titulo feudi seu emphiteosis, provideat. (Reg. 246, fol. 259 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectum filium nobilem —. Datum Avinione, IX kal. augusti, anno secundo. »

1121 Avignon, 24 juillet 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 259 verso.)

1122 Avignon, 24 juillet 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus Petrum de Corbetone, priorem Abbatisvillae, Ambianensis dioccesis, Andruini, tituli Sancti Marcelli praesbyteri cardinalis, capellanum, latorem praesentium, commendat. (Reg. 246, fol. 259 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, IX kal. augusti, anno secundo. »

1123 Avignon, 24 juillet 1364.

Andruino, cardinali legato, ut in castrorum Riberiae, Sancti Martini et Bozzani negotio caute provideat et suum arbitramentum proferre differat. (Reg. 246, fol. 260 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Per plures nostras litteras super negotio castrorum Riberie, Sancti Martini et Bozzani diebus preteritis tue circumspectioni scripsimus illud quod nobis in hac parte equum et pro pace Lombardie servanda omnique suspectione tollenda expediens videbatur; pacem igitur hujusmodi plenis desideriis appetentes, iterato eandem circumspectionem hortamur attente quatinus caute provideat in predictis et quod promissa pro parte Romane ecclesie et per colligatos suis adherentibus observetur et, quoniam ipsa castra in manibus ea tenentium remanere de partium voluntate non possent, differas tuum arbitramentum proferre, quia interim Deus, ut speramus, bonam concordiam animis eorumdem partium inspirabit vel tandem nos dicta castra recipiemus sub nostra custodia retinenda, in quo partes ipse, prout audivimus, finaliter consentirent. Datum Avinione, IX kal. augusti, anno secundo. »

1124 Avignon, 24 juillet 1364.

Andruino, cardinali legato, ut a marchionibus Estensibus censum, quem pro castris, eisdem sub vicariatus nomine concessis, Ecclesiae Romanae debent, recipiat. (Reg. 246, fol. 260 recto.)

« *Eidem.* Per alias nostras litteras tue circumspectioni rescripsimus quid erat nostre intentionis ac consilii fratrum nostrorum super negotio Nonantule et aliorum castrorum per venerabilem fratrem nostrum Egidium, episcopum Sabinensem, apostolice sedis legatum, dilectis filiis nobilibus viris .. marchionibus Estensibus sub vicariatus nomine concessorum, ideoque volumus quod censum, per eosdem marchiones pro dictis castris Romane ecclesie debitum, recipias per te vel alium, publice vel private, secundum quod tue prudencie videbitur expedire, presertim eo modo qui dilectis filiis populo civitatis nostre verisimiliter minus debeat displicere, de receptioneque census ejusdem quitationem facias oportunam. Datum Avinione, IX kal. Augusti, anno secundo. »

1125 Avignon, 24 juillet 1364.

Petro Raymundi de Rapistagno, senescallo Bellicadri, ut gentibus dioecesis Mimatensis, in expulsione quarumdam societatum, quae castrum de Rupe invaserunt dioecesimque Mimatensem continue devastant, auxilium suum praestet. (Reg. 246, fol. 260 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Raymundo de Rapistagno, domino de Campagnaco, senescallo Bellicadri, salutem, etc.* Sicut tua nobilitas non ignorat, dudum perverse ille gentes comitivarum castrum de Rupe, Sancti Flori diocesis, invaserunt ac detinuerunt, prout detinent occupatum, et inde Mimatensem diocesim, que in tua senescallia consistit, discurrunt, messes et alia bona ecclesiasticarum personarum et incolarum illius patrie devastant et consumunt ipsisque incolis et ecclesiasticis personis ejusdem patrie multiplicia dampna inferunt et jacturas, propter que, sicut nuper audivimus, gentes ipsius patrie se preparant ad expellendum occupatores hujusmodi de finibus patrie supradicte. Quare nobilitatem tuam rogamus attente quatinus gentibus ipsis dicte patrie in expulsione eadem quam plurimum necessaria, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, tuum prebeas auxilium, consilium et favorem. Datum Avinione, IX kal. augusti, anno secundo. »

1126 Avignon, 24 juillet 1364.

Petro Scatissae, thesaurario Franciae, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 260 verso.)

« *Dilecto filio Petro Scatisse, thesaurario Francie.* Sicut tua circumspectio. Datum ut supra. »

1127 Avignon, 26 juillet 1364.

Ægidio, cardinali legato, ut Feltrino de Gonzaga, militi Man-

tuano, cujus fidelitatem expertus est, provisionem annuam seu mensurnam faciat assignari. (Reg. 246, fol. 261 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Fidei puritatem, quam dilectus filius nobilis vir Feltrinus de Gonzaga, miles Mantuanus, erga sanctam Romanam ecclesiam, cum qua est specialiter colligatus, habet ad dictam ecclesiam necnon grata servicia, que ipsi ecclesie impendit fideliter hactenus et continue juxta suam possibilitatem impendere non desistit, necnon utilitatem que, ipso Feltrino civitatem Reginensem ad honorem et statum ejusdem ecclesie gubernante, prout gubernat, resultat ecclesie supradicte frequenti meditatione pensantes, dignum ducimus sibi, qui, ut audivimus et verisimiliter credimus, impotens est, dictam civitatem, que magna custodia indiget, prout expedit custodire, de aliquo congruo subsidio providere. Quapropter volumus et tue fraternitati mandamus quatinus, si tue prudencie ac dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, cui similiter scribimus, videatur expediens, eidem Feltrino ad beneplacitum apostolice sedis aliquam congruam provisionem annuam seu mensurnam, de qua tue circumspectioni videbitur, de proventibus ejusdem ecclesie existentibus apud dilectum filium Stephanum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, proventuum dicte ecclesie generalem in partibus Italie receptorem, seu quosvis ipsius ecclesie thesaurarios assignare procures eamque sibi terminis quos ad hoc duxeris assignandos solvi facias absque impedimento quocumque, non obstante quovis nostro mandato cuicumque nostro seu dicte ecclesie thesaurario seu receptori proventuum ecclesie prelibate facto, quod quantum ad hoc volumus non tenere. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1128 Avignon, 26 juillet 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolicae sedis legato. (Reg. 246, fol. 261 recto.)

1129 Avignon, 26 juillet 1364.

Andruino, cardinali legato, ut Bernabonem de Vicecomitibus inducat ad castra, sub Feltrini de Gonzaga regimine consistentia, quae gentes ipsius occupaverunt, restitui faciendum. (Reg. 246, fol. 261 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice sedis legato.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Feltrini de Gonzaga, militis Mantuani, cum sancta Romana ecclesia colligati, nuper fuit nobis expositum quod, postquam dilectus filius nobilis vir Bernabos de Vicecomitibus, miles Mediolanensis, contra Romanam ecclesiam et civitatem Bononiensem guerram incepit, quidam adherentes et sequaces Bernabonis ejusdem nonnulla castra, ad ipsum Feltrinum seu ejus gubernationem et regimen spectancia, occuparunt ac ex tunc detinuerunt prout detinent occupata et quod, licet hujusmodi occupatores, secundum pacta pacis inter eosdem ecclesiam et colligatos ac dictum Bernabonem habita et firmata, hujusmodi castra jamdiu restituere debuissent, sicut iidem colligati castra dicti Bernabonis que tenebant eidem Bernaboni restituere curaverunt, tamen adhuc sunt minime restituta. Quare cum, prout audivimus, de hiis a partibus in te de jure ac de facto fuerit compromissum idemque Feltrinus sit impotens super premissis cum prefato Bernabone diutius litigare, circumspectionem tuam hortamur attente quatinus, ut ipsa pax impleatur et inviolabiliter observetur, habita per te summarie ac de plano informatione plenaria de predictis, si est ita, eadem castra ad ipsum Feltrinum spectancia facias, prout potes, vigore compromissi prefati cito et libere relaxari, super hoc dictum Bernabonem ex parte nostra, secundum prudenciam tibi datam a Domino, exhortando. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1130 Avignon, 26 juillet 1364.

Andruino, cardinali legato, ut se informet de quibusdam pactis, quae Feltrinus de Gonzaga habuit cum comitibus de Panico nomine ecclesiae Romanae, quae pacta idem observari petit. (Reg. 246, fol. 262 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, p. 391.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Dilectus filius .. Feltrinus —. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1131 Avignon, 26 juillet 1364.

Ægidio, cardinali legato, ut de quinque millibus et trecentis auri florenis, quos Feltrinus de Gonzaga, miles Mantuanus, ab Ecclesia Romana sibi deberi asserit, diligenter se informans, istam pecuniae summam, si repererit esse debitam, dicto Feltrino a Stephano, abbate monasterii sancti Victoris Massilien-

sis, Ecclesiae Romanae in partibus Italiae thesaurario, faciat assignari. (Reg. 246, fol. 262 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Dilectus filius Feltrinus —. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1132 Avignon, 26 juillet 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato. (Reg. 246, fol. 262 recto.)

1133 Avignon, 26 juillet 1364.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, notificat se hodie Ægidio et Andruino, cardinalibus legatis, quasdam litteras de debitis Ecclesiae Romanae misisse, ipsique mandat ut de proventibus, a se nomine dictae Ecclesiae receptis, praefatis legatis pecuniae summas quas requirent assignare procuret. (Reg. 246, fol. 262 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, proventuum Romane ecclesie in partibus Italie generali receptori.* Hodie venerabili fratri —. Datum ut supra. »

1134 Avignon, 26 juillet 1364.

Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, notificat se Norlum de Norlis, vicarium et ambaxiatorem ejus, loete recepisse eique illa quae viva voce referet respondisse. (Reg. 246, fol. 263 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano.* Ea que dilectus —. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1135 Avignon, 26 juillet 1364.

Magistro et conventui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ut in collatione praeceptoriae Delthor, in comitatu Fuxi consistentis, quae ad priorem Tolosanum pertinet, Jacobum de Villamuro, dicti ordinis, Gastonis, comitis Fuxi, consanguineum, habeant commendatum. (Reg. 246, fol. 263 recto.)

« *Dilectis filiis .. magistro et conventui hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Nuper prout audivimus —. Datum Avinione, VII kal. augusti, anno secundo. »

1136 Avignon, 28 juillet 1364.

Edwardo, regi Angliae, de benigna expeditione sociorum societatis Albertorum antiquorum de Florencia. (Reg. 246, fol. 263 verso. De curia.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Ex dilectorum filiorum —. Datum Avinione, V kalendas augusti, anno secundo. »

1137 Avignon, 28 juillet 1364.

Johanni de Gandavo, duci Lancastriae, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 264 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Gandavo, duci Lanchastrie.* Ex dilectorum filiorum —. Datum Avinione, V kalendas augusti, anno secundo. »

1138 Avignon, 29 juillet 1364.

Carolo, regi Franciae, de duobus impedimentis, quae, post matrimonium inter Mariam de Francia, ejus sororem, et Robertum, ducem Barrensem, contractum, reperta sunt, scribit; de uno dispensationem postulatam concedere potest; de altero autem plenius vult informari. (Reg. 246, fol. 264 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 116, n° xxxvii.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Nuper litteras tue serenitatis recepimus, in quibus nobis significare curasti quod dilectam in Christo filiam Mariam de Francia, sororem tuam, dilecto filio nobili viro Roberto, duci Barrensi, pro tuo et regni tui commodo, dederas in uxorem; sed quod post hoc erant reperta duo impedimenta, unum quod ipsi Robertus et Maria in tercio consanguinitatis gradu mutuo se contingunt, et alterum quod quondam Henricus, dux Barrensis, ejusdem Roberti genitor, postquam idem Robertus natus extitit, prefatam Mariam de sacro fonte levavit, super quibus impedimentis humiliter supplicasti per sedem apostolicam dispensari. Licet igitur, fili carissime, affectemus honestis tuis votis annuere et parati simus super primo impedimento, honesti causa suadente, liberaliter dispensare, quia tamen secundum est gravius et super eo deliberatio apostolice maturitatis exigitur, dispensationem hujusmodi nondum duximus concedendam; sed prius de causis utilitatis dicti regni, que nos ad hoc movere merito debeant, et cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus quod in tali secundo impedimento per predecessores nostros Romanos pontifices, ut plurimum, sit servatum, et quid nos in hac

parte agere debeamus, plene volumus informari; ideoque magnitudo regia moleste non ferat si expressum responsum tibi remittimus de presenti. Datum Avinione, IIII kal. augusti, anno secundo. »

1138 *bis* Avignon, 10 octobre 1364.

Litterae dispensationis ab apostolica Sede concessae super matrimonio inter Robertum, ducem Barrensem, et Mariam, Johannis, Franciae regis, filiam, jam contracto. (Original aux Archives Nationales, J 437, n° 32, bulle en plomb.)

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Henrico (*sic*), duci Barrensi, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie de Francia, nate clare memorie Johannis, regis Francie, salutem et apostolicam benedictionem. Et si inter illos, qui spiritualis cognationis vel carnalis consanguinitatis glutino invicem sunt connexi, sacrorum canonum instituta matrimonialem copulam interdicant, summus tamen pontifex, considerata personarum et temporum qualitate, utiliora prospiciens, nonnunquam rigorem eorum, maxime circa sublimes personas, mansuetudine temperat et quod negat juris severitas de gratia benignitatis indulget, cum id secundum deum, presertim pro bono communi, prospicit expedire. Sane exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat quod propter bonum pacis atque concordie inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Francie regem illustrem, cujus tu filia Maria, germana existis ac te, fili dux, cujus ducatus Barrensis et nonnulla castra, terre, ville ac fortalicia, tue dictioni subjecta, in regni Francie consistunt fronteriis, perpetuo inviolabiliter conservandum, presertim cum ex certis causis de contrario probabiliter dubitetur per dictum regem et te, dux, de communi consanguineorum et amicorum partis utriusque consensu, extitit hincinde tractatum ut, quatenus (*sic*) id canonice fieri posset, matrimonialis copula vos uniret. Verum quia estis tertio consanguinitatis gradu conjuncti et quondam Henricus, tui, dux, pater, te Mariam de sacro fonte levavit, id effici nequit absque apostolice sedis licentia speciali, pro parte dicti regis et vestra nobis extitit humiliter supplicatum ut providere super hoc de oportune dispensationis gratia dignaremur. Nos itaque, qui cunctorum Christi fidelium et presertim illustrium et sublimium personarum, in quarum statu inferiorum quietitudo et inquietitudo concernitur, tranquillitatem et pacem intentis desideriis affectamus, prefati regis et vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobiscum ut, non obstantibus impedimentis que ex hujusmodi consanguinitate ac spirituali cognatione proveniunt, invicem matrimonium contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere possitis, auctoritate apostolica dispensamus, prolem suscipiendam ex hujusmodi matrimonio legitimam nunciantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Avinione, VI nonas octobris, pontificatus nostri anno secundo. — Sur le repli : Dupplicata. G. de Romanis. — Au dos : Petrus de Aquila; et plus bas : Dispensacio apostolice sedis super matrimonio ducis Barrensis et filie regis Francie. — Tangit regem.

1139 Avignon, 30 juillet 1364.

Fulconi de Agouto, milit, domino Vallium Saltus et Ollae, Provinciae senescallo, ut Armandum Fabri de Vapinco, apostatam, qui ab auditore camerae apostolicae de homicidio condempnatus et ad carceres episcopi Valentinensis demissus, ab villam de Talardo, Vapincensis diœcesis, in senescallia Provinciae, aufugit, capi faciat eumque sub fida custodia ad episcopum Vapincensem aut Valentinensem studeat destinari. (Reg. 246, fol. 264 verso.)

» *Dilecto filios, nobili viro Fulconi de Agouto, militi, domino Vallium Saltus et Olle, Provincie senescallo.* Ad nostrum pervenit auditum quod Armandus Fabri de Vapinco, apostata, fuit hoc anno per dilectum filium .. auditorem nostre camere de homicidio condempnatus, et quod idem auditor eum remisit ad carceres venerabilis fratris nostri .. episcopi Valentini, quodque postmodum idem Armandus, dictas carceres frangens, ad villam de Talardo, Vapincensis diocesis, in tua senescallia consistentem, aufugit, ibique ad presens dicitur immorari, committendo multa mala et minando se pejora imposterum commissurum. Quare, ut idem apostata de preteritis suis excessibus puniatur et futuris malis et periculis obvietur, nobilitatem tuam requirimus, rogamus et hortamur attente quatinus dictum Armandum caute capi facias, eumque ad nos, vel ad venerabilem fratrem nostrum .: episcopum Vapincensem, aut dictum episcopum Valentinensem, prout tibi commodius fuerit, studeas sub fida custodia destinare. Datum Avinione, III kalendas augusti, anno secundo. »

1140 Avignon, 30 juillet 1364.

In e. m. .. vicecomiti Talardi. (*Ibid.*, fol. 265 recto.)

1141 Avignon, 30 juillet 1364.

Ægidio, cardinali legato, Petrum de Blancis, clericum Bononiensem, jurisperitum, a curia in Italiam pro suis negotiis redeuntem, commendat. (Reg. 246, fol. 264 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice*

sedis legato. Cum dilectus filius —. Datum Avinione, III kal. augusti, anno secundo. »

1142 Avignon, 30 juillet 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, (*Ibid.*, fol. 264 verso.)

1143 Avignon, 30 juillet 1364.

Magistro Bernardo de Rodes, archidiacono de Vallibus in ecclesia Caturcensi, licenciato in legibus, capellano suo ac auditori curiae camerae suae, ut Armandum Fabri, apostatam, ab ipso ad viginti carceris annos de homicidio condemnatum, qui carceres episcopi Valentinensis fregit et inde ad Talardum, Vapincensis dioecesis, aufugit, capiat et de ipso justitiam faciat diligentem. (Reg. 246, fol. 282 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Bernardo de Rodes, archidiacono de Vallibus in ecclesia Caturcensi, licenciato in legibus, capellano nostro ac auditori curie camere nostre.* Fidedigna relatio nuper —. Datum Avinione, III kal. augusti, anno secundo. »

1144 Avignon, 31 juillet 1364.

Ægidio, cardinali legato, Carolum de Duratio, in minori aetate constitutum, commendat. (Reg. 246, fol. 294 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Considerantes quod dilectus filius nobilis vir Carolus de Duracio, in infantili constitutus etate, ac non solum utroque parente sed aliis etiam strictis est consanguineis destitutus, sibi eo magis compatimur quo est miserabilior et periculosior status suus ; gratum itaque habentes quod de ipsius persona ac terris et aliis bonis diligens cura bonumque regimen habeantur, fraternitatem tuam rogamus attente mandantes quatinus de persona dicti Caroli ejusque terris et bonis, quos sub beati Petri et nostra protectione recepimus, curam et sollicitudinem habeas specialem, ipsique Carolo et ejus gubernatoribus, prout secundum Deum poteris, favorem ejusdem fraternitatis impendas. Datum Avinione, II kal. a[u]gusti, anno secundo. »

1145 Avignon, 1er août 1364.

Priori de Volta, ord. Cluniac., Claromontensis dioecesis, ut Johannem Gay, presbyterum Mimatensis dioecesis, ecclesiae sancti Pauli ad Frigus, ejusdem dioecesis, ipsi a Sede apostolica collatae, possessionem pacifice permittat adipisci. (Reg. 246, fol. 284 verso.)

« *Dilecto filio .. priori de Volta, Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis.* Dilectus filius Johannes —. Datum Avinione, kalendis augusti, anno secundo. »

1146 Avignon, 3 août 1364.

Cum Constantia, uxor quondam Simonis Buccanigrae, ducis Januensis, defuncti, pontifici scripserit Bartholomeum et Johannem, fratres praedicti Simonis, a Januensibus captos fuisse et detentos, ipsi supplicans quod pro eorum liberatione partes suas interponat, Gabrieli Adorno, duci, ac consilio antianorum civitatis Januensis pontifex in favorem duorum fratrum scribit, ut eos pristinae restituant libertati Constantiamque praedictam et ejus filios favoribus suis prosequantur. (Reg. 246, fol. 285 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci ac consilio antianorum civitatis Januensis.* Eo pietatis affectu —. Datum Avinione, III nonas augusti, anno secundo. »

1147 Avignon, 3 août 1364.

Archiepiscopo Ravennatensi et Marco de Viterbio, ord. Fratrum Minorum ministro generali, apostolicae Sedis nuntiis, de negotio pacis inter Florentinos et Pisanos reformandae ; cum dictae pacis tractatum de proximo firmandum esse speraret, miratur Florentinos terras Pisanorum hostiliter invasisse, eis damna non modica inferentes ; ipsos nuntios rogat ut animos utriusque populi diligenter ad concordiam inducant. (Reg. 246, fol. 285 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Ravennatensi et dilecto filio Marcho de Viterbio, ordinis fratrum minorum generali ministro, apostolice sedis nunciis.* Expectabamus cum magna desiderii nostri vehemencia quod pacis auctor ex multitudine miserationum suarum, discordie, quam inter dilectos filios communia civitatum Florentine et Pisane pacis emulus, cum inexplicabilibus eorum angustiis et tribulationibus, ab hactenus suscitavit, finem imponere dignaretur. Jamque pridem de hoc litterarum vestrarum significacio, ac multorum fidedigna relatio magnam spem nobis tribuere videbatur ; pernoviter auribus nostris insonuit rumor implacidus quod prefati commune civitatis Florentine, tractatum pacis per vos diutius habitum, cujus capitulis pluries jam hinc inde discussis adherere utraque partium vide-

batur, totaliter deserentes, cum magno gentis armigere numero, contra Pisanos eosdem presentialiter se disponunt, ac talia circa predicta agere tractant et parant, que vix credere possumus, cum potius ecclesie, ecclesiasticeque persone, quam ipsi Pisani lederentur perpetuo ex eisdem, et propter que, preter malos successus qui exinde possent accidere, gravem justi judicis animadversionem contra se merito provocarent, et per tempora longa viam precluderent concordie prelibate, nosque illa que committerentur in destructionem ecclesiarum, quod absit, preterire absque apostolice punitionis remedio requiremus. Cupientes igitur hujusmodi, ac aliis multis periculis et malis innumeris et irreparabilibus, que hujusmodi amara discordia comminatur, Deo propicio, salubriter obviare, discretioni vestre, que in hujusmodi pacis negotio, autore Domino, reformande tamdiu multipliciter laboravit, et apud apostolicam sedem nichil omisisse de contingentibus, multorum fidedignorum testimonio commendatur; per apostolica scripta mandamus quatinus vestris salutaribus monitis et exhortationibus predictorum Florentinorum et etiam Pisanorum, similia forsitan presumerent, qui animos mitigetis, et ab omni crudelitate, quam eos parare forsitan sentiretis, conemini revocare, ac ipsos ad pacem et concordiam indesinenter ac solicite inducatis; ita quod, prestante Deo, et vestro cooperante ministerio studioso, hujusmodi occurratur periculis, et inter ipsa communia pax et tranquillitas subsequatur. Datum Avinione, III nonas augusti, anno secundo. »

1148 Avignon, 3 août 1364.

Gentibus senescalliarum Tolosae, Carcassonae et Bellicadri, ut Arnulpho, domino de Audrehem, marescallo Franciae, de aliquo subsidio, pro ejus sumptuum relevatione, provideant. (Reg. 246, fol. 296 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis universitatibus civitatum ac castrorum et aliorum locorum senescalliarum Tholose, Carcassone et Bellicadri, salutem etc.* Indefessam solicitudinem gravesque labores ac magna onera expensarum, que dilectus filius nobilis vir Arnulfus, dominus de Audenham, marescallus Francie, in expulsione illarum gentium, que destruebant vestram patriam, strenue ac magnifice pertulit et perferre non sinit, nos relationibus fidedignis audivimus et vos oculata experiencia didicistis; considerantes igitur quod idem marescallus ex hiis vestrum amorem ac favorem non indigne meretur, quodque sibi secundum status sui decenciam oportune non suppetunt facultates, decere credimus quod prudencia vestra talia obsequia debita gratitudine recognoscat, eidem marescallo de aliquo subsidio pro relevatione suorum sumptuum providendo, ad quod paternis suasionibus vos hortamur. Datum Avinione, III nonas augusti, anno secundo. »

1149 Avignon, 5 août 1364.

Carolo, regi Franciae, Hugonem, episcopum Aurelianensem (1), qui ad gubernandam suam ecclesiam iter arripuit, commendat. (Reg. 246, fol. 286 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Cum venerabilis frater. — Dat. Avinione, nonis augusti, anno secundo. »

1150 Avignon, 6 août 1364.

Duci ac consilio antianorum civitatis Januensis ut Constantiam, Symonis Buccanigrae relictam, in civitate Avinionensi sub apostolicae Sedis protectione morantem, ad partes Castellae se transferre non cogant. (Reg. 246, fol. 286 recto.)

« *Dilectis filiis no. viro Gabrieli Adorno, duci ac consilio ancianorum civitatis Januensis, salutem etc.* Heri duas vestras letanter recepimus litteras, ad nostras, quas vobis direxeramus, litteras responsales, quarum tenoribus plenarie intellectis, devotam vestram prudenciam, super hiis, que in negotiis regni Cipri ac Tuscie et cleri Januensis, nostris acquiescentes consiliis, peregistis et in futurum intenditis agere, multipliciter in Domino commendamus. Quia vero super negotio dilecte in Christo filie Constancie, relicte quondam Symonis Buccanigre, ducis Januensis, respondere curastis quod ipsa sibi confines in Castella elegerat et quod tunc non poteratis honeste contrarium reformare, sed omnia que crederitis fore nobis accepta curaretis de proximo cum oportuno consilio providere, nos attendentes quod ipsa Constancia, etiam si vellet, absque maximo periculo, moderno tempore, non posset pergere in Castellam et sperantes quod nostris annuatis precibus, cum terminus per vos statutus eidem Constancie ad se conferendum ad partes Castelle cito, ut asseritur, debeat expirare, eandem Constanciam in civitate Avinionensi, sub spe obtinende a vobis gratie petite, fecimus remanere, donec super hoc deliberatam et optatam responsionem nostro apostolatui

(1) Hugues Faidit, doyen de l'église d'Orléans, avait été appelé au gouvernement de cette église par bulle d'Urbain V, du 24 novembre 1363. (Eubel, *Hier. Cathol.*, I, 120.)

transmittatis, de qua mittenda celeriter, ut ipsa Constancia in quiete remaneat, vestram diligenciam exhortamur, vos affectuose rogantes quod contra sepedictam Constanciam ejusque filios ac ipsorum fidejussores et bona, ob reverenciam Dei ac apostolice Sedis et nostram, nullam faciatis noxiam novitatem sed apostolicis precibus pro magna pietate profusis liberaliter annuatis. Datum Avinione, VIII idus augusti, anno secundo. »

1151 Avignon, 7 août 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut castrum Grangiarum, dioecesis Sedunensis, Guizardi episcopi et ecclesiae Sedunensis feudale, spectans ad Johannettam de Annuisio, uxorem Jacobi Tavelli, domicelli, dictae dioecesis, et ab Antonio de Turre, milite, domino Castellionis in Valesio, dictae dioecesis, homine ligio ipsius episcopi et ecclesiae, violenter occupatum et detentum, dictis episcopo et Johannettae faciat restitui. (Reg. 246, fol. 286 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Exposuit nobis venerabilis frater noster Guizardus, episcopus Sedunensis, quod dilectus filius nobilis vir Antonius de Turre, miles, dominus Castellionis in Valesio, Sedunensis diocesis, homo ligius ipsius episcopi et ecclesie Sedunensis, noturno (*sic*) tempore, positis insidiis circa castrum Grangiarum dicte diocesis, feudale dicte ecclesie, spectans ad dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem Johannectam de Amuisio, uxorem dilecti filii nobilis viri Jacobi Tavelli, domicelli, diocesis Gebennensis, quod per castellanum seu familiarem ipsius episcopi et dicte Johannecte, tunc, ut dicitur, tenebatur, violenter occupavit et detinet occupatum, in sue anime prejudicium et grave dicte ecclesie detrimentum, supplicavitque nobis idem episcopus, ut pro recuperatione castri predicti, apud te, quem asseruit esse in illis partibus imperialem vicarium, et coram quo, ut dixit, super occupatione hujusmodi ipsi episcopus et Antonius debent convenire de proximo, partes nostras interponere dignaremur. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, si est ita, prefatum castrum, cum bonis, tempore ipsius captionis inventis in ipso, libere et indilate restitui facias episcopo et Johannecte prefatis, non permittens eos super recuperatione predicta diutius fatigari. Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1152 Avignon, 7 août 1364.

Ægidio, cardinali legato, ut Petrum Blancerii, Lodovensis dioecesis, vicarium castri Corneti constituat et per eum bladorum provisionem pro curia Romana faciat. (Reg. 246, fol. 287 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n. 392.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Propter radicatam et. — Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1153 Avignon, 7 août 1364.

Jordano de Filiis Ursi, domicello, provinciae Beati Petri in Tuscia pro Romana ecclesia rectori, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 287 verso. — Theiner, *Ibid.*)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano de Filiis Ursi, domicello, provincie patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et ecclesia Romana rectori.* Propter radicatam et. — Datum ut supra. »

1154 Avignon, 7 août 1364.

In e. m. Angelo Tavernini, provinciae supradictae thesaurario, mutatis mutandis. (Reg. 246, fol. 287 verso. — Theiner, *Ibid.*)

1155 Avignon, 7 août 1364.

Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., reddituum apostolicae camerae in Italia debitorum receptori generali, ut Malatestae et Galeotto de Malatestis, militibus Ariminensibus, in Ariminensi, Fanensi, Pensauriensi et Forosinfroniensi civitatibus ac certa parte comitatuum et districtuum dictarum civitatum necnon in castro et villa sancti Martini in Vinci ac Molaciani, Viciani, de Corpalo et sancti Pauli villis, cum eorum fortaliciis, ac Trebii et insulae Gualstristorum, Carticeti, Barni et Puzoli et alterius Carticeti et sancti Blasii castris, Ariminensis, Fanensis et Forosinfroniensis dioecesium, ad Romanam ecclesiam immediate spectantibus, vicariis, de sex millibus et trecentis auri florenis, quos pro titulo dicti vicariatus apud Bononiam solvere debent, quittantiam concedat. (Reg. 246, fol. 296 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, proventuum apostolice camere in partibus Italie debitorum generali receptori.* Cum dilecti filii. — Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1156 Avignon, 7 août 1364.

Eidem in eumdem modum, de decem millibus auri florenis, a Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, in civitate, comitatu et districtu Ferrariensi vicariis, ecclesiae Romanae debitis. (Reg. 246, fol. 297 recto. De curia.)

1157 Avignon, 7 août 1364.

Petrum Blancerii, laicum, Lodovensis dioecesis, castri Corneti, Tuscanensis dioecesis, pro ecclesia Romana vicarium constituit. (Reg. 246, fol. 297 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Blancerii, laico, Lodovensis diocesis, castri Corneti, Tuscanensis diocesis, pro nobis et ecclesia Romana vicario.* Tue fidei puritas. Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1158 Avignon, 7 août 1364.

Eidem ut ab Angelo Tavernini, cive Viterbiensi, provinciae Patrimonii Beati Petri in Tuscia thesaurario, denarios ad provisionem bladorum pro Romana curia faciendam recipere possit. (Reg. 246, fol. 297 verso. De curia.)

« *Eidem.* Cum per alias. — Dat. Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1159 Avignon, 7 août 1364.

Angelo Tavernini, civi Viterbiensi, provinciae Patrimonii Beati Petri in Tuscia thesaurario, sex millia florenorum auri, ad provisionem bladorum pro curia Romana faciendam, solvendi dat potestatem. (Reg. 246, fol. 298 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Angelo Tavernini, civi Viterbiensi, Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et ecclesia romana thesaurario.* Cum ordinaverimus quod. — Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1160 Avignon, 7 août 1364.

Universitati castri Corneti de eodem scribit, ipsos hortans ad praefato vicario firmiter obediendum. (Reg. 246, fol. 306 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis universitati castri Corneti, Tuscanensis diocesis, ad Romanam ecclesiam immediate spectantis.* Fidei puritas et. — Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1161 Avignon, 8 août 1364.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ut sub censura ecclesiastica omnes episcopos, praelatos et personas ecclesiasticas ad censum annuum, seu visitationes et alia quae Ecclesiae Romanae debent solvenda compellat. (Reg. 246, fol, 298 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti, Benedicti, proventuum apostolice camere in partibus Italie debitorum generali receptori.* Audivimus quod in. — Datum Avinione, VII idus augusti, anno secundo. »

1162 Avignon, 8 août 1364.

Petro, archiepiscopo Narbonensi, notificat se unionem ruralis ecclesiae Sanctorum Hippolyti et Justi de Villario Fargarum, ejusdem dioecesis, mensae archiepiscopali ab Innocentio papa VI factam revocasse et de ipsa ecclesia Geraldo Fabri, scriptori suo, providendum duxisse. (Reg. 246, fol. 288 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Narbonensi.* Dudum dilectus filius magister Geraldus Fabri, scriptor noster, litteras felicis recordationis Innocencii pape VI, predecessoris nostri, super unione ruralis ecclesie sanctorum Ypoliti et Justi de Villariofargarum, tue diocesis, archiepiscopali tue mense facienda, nobis fideliter presentavit, ac pro prorogatione termini in dictis litteris contenti, et renovatione dictarum litterarum institit humiliter et discrete, nosque scientes eandem tuam mensam talibus modicis minime indigere, ac hujusmodi uniones merito detestantes, non solum petita non concessimus, sed easdem litteras et contenta in eis nostro motu duximus revocanda, intendentes de dicta ecclesia, cum apud sedem apostolicam vacaret, persone ydonee providere, ac attendentes quod ipse magister Geraldus pro nobis et ecclesia Romana laborat assidue, et quod tuus et tuorum fratrum specialis devotus et servitor existit, de ipsa ecclesia sibi duximus providendum, prout in nostris litteris inde confectis noscitur contineri; et quia, ut audivimus, impetrationem dicte ecclesie aliqualiter geris moleste, putans forte quod in gratia pro tua parte petita idem Geraldus minus fideliter egerit, fraternitati tue testimonium perhibemus quod sepedictus Geraldus pro te, quantum in eo fuit, fideliter laboravit, nosque dictam revocationem proprio motu fecimus et in similibus urgente consciencia faceremus, etsi alius dignus dictam ecclesiam citius petiisset, ei contulissemus eandem. Quare fraternitatem tuam rogamus et hortamur

attente quatinus propter premissa nullum rancorem habeas, sicut nec habere debes, contra Geraldum predictum, sed sibi in assecutione pacifice possessionis dicte ecclesie, pro reverencia apostolice sedis et nostra, assistas favoribus oportunis. Datum Avinione, VI idus augusti, anno secundo. »

1163 Avignon, 10 août 1364.

Canisegnorio de Lascala notificat se Laurentium de Verona, ord. fratrum Eremitarum sancti Augustini, ambaxiatorem ejus, gratanter recepisse et de matrimonio quod dicitur contractum inter Johannam, ducissam Duratii et Aymonem de Gebenna, comitis Gebennae filium, cum ambaxiatore praedicto tractavisse; asserit autem se apud Johannam, Siciliae reginam, ita partes suas interposuisse ut eadem ducissa, quam sub custodia tenet, liberetur, et ad faciendum de coetero in favorem dictae ducissae omne quod poterit paratum esse. (Reg. 246, fol. 288 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Canisegnorio de Lascala.* Dilectum filium Laurencium de Verona, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, nuncium tuum, latorem presentium, cum tuis litteris credencie ad nostram presentiam destinatum, libenter tui consideratione recepimus, et super negotio dilecte in Christo filie nobilis mulieris Johanne, ducisse Duracii, quod nobis pro tua parte curavit exponere audivimus graciose. Super quo negotio tue nobilitati presentibus respondemus quod dilectus filius nobilis vir Aymo de Gebenna, natus dilecti filii nobilis viri .. comitis Gebennensis, coram nobis assertive proposuit se cum dicta Johanna matrimonium contraxisse, et super eo et presertim quod eadem Johanna ad locum tutum extra terras et potenciam Johanne, regine Sicilie illustris, quam hujusmodi matrimonium impedire, et prenominatam ducissam sub arta custodia detinere, ac minis et terroribus eam cogere ut adjuret, eundem Aymonem asseritur, in quo loco rei veritatem et voluntatem suam libere possit exprimere conducatur, sibi per nos justiciam fieri postulavit nosque, qui sumus omnibus in justicia debitores, pro ministranda super hiis justicia certos judices duximus deputandos, nec secundum Deum et debitum nostrum aliter potest in tali negotio provideri, sed quicquid boni operari poterimus libenter tue considerationis intuitu faciemus. Datum Avinione, IIII idus augusti, anno secundo. »

1164 Avignon, 11 août 1364.

Angelo Tavernini, provinciae Patrimonii thesaurario, quinque millia florenorum auri ad provisionem bladorum pro curia faciendam dat potestatem solvendi. (Reg. 246, fol. 298 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Angelo Tavernini, etc.* Cum ordinaverimus quodam —. Datum Avinione, III idus augusti, anno secundo. »

1165 Avignon, 13 août 1364.

Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, mandat ut Andruino, cardinali legato, quadraginta quinque millia florenorum auri, ab Ecclesia Bernaboni de Vicecomitibus debita, procuret assignare. (Reg. 246, fol. 299 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, proventuum Romane ecclesie in partibus Italie debitorum generali receptori, salutem, etc.* Dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, duximus per alias nostras litteras committendum quod dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, certam pecunie quantitatem, per Romanam ecclesiam sibi debitam, de pecuniis, quas ipsi legato trades, debeat facere assignari et quod omnes expensas ordinarias et extraordinarias incumbentes pro gubernatione ac regimine civitatis nostre Bononiensis ac ejus comitatus et districtus pro julii proxime preteriti ac instanti augusti, necnon septembris, octobris et novembris mensibus proxime secuturis fieri faciat, prout fuerit oportunum, volumus igitur et tue discretioni mandamus quatinus de proventibus nostris et dicte ecclesie, qui ad te pervenerunt seu pervenient in futurum, quadraginta quinque milia florenorum auri dicto legato assignare procures, faciens inde fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, que ad nostram cameram studeas destinare. Datum Avinione, idus augusti, anno secundo. »

1166 Avignon, 16 août 1364.

Cum Jacobus della Fratta, canonicus Bononiensis, ab Aymerico, episcopo Bononiensi et Bencevenna, episcopo Coesenatensi, ejusdem episcopi vicario, canonicatu et praebenda in ecclesia Bononiensi ac beneficio crucis stratae sancti Vitalis Bononiensis spoliatus, ad sedem apostolicam appellaverit, causaque appellationis hujusmodi Bernardo de Bosqueto, canonico Caturcensi, causarum palatii apostolici auditori, commissa sit audienda; cumque, non obstante dicta appellatione,

Aymericus, episcopus supradictus, Gerardinum de Burgomanerio, clericum Novariensis dioecesis, in canonicatus et prachendae et Bertholinum de Regio in beneficii possessionem praedictorum induxerit, ipsis Aymerico et detentoribus ad curiam Romanam citatis et in ea comparere negantibus, Andruino cardinali legato pontifex curam committit litteras auditoris citationem continentes ad executionem mandandi eique praecipit ut dicto Jacobo della Fratta in hac parte provideat, sicut justitia suadebit. (Reg. 246, fol. 289 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Nuper dilectus filius —. Datum Avinione, XVII kal. septembris, anno secundo. »

1167 Avignon, 17 août 1364.

Andruino, cardinali legato, de restitutione bonorum quae Johannes de Pepulis, miles Bononiensis, apud Bononiam possidebat et quibus se frustratum esse asserit. (Reg. 246, fol. 290 recto. — Arch. du Collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz, vol. I, n° 36.)

« *Eidem* [*dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato*]. Dudum cum dilectus filius nobilis vir Johannes de Pepolis, miles Bononiensis, se ad bona sua, que in civitate Bononiensi et ejus districtu asserebat habere, restitui petiisset, nos, volentes in hujusmodi negotio utique magno cum debita maturitate procedere, tam tibi quam venerabili fratri nostro Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, qui de dicto negotio debebatis esse plenius informati, per litteras nostras mandavimus quod de causis, propter quas hujusmodi restitutio fieri vel non fieri deberet et de circumstanciis universis, hujusmodi negotium tangentibus, curareris nos plenarie informare, ut, eis auditis, sciremus plenius quid in hac parte agere deberemus, sed, prout nuper audivimus, tu, hujusmodi causis nobis non missis nobisque inconsultis in tanto negotio, ad faciendum restitutionem hujusmodi processisti, a qua restitutione per venerabilem fratrem nostrum Aymericum, episcopum Bononiensem, pro nobis et Romana ecclesia in partibus Italie thesau[ra]rium generalem, nomine dicte ecclesie et aliorum quorum interest ad nos extitit appellatum nosque, intendentes, in hac parte observare justiciam, causam appellationis hujusmodi in curia Romana commisimus audiendam et fine debito terminandam. Quare tue discretioni precipiendo mandamus quatinus in dicto negotio sine nostro speciali mandato ulterius non procedas, quinimmo illud quod in hac parte fecisti, studeas in statum pristinum revocare et quia nichilominus volumus, quanto citius fieri poterit, hujusmodi negotium absque prolixitate litigii expedire, causas et circumstancia easdem nobis non differas intimare; quibus auditis, in eodem negotio, prout justum et expedieus fuerit, procedemus et quia dictus legatus adhuc nobis informationem hujusmodi non transmisit, ne forte propter dictam restitutionem ab ejusdem informationis missione desistat, sibi mandatum super hoc duximus renovandum. Datum Avinione, XVI kal. septembris, anno secundo. »

1168 Avignon, 17 août 1364.

Ægidio cardinali legato scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 290 verso. — Original, Archives du Collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz, vol. I, n° 37.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Dudum tue fraternitati ac dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, scripsimus secundum minorem tenorem presentibus interclusum super negotio tangente restitutionem, quam dilectus filius nobilis vir Johannes de Pepulis, miles Bononiensis, petebat de suis bonis fieri, et quia idem legatus aliter fuisse asseritur quam sibi duxerimus injungendum, eidem nunc rescribimus in forme etiam interclusa. Igitur ne propter gesta per eundem legatum a tua rescriptione desistas, volumus quod super negotio ipso secundum formam prioris littere nobis tuam informationem mittere non postponas. Datum Avinione, XVI kal. septembris, anno secundo. »

1169 Avignon, 19 août 1364.

Cum Deodatus, episcopus Magalonensis, diem clauserit extremum (1), Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae sedis nuntio, et Petro de Chalesio, praeposito Nemausensi, mandat ut omnia bona et proventus, ad mensam episcopalem dictae dioecesis spectantia, recipiant, donec eidem

(1) Déodat de Canillac fut évêque de Maguelonne de 1361 à 1364. Eubel (*Hier. Cathol.*, p. 334) le fait mourir en 1366 et les auteurs du *Gallia Christiana* (VI, col. 791) pendant le séjour du pape Urbain V à Montpellier, au début de l'année 1367. Nous voyons par cette bulle qu'il était décédé à la date du 19 août 1364; il faut placer sans doute l'époque de sa mort peu de temps avant l'envoi de la lettre pontificale. Son successeur sur le siège de Maguelonne, Gaucelin de Deux, évêque de Nîmes, n'aurait été nommé, d'après Eubel (*loc. cit.*), que le 13 mars 1367.

ecclesiae de pastore provisum sit. (Reg. 246, fol. 300 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 108 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Johanni Guarrigie, canonico Narbonnensis, apostolice sedis nuncio, et Petro de Chalesio, preposito Nemausensis ecclesiarum.* Dudum ex certis. — Datum Avinione, XIIII kal. septembris, anno secundo. »

1170 Avignon, 20 août 1364.

Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, requirit ut Raymundum de Rialhaco, monachum et hostallarium monasterii sanctae Fidis de Conchis, ord. s. Ben., Ruthenensis dioecesis, de recusatione juramenti fidelitatis, quod castellanus de Petrucia, dictae diocesis, ab eodem vellet exigere, molestare cessat, ipsique omnia in prioratibus de Levinhaco et de Flamiaco, ejusdem ordinis, prefatae diocesis, eidem officio canonice unitis, ablata faciat restitui. (Reg. 246, fol. 291 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Dilecti filii Raymundi de Rialhaco, monachi et hostallarii monasterii Sancte Fidis de Conchis, ordinis sancti Benedicti, Ruthenensis diocesis, decretorum doctoris, querulosa expositione didicimus quod, quamvis ipse suique predecessores hostallarii dicti monasterii, ratione officio hostallarie ejusdem monasterii, seu prioratuum de Levinhaco et de Flamiaco, ejusdem ordinis, prefate diocesis, eidem officio canonice unitorum, aut alia ratione, non consueverit hactenus regi Francie seu duci Aquitanie prestare aliquod juramentum, et nullam temporalitatem a te teneant, tamen .. castellanus tuus de Petrucia, dicte diocesis, ab eodem hostallario fidelitatis nititur exigere juramentum, et, quia sibi non extitit in hoc paritum, ut petebat, manum apposuit in fructibus decimalibus prioratuum predictorum, ac gastum posuit, seu [poni] fecit in eisdem decimalibus fructibus, qui ab omni temporali dominio liberi fore noscuntur; et jam de dictis fructibus recepit pro se ac suis servientibus certam pecunie quantitatem, et recepturi sunt aliam, nisi per te provideatur celeriter de remedio oportuno. Super quibus idem Raymundus humiliter petiit sibi per sedem apostolicam provideri. Quare nobilitatem tuam requirimus, monemus et rogamus attente quatinus dictum hostallarium super hiis non molestes nec facias molestari, dictam manum a predictis fructibus sine custu faciens amoveri, ac eidem hostallario restitui quod sibi dicti castellanus et servientes indebite abstulerunt. Super hiis propter hujusmodi gravamen, quod dicto hostallarie preter conscienciam tuam, ut credimus, infertur cothidie, eidem nobilitati celeriter scribimus ut cito illud facias, et, quia nuncii tui, qui ad nos pro negocio hujusmodi juramenti venturi erant, non veniunt cito, ad tuam presentiam venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Florentinum, apostolice sedis nuncium, curabimus destinare. Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno secundo. »

1171 Avignon, 20 août 1364.

Aymericum Pellicerii, canonicum Cathalaunensem, apostolicae Sedis nuntium, Bertrando de Castanherio, decano ecclesiae Insulae Jordani, Tholosanae dioecesis, in officio collectoris camerae apostolicae in provincia Tolosana ac civitate et dioecesi Agennensi, Burdegalensis provinciae, surrogat. (Reg. 246, fol. 301 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, apostolice sedis nuncio.* Attendentes fidelitatis et. —. Datum Avinione, XIII kal. septembris, anno secundo. »

1172 Avignon, 22 août 1364.

Omnia bona quae Marthesia, abbatissa Pontis Biterrensis (1), ord. s. Aug., Hermesendis Peleti et Sibilia Peleti, moniales monasterii de Vinhogol, Magalonensis dioecesis, ord. s. Ben., sorores, filiae quondam Raymundi Peleti, domini de Alesto, Nemausensis dioecesis, defuncti, possent quoquomodo jure successionis acquirere, apostolicae sedi reservat. (Reg. 246, fol. 302 recto. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Circumspecta solicitudo Romani. — Datum Avinione, XI kal. septembris, anno secundo. »

1173 Avignon, 24 août 1364.

Carolo, regi Franciae, civitatis Montispessulanae, Magalo-

(1) L'abbaye dont il est ici question n'est autre que l'abbaye de femmes de Saint-Nazaire et de Saint-Celse, appelée aussi abbaye du Saint-Esprit, de l'ordre de saint Augustin, au diocèse de Béziers. Ni Dom Vaissete (*Hist. de Languedoc*, IV, 733) et ses éditeurs, ni les auteurs du *Gallia Christiana* (VI, col. 420) ne lui donnent le nom qu'elle porte dans cette bulle. Les mêmes érudits citent « Marquise d'Alais » comme troisième abbesse de ce monastère et la font mourir en 1373. La bulle du 22 août 1364 nous donne des renseignements précieux sur son origine et nous permet d'identifier son nom.

nensis dioceesis, incolas, qui apud ipsum quaedam negotia prosequuntur, commendat. (Reg. 246, fol. 291 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Celsitudinem regiam non —. Datum Avinione, VIIII kal. septembris, anno secundo. »

1174 Avignon, 24 août 1364.

Johannem, episcopum Belvacensem, rogat ut pro dictis Montispessulanis apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 292 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Dilectos filios homines —. Datum Avinione, VIIII kal. septembris, anno secundo. »

1175 Avignon, 26 août 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut a receptione fidelitatis juramenti, quod personis ecclesiasticis Aquitaniae principatus imposuit, de coetero abstineat et super hoc Petro, episcopo Florentino, apostolicae sedis nuntio, latori praesentium, fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 292 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Ex dilecti filii Nicolai Lebrehon, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, penitenciarii nostri, relatione didicimus quod super negotio juramentorum per te receptorum et petitorum a personis ecclesiasticis tui principatus Aquitanie, pro quo negotio ad te penitenciarium prefatum transmisimus, nuncios tuos plene informatos, nobis tuam intentionem dicturos, ad nostram presentiam de proximo destinares, nosque credidimus, prout credere verisimiliter poteramus, quod tua nobilitas meliore ducta consilio, interim a juramentis hujusmodi, et aliis personarum ecclesiasticarum gravaminibus abstineres. Verum quia, post ejusdem penitenciarii reditum, multis jam diebus elapsis, iidem nuncii nec venerunt, nec de ipsorum adventu possumus scire nova, et, prout fidedigna relatione percepimus, hujusmodi juramenta sicut prius petuntur et etiam exiguntur, vel non prestantibus ea multa et magna gravamina per tuas gentes continue inferuntur, ac in diversis ecclesiis, ut nobis asseritur, multa alia gravamina sunt per easdem gentes tuas de tuo precepto, ut dicitur, contra libertatem ecclesiasticam attemptatas, venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Florentinum, apostolice sedis nuncium, latorem presentium, virum multa circumspectione ac sciencia decoratum, multiplicique probitate dotatum, ad eandem tuam presentiam duximus destinandum, premissa tibi expositurum oretenus, ac te ex parte nostra inducturum quod ab hujusmodi juramentorum receptione, et aliis gravaminibus ecclesiis, et ecclesiasticis personis de cetero inferendis totaliter abstineas, et per ipsas gentes facias abstineri, et super jam receptis juramentis et attemptatis hujusmodi illa disponas que justiciam sapiant, et Deo ac Romane ecclesie, matri tue, merito reddantur accepta, tuique honoris adaugeant incrementa; cui episcopo, de nostra intentione plenarie informato, super hiis que tibi ex parte nostra narraverit, velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno secundo. »

1176 Avignon, 26 août 1364.

Philippum Codeford, praecentorem ecclesiae Saresbiriensis, legum doctorem, rogat ut pro Petro, episcopo Florentino, apostolicae sedis nuntio, apud Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 292 verso.)

« *Dilecto filio magistro Philippo Codeford, precentori ecclesie Saresbiriensis, legum doctori.* Venerabilem fratrem nostrum —. Datum Avinione, VII kal. septembris, anno secundo. »

1177 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. Roberto de Walshingam, canonico Eboracensi. (*Ibid.*, fol. 293 recto.)

1178 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. Johanni de Harewello, archidiacono Wigorniensi. (*Ibid.*, fol. 293 recto.)

1179 Avignon, 26 août 1364.

Johanni Chandos, vicecomiti Sancti Salvatoris, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 293 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni Chandos, vicecomiti Sancti Salvatoris.* Venerabilem fratrem nostrum —. Datum ut supra. »

1180 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. Thomae de Ffoltonio, militi, senescallo Aquitaniae. (*Ibid.*, fol. 293 recto.)

1181 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. Guillelmo Cirzi, militi. (*Ibid.*, fol. 293 recto.)

1182 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. Petro de Casetone, militi. (*Ibid.*, fol. 293 recto.)

1183 Avignon, 26 août 1364.

Episcopum Lemovicensem rogat ut praefato Petro, episcopo Florentino, ad Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, deputato, suis consiliis et favoribus assistat. (Reg. 246, fol. 293 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Lemovicensi.* Venerabilem fratrem nostrum —. Datum ut supra. »

1184 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Burdegalensi. (Reg. 246, fol. 293 recto.)

1185 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. episcopo Sarlatensi. (Reg. 246, fol. 293 recto.)

1186 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. episcopo Vabrensi. (Reg. 246, fol. 293 recto.)

1187 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. patriarchae Alexandrino, administratori ecclesiae Montis Albanae. (Reg. 246, fol. 293 verso.)

1188 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. episcopo Tutellensi. (Reg. 246, fol. 293 verso.)

1189 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. episcopo Caturcensi. (Reg. 246, fol. 293 verso,

1190 Avignon, 26 août 1364.

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Maxentii, ord. s. Ben., Pictavensis dioecesis « sed ubi dicitur *fraternitati* dicatur *discretioni.* » (Reg. 246, fol. 293 verso.)

1191 Avignon, 27 août 1364.

Carolo, regi Navarrae, ut Petrum, abbatem monasterii Sancti Michaelis de Clusa, ord. s. Ben., Taurinensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntium, de certis negotiis ipsum regem ac Carolum, regem Franciae, tangentibus, benigne audiat ejusque consiliis acquiescat. (Reg. 246, fol. 293 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri, salutem, etc.* Dilectum filium Petrum, abbatem monasterii Sancti Michaelis de Clusa, ordinis sancti Benedicti, Taurinensis diocesis, apostolice sedis nuncium, latorem presentium, virum fidelem, circumspectum et scientificum, super certis negotiis arduis, serenitatem tuam ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie illustrem, tangentibus, tibi per eundem abbatem vive vocis oraculo exponendis, ad tuam presentiam destinamus. Igitur regiam magnitudinem rogamus attente, eidem paterno consilio suadentes, quatinus dictum abbatem benigne audias ac nostris fidelibus consiliis, que per abbatem ipsum tibi paterne dirigimus, devotius acquiescens, per ipsumque abbatem super eisdem negotiis tuam expressam intentionem nobis notifices, ut sciamus quid in hac parte agere debeamus. Datum Avinione, VI kalendas septembris, anno secundo. »

1192 Avignon, 28 août 1364.

Archiepiscopo Messanensi ejusque suffraganeis notificat se omnes collationes, provisiones, confirmationes, commissiones seu commendas de xenodochiis, leprosariis seu hospitalibus, a Sede apostolica factas, ad perpetuam memoriam revocavisse eisque mandat ut dictam revocationem in dioecesibus suis faciant observari. (Reg. 246, fol. 304 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Messanensi, ejusque suffraganeis.* Quamvis super reformatione —. Datum Avinione, V kal. septembris, anno secundo. »

1193 Avignon, 28 août 1364.

.

In Francia.

In e. m. .. Remensi .. Senonensi .. Bituricensi .. Lugdu-

nensi .. Rothomagensi et .. Turonensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis. (*Ibid.* fol. 305 recto. De curia.)

.

In regno Arelatensi.

In e. m. .. Ebredunensi .. Arelatensi .. Tarantasiensi .. Bisuntinensi et .. Viennensi archiepiscopis eorumque suffraganeis (*Ibid.*, fol. 305 recto. De curia.)

.

In Vasconia.

In e. m. .. Auxitano .. Burdegalensi .. Narbonnensi .. Tholosano .. Terraconensi .. Cesaraugustano .. Toletano .. Compostellano .. Ispalensi et .. Bracharensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis. (*Ibid.*, fol. 305 recto. De curia.)

1194 Avignon, 30 août 1364.

Petro Scatissae, thesaurario Franciae, ut quingenta frumenti et ducenta ordei modia, quae Ægidius, episcopus Sabinensis, apostolicae Sedis legatus, Alvaro Garsiae et Fernando Gometii de Albornotio, militibus Concensibus, ad partes Cathaloniae, in quibus commorantur, destinabat et quae Bertrandus Ruffi, magister portuum et passagiorum regni Franciae, fecit arrestari, libere faciat relaxari. (Reg. 246, fol. 293 verso.)

« *Dilecto filio Petro Scatisse, thesaurario Francie.* Cum dudum venerabilis —. Datum Avinione, III kal. septembris, anno secundo. »

1195 Avignon, 30 août 1364.

Bertrando Ruffi, magistro portuum et passagiorum regni Franciae in partibus Occitanis, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 294 recto.)

« *Dilecto filio Bertrando Ruffi, magistro portuum et passagiorum regni Francie in partibus Occitanis.* Cum dudum venerabilis —. Datum ut supra. »

1196 Avignon, 31 août 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut magistrum Bernardum de Bosqueto, canonicum Caturcensem, legum doctorem, capellanum suum ac sacri palatii apostolici causarum auditorem, apostolicae Sedis nuntium, de quodam negotio catholicam fidem tangente, benigne audiat eique fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 294 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Dilectum filium magistrum —. Datum Avinione, II kal. septembris, anno secundo. »

1197 Avignon, 31 août 1364.

In e. m. Amedeo, comiti Gebennensi. (*Ibid.*, fol. 294 verso.)

1198 Avignon, 31 août 1364.

In e. m. Ottoni de Granyone, militi, Lausannensis dioecesis. (*Ibid.*, fol. 294 verso.)

1199 Avignon, 31 août 1364.

Petro, abbati monasterii Sancti Michaelis de Clusa, ord. s. Ben., Taurinensis dioecesis, ut ad ecclesiam Lectorensem se transferens, de statu Petri, episcopi dictae ecclesiae, qui dicitur infirmitate mentis aggravari, plenius se informet et ad curiam Romanam rescribat si eidem dari coadjutorem expediat. (Reg. 246. fol. 306 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Michaelis de Clusa, ordinis sancti Benedicti, Taurinensis diocesis, apostolice sedis nuncio.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, II kal. septembris, anno secundo. »

1200 Avignon, 31 août 1364.

Littera de securo conductu et gagiis de sex florenis magistro Bernardo de Bosqueto, legum doctori, ad certas partes destinato, concessa. (Reg. 246, fol. 306 verso. De curia.)

1201 Avignon, 1er septembre 1364.

Johannam, comitissam Convenarum, rogat ut Bernardum de Jussano, dominum de Cardilhaco, militem Convenarum dioecesis, haereticorum fautorem, quem propter alias causas ipsa in carceribus suis detinet, sine licentia Sedis apostolicae non relaxet aut ipsum ad Auxitanae ecclesiae officialem destinare procuret. (Reg. 246, fol. 307 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Convenarum.* Ad nostrum pervenit auditum quod nobilem virum Bernardum de Jussano, dominum de Cardilhaco, militem Convenarum diocesis, qui quedam verba heresim sapiencia dicitur protulisse, aliosque similia verba proferentes, et suspectos de heresi receptasse ac defendisse, eisque dedisse auxilium, consilium et favorem, ex quibus suspectus redditur de heretica

pravitate, ex suis aliis demeritis detines captivatum, quod nos gratum habentes ac intendentes, prout ad nostrum officium pertinet, super hiis inquiri facere contra eum, nobilitatem tuam rogamus et hortamur, ac tibi nichilominus districte mandamus quatinus prefatum militem sine nostra speciali licencia non relaxes. Et si forte tibi ex quacumque causa redderetur molestum eundem militem diutius retinere, ipsum ad dilectum filium .. officialem Auxitanum procures sub fida custodia destinare, in hiis taliter te gerendo quod de zelo catholice fidei commendari merito valeas, et, quod absit, de contrario non noteris. Datum Avinione, kalendis septembris, anno secundo. »

1202 Avignon, 1er septembre 1364.

Gabrieli Adorno, duci, ac consilio civitatis Januensis, ut Lucae, episcopo Naulensi, palatium villae Brezerii, Naulensis dioecesis, aliaque bona ipsius, a fratribus de Spinolis, civibus Januensibus, injuste occupata et detenta, faciant restitui. (Reg. 246, fol. 307 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno duci ac consilio civitatis Januensis.* Venerabilis fratris nostri Luce, episcopi Naulensis, conquestione didicimus quod dilecti filii nobiles viri Joannes, Griffredus et Benedictus de Spinolis, cives Januenses, quibusdam eorum complicibus sociati, ad palacium ville Brezerii, Naulensis diocesis, ad ipsum episcopum et ecclesiam Naulensem pertinens, in quo idem episcopus residebat, manu accedentes armata, ipsum palacium per violentiam intraverunt ac ipsum episcopum et gentes suas ejecerunt ignominiose de illo ac dampnificaverunt in diversis rebus et bonis occupatis per eos in valore octingentorum florenorum auri dictumque palacium detinent occupatum, in grave ipsorum occupatorum animarum periculum dictorumque episcopi et ecclesie detrimentum, super quibus prefatus episcopus nostre provisionis remedium humiliter imploravit; attendentes igitur quod per vestre justicie ministerium in hac parte poterit et debebit celerius et efficacius de oportuno remedio provideri, devotionem vestram requirimus et rogamus attente quatinus, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, dicta palacium ac res et bona eidem episcopo seu suis procuratoribus libere restitui faciatis, ipsos detentores ad hoc per oportuna remedia compellendo et non permittendo quod ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum oppressiones per vestros subditos attemptentur. Datum Avinione, kalendis septembris, anno secundo. »

1203 Avignon, 2 septembre 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, ut ab omni novitate contra abbatem et conventum monasterii Anianae, ord. s. Ben., Magalonensis dioecesis, de coetero penitus velit abstinere. (Reg. 246, fol. 307 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod tu, asserens dilectum filium .. abbatem monasterii Aniane, ordinis sancti Benedicti, Magalonensis diocesis, tibi pro suo posse injurias irrogasse ac niti tua terram et jura indebite occupare, disponis contra ipsum et prefatum suum monasterium facere novitatem. Nos igitur, discretionem et probitatem prefati abbatis noscentes, de hiis quam plurimum admiramur. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus ab omni novitate facienda contra eosdem abbatem et monasterium, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, ac honorem tui preclari generis, quod consuevit ecclesias et monasteria non solum non offendere sed construere et tueri et a quo dictum monasterium constructum asseritur et dotatum, velis penitus abstinere. Nos enim offerimus nos paratos de ipso abbate, si in aliquo contra te exceperit, facere justicie complementum. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno secundo. »

1204 Avignon, 2 septembre 1364.

Bernardum de Bosqueto, canonicum Caturcensem, legum doctorem, capellanum suum, ac sacri palatii apostolici causarum auditorem, apostolicae Sedis nuntium, ad quoscumque haereticos in Lugdunensi, Viennensi, Ebredunensi, Tarantasiensi et Bisuntina civitatibus, dioecesibus et provinciis puniendos deputat. (Reg. 246, fol. 322 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Bernardo de Bosqueto, canonico Caturcensi, legum doctori, capellano nostro, ac sacri palacii apostolici causarum auditori, apostolice sedis nuncio.* De tua circumspectionis —. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno secundo. »

1205 Avignon, 2 septembre 1364.

Universis archiepiscopis et episcopis aliisque personis ecclesiasticis, tam saecularem quam regularem vitam professis, ut Bernardo de Bosqueto, apostolicae Sedis nuntio, plenam fidem adhibeant. (Reg. 246, fol. 323 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et episcopis ac*

dilectis filiis .. electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis ipsorumque vicesgerentibus, capitulis quoque et conventibus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum et domorum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theotonicorum, Calatravensium et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus, necnon nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, bajulis, officialibus, ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum quorumcumque locorum et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint. Dilectum filium magistrum —. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno secundo. »

1206 Avignon, 2 septembre 1364.

In c. m. Johanni Monachi, ord. Praed., inquisitori haereticae pravitatis in provincia Bisuntina. (Reg. 246, fol. 324 recto. De curia.)

1207 Avignon, 2 septembre 1364.

In c. m. Johanni de Sonay, lectori conventus fratrum minorum de Chamberiaco, Gratianopolitanae dioecesis. (Reg. 246, fol. 324 recto. De curia.)

1208 Avignon, 3 septembre 1364.

Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio, ut Bartholomeo Johannis et Nicolao Jacobi, in dicta civitate Parisiensi commorantibus, ac ibidem factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florentia, de proventibus camerae apostolicae pertinentibus sex millia francorum auri assignet. (Reg. 246, fol 324 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 113 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolice sedis nuncio.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, III nonas septembris, anno secundo. »

1209 Avignon, 3 septembre 1364.

Bartholomeo Johannis et Nicolao Jacobi, mercatoribus Florentinis, in civitate Parisiensi commorantibus, ut praedicta sex millia francorum auri a dicto Bernardo Cariti, apostolicae Sedis nuntio, recipere possint. (Reg. 246, fol. 325 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 113 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo Johannis et Nicolao Jacobi bini* (sic) *mercatoribus Florentinis in civitate Parisiensi commorantibus ac ibidem procuratoribus et factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florencia.* Per alias nostras —. Datum ut supra. »

1210 Avignon, 3 septembre 1364.

Agapito, episcopo Esculano, de pace inter ducem Austriae et Franciscum de Carraria reformanda. (Reg. 246, fol. 330 recto.)

« *Venerabili fratri Agapito, episcopo Esculano, apostolice sedis nuncio, salutem, etc.* Et si hostis pacis invidus caritatis, inter fideles quoslibet discordie semen serere satagat, illudque mortiferis nutrire fomentis, nos tamen regis pacifici, qui est actor pacis et operum ejus amator, cujusve in ortu per angelos pax fuit bone voluntatis hominibus nunciata, licet immeriti vices gerentes in terris, plenis nimirum desideramus affectibus, et ad hoc opem et operam impertimur, ut inter fideles quoslibet discordie seminariis amputatis, et fomite dissensionis extracto, pacis solide federa reformentur. Sane quia fidedigna relatio ad nostrum perduxit auditum quod, operante seminatore zizanie et discordiarum actore, inter dilectos filios nobiles viros Radulfum, Albertum et Lupoldum fratres, duces Austrie, ex una parte, ac Franciscum de Carraria, militem, civitatis Paduane et ejus districtus imperialem vicarium ex altera, quedam est discordia suscitata, ex qua, nisi per concordie remedium circa extinctionem ejusdem discordie provideatur celeriter, gravis guerra, multa productura (1) discrimina, probabiliter formidatur, nos ex debito pastoralis officii, more pii patris de filiorum malis dolentis ab intimis, hujusmodi obviare discordie, et inter dissidentes eosdem pacem et concordiam reformari intensis desideriis affectantes, ac de zelo pacis et circumspectionis industria tue fraternitatis in hiis et aliis gerentes in domino fiduciam pleniorem, te ad partes et presentiam dictorum discordancium propterea providimus destinandum. Quocirca eidem fraternitati per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expe-

(1) Il y a dans le registre « perductura », qui est une faute évidente du copiste.

dire videris, te personaliter conferens, ac eisdem discordantibus et eorum valitoribus et sequacibus, de quibus fuerit oportunum, innumera pericula animarum et corporum, rerumque dampna, tue nota prudencie, que ex dissensione hujusmodi, si, quod absit, procederet, procul dubio resultarent, ex parte nostra diligenter exponens, eos, quos ad hoc per diversas litteras nostras clausas inde sibi directas, quas tibi cum presentibus mandavimus, exhiberi et per te ipsis presentari volumus, exhortamur, viis et modis quibus melius poteris, juxta datam tibi a Deo prudenciam, procures inducere ut ad mutuam pacem et concordiam, utique Deo gratam, eisdemque discordantibus ac eorum subditis plurimum opportunam, suos animos habilitent et inclinent, ipsamque faciant firmis roborationibus stabilitam. Et si, ut optamus, Deus corda dissidentium eorundem tetigerit, quod hujusmodi salutaribus exhortationibus faciendo pacem eandem realiter acquiescant, ac de voluntate ipsorum processerit quod pax ipsa, ut observetur irrefragabilius, auctoritate apostolica roboretur, id, auctoritate nostra faciendi sub penis et sentenciis spiritualibus de quibus tibi expedire videbitur, necnon et quasvis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes, factas seu initas causa vel occasione hujusmodi discordie nutriende, cum quibuscumque personis seu universatibus, etiam si juramentis vel penarum adjectionibus vel quibusvis firmitatibus aliis essent vallate, dissolvendi, irritandi, vacuandi et annullandi, ac nullas, irritas et vacuas nunciandi, utpote contra bonum pacis, in offensam Dei presumptas, ac penas et juramenta hujusmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debet, relaxandi; et si, quod absit, dictos discordantes ad pacis firmitatem reducere non valeres, ne guerra ipsa in eorum ac etiam rei publice dispendium invalescat, cum ad nostri apostolatus officium, pro animarum, de quibus debemus altissimo reddere rationem, periculis evitandis pertineat, super hiis, prout possumus, secundum potestatem nobis a Domino traditam, providere, cum de tractatu et perfectione pacis ejusdem, que tunc haberi non posset, non sit pro futuro tempore desperandum, treugas aliquas, pacis representantes imaginem, usque ad certi et competentis temporis spacium duraturas, ut, cessantibus interim hinc inde offensionibus et commotionibus bellicosis, que viam dicte pacis difficiliorem redderent, utilius et liberius possit reformationis concordie predicte tractatus alius pro tempore, Deo juvente, procedere, inter dissidentes eosdem, ipsorumque subditos, valitores, sequaces et adherentes quoslibet, etiam si communia civitatum et universitates opidorum extiterint, auctoritate nostra inducendi ac mandandi eas inviolabiliter observari, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante si eis vel eorum aliquibus, etc., liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, III nonas septembris, anno secundo. »

1211 Avignon, 4 septembre 1364.

Urso de Filiis Ursi, canonico basilicae principis apostolorum de Urbe, ut burgum Sancti Leonardi, in districtu civitatis situm, quem hostiliter invadi et occupari jussit, hospitali sancti Spiritus de Saxia, ad quod pertinet, restituat eique de dampnis illatis satisfaciat. (Reg. 246, fol. 308 recto.)

« *Dilecto filio Urso de Filiis Ursi, canonico basilice principis apostolorum de Urbe.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, II nonas septembris, anno secundo. »

1212 Avignon, 4 septembre 1364.

Senatori et aliis officialibus Urbis, ut hospitale Sancti Spiritus de Saxia in Urbe gabella aliisque vectigalibus super alimentis statutis, cum sit exemptum, liberare velint. (Reg. 246, fol. 308 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro .. senatori aliisque officialibus Urbis, ad quos presentes pervenerint.* Querelam pro parte —. Datum Avinione, II nonas septembris, anno secundo. »

1213 Avignon, 5 septembre 1364.

Guillelmo Rogerii, comiti Bellifortis, Johanni de Eredia, castellano Empostae, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, Petro Scatissae, thesaurario Franciae, et Jofredo Palmerii, advocato regio, civitatis Montispessulanae, Magalonensis dioecesis, et quorumdam civitatum et castrorum senescalliae Bellicadri ambaxiatores, coram ipsis de certis negotiis dictam senescalliam tangentibus a regia curia deputatos, commendat. (Reg. 246, fol. 308 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Guillelmo Rogerii, comiti Bellifortis et Johanni de Eredia, castellano Emposte, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ac Petro Scatisse, thesaurario Francie, ac Jofredo Palmerii, advocato regio.* Cum prout audivimus —. Datum Avinione, nonis septembris, anno secundo. »

1214 Avignon, 6 septembre 1364.

Laurentio, episcopo Tutellensi, ut apostolicas litteras, quas Bernardus Folcherii, subdiaconus, de matrimonio a se contrahendo asserit se habere, recuperet, easque ad Sedem apostolicam mittat. (Reg. 246, fol. 335 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Laurencio, episcopo Tutellensi.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, VIII idus septembris, anno secundo. »

1215 Avignon, 7 septembre 1364.

Andruino cardinali legato ut arcem in castro Centi, Bononiensis dioecesis, construi faciat. (Reg. 246, fol. 309 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 393.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Fidedigua insinuatione didicimus quod, pro tutela castri Centi, Bononiensis diocesis, et comitatus ejusdem, per fideles Romane ecclesie admodum utile et etiam necessarium reputatur quod in dicto castro una arx seu roccha construatur ac custodiatur fideliter et discrete, et quod olim bone memorie Bertrandus, episcopus Ostiensis, tunc in partibus illis apostolice sedis legatus, circa finem temporis sue legationis, constructionem dicte arcis fieri ordinavit; sed, eo de illis partibus recedente, hujusmodi ordinatio non extitit executioni mandata. Nos igitur, de tua grandi circumspectione in hiis et aliis plenam in domino fiduciam obtinentes, tibi committimus et mandamus quatinus, si est ita, de quo plenarie te informes, dictam arcem construi facias, si et prout videris expedire. Datum Avinione, VII idus septembris, anno secundo. »

1216 Avignon, 9 septembre 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut Albertum de Vouta, regis Cipri nuntium, ejusque socium, in terra sua a gentibus Ludovici, domini de Novocastro, captos, faciat relaxari. (Reg. 246, fol. 309 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Ad nostrum pervenit auditum quod cum dilectus filius nobilis vir Albertus de Vouta, domicellus Aptensis diocesis, scutifer et nuncius carissimi in Christo filii nostri Petri, regis Cipri illustris, et unus clericus eum associans, cum litteris dicti regis, que nobis et quibusdam fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus et aliis de Romana curia mittebantur, de partibus Alamanie ad curiam Romanam accederent, per gentes dilecti filii nobilis viri Ludovici, domini de Novocastro, domicelli, Lausanensis diocesis, in terra tui dominii, videlicet prope civitatem Lausanensem et castrum Morgii, in publico itinere fuerunt capti, ac eorum animalibus et rebus, ac etiam quibusdam jocalibus dicti regis, predictisque litteris spoliati, et in dicto loco Novicastri detinentur captivi; quodque quedam ex eisdem animalibus et rebus ad gentes et officiales tuos, existentes in civitate predicta, pervenerunt, et per eos adhuc etiam detinentur. Quare nobilitatem tuam, cui talia non ambigimus displicere, rogamus attente quatinus, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, ac etiam dicti regis, dare velis operam efficacem quod prefati Albertus et clericus libere relaxentur, ac eis vel .. exhibitori presencium, qui ad hoc per consanguineos dicti Alberti transmittitur, hujusmodi animalia vel jocalia et littere dictorum captorum nomine assignentur. Datum Avinione, V idus septembris, anno secundo. »

1217 Avignon, 9 septembre 1364.

Aymonem, episcopum Lausannensem, hortatur ut pro liberatione dicti Alberti de Vouta apud praefatum Ludovicum de Novocastro interponat partes suas (Reg. 246, fol. 310 recto.)

« *Venerabili fratri Aymoni, episcopo Lausannensi.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, V idus septembris, anno secundo. »

1218 Avignon, 9 septembre 1364.

Ludovico de Novocastro, domicello, Lausannensis dioecesis, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 310 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, domino de Novocastro, domicello Lausannensis diocesis.* Ad nostrum pervenit —. Datum ut supra. »

1219 Avignon, 10 septembre 1364.

Santium Vaquerii, sacristam ecclesiae saecularis Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, in provincia, civitate et dioccesi Burdegalensi apostolicae Sedis nuntium, dictaeque camerae censuum debitorum collectorem deputat. (Reg. 246, fol. 335 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste ecclesie secularis Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice*

Sedis nuncio. Dudum de tuis —. Dat. Avinione, IIII idus septembris, anno secundo. »

1220 Avignon, 10 septembre 1364.

Hugonem Arnaldi, canonicum Leodiensem, licenciatum in legibus, in provincia Remensi apostolicae Sedis nuntium dictaeque camerae censuum debitorum collectorem deputat. (Reg. 246, fol. 336 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Hugoni Arnaldi, canonico Leodiensi, licenciato in legibus, apostolice Sedis nuncio.* Attendentes fidelitatis et —. Datum ut supra. »

1221 Avignon, 10 septembre 1364.

Santio Vaquerii, sacristae saecularis ecclesiae Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, mandat ut a Petro et Galhardo de Mota, militibus, dominis castrorum de Rupe Scissa et de Langonio, praefatae dioecesis, mille nonaginta florenos auri, ad quorum solutionem, pro bonis quondam Amanevi, archiepiscopi Burdegalensis, defuncti et pro tricesima ab ipso apostolicae camerae debita, se obligaverunt, recipiat. (Reg. 246, fol. 337 recto. De curia. — Reg. 262, fol. 115 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste secularis ecclesie Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice sedis nuncio.* Cum dudum bone —. Datum Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

1222 Avignon, 11 septembre 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, ut castrum de Romenayo, Lugdunensis dioecesis, ecclesiae Matisconensi restituat. (Reg. 246, fol. 310 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster .. episcopus Matisconensis castrum de Romenarx (*sic*), Lugdunensis diocesis, ad ecclesiam suam Matisconensem pertinens, quod dudum a quibusdam gentibus, que ipsum occupaverant, recepisse diceris pro certa pecunie quantitate, a te recuperare proponat, restiturus pecuniam prelibatam, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus dictos episcopum et ecclesiam in restitutione dicti castri, pro divina et nostra apostoliceque sedis reverencia, habeas benigne favorabiliter commendatos. Datum Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

1223 Avignon, 11 septembre 1364.

Carolo, Romanorum imperatori, ut discordiae inter Rodulphum, ducem Austriae et Franciscum de Carraria, suum in civitate Paduana vicarium, vigenti studeat obviare. (Reg. 246, fol. 331 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Licet discordie cunctorum Christi fidelium, presertim que gravia bella, periculaque animarum et corporum sunt verisimiliter pariture, non immerito mentem nostram amaricent et conturbent, cum tamen fidelibus ecclesie, qui pro ea exhibuerunt sponte se pugiles, et eidem in magne necessitatis tempore magnifice subvenerunt, guerram et pericula presertim injuste preparari sentimus, dolore pungimus duplicato. Cum ita ad nos fidedigna relatione pervenerit quod dilectus filius nobilis vir Rodulfus, dux Austrie, gener tuus, contra dilectum filium nobilem virum Franciscum de Carraria, militem, in civitate Paduana et ejus districtu tuum vicarium, guerram movere proponat, ex qua idem Franciscus, specialis ecclesie Romane devotus et filius, qui pro ea, ut imperialem magnitudinem audivisse putamus, multa grandia fructuosa magnifice operatus extitit, vexaretur et debilitaretur non modicum, et ad defensionem ipsius ecclesie in oportunis casibus debilis redderetur, quiesque partium Lombardie irrumperetur indubie et magna in eis posset conmotio exoriri, imperialem celsitudinem, quanto affectuosius possumus, deprecamur quatinus, ob reverenciam Dei ac apostolice sedis et nostram pro tuoque sublimitatis honore, hujusmodi discordie ac novitati noxie nimium, viis et modis quibus tue pergrandi circumspectioni videbitur, digneris solicite obviare, super hiisque venerabili fratri nostro Agapito, episcopo Esculano, apostolice sedis nuncio, latori presentium, in dicendis tibi ex parte nostra per eum, velis fidem plenariam adhibere. Datum Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

1224 Avignon, 11 septembre 1364.

Ludovico, regi Hungariae, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 331 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Lodovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Licet discordie etc. *usque* dux Austrie contra dilectum filium nobilem virum Franciscum de Carraria, militem, in civitate Paduana et ejus districtu imperialem vicarium, tuumque devotum et servitorem precipuum etc. *ut supra*; sed ubi dicitur *imperialem* dicatur, *regiam.* »

1225 Avignon, 11 septembre 1364.

Rodulpho, duci Austriae, ut ad pacem cum Francisco de Carraria benigne condescendat, (Reg. 246, fol. 331 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Rodulfo, duci Austrie.* Apostolice solicitudinis vigilancia periculis animarum et corporum cunctorum Christi fidelium, solitis ex guerrarum fremitibus provenire, suis studiis cum Dei auxilio satagit obviare, nunc bella extirpando instancia, nunc futuris que formidantur discordiis obviando, et hoc nimirum inter illos procurat attencius, quos majori prosequitur caritate, et quorum discordia majora discrimina comminatur. Sane, fili dilecte, cum fidedigna relatione nostro sit auditui patefactum quod, licet nondum pateat, ex certis tamen signis verisimilitudinem rei pretendentibus, in partibus marchie Tervisine timetur quod inter te ac dilectum filium nobilem virum Franciscum de Carraria, militem, in civitate Paduana et ejus districtu imperialem vicarium, occasione civitatum Feltrensis et Bellunensis, discordia sit exorta et quod propterea tu eidem Francisco guerram movere proponis; nos, de hiis dolentes ab intimis et quietem dicte marchie Tervisine ac circumstancium partium periculose turbari ac easdem partes exponi jacturis et periculis non immerito formidantes, nobilitatem tuam, quanto cordialius possumus, deprecamur et etiam exhortamur quatinus, attente considerans quod idem Franciscus est specialis noster et ecclesie Romane devotus et filius et quod multa et grandia magnifice fecit hactenus pro eadem ecclesia, matre tua, dum a nonnullis potentibus hostibus gravabatur, ob reverenciam apostolice sedis et nostram, nullam contra ipsum Franciscum et terras quas regit facias novitatem, sed eum et subditos suos tractes favorabiliter et benigne; super hiisque venerabili fratri nostro Agapito, episcopo Esculano, dicte sedis nuncio, latori presentium, in dicendis tibi ex parte nostra per eum velis fidem plenariam adhibere. Datum Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

1226 Avignon, 11 septembre 1364.

Francisco de Carraria, in civitate Paduana imperiali vicario, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 332 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, civitatis Paduane ac ejus districtus imperiali vicario, salutem etc.* Hiis diebus admodum dolenter audivimus quod tu, ex certis verissimilibus conjecturis, merito verebaris quod dilectus filius nobilis vir Rodulfus, dux Austrie, tibi, occasione civitatum Feltrensis et Bellunensis, facere volebat bellicam novitatem. Propter quod nos pro te, sicut pro dilecto et caro nostro ecclesieque Romane filio, de oportunis remediis cogitantes, venerabilem fratrem nostrum Agapitum, episcopum Esculanum, apostolice sedis nuntium, latorem presentium, virum circumspectum et fidelem, ac tibi, prout audivimus, amicum precipuum, ad presentiam carissimorum in Christo filiorum nostrorum Caroli, Romanorum imperatoris semper augusti, et Ludovici, regis Ungarie illustris, ac prefati ducis providimus destinandum, eisdemque scribimus secundum tenores presentibus interclusos et per eundem nuncium notificamus eaque ipse nuncius tibi dicet, et illa etiam de quibus tu informabis eundem, et nichilominus de aliis oportunis remediis, prout poterimus, curabimus providere. Tu igitur conforteris sicut vir strenuus ac eundem nuncium informes de hujus negotii circumstanciis universis, et hiis que nuncius ipse cum eisdem imperatore, rege ac duce, seu personis aliis utiliter tractare poterit super negotio memorato, nobisque frequenter notifices statum dicti negotii, ac alia remedia que putabis per nostrum posse ministerium adhiberi, et animum tuum ad ea que sint rationabilia et tolerabilia concordie habilites et disponas, fovendo in hiis et aliis tuis negotiis justam causam, ob quam Deus bonum largietur effectum. Datum Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

1227 Avignon, 13 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, incolas civitatis Carcassonensis, qui septem capitaneos societatum ceperunt et haereticae pravitatis in illis partibus inquisitori remiserunt, non obstante fide eisdem capitaneis ab officialibus regiis data, commendat, ut ipsos de praemissis, casu occurrente, non molestet. (Reg. 246, fol. 312 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 116, n° xxxviii.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Regiam sublimitatem credimus non latere quod dudum dilecti filii cives civitatis tue Carcassonensis sive habitatores suburbii ejusdem, tuos officiales et gentes que se societates appellant, tunc partes illas depopulantes immaniter, tanquam viri fideles et strenui magnanimiter fuerunt aggressi et viriliter prosecuti, easque tandem de eisdem partibus expulerunt, multis ex ipsis cesis et captis, inter quosquidem captos septem fuisse dinoscuntur, qui se dictarum societatum capitaneos faciebant et qui per aliquos tuos officiales sub fide salvationis personarum ipsarum recepti fuisse dicuntur. Sed quia ad dilectum filium .. inquisitorem heretice pravi-

tatis, in eisdem constitutum partibus, fidedigna relatione pervenerat quod iidem septem viri, propter multa hereticalia que dixerant et fecerant, multipliciter suspecti erant de labe heretice pravitatis, ipsos tanquam tales fecit suo nomine arrestari et in carceribus episcopatus Carcassonensis curie destinari, nosque, premissis prolatis ad nostram noticiam, mandavimus eosdem non dimitti captivos sed per eundem inquisitorem procedi super suspicione hujusmodi, mediante justicia, contra eos. Quare cum iidem cives seu habitatores, tanquam viri catholici, per dictum inquisitorem seu ejus vicarium requisiti, eidem, tam propter reverenciam Dei et catholice fidei quam propter bonum regni tui, ne dicti mali viri, si relaxati forent, pejora prioribus in regno committerent memorato, in dicta detentione favisse noscantur, eos de hiis merito laudandos serenitati tue affectuosius commendamus, eam rogantes attente quatinus, cum, prout audivimus, predicta gesta fuerint in favorem fidei et pro bono tui regni, etiam post dationem dicte per eosdem tuos officiales date fidei, ut prefertur, et periculosum foret nimium eosdem captivos, non discusso negocio catholice fidei, relaxare,contra cives eosdem, si forte apud regiam majestatem de premissis ab aliquibus culparentur, mansuetudo regia non turbetur, quin immo eos tanquam Deo devotos et sibi fideles et eorum negotia commendatos habeat et precipua benevolencia prosequatur. Datum Avinione, idus septembris, anno secundo. »

1228 Avignon, 13 septembre 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi et Marco de Viterbio, apostolicae Sedis nuntiis, de pace inter Florentinos et Pisanos reformata congratulatur ipsosque hortatur ad confoederationem inter easdem civitates aliosque populos Italiae contra Societates faciendam. (Reg. 246, fol. 312 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, et dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, apostolice sedis nunciis.* Expectate leticie jubilum —. Datum Avinione, idus septembris, anno secundo. »

1229 Avignon, 14 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, nuntios quos cives Biterrenses ad ejus praesentiam pro certis negotiis destinare proponunt, commendat. (Reg. 246, fol. 312 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Viri laudabiles cives —. Datum Avinione, XVIII kal. octobris, anno secundo. »

1230 Avignon, 14 septembre 1364.

Eidem regi Johannem, abbatem monasterii Fiscannensis, ord. s. Ben., Rothomagensis dioecesis, qui ad monasterium suum regendum iter arripuit, commendat. (Reg. 246, fol. 313 recto.)

« *Eidem.* Cum dilectus filius —. Datum ut supra. «

1231 Avignon, 14 septembre 1364.

Johanni, archiepiscopo Remensi, ut pro dicto Johanne, abbate Fiscannensi, ejusque monasterio, guerris et aliis adversis multipliciter destituto, apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 313 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Remensi.* Cum dilectus filius —. Datum ut supra. »

1232 Avignon, 14 septembre 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi. (Reg. 246, fol. 313 recto.)

1233 Avignon, 14 septembre 1364.

Episcopum Wintoniensem rogat ut Johanni, abbati monasterii Fiscannensis, qui domos a suo praefato monasterio in regno Angliae dependentes, de proximo visitaturus est, apud Edwardum, regem Angliae, auxiliis et consiliis assistet. (Reg. 246, fol. 313 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Witoniensi.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, XVIII kal. octobris, anno secundo. »

1234 Avignon, 14 septembre 1364.

In e. m. .. episcopo Eliensi. (*Ibid.*, fol. 313 verso.)

1235 Avignon, 14 septembre 1364.

In e. m. Willelmo Wykham, archidiacono Lincolniensi, « sed ubi dicitur *fraternitatem* dicatur *discretionem.* »

1236 Avignon, 14 septembre 1364.

Cum Amedeus, comes Sabaudiae, auxilium sibi dari contra societates quae terram suam invaserunt petierit, respondet pontifex quod, si illae in invasione praefatae terrae persistant, operam dabit efficacem ut gens armigera comitatus Venaissini ad ejus succursum celeriter transmittatur. (Reg. 246, fol. 313 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Litteras tue nobilitatis nuper recepimus continentes quod gentes pravarum societatum terram tuam invaserant et invadere conabantur; propter quod gentem armigeram comitatus nostri Venaysini, secundum conventiones mutue colligationis debitam, ad tuum succursum transmitti celeriter postulasti. Nos igitur, litteris perlectis eisdem, venerabilem fratrem nostrum Philippum, patriarcham Jerosolimitanum, comitatus prefati rectorem, ad nos venire fecimus incunctanter et de facienda celeri preparatione dicte gentis ordinavimus cum eodem ac dilecto filio nobili viro .. senescallo dicte provincie scribi fecimus quod pro parte sua idem facere procuraret. Quia vero nonnulli ex gentibus dictarum societatum etiam partibus istis appropinquare certitudinaliter asseruntur et hii, qui eandem terram tuam aggressi sunt et comminantur invadere, tuam potenciam et defensionem strenuam sencientes, inde forte recedent, ut verisimiliter est credendum, ipsorum progressum nobis et dicto senescallo velis celeriter intimare; nam, si in dicte tue terre invasione perstiterint, dabimus operam efficacem quod eadem gens per te petita ad dictam tuam terram celeriter transmittatur. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno secundo. »

1237 Avignon, 15 septembre 1364.

Pandulfum et Malatestam Ungarum de Malatestis fratres, milites Ariminenses, de obitu Malatestae, patris eorum, consolatur. (Reg. 246, fol. 314 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Pandulfo et Malateste Ungaro de Malatestis, fratribus, militibus Ariminensibus.* Devotionis vestre littere —. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno secundo. »

1238 Avignon, 15 septembre 1364.

Galeottum de Malatestis, militem Ariminensem, de obitu fratris consolatur eique nepotes ipsius commendat. (Reg. 246, fol. 314 verso.)

» *Dilecto filio nobili viro Galeocto de Malatestis, militi Ariminensi, pro nobis et ecclesia romana in civitate Ariminensi vicario.* Devotionis tue littere —. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno secundo. »

1239 Avignon, 15 septembre 1364.

Albrico Radulphi de Lingonis, ecclesiae Virdunensis primicerio, apostolicae Sedis nuntio, ut tria millia florenorum auri, quae Johannes, archiepiscopus Tarentasiensis, apostolicae camerae debet, recipiat. (Reg. 246, fol. 338 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Albrico Radulfi de Lingonis, primicerio ecclesie Virdunensis, apostolice sedis nuncio.* Ad audienciam nostram —. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno secundo. » .

1240 Avignon, 15 septembre 1364.

Andruino cardinali legato inhibet ne Johannem de Pepulis, militem Bononiensem, in bonorum, quae in civitate Bononiensi asserit sibi pertinere, possessionem inducat, cum Aymericus, episcopus Bononiensis, de illa restitutione ad Sedem apostolicam appellaverit causaque appellationis hujusmodi non sit audita. (Reg. 246, fol. 339 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, salutem etc.* Per duas diversorum tenorum licet unius effectus litteras tibi scripsisse meminimus quod ad restituendum dilectum filium nobilem virum Johannem de Pepulis, militem Bononiensem, ad bona que sua fuerant et quibus juste privatum, etiam antequam contra civitatem nostram Bononiensem guerra, de qua pax extitit facta, fuisset incepta fidedignis et probabilibus assercionibus dicebant, non procederes, sed utrum dicta restitucio deberet vel non deberet fieri et de causis te moventibus nos informare curares; verum, prout nuper audivimus, tu, dictis nostris litteris non attentis vel forsitan non receptis, restitutionem hujusmodi debere fieri nimis propere declarasti; propter quod, ob magnum interesse Romane ecclesie et communis dicte civitatis, quod in hoc vertitur, per venerabilem fratrem nostrum Aymericum, episcopum Bononiensem, pro nobis et Romana ecclesia in partibus Italie thesaurarium generalem, ad nos et sedem apostolicam extitit appellatum nosque causam appellationis hujusmodi in Romana curia dilecto filio nostro Guillelmo, tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, commisimus audiendam et fine debito terminandam. Volentes igitur quod de negotio hujusmodi in dicta curia

cognoscatur, discretioni tue tenore presentium inhibemus ne ad executionem restitutionis ejusdem quoquo modo procedas nec procedi permittas, et si super ipsa executione in aliquo processisti, illud in statum pristinum revocare procures. Nos enim irritum decernimus et inane quidquid post et contra appellationem eandem per te vel alium seu alios attemptatum forsan est hactenus vel contingerit in posterum attemptari. Datum Avinione, XVII kal. octobris, anno secundo. »

1241 Avignon, 16 septembre 1364.

Florentinis de pace inter ipsos et Pisanos reformata congratulatur, eos exhortans ad dictam pacem inviolabiliter observandam et confoederationem cum eisdem Pisanis coeterisque Italiae populis contra Societates faciendam. (Reg. 246, fol. 314 verso. — *Archivio storico italiano*, série I, t. XV, p. 81.)

« *Dilectis filiis .. regimini et populo civitatis Florentine.* Letanter admodum nuper audivimus in Domino exultantes quod rex pacificus et luminum pater vobis et dilectis filiis .. regimini et populo civitatis Pisane oculos mentales aperuit, ut, relictis inimicitiarum et guerrarum dispendiis, agnosceretis desiderabile bonum pacis, et, quamvis prius per plures litteras et relationes quamplurimum fidedignas innotuisset nobis inter vos et ipsum populum Pisanorum desideratam per nos ac diucius expectatam pacem fuisse, auctore Domino, reformatam, tamen per litteras vestras, quas libenter recepimus, nobis nunciantes eandem pacem fore utrinque firmatam, fuit in corde nostro leticia renovata. Hinc igitur universitatem vestram salutaribus monitis exhortamur in Domino ut pacem ipsam sic diligenter custodiatis sicque firmiter ac inviolabiliter observetis ut subintrare non possit inter vos et Pisanos ipsos de cetero qui subministret causam scandali vel rancoris, sed cum Pisanis eisdem habitatores tanquam fratres in unum, forciores sitis ad statum vestrum pacificum et liberum conservandum. Ceterum exhortationibus nostris adicimus, universitatem vestram strictius obsecrantes in Domino Jesu Christo, quatinus vos ad confederationem cum prefatis Pisanis et ceteris Italie dominis ac populis, qui esse in hujusmodi confederatione voluerint, quanto celerius poteritis, intendatis, ad comprimendas vel expellendas de ipsis Italie partibus gentes pestiferas, quas in societatem unam congregavit impietas, vos viriliter attingentes; nos siquidem vos et universitatem vestram tanquam nostros et ecclesie Romane devotissimos filios occurentibus casibus intendimus prosequi favoribus gratiosis. Datum Avinione, XVI kal. octobris, anno secundo. »

1242 Avignon, 16 septembre 1364.

In e. m. regimini et populo civitatis Pisanae « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 314 verso.)

1243 Avignon, 17 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, ut Carolum de Artesio, comitem Pedenatii, consanguineum suum, inducat ad Johannem, abbatem monasterii Anianae de coetero non molestandum. (Reg. 246, fol. 315 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Piget nos, fili carissime, de quibusdam Christi fidelibus et de hiis presertim, qui a regio sanguine traxerunt originem, audire sinistra et a regali devotione degeneres se probare, tedioque graviore afficimur cum ea non toleranda ulterius cogimur tue celsitudini reserare, illosque referre molestos ecclesiis et monasteriis quorum progenitores incliti olim illatas ab aliis molestias propulsarunt. Pluries siquidem dilecti filii Johannis, abbatis monasterii Aniane, ordinis sancti Benedicti, Magalonensis diocesis, nos querela pulsavit quod dilectus filius nobilis vir Carolus de Artesio, comes Pedenacii, consanguineus tuus, multa sibi et suis monachis ac monasterio dampna et injurias irrogavit, ab eodem abbate juramentum fidelitatis petendo, quod abbas ipse, ut asserit, non eidem comiti sed regali culmini prestitit et prestare tenetur, ac ejus capiendo monachos et detinendo captivos, quoddamque molendinum et alia bona dicti monasterii multipliciter dissipando et etiam occupando; nosque, premissis auditis, eidem comiti preces nostras paterne direximus, eum rogando attentius ut, pro Dei et nostri reverencia, a gravaminibus hujusmodi abstineret ac postmodum, prout audivimus, dilectus filius Arnulfus, dominus de Audenham, sicut vir pacificus et discretus, ad illas partes accedens, dictum abbatem cum eodem comite concordavit; sed dum abbas idem securus ex dicta pace consisteret, prefatus comes, quasi statim post factam pacem hujusmodi, castrum de Aspirano, Biterrensis diocesis, ad dictum monasterium pertinens, per violenciam occupavit et detinet occupatum, in sue anime prejudicium et prefati monasterii detrimentum gravissimum ac turbationem tocius patrie circumstantis. Quare prefato monasterio de tanto dampno paterno compacientes affectu, serenitatem tuam requirimus et rogamus atten-

tius quatinus in hac parte oportunum velis remedium adhibere. Datum Avinione, XV kal. octobris, anno secundo. »

1244 Avignon, 18 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, ut temporalitatem ecclesiae Lugdunensis, sub manu regia positam, archiepiscopo Lugdunensi faciat restitui. (Reg. 246, fol. 315 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 117, n° xxxix.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Dudum cum ad nos..., etc. (1). Nuper autem audivimus quod, postquam premissa tue magnitudini scripsimus, castra, ville, loca et jurisdictio temporalis memorati archiepiscopi per tuam curiam fuerunt recepta et tenentur ad presens, ac eorum necnon alii decimales redditus dicti archiepiscopi, non absque ecclesie predicte detrimento gravissimo, destruuntur, quodque postmodum in tua presentia extitit ordinatum quod prefatus archiepiscopus eundem Aymonem ante omnia faceret absolvi a sententiis prelibatis, duas litteras absolutionis hujusmodi citra festum Omnium Sanctorum proximum obtenturum, quarum unam propriis expensis mitteret Lugdunum et alteram Parisius, ibidem solemniter publicandas, omnesque processus contra dictum Aymonem, premissorum occasione habitos, faceret revocari; ita quod contra ipsum Aymonem pro premissis nullam haberet de cetero actionem et quod, hiis peractis, processus facti contra ipsum et suos in dicta curia regia cassabuntur, alioquin in statu pristino remanebunt. Quia igitur hujusmodi ordinacio dinoscitur esse facta in offensam Dei et prejudicium ecclesiastice libertatis et in perniciosum exemplum quod similia imposterum presumantur impune, devotam serenitatem tuam iterum affectuosius deprecamur quatinus super premissis utique arduis maturius consideres ac salubriter provideas, prout tuis honori ac saluti videris expedire..., etc. Datum Avinione, XIIII kal. octobris, anno secundo. »

1245 Avignon, 18 septembre 1364.

Johannem, archiepiscopum Remensem, rogat ut pro sublatione gravaminum, archiepiscopo Lugdunensi illatorum, apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 316 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Remensi.* Dudum super gravaminibus —. Datum Avinione, XIIII kal. octobris, anno secundo. »

1246 Avignon, 18 septembre 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi. (*Ibid.*, fol. 317 recto.)

1247 Avignon, 18 septembre 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Carnotensi. (*Ibid.*, fol. 317 recto.)

1248 Avignon, 18 septembre 1364.

Simoni de Buciaco, militi, de eodem scribit. (Reg. 246, fol. 317 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Symoni de Bussiaco, militi.* Super certis gravaminibus —. Datum ut supra. »

1249 Avignon, 18 septembre 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, et Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, apostolicae Sedis nuntiis, omnes qui cum societatibus colligationem fecerunt seu facient, dat potestatem excommunicandi. (Reg. 246, fol. 339 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, et dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, apostolice Sedis nunciis, salutem, etc.* Apostolice Sedis circumspecta prudencia, de fidelium populorum statu solicita, ad reprimendas insolencias transgressorum, eosdemque populos a malignancium incursibus protegendos libenter apponit sue remedia potestatis. Sane quanta ecclesiarum et monasteriorum aliorumque piorum locorum incendia, hominum cedes, ac personarum ecclesiasticarum, necnon nobilium et ignobilium exilia miseranda, violationes pudicicie matronarum, vincula et carceres, rapine execrabiles ac destructiones scolarum (1) et ecclesiasticarum

(1) Les faits sont exposés tout au long dans la bulle du 3 juillet 1364 que nous donnons plus haut (V. n° 1062).

(1) Il y a dans le registre « scolarium », qui paraît une lecture fautive.

etiam facultatum, aliaque mala tam animarum quam corporum, impietas quorumdam virorum crudelium, quos sub titulo comitivarum seu societatum immanitas congregavit, in Italie partibus provenerint hactenus et, proth dolor, provenire non desinant, olim miserabilis experiencia docuit et docere non cessat, propter que, prout ad nos fidedigna relatione pervenit, venerabilis frater Egidius, episcopus Sabinensis, ac dilectus filius nostri Andruinus, tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolice Sedis legati, ac in certis terris Romane Ecclesie in partibus Italie consistentibus, eis divisim decretis, pro nobis et ipsa ecclesia in temporalibus vicarii generales, et illustris principissa Johanna, regina Sicilie, necnon dilecti filii nobiles viri nonnulli duces, marchiones, comites ac vicarii, gubernatores, et populi civitatum, terrarum et castrorum partium Italie, ad obviandum hostilitatibus pravarum societatum hujusmodi, easque de ipsis Italie partibus profugandas, unionem seu colligationem invicem fecerunt, seu facere provida deliberatione procurant; sed, prout habet relatio supradicta, nonnulla comunia civitatum et universitates oppidorum, castrorum et villarum, ac singulares persone dictarum partium certa[s] colligationes et conventiones fecerunt ac pacta inierunt cum dictis societatibus aut aliqua ipsarum, seu cum capitaneis et caporalibus earundem, quae colligationes, conventiones et pacta fuerunt jurisjurandi et nonnullarum aliarum dictorum comunium et universitatum singularium personarum protestatione firmata, propter que hujusmodi unio seu colligatio contra dictas societates detestabiles facienda multipliciter impeditur. Quare fuit nobis humiliter supplicatum ut providere in hac parte de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, hujusmodi rationabili peticioni annuere intendentes, vobis, de quorum circumspectione plenam in domino fiduciam obtinemus, et utrique vestrum insolidum, quascumque confederationes, societates, colligationes, ac pactiones et conventiones, per quasvis singulares personas, cujuscumque status, gradus, ordinis vel condictionis existant, etiam si pontificali, regali, vel alia quavis prefulgeant dignitate, seu per comunia et universitates dictarum partium, cum eisdem societatibus seu capitaneis et caporalibus earundem, sub quavis forma verborum factas et initas, vel imposterum faciendas, etiam si juramentorum interpositionibus et penarum adjectionibus, aut quavis alia fuerint firmitate vallate, per quas eedem societates in earum perversitatibus quomodolibet foveantur, seu per quas dicte colligationi et unioni contra ipsas societates facte vel faciende aliquatenus obvietur, auctoritate nostra cassandi, annullandi ac nullas et irritas decernendi, ac hujusmodi juramenta tanquam iniqua, cum vinculum iniquitatis esse non debeant, relaxandi, et eos qui contra ipsa forsan venerunt hactenus a perjurio hujusmodi juxta formam ecclesie absolvendi, ac eos ad integrum statum ac honorem et famam, in quibus erant antequam contra ipsa juramenta venirent, restituendi, eisdemque quoque comunibus et universitatibus et personis singularibus districtius inhibendi ne imposterum hujusmodi confederationes, societates, colligationes, pactiones et conventiones cum eisdem societatibus, capitaneis et caporalibus de cetero facere seu inire, aut factas et initas servare presumant, contradictores quoslibet et rebelles, etc., etiam si pontificali, etc., non obstante si, etc., plenam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, XIIII kal. octobris, anno secundo. »

1250 Avignon, 19 septembre 1364.

Romanis ut pacem vel saltem treugas cum Velletrensibus inire curent. (Reg. 246, fol. 317 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus etc.*, II, n. 394.)

« *Dilectis filiis .. senatori et populo Romanis.* Dudum de gravi. — Datum Avinione, XIII kal. octobris, anno secundo. »

1251 Avignon, 19 septembre 1364.

Ægidio cardinali legato, ut partes suas interponat ad pacem inter Romanos et Velletrenses reformandam. (Reg. 246, fol. 317 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Intellecto quod dilecto. — Datum Avinione, XIII kal. octobris, anno secundo. »

1252 Avignon, 19 septembre 1364.

Populum civitatis Velletrensis ad pacem cum Romanis faciendam hortatur. (Reg. 246, fol. 318 recto.)

« *Dilectis filiis .. populo civitatis Velletrensis.* De gravaminibus et —. Datum ut supra. »

1253 Avignon, 19 septembre 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut pro monasterio Anianae, Magalonensis dioecesis, apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat et latorem praesentium, quem abbas ejus-

dem monasterii ad praefatum regem pro dictis negotiis transmittit, habeat efficaciter commendatum. (Reg. 246, fol. 315 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Super certis oppressionibus —. Datum Avinione, X kal. octobris, anno secundo. »

1254 Avignon, 22 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, ut universitates civitatis Mimatensis terraeque Gaballitanae Gastoni, comiti Fuxi, certam pecuniae quantitatem solvere non teneantur. (Reg. 246, fol. 318 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Serenitas regia non ignorat, ut credimus, quod dudum universitates quorumdam civitatum et locorum tui regni, in partibus lingue occitane consistentium, inter que universitates civitatis Mimatensis ac terre Gaballitane, Mimatensis diocesis, minime fuisse dicuntur, propria voluntate, sine mandato et consensu inclite memorie Johannis, regis Francie, patris tui, aut locum tenentis sui in partibus prelibatis, dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, dare promiserunt certam pecunie quantitatem, cujus promissionis vigore idem comes, prout audivimus, ab eisdem universitatibus dictarum civitatis Mimatensis et terre Gaballitane petit tredecim millia quingentos florenos auri, ad quos comiti prefato tradendos eedem universitates dicte civitatis Mimatensis et terre, cum nulla subsit justa causa, et in dicta promissione, ut dicunt, presentes non fuerint nec consensum prebuerint, se asserunt non teneri, et, prout fidedigna expositione didicimus, idem pater tuus districte inhibuit ne prefata quantitas florenorum, cum non esset nec sit debita, solveretur comiti prelibato ; sed tua sublimitas, ut credimus circumventa, eisdem universitatibus prenominatarum nuper civitatis et terre, prout nobis assertum est, districte mandavit quod jamdicto comiti solvant florenorum hujusmodi quantitatem, de quo mandato incole dictarum civitatis et terre, tum quia ad hoc non tenentur, tum quia, et si alias tenerentur, propter mortalitates et incursus hostiles malignarum societatum, sunt in facultatibus et locorum seu personarum numero nimium destituti, reputant indebite ac importabiliter se gravari. Quare sublimitatem tuam affectuose rogamus quatinus erga dictos incolas, subditos tuos, qui ex multis adversis respirare non valent, quibusque utique miserabilibus potius debetur subventio quam multiplicatio pressurarum, affectu pietatis regie movearis, ac, sequens in hac parte paterna vestigia, digneris tuum mandatum hujusmodi revocare, ac eosdem incolas super hiis et aliis eis inferendis molestiis brachio tue magnitudinis defensare. Datum Avinione, X kal. octobris, anno secundo. »

1255 Avignon, 24 septembre 1364.

Rothomagensi, Lugdunensi, Senonensi, Remensi et Turonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis mandat ut, convocato synodo, omnes personas ecclesiasticas beneficia quae obtinent in scriptis dare moneant, ipsique eadem scripta ad cameram apostolicam transmittant. (Reg. 246, fol. 342 recto. De curia.) (1).

« *Venerabilibus fratribus .. Rothomagensi .. Lugdunensi .. Senonensi .. Remensi et .. Turonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis.* Ad officium injuncte —. Datum Avinione, VIII kal. octobris, anno secundo. »

1256 Avignon, 24 septembre 1364.

.

In eumdem modum Viennensi .. Tarantasiensi .. Bisuntino et Ebredunensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis. (Reg. 246, fol. 342 recto. De curia.)

1257 Avignon, 24 septembre 1364.

In e. m. .. Auxitano .. Narbonensi .. Tolosano .. Burdegalensi .. Terraconensi .. Caesaraugustano .. Toletano .. Compostellano .. Ispalensi et .. Bracharensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis. (Reg. 246, fol. 342 recto. De curia.) (2).

(1) La lettre transcrite dans le registre n'est point celle adressée aux archevêques de Rouen, Lyon, Sens, etc., mais celle adressée à l'archevêque de Cantorbéry et à ses suffragants. Les autres sont des lettres *in eumdem modum*.

(2) Au bas de la page, en écriture plus fine, on trouve la note suivante : Infrascripta tempora fuerunt posita in litteris suprascripti tenoris ad remittendum ad Sedem apostolicam beneficia data in scriptis singulis ordinariis.

In Lingua occitana et Sabaudia et Provincia ac Janua et Mediolano.. II menses.
In regno Francie et Aragonia, III menses.
In Ispania et Portugallo .. IIII menses.
In Anglia et Scocia .. VI menses.
In Ibernia .. VIII menses.
In Italia citra regnum Sicilie .. III menses.
In regno Sicilie et Sardinia ac Corsica .. IIII menses.
In Alamannia, Boemia, Polonia et Ungaria .. VI menses.
In partibus ultramarinis .. unus annus.
In Norwegia, Dacia et Suecia .. unus annus. (*Ibid.*, fol. 342 recto.)

1258 Avignon, 25 septembre 1364.

Carolum de Alenconio de regressu ad ordinem Fratrum Praedicatorum, quem exiverat, congratulatur eique Sedis apostolicae favores promittit. (Reg. 246, fol. 318 verso.)

« *Dilecto filio Carolo de Alenconio, ordinis Fratrum Predicatorum, salutem, etc.* Litteras tue devotionis, per quas regressum tuum ad ordinem Fratrum Predicatorum, quem exiveras, nostro apostolatui reserasti, nuper leta manu recepimus ac perlegimus animo letiori; et sicut est tenendum indubie quod hoc cedet ad honorem tui preclarissimi generis, sic probabiliter est sperandum quod inde proveniet certior salus tua, quam velut dilecti filii paternis desideriis affectamus; speramus siquidem quod, sicut Spiritus sancti gratia te sua piissima miseratione prevenit, sic perseverantem (1) in sancto proposito sequetur largicionibus gratiarum. Confortare igitur, fili, et letare quod nostri Salvatoris clemencia dignata est te in suorum recipere numero humilium servitorum, religiosisque operibus perseveranter insiste, ut per bonum perseverancie premium indeficiens consequaris. Nos enim ad statum tuum intendimus oculos paterne considerationis extendere, et in hiis que tibi grata et oportuna pro tempore fuerint, devote tue sinceritati nos intendimus reddere graciosos. Datum Avinione, VII kalendas octobris, anno secundo. »

1259 Avignon, 26 septembre 1364.

Capitularios civitatis Tolosanae rogat ut, de reformatione pacis inter ipsos et Gaufridum, archiepiscopum Tolosanum, modo quem volebant tenere desistant, et ad apostolicam Sedem nuntios speciales et de hiis plene informatos studeant destinare. (Reg. 246, fol. 319 recto.)

« *Dilectis filiis .. capitulariis civitatis Tholosane, salutem etc.* Litteras vestras recepimus, in quibus nobis rescripsistis modum quem solebatis tenere in negocio venerabilis fratris nostri Gaffredi, archiepiscopi Tholosani; nos autem modum ipsum ad veniendum ad concordiam, de qua vobis consilio sano suasimus, difficilem et quasi impossibilem extimantes, et non deceat ac Deo displiceat filios cum suo patre in tali discordia diutius immorari, et nos, qui in civitate vestra longo tempore fuimus ac eam inter ceteras civitates regni Francie singulari dilectione prosequimur ac ejus honorem et statum cordialiter affectamus, parati sumus omnem in hac parte rationabilem tractare concordiam, ac juvante Deo perducere ad effectum, circumspectionem vestram paternis hortamur affectibus ac rogamus attente quatinus, provide considerantes quod, si modo et forma in litteris vestris contentis velitis inniti, implicabitur dictum negocium et ad viam justicie, que negari non potest, oportebit eundem archiepiscopum habere recursum, aliquos nuncios vestros, in hujusmodi negocio plene instructos, cum sufficienti mandato, ad terminum alias ordinatum, ad nostram destinare presentiam studeatis, vestram bonam voluntatem per effectum solicite prosecutionis dicti negocii ostendentes. Nos enim, si per hujusmodi concordie viam volueritis in hac parte procedere, de quo nobis velitis rescribere, parati sumus eosdem nuncios vestros usque ad eundem terminum expectare. Datum Avinione, VI kal. octobris, anno secundo. »

(1) Il y a dans le registre « perseverentem ».

1260 Avignon, 26 septembre 1364.

Eisdem scribit de eodem negotio, ut nuntios plene instructos cum sufficienti mandato ad curiam romanam destinare non omittant. (Reg. 246, fol. 319 verso.)

« *Eisdem.* Litteras vestras recepimus —. Datum ut supra. »

1261 Avignon, 26 septembre 1364.

Petro Gervasii, canonico Anitiensi, apostolicae Sedis nuntio, ut praelatos regni Franciae compellat ad camerae apostolicae solvendum quidquid e tricesima reddituum ecclesiasticorum beneficiorum, a Clemente papa VI imposita, receperunt. (Reg. 246, fol. 342 verso. De curia. — Reg. 262, fol. 106 verso. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Petro Gervasii, canonico Anitiensi, apostolice sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens. — Datum Avinione, VI kal. octobris, anno secundo. »

1262 Avignon, 27 septembre 1364.

Senescallum Pictavensem requirit ut Petro Bori, praesbytero, rectori parrochialis ecclesiae de Balaguerio, Caturcensis dioecesis, qui a gentibus camerae apostolicae ad certas regni Franciae partes destinatus erat et, rediens Avinionem cum Johanne Bovis, socio suo, in territorio dioecesis Turonensis a Guillelmo Puret et Bertrando de la Mulsa, dicti senescalli

(1) La copie du Reg. Vat. 262 est précédée de l'analyse suivante : « *Bulla pro exigendis pecuniis habitis ratione tricesime in regno Francie.* »

subditis, omnino spoliatus est, omnia bona ei socioque ejus ablata faciat restitui. (Reg. 246, fol. 320 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Pictavensi.* Ad nostrum pervenit. — Dat. Avinione, V kal. octobris, anno secundo. »

1263 Avignon, 27 septembre 1364

In e. m. Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi. (Reg. 246, fol. 320 verso.)

1264 Avignon, 28 septembre 1364.

Carolo, regi Franciae, Arnulphum de Audrehem, marescallum, qui ad curiam regiam mox accessurus est, commendat, ipsumque rogat ut praefatum marescallum ad partes Occitanas, quam cito poterit, regredi permittat. (Reg. 246, fol. 320 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Arnulfus, dominus de Andenham, miles tuus, lator presentium, prout nobis asseruit, ad tuam presentiam est de proximo accessurus. Cum itaque ipse contra pestiferas societates se valenter habuerit, eas fugando de partibus Occitanis et ex hoc et propter suas virtutes gentibus dictarum partium, prout ex nonnullorum fidedignorum relatione didicimus, et nobis etiam multipliciter sit acceptus, timeaturque quod dicte societates, malignari intentes assidue, dicti Arnulphi absencia cognita, ad dictas partes regredi conabuntur, expedire credimus quod ipsum Arnulfum ad partes easdem remittere non postponas, magnitudinem regiam rogantes attente quatinus, attendens ejusdem militis fidei puritatem aliaque merita et devotionis obsequia, inclite tue domui per ipsum exhibita fideliter hactenus, eum utique tua benivolencia dignum favoribus regiis prosequaris, in ipso demonstrans apertius quantum tue sublimitati viri laudabiles sint accepti. Dat. Avinione, IIII kal. octobris, anno secundo. »

1265 Avignon, 28 septembre 1364.

Universis contra Turchos proficiscentibus dat potestatem confessorem eligendi. (Reg. 246, fol. 343 verso.)

« *Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Zelus domus Domini universe, videlicet christianitatis, mentem nostram ulcerat et conrodit cum hostes ejus illam invadere, intrare ac detinere presumunt, exinde fidelibus incolis procul pulsis, ad ipsorumque hostium exterminium digne fideles Christi spiritualibus graciis invitamus. Sane cum, sicut relatibus fidedignis audivimus, magna multitudo abhominabilis nationis Turchorum principatum (1) Achaye aliasque vicinas partes fidelium invadere et occupare presumpserit hactenus, prout presumit assidue, ipsarum cepis vel expulsis fidelibus, aut in predam miserabilis captivitatis abductis, nos, adversus hujusmodi presumptionem nefariam, odiosam Altissimo ac dampnosam et dedecorosam toti populo christiano, cupientes adhibere presidium apostolice potestatis, omnes Christi fideles ad eliminandum spurciciam eorumdem Turchorum de prelibatis partibus, tenore presentium, in domino exhortamur, et ut iidem fideles tanto promptius et efficacius ad hoc exurgant quanto ex suis laboribus potiorem gratiam se noverint percepturos, vobis et cuilibet vestrum, quamdiu eosdem Turchos existentes in dictis partibus Achaye, eos impugnando et expellendo de ipsis, fueritis persecuti, ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum secularem vel religiosum possitis in vestrum eligere confessorem, qui, quotiens oportunum fuerit, confessionibus vestris diligenter auditis, pro commissis vobis debitam absolutionem impendat et injungat penitenciam salutarem, nisi forsan talia fuerint propter que sedes apostolica sit merito consulenda, et quod etiam idem sacerdos vobis, et cuilibet vestrum, quotiens expedierit, ministrare valeat ecclesiastica sacramenta, felicis recordationis Clementis pape V, predecessoris nostri, et alia qualibet constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, jure parrochialis ecclesie, et cujuslibet alterius semper salvo, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. Datum Avinione, IIII kalendas octobris, anno secundo. »

1266 Avignon, 29 septembre 1364.

Cum Johannes de Chaufornio, miles Lingonensis dioecesis, quatuor annis elapsis, pro relaxatione Laurentii Jacobi, civis Florentini, factoris societatis Albertorum antiquorum de Florentia, quem conducentem de partibus Brabantiae per Burgundiam certam quantitatem pannorum, inter quos erant nonnulli panni ad Ægidium, episcopum Sabinensem, apostolicae Sedis nuntium, pertinentes, ceperat et carceri manciparat, a dictis mercatoribus mille muntones auri in forma mutui exegisset; idemque Johannes, per ministerium justitiae vita privatus, antequam dictos muntones integre solvisset mor-

(1) Il y a dans le registre « *principatus* », qui paraît une lecture fautive.

tuus sit; Carolum, regem Franciae, rogat pontifex ut, dictorum mercatorum nuntium habens commendatum, ipsi de bonis praefati Johannis confiscatis debitam summam faciat restitui. (Reg. 246, fol. 321 recto.)

« *Eidem* [*carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.*] Fidedigna expositione nuper —. Datum Avinione, III kal. octobris, anno secundo. »

1267 Avignon, 29 septembre 1364.

Johannem, episcopum Belvacensem, de negotio praefato scribit, ut pro dictis mercatoribus apud Carolum, regem Franciae, studeat efficaciter laborare. (Reg. 246, fol. 321 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* In servicium venerabilis —. Datum ut supra. »

1268 Avignon, 29 septembre 1364.

Johannam, reginam Siciliae, requirit ut assignationem centum quindecim librarum regalium, monasterio sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., debitam, a Fulcone de Agouto, milite, Provinciae senescallo, cito praecipiat expediri. (Reg. 246, fol. 321 verso.)

« *Illustri principisse Johanne, regine Sicilie, spiritum consilii sanioris.* Licet geramus in votis ut cuncta ecclesie et monasteria in suis bonis et juribus indempnia conserventur, hoc tamen de monasterio sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, cujus abbaciali regimini (1) dudum prefuimus, tanto plenius affectamus quanto illud caritate prosequimur ampliori. Cum itaque, prout recordari potest tua serenitas, centum quindecim libras regalium reddituales restituere et assignare dicto monasterio tenearis, et dilectus filius nobilis vir Fulco de Agouto, miles tuus, in Provincia senescallus, certam assignationem quorundam tuorum bonorum et jurium, de quibus de nostra sciencia lacius tibi scribit, de assistencium sibi consilio, retenta tua voluntate, providerit dicto monasterio faciendam, nos, eam gratam habentes, excellenciam tuam requirimus et rogamus attente quatinus assignationem ipsam, ad quam debitum justicie te astringit, precipias cito et alias favorabiliter expediri. Datum Avinione, III kalendas octobris, anno secundo. »

(1) Il y a dans le registre « regimine ».

1269 Avignon, 29 septembre 1364.

Rogerium de Sancto Severino, comitem Mileti, rogat ut pro solutione pecuniae, monasterio Sancti Victoris Massiliensis debitae, apud Johannam, reginam Siciliae, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 322 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Rogerio de Sancto Severino, comiti Mileti.* Pro consecutione quorumdam —. Datum Avinione, III kalendas octobris, anno secundo. »

1270 Avignon, 29 septembre 1364.

In e. m. Raymundo de Baucio, comiti Soleti, regni Siciliae comiti camerario. (Reg. 246, fol 322 recto.)

1271 Avignon, 29 septembre 1364.

In e. m. Nicolao de Filiis Ursi, comiti Nolano. (Reg. 246, fol. 322 recto.)

1272 Avignon, 29 septembre 1364.

In e. m. Nicolao de Alifia, militi, regni Siciliae cancellario. (Reg. 246, fol. 322 recto.)

1273 Avignon, 29 septembre 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, ut contra abbatem monasterii Anianae, Magalonensis dioecesis, occasione castri de Aspirano, nullam inferat novitatem, sed contentetur quod inter ipsum et eumdem abbatem a curia regia, super re temporali de qua est discordia, justitia ministretur. (Reg. 246, fol. 322 recto)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii, salutem etc.* Nobilitatis tue litteras, nobis per dilectum filium Johannem de Senlis, licenciatum in legibus, latorem presentium, destinatas, in quibus de negociis, que habes agere cum dilecto filio .. abbate monasterii Aniane, Magalonensis diocesis, multum reverenter et humiliter rescripsisti, gratanter recepimus ac vidimus dictumque Johannem, super hiis que nobis ex parte tua retulit, audivimus graciose, tuamque bonam voluntatem, quam in dictis negotiis habere notificasti, gratam habebimus et multipliciter in Domino commendamus. Verum quia idem abbas scripsit ad Romanam curiam certis suis amicis quod ipse castrum de Aspirano recuperaverat, nos, considerantes presens tempus, propter gentes comi-

tivarum, totam vicinam patriam et nonnullas alias vicinas partes regni Francie seva hostilitate turbancium, expositum esse periculis et jacturis, nobilitatem eandem affectuosius deprecamur, prout tibi et prefatis patrie ac regno expedire putamus, quod contra dictum abbatem nullam de facto pro presenti tempore facias novitatem velisque contentari quod inter te et abbatem eundem per curiam regiam, super re temporali de qua est discordia, justicia ministretur; pro qua ministranda celeriter, si eidem tue nobilitati placuerit, parati sumus carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, nostra affectuosa precamina destinare. Et nos nichilominus de excessibus dicti abbatis, quos contra te fecisset, parati sumus, prout ad nos spectat, facere justicie complementum; ceterum prefatum Johannem, quem nobis efficaciter commendasti, cum casus oportunus occurrerit, habere tui consideratione proponimus commendatum. Datum Avinione, III kalendas octobris, anno secundo. »

1274 Avignon, 29 septembre 1364.

Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, rationes et computa gentium societatis Albertorum de Florentia, Nicolai Jacobi, militis, et Benedicti Nerotii de Albertis, quolibet bimestri tempore, nomine camerae apostolicae, dat potestatem audiendi. (Reg. 246, fol. 344 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, or. s. Ben., proventuum apostolice camere in partibus Italie debitorum receptori generali.* De tue circumspectionis —. Datum Avinione, III kal. octobris, anno secundo. »

1275 Avignon, 30 septembre 1364.

Edwardo, regi Angliae, ut concordiam inter Ricardum, comitem Arundelliae, et Willelmum, episcopum Cicestrensem, studeat reformare. (Reg. 246, fol. 345 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Dilectos filios nobiles viros Nicolaum de Lovayne, et Thomam de Folrechy, milites, ac Guillelmum Margarite, clericum, ambaxiatores tuos, latores presentium, ad nostram presentiam destinatos, solita benignitate recepimus, et super omnibus que nobis ex tui parte voluerunt exponere audivimus graciose, pro revocandaque totaliter personali citatione, per editum publicum in curia Romana propositum facta, de dilecto filio nobili viro Ricardo, comite Arundellie, et quibusdam aliis ejus adherentibus, ad instanciam venerabilis fratris nostri Willelmi, episcopi Cicestrensis, super nonnullis injuriis, dampnis et gravaminibus, que idem episcopus per dictos comitem et complices sibi et sue ecclesie et nonnullis personis ecclesiasticis, in grave prejudicium ecclesiastice libertatis, asseruerat irrogata, et quod dignaremur causam, super hiis in curia prefata commissam, in regno tuo Anglie alicui prelato vel alteri delegare, apud nos solicitis studiis fideliter institerunt; super quibus eorundem militum diligenciam possumus merito commendare. Nos autem magnitudini tue, in hiis que honeste possumus libenter complacere volentes, et causam ac oportunitatem temporis pro tractanda concordia inter partes easdem tribuere cupientes, citationem personalem factam de prefato comite totaliter duximus revocandam, ita tamen quod in hujusmodi causa teneatur per suum procuratorem ydoneum comparere, terminumque, tam comiti quam aliis citatis eisdem prefixum, usque ad unum annum, a data presentium computandum, de consensu dicti episcopi et speciali gratia tue sublimitatis intuitu, duximus auctoritate apostolica prorogandum. Ceterum optantes quod hujusmodi discordia per mutuam concordiam, si partes ad hoc velint intendere, terminetur, dilecto filio Johanni, abbati monasterii sancti Bavonis Gandensis, Tornacensis diocesis, per nostras damus litteras in mandatis ut, quam cito commode poterit, ad regnum tuum se transferat, ac inter prefatos comitem et ejus adherentes, necnon procuratores dicti episcopi ad hoc ab eo sufficiens mandatum habentes, ex parte nostra studeat concordiam procurare, nobisque rescribat quicquid in hac parte duxerit faciendum. Datum Avinione, II kalendas octobris, anno secundo. »

1276 Avignon, 1er octobre 1364.

Petro, abbati monasterii sancti Guillelmi de Desertis, ord. s. Ben., Sancti Flori dioecesis, ut pacem inter Johannem, abbatem monasterii Anianae, ord. ejusdem, Magalonensis dioecesis, et Carolum de Artesio, comitem Pedenatii, reformare studeat. (Reg. 246, fol. 344 verso.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Guillelmi de Desertis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Sancti Flori diocesis.* Sicut tuam discretionem —. Datum Avinione, kalendis octobris, anno secundo. »

1277 Avignon, 2 octobre 1364.

Johanni, abbati monasterii Villae Longae, Cisterciens. ord.,

Carcassonensis dioecesis, munus benedictionis a quocumque malucrit antistite recipiendi eique fidelitatis juramentum praestandi facultatem concedit. (Reg. 246, fol. 361 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, abbati monasterii Ville longe, Cisterciensis ordinis, Carcassonensis diocesis.* Cum pridie monasterio —. Datum Avinione, VI nonas octobris, anno secundo. »

1278 Avignon, 8 octobre 1364.

Ægidio cardinali legato ut Guidoni de Gonzaga, ejusque filiis, militibus Mantuanis, certam pecuniae quantitatem, ipsis ab Ecclesia debitam, integre persolvi faciat. (Reg. 246, fol. 345 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Dilecti filii nobiles viri Guido de Gonzaga, ac Franciscus et Ludovicus, ejus filii, milites Mantuani, nuper per suum specialem nuncium, ad sedem apostolicam destinatum, nobis fecerunt exponi quod ipsi, vigore pactorum per te ratione colligationis quam tecum pro ecclesia Romana fecerunt, restant recipere a dicta ecclesia sex milia sexcentos nonaginta tres florenos auri et triginta aquilinos argenti; quare a nobis petierunt instanter ut hujusmodi summam eis solvi facere dignaremur. Nos igitur, si est ita, volentes quod eis de dicta summa, prout rationis existit, integre satisfiat, ac eosdem milites, tanquam devotos et caros nostros ecclesieque predicte filios, intendentes prosequi favoribus dicte sedis, volumus et mandamus quod, visa de hiis plenaria ratione, si repertum fuerit ita esse, dictam quantitatem eisdem militibus per dilectum filium Stephanum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, proventuum in partibus Italie dicte ecclesie debitorum generalem receptorem, facias cum integritate ac benigne et sine difficultate persolvi. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1279 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Andruino, tituli sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (Reg. 246, fol. 346 recto.)

1280 Avignon, 8 octobre 1364.

Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, de eodem, ipsum rogans ut dictam quantitatem eisdem militibus integre persolvat. (Reg. 246, fol. 346 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, proventuum apostolice camere in partibus Italie debitorum receptori generali.* Dilecti filii nobiles —. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1281 Avignon, 8 octobre 1364.

Petrum, episcopum Cameracensem, ad pacem inter nobiles viros Albertum de Bavaria, gubernatorem comitatuum Hanoniae et Hollandiae ex una parte et Johannem, comitem Licii ac Guidonem et Engelbertum de Auguya, fratres, milites. Cameracensis dioecesis, ex altera, reformandam, apostolicae Sedis nuntium deputat. (Reg. 246, fol. 363 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Cameracensi, apostolice sedis nuncio.* Singulari desiderio affectamus —. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1282 Avignon, 8 octobre 1364.

Ludovicum, comitem Flandriae, rogat ut Petrum, episcopum Cameracensem, apostolicae Sedis nuntium, ad pacem inter Albertum de Bavaria, gubernatorem comitatuum Hanoniae, Hollandiae et Zelandiae ex una parte, ac Johannem, comitem Licii et Guidonem ac Engelbertum de Augia fratres ex altera, reformandam, deputatum, benigne recipiens, eidem faveat et assistat, ut commissum ipsi negotium ad exitum perducatur optatum. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Flandrie.* Ex paterne dilectionis —. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1283 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Ludovico, comiti Blesensi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1284 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Guillelmo, comiti Namurcensi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1285 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Johanni de Blesio, domino de Scoenhovem, militi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1286 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Winceslao, duci Lucemburgensi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1287 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Henrico de Flandria, domino de Nivine, militi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1288 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Ludovico de Namurco, domino de Peteghen, militi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1289 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Roberto de Namurco, domino de Rothnaco, militi. (Reg. 246, fol. 364 verso. De curia.)

1290 Avignon, 8 octobre 1364.

Albertum de Bavaria, gubernatorem comitatuum Hanoniae, Hollandiae et Zelandiae, hortatur ut ad reformandam pacem et concordiam cum Johanne, comite Licii et Guidone ac Engelberto de Augia, fratribus, se disponat et de hoc monitis et exhortationibus Petri, Cameracensis episcopi, apostolicae Sedis nuntii, acquiescat. (Reg. 246, fol. 365 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Alberto de Bavaria, gubernatori comitatuum Hannonie, Hollandie et Zelandie.* Ex paterne compassionis —. Datum ut supra. »

1291 Avignon, 8 octobre 1364.

Johanni, comiti Licii et Guidoni ac Engelberto de Augia, fratribus, scribit de eodem. (Reg. 246, fol. 365 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Johanni, comiti Licii et Guidoni ac Engelberto de Augia fratribus.* Ex paterne compassionis —. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1292 Avignon, 8 octobre 1364.

Engelberto, archiepiscopo Coloniensi, notificat se Alberto de Bavaria, ballivo et conservatori comitatuum Hanoniae, Hollandiae et Zelandiae, pro Petro, episcopo Cameracensi, scripsisse, ipsumque rogat ut pro dicto episcopo apud eumdem Albertum comitem, prout poterit, partes suas interponat. (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Engelberto, archiepiscopo Coloniensi.* Scribimus dilecto filio —. Datum ut supra (1). »

1293 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Philippo, episcopo Tornacensi. (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

1294 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Johanni, abbati monasterii sancti Bavonis Gandensis, ordinis sancti Benedicti, Tornacensis dioecesis, « sed loco *fraternitatem* dicatur *discretionem.* » (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

1295 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Wincislao, Lucemburgensi ac Brabantiae duci, « sed loco *discretionem* ponatur *nobilitatem.* » (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

1296 Avignon, 8 octobre 1364.

In e. m. Sigero de Belia, militi. (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

1297 Avignon, 8 octobre 1364.

Ludovico, comiti Flandrensi, de causis, quae inter Petrum, episcopum Cameracensem et ejusdem ecclesiae capitulum in curia Romana vertebantur, scribit, asserens quod idem episcopus coram summo pontifice et cardinalibus nulla derogatoria verba contra comitem ipsum protulit; eum igitur hortatur ad omnem turbationem, quam contra dictum episcopum concipere potuit, totaliter removendam. (Reg. 246, fol. 366 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Flandrensi, salutem etc.* Ex litterarum tuarum, dudum nobis super causis, que inter venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum, ex una parte et dilectos filios capitulum Cameracense ex altera in Romana curia vertebantur, directarum, tenore didicimus tue nobilitati fuisse rela-

(1) La lettre qui précède, adressée à Louis, comte de Flandre, est datée d'Avignon, le VIII des ides d'octobre, an II.

tum quod idem episcopus eorum nobis et fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus contra te verba derogatoria protulisset; nos igitur, pium estimantes et justum perhibere testimonium veritati ac de intimis tui cordis rubiginem cujuslibet rancoris abradere, quam mendax suggestio forsitan introduxit, te scire nostro testimonio volumus et pro certo tenere quod idem episcopus coram nobis verba non protulit nec fecit proferri, per que tui honoris claritudini potuerit derogari, sed causas suas hujusmodi mature prosecutus extitit et discrete. Quare nobilitatem eandem rogamus attente quatinus omnem turbationem, quam ex hujusmodi suggestione tibi facta contra dictum episcopum concepisses, de tua mente penitus removens, ipsum pro reverencia Dei ut patrem tuum spiritualem diligas et honores ac eum et suam ecclesiam tuis favoribus habeas commendatos. Datum Avinione, VIII idus octobris, anno secundo. »

1298 Avignon, 9 octobre 1364.

Florentinos hortatur ut, cum ecclesia Romana, Johanna, regina Siciliae, majoresque civitates Tusciae contra comitivas se invicem colligare velint, ipsi colligationi praedictae adhaerere non differant. (Reg. 246, fol. 346 verso.) (1).

« *Dilectis filiis .. prioribus artium et vexillifero justicie, ac comuni civitatis Florentine, salutem.* Piget nos, filii dilecti, vestra et aliorum filiorum dampna et injurias reminisci, eorumque memoriam vestris obtutibus non absque doloris aculeo presentamus, sed ubi cernimus vos a talium malorum iterata perpessione non tutos, et ea vestris vicinis et remotis fratribus irrogari, reticere non possumus nec debemus quin illata jam mala, et nisi eis provide obvietur, a longe verisimiliter inferenda pro tempore ante vestre discretionis oculos proponamus. Nostis siquidem, et utinam ignorare possetis, que rerum dampna, hominum cedes, vulnera et vincula et alias calamitosas injurias illi viri nepharii de dampnabilibus comitivis vobis olim et omnibus pene Italicis irrogarint, et adhuc quibusdam Italie populis aut irrogant, aut irrogare minantur, ipsam Italiam nunc in hiis, nunc in illis ad exterminium miserabile deducentes, ad quos propellendos et dissipandos, tanquam ethicos et filios alienos, non solum hii, qui alternis vicibus tanta calamitate tanguntur, sed saltem propter caritatem que Deus est, totus unanimiter deberet exurgere populus christianus. Miramur itaque, et pre anxietate torquemur, quod cum, prout audivimus diversis relatibus fidedignis, venerabilis frater Egidius, episcopus Sabinensis, et dilectus filius nostri Andruinus, tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolice Sedis legati, pro terris Romane Ecclesie quas gubernant, ac Johanna, regina Sicilie illustris, majoresque civitates Tuscie, et nonnulli viri potentes contra comitivas easdem se velint invicem colligare, vos, qui ad tantum malum profugandum deberetis inter ceteros prompti existere, ad hoc cum multa instancia requisiti, difficultatem, prout dicitur, ingeratis, et tam vestris quam fratrum et vicinorum vestrorum nolitis dispendiis et periculis obviare. Quare universitatem vestram, que multo solet vigere prudencia in presentibus et providencia in futuris, paterne requirimus, hortamur et observamus in Domino quatinus, non obstantibus quibuscumque pactionibus, per vos cum eisdem comitivis forsan habitis, quas auctoritate apostolica, quam a Deo recepimus, duximus per nostras speciales litteras cassandas et etiam irritandas, et non attentis gravium expensarum oneribus que hactenus pertulistis, cum alii, qui colligationem hujusmodi volunt facere, forte non minus gravati fuerint et existant, bonumque sit et jocundum fratres esse unanimes et concordes, velitis prompte colligationem facere supradictam, non dantes causam quod ipsa tam salubris colligatio propter vestram desistenciam dimittatur, sed sicut civitas vestra inter urbes Italicas grandi potencia et honorabilitate pollet, sic ad tollendum obprobrium et propulsandas miserias vestre nationis precipui et magnanimes existatis, in hoc Deo et nobis cunctisque fidelibus, presertim eisdem Italicis, placituri, et ab ipso Deo, qui [est] remunerator bonorum omnium, condigna premia recepturi. Datum Avinione, VII idus octobris, anno secundo. »

1299 Avignon, 9 octobre 1364.

Carolo, regi Franciae, magistrum Petrum de Auxeio, legum doctorem, capellanum suum et sacri palatii apostolici causarum auditorem, latorem praesentium, commendat. (Reg. 246, fol. 347 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Cum dilectus filius —. Datum ut supra. »

(1) Cette bulle a été publiée, sous la date fautive du 6 octobre 1364, par M. G. Canestrini, dans ses *Documenti per servire alla storia della milizia italiana* (*Archivio storico Italiano*, série I, t. XV, p. 83), d'après une copie conservée à l'*Archivio di Stato de Florence*, *Arch. delle Riformagioni*, clas. XI, dist. I, n. 16, a carte 56 tergo).

1300 Avignon, 15 octobre 1364.

Johanni, archiepiscopo Remensi, ut in sua provincia concilium synodale, ad ea quae pro utilitate cleri et populi opportuna fuerint tractanda, convocet. (Reg. 246, fol. 347 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Remensi, salutem etc.* Tua debet non ignorare fraternitas quod olim sancti patres tam Romani pontifices quam alii ecclesiarum prelati, curam solertem super gregem dominicum exercentes, de celebrandis conciliis, in quibus de extirpandis viciis et perlatandis virtutibus tam in clero quam populo ac de conservanda libertate ecclesiastica, de statu quoque ecclesiarum et piorum locorum dirigendo salubriter agebatur, prout eorum gesta laudabilia litteris exarata demonstrant lucidius, fuerunt plurimum studiosi, ex hiisque status ecclesiasticus in spiritualibus et temporalibus multum crevit ; sed, proth dolor, succrescente paulatim prelatorum desidia omissaque continuatione conciliorum hujusmodi, pululant vicia, crescit indevotio populi, prefata libertas minuitur, cultus divinus negligitur, irrogantur a laicis clero gravamina et in temporalibus bonis, ad divinum deputatis obsequium, sentitur non modicum detrimentum. Optantes igitur quod tantis malis in tua provincia per salubrem tuam et tuorum fratrum providenciam occurratur, eandem fraternitatem hortamur attente quatinus, communicato concilio aliquorum tuorum suffraganeorum, de quibus tue circunspectioni videbitur, concilium tue provincie, in quo de hiis que pro laude Dei ac utilitate cleri et populi fuerint oportuna provida examinatione tractetur et provideatur, studeas convocare, per hoc tuam exequens debitum et aliis metropolitanis presertim Gallie exemplum tribuens similiter faciendi. Datum Avinione, idus octobris, anno secundo. »

1301 Avignon, 15 octobre 1364.

Ægidium cardinalem legatum hortatur ut ad regnum Siciliae se transferat celeriter, dummodo ex absentia ipsius terris ecclesiae Romanae nullum periculum immineat. (Reg. 246, fol. 347 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem etc.* Ad statum regni Sicilie, qui qualis sit tam in personis ecclesiasticis quam secularibus tua fraternitas non ignorat, frequenter nostre considerationis intuitum dirigentes, ardenter in votis gerimus illi per tue providencie ministerium subveniri. Ideoque fraternitatem eandem hortamur attente quatinus, si ex tua absencia terris Romane ecclesie, quas provide regis, evidens periculum non immineat, ad dictum regnum te transferre festines, ibidem facturus illa utilia que tibi Altissimus ministrabit; si vero ad illud ex predicta vel alia rationabili causa adhuc personaliter non possis accedere, quanquam in eo per alium seu alios aliqua facias exerceri, ad levationem tamen tue procurationis aliquatenus non procedas. Datum Avinione, idus octobris, anno secundo. »

1302 Avignon, 15 octobre 1364.

Stephano, episcopo Parisiensi, mandat ut Johannem, abbatem monasterii de Moris, Cisterc. ord., Lingonensis dioecesis, quem in carceribus detinet mancipatum, Johanni, abbati monasterii Clarae Vallis, ordinis et dioecesis praedictorum, ejusdem abbatis de Moris patri abbati, vel ejus certo nuntio, faciat assignari. (Reg. 246, fol. 348 recto.)

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Parisiensi.* Ad fraternitatis tue noticiam deducimus per presentes quod causam dilecti filii Johannis, abbatis monasterii de Moris, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis, per venerabilem fratrem nostrum Guidonem, episcopum Portuensem, cui commiseramus eandem, remitti fecimus ad dicti ordini capitulum generale, ibidem per ipsum capitulum, secundum ejusdem instituta ordinis, fine debito terminandam. Quare ut dicta causa valeat celeriter expediri, tibi presentium tenore mandamus quatinus dictum abbatem, quem tenes tuis mancipatum carceribus, dilecto filio Johanni, abbati monasterii Clarevallis, ordinis et diocesis predictorum, ejusdem abbatis de Moris patri abbati, vel ejus certo nuncio, quam cito super hoc requisitus fueris, facias assignari. Datum Avinione, idus octobris, anno secundo. »

1303 Avignon, 16 octobre 1364.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, qui a bellica novitate contra abbatem monasterii Anianae, ord. S. Ben., Magalonensis dioecesis, abstinuit, congratulatur, eumque hortatur ut de solida pace, inter ipsum et dictum abbatem facienda, Petrum, abbatem monasterii Sancti Guillelmi de Desertis, dicti ordinis, Lodovensis dioecesis, benigne audiat et hujusmodi paci vel treugis adhaerere non differat (Reg. 246, fol. 349 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii.* Ex litteris dilecti —. Datum Avinione, XVII kal. novembris, anno secundo. »

1304 Avignon, 16 octobre 1364.

Petro, abbati monasterii Sancti Guillelmi de Desertis, ord. S. Ben., Lodovensis dioecesis, mandat ut, ad praesentiam Caroli de Artesio, comitis Pedenatii, se conferens, eum ad pacem cum abbate monasterii Anianae faciendam hortetur. (Reg. 246, fol. 349 verso.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Guillelmi de Desertis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lodovensis diocesis.* Circumspectionis tue diligentiam —. Datum ut supra. »

1305 Avignon, 16 octobre 1364.

Johanni Palaeologo, imperatori Graecorum, de auxilio ab ipso oblato pro passagio generali et de reductione ipsius ac subditorum ad fidem catholicam. (Reg. 246, fol. 348 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 108.)

« *Magnifico viro Joanni Paleologo, imperatori Grecorum, illustri, gratiam in presenti, que perducat ad gloriam in futurum.* Imperialis celsitudinis litteras, per dilectum filium Michaelem Malaspinam, civem Januensem, nuncium tuum, latorem presentium, nostro apostolatui destinatas, paterna benignitate recepimus, et tam contenta in eis quam illa que dictus nuncius nobis pro tui parte curavit exponere, intelleximus diligenter; admodumque gratum redditur nostris affectibus quod tua letetur sublimitas quod ad recuperationem Terre Sancte ac impugnationem hostium superborum sacratissime fidei, ad cujus defensionem et propagationem nos, licet indignos, divina dignatio in culmen summi pontificatus evexit, indiximus passagium generale, quodque in tanto nostri Salvatoris obsequio et christianitatis commodo et honore nobiscum et cum orthodoxis principibus aliisque Christi fidelibus ingenti, prout tua indicabat epistola, devotione concurras, ad hoc tua et tuorum subditorum auxilia prompta liberalique magnificentia offerendo. Nos itaque proinde tuam magnitudinem multipliciter commendantes in domino et ad continuationem tam laudandi propositi paternis consiliis animantes, eam rogamus et hortamur attente quatinus, cum Christi fideles, in prefato profecturi passagio, ad partes tui imperii declinabunt, eis pro reverentia Dei, cujus prosequentur negotium, tui favoris presidia largiaris. Nos enim, gerentes in votis te ac populum tuum ab infidelium Turcorum incursibus et tyranide liberari ac per beneficia nostra et Latinorum corpori sancte catholice et apostolice ecclesie, a qua discedentes lacrymabiles potius quam enarrabiles miserias animarum et corporum ac detrimenta bonorum temporalium et antique Grecorum glorie toti orbi opinatissime incurristis, ad Dei honorem ac celestium civium de tantarum ovium perditarum reductione ad ovile dominicum ac ad gaudium universalis ecclesie hostiumque ipsius mestitiam et terrorem indissolubiliter reuniri, apostolice Sedis legato, ad partes ultramarinas cum gentibus dicti passagii profecturo, necnon christiani exercitus generali capitaneo, de quo post obitum clare memorie Johannis, regis Franciae, quem dicti exercitus capitaneum feceramus, nondum deliberavimus, cum tempus erit transfretandi, mandare curabimus quod te ac subditos tuos habeant commendatos, a tuis et tuorum offensis penitus abstinendo. Datum Avinione, XVII kalendas novembris, anno secundo. »

1306 Avignon, 17 octobre 1364.

Carolo, regi Franciae, ut litteras regias de reductione focorum civitatis et dioecesis Mimatensis quam cito faciat expediri. (Reg. 246, fol. 349 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 118, n° XL.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Nuper significacione fidedigna jocunde percepimus quod tua magnificencia, nostris precibus annuens, litteras tam gracie quam justicie super reductione focorum civitatis et diocesis Mimatensis ad verum numerum qui habetur hodie in eisdem, olim per clare memorie Johannem, regem Francie, genitorem tuum, ad instanciam nostram facta, mandavit totaliter expediri sed quod gentes camere regie ipsas litteras arrestarunt. Quare serenitatem tuam, quanto cordialius possumus, deprecamur quatinus ad terram illam nimium debilitatam dirigens oculos regie pietatis, concessam nobis hujusmodi graciam seu dictas litteras super ea, amotis impedimentis quibuslibet, velis facere expediri. Datum Avinione, XVI kal. novembris, anno secundo (1). »

1307 Avignon, 17 octobre 1364.

Magistris camerae compotorum Parisiensis ut expeditionem dictarum litterarum diutius non differant. (Reg. 246, fol. 350 recto.)

« *Dilectis filiis .. magistris camere computorum caris-*

(1) Cf. plus haut, n° 744 et la note explicative. Les lettres de Charles V, que la Chambre des Comptes n'avait pas encore expédiées le 17 octobre, sont datées du mois d'août 1364; elles sont transcrites dans le Reg. JJ 96 du Trésor des Chartes, n° 180, fol. 61 recto. (Arch. nat.).

simi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris. Nuper significacione fidedigna. — Datum ut supra. »

1308 Avignon, 17 octobre 1364.

Anglico, episcopo Avinionensi, ejusque successoribus concedit facultatem, curia Romana ibidem existente, in capella sua alta voce celebrandi et alia divina officia exercendi. (Original aux *Archives départementales de Vaucluse*, série G, Fonds de l'archevêché d'Avignon; bulle en plomb; Bullarium, fol. 43. — Reg. vat. 246, fol. 370 verso. De curia. — Reg. 261, fol. 142 verso. Litt. divers. form. n° 117. — Duhamel, *Un neveu de Jean XXII*, *loc. cit.*, p. 434-435.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Avinionensi, salutem etc.* Debitum equitatis exposcit ut sic nostris et nostre curie utamur honoribus et auctoritate fungamur quod nullus presertim fratrum nostrorum coepiscoporum, qui in partem nostre solicitudinis sunt assumpti quosque semper honorare cupimus, juribus et privilegiis derogemus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, tibi et tuis successoribus episcopis Avinionensibus quod in tuis civitate et diocesi Avinionensi, curia romana existente ibidem, possis in tua capella facere celebrare et alia divina officia exercere et exerceri facere, alta voce, quotiens fuerit opportunum, ac, prout jura permittent, per alium seu alios de tuis subditis seu aliis inter ipsos tamen facere exerceri, proinde ac si dicta curia in eadem civitate vel diocesi non existeret, quibuscumque constitucionibus, privilegiis, statutis ac aliis nonobstantibus, de speciali gratia, auctoritate apostolica, tenore presencium indulgemus. Nulli ergo hominum etc. Datum Avinione, XVI kal. novembris, anno secundo. »

1309 Avignon, 18 octobre 1364.

Fulconi de Agouto, militi, domino Vallium Saltus et Ollae, Provinciae senescallo, ut commissarios, quos ad castra Aquensis ecclesiae, de causis usurarum cognituros, misit, studeat revocare, cum hujusmodi cognitio ad Johannem, archiepiscopum Aquensem, pertinere noscatur. (Reg. 246, fol. 351 recto.)

« *Nobili viro Fulconi de Agouto, militi, domino Wallium Saltus et Olle, Provincie senescallo, spiritum consilii sanioris.* Exposuit nobis venerabilis frater noster Johannes, archiepiscopus Aquensis, quod quidam tui commissarii ad cognoscendum de causis usurarum ad castra sue Aquensis ecclesie accesserunt, ibidem in prejudicium jurisdictionis dicti archiepiscopi se de usuris eisdem intromittere presumentes. Quare cum hujusmodi cognitio ad ipsum archiepiscopum pertinere noscatur, nobilitatem tuam hortamur attente mandantes quatinus dictos commissarios statim studeas revocare, non permittens eos de hiis in eisdem castris aliquod exercere, ea que per ipsos gesta sunt in predictis, cum sint in prejudicium jurisdictionis ecclesiastice ac temporalis dicti archiepiscopi, ad statum pristinum reducendo; ipse quidem archiepiscopus et sui officiales super hiis justiciam conquerentibus ministrabunt. Datum Avinione, XV kal. novembris, anno secundo. »

1310 Avignon, 18 octobre 1364.

Cum episcopus Carcassonensis, de apostolico mandato, Adhemarium de Portabone, militem, de comitatu Sabaudiae, ac Geraldum Fabri de Duratio, Bernardum Rigaldi, Guillelmum Arnaldi de Maloleone, Raymundum de Poquier, Bidonem de Podio Guillelmi ac Bernardum de Laborda, domicellos, Agennensis, Adurensis, Sarlatensis et Convenarum dioecesium, de haeretica pravitate suspectos, in carcere detineat, archiepiscopo Narbonensi mandat pontifex ut ipse contribuat et suffraganeos suos, archiepiscopum Tolosanum ejusque suffraganeos ac Albiensem et Castrensem episcopos contribuere faciat in expensis, quae dictos nobiles custodiendi causa fiunt. (Reg. 246, fol. 370 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Narbonensi.* Cum per nostras —. Datum Avinione, XV kal. novembris, anno secundo. »

1311 Avignon, 18 octobre 1364.

Narbonensi et Tolosano archiepiscopis, eorumque suffraganeis, necnon Albiensi et Castrensi episcopis, mandat ut in ecclesiis suis faciant publicari ne aliquis frangere praesumat carceres Johannis, episcopi Carcassonensis, in quibus nobiles supradicti, de haeretica pravitate suspecti, detinentur. (Reg. 246, fol. 371 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Narbonensi et .. Tholosano archiepiscopis ac eorum suffraganeis, necnon Albiensi et Castrensi episcopis.* Circa defensionem catholice —. Datum ut supra. »

1312 Avignon, 19 octobre 1364.

Johanni, episcopo Carcassonensi, et inquisitori haereticae pravitatis in partibus Carcassonae, ac ejus locum tenenti mandat ut contra praefatos nobiles haereticos procedant ac totum

processum inquisitionis fideliter apostolicae Sedi transmittere procurent. (Reg. 246, fol. 372 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Carcassonensi et dilectis filiis inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassone ac ejus locum tenenti.* Super custodiam gregis —. Datum Avinione, XIIII kal. novembris, anno secundo. »

1313 Avignon, 16 octobre 1364.

Eidem episcopo ejusque vicario in spiritualibus, ut de negotio praedicto inquirant diligenter veritatem et faciant justitiae complementum. (Reg. 246, fol. 372 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Carcassonensi ac ejus vicario in spiritualibus.* Ad audienciam nostram —. Datum ut supra. »

1314 Avignon, 19 octobre 1364.

Johannem, episcopum Carcassonensem, hortatur ut nobiles supradictos, qui dampnalibus comitivis adhaeserunt, de haeretica pravitate suspectos, diligentissime in carceribus episcopatus Carcassonensis, si ibidem ipsos tute valeat retinere, alioquin in burgo civitatis Carcassonensis aut in alio loco tuto faciat custodiri. (Reg. 246, fol. 373 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Carcassonensi.* Cum tua fraternitas —. Datum Avinione, XIIII kal. novembris, anno secundo. »

1315 Avignon, 20 octobre 1364.

Johannae, reginae Siciliae, ut domania, quae ad manum suam per obitum Roberti, imperatoris Constantinopolitani, redierunt, nulli concedat. (Reg. 246, fol. 352 recto.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* De obitu clare memorie Roberti, imperatoris Constantinopolitani, consanguinei tui, quem ut carissimum filium habebamus in caritatis visceribus, doluimus et dolemus, illumque rogamus suppliciter, qui in excelsis imperat, ut ejusdem defuncti animam potiri faciat gloria beatorum. Verum quia ad aures nostras fidedigna relatione pervenit quod tu civitates, terras et castra tui domanii, que idem imperator tenebat, dum viveret, ad manum tue curie fecisti recipi, et pro solutione census, in quo teneris Romane ecclesie, deputasti, nos proinde tuam providenciam, per quam non solum indempnitati ejusdem ecclesie, sed tuo et regni tui periculoso statui providisti salubriter, digne laudis preconio commendamus. Et licet de tua confidemus constancia quod ea, que in hac parte, tam pro te ac regno quam ecclesia memoratis, peragisti prudenter, servabis inviolabiliter in futurum, nichilominus tamen quia nostra monitio in te operari debet laudandi propositi bonique operis incrementum, serenitatem tuam monemus et hortamur in domino, tibi districtius injungentes, quatinus, discrete attendens quod ex subtraxione domaniorum hujusmodi debilitas status tui et regni predicti manifeste provenit, multeque inde flebiles calamitates in regno prelibato emerserunt, quas plenius tu novisti, eadem civitates, terras et castra, aut aliqua vel aliquod ex eisdem, nulli persone concedas, diligenterque caveas ne aliquorum, cujuscumque conditionis existant, suggestionibus seducaris; alioquin processus apostolicos, dudum super hiis factos, ut nosti, contra te dantem, et recipientes quoscunque, et in hiis dantes auxilium, consilium vel favorem, taliter, actore Domino, exequemur quod delinquentes in premissis penitebit mandatis apostolicis minime paruisse. Per suprascriptam autem nostram commendationem, conventionibus dudum factis et habitis inter Romanam ecclesiam et clare memorie Carolum primum, abavum tuum, in concessione dicti regni, non intendimus in aliquo derogare; sed, non obstante deputatione predicta, ut premittitur, per te facta, te et successores tuos ac totum regnum prefatum teneri volumus sicut prius. Datum Avinione, XIII kalendas novembris, anno secundo. »

1316 Avignon, 23 octobre 1364.

Ægidio cardinali legato de legatione ejus in partibus Siciliae et de provinciae Romandiolae regimine scribit, ipsum hortans ut Nicolao de Neapoli, de hoc ipsi scripturo, fidem adhibeat. (Reg. 246, fol. 355 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Ut malignandi causam malignari solitis, quantum in nobis fuerit, auferamus et pericula que possent accidere devitemus, personaque tua, cui ex legatione regni Sicilie, ubi eris plurimum implicatus, multum sunt adaucti labores, ex parte aliqua, presertim ubi vigilandum erat attencius, aliqualiter relevetur, super regimine provincie Romandiole, pluries cum fratribus nostris digesta deliberatione prehabita, tue fraternitatis honorem quanto melius possumus merito conservare volentes, providimus per tuam circumspec-

tionem fieri sicut dilectus filius magister Nicolaus de Neapoli, legum doctor, advocatus noster fiscalis, de nostro mandato plenius tibi scribit; ideo ea que ipse tibi scribit in hac parte credas indubie et efficaciter exequaris. Datum Avinione, X kalendas novembris, anno secundo. »

1317 Avignon, 23 octobre 1364.

Cum inter Bernabonem de Vicecomitibus et ecclesiae Romanae colligatos, de restitutione quorumdam castrorum Reginensis dioecesis, gravis discordia suscitata sit, Andruino cardinali legato mandat pontifex ut dicta castra sub Ecclesiae regimine et custodia suscipiat, donec altercatio hujusmodi terminata fuerit. (Reg. 246, fol. 353 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Inter dilectos filios nobiles viros Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem ac .. colligatos cum sancta Romana ecclesia, super restitutione Hirberie et quorumdam aliorum castrorum Reginensis diocesis, grandem nimis altercationem et discordiam succrescere sencientes, et de futuris periculis verisimiliter dubitantes, vias et modos libenter exquirimus per quos hujusmodi obviare periculis et dictam sedare discordiam valeamus. Putantes itaque quod, si castra ipsa in manus nostras seu tuas nomine nostro ponantur pro aliquo tempore, partes ipse in novitatem noxiam non prorumpent, interimque per tuam providenciam, in quam per partes easdem super hoc extitit compromissum, concordationis vel diffinitionis remedium salubriter adhibebitur, ut speramus, et propterea tenentibus ipsa castra scripta nostra dirigimus, eos exhortantes attencius quod eadem castra tibi seu deputandis a te nomine nostro recipientibus tradere studeant, per te vel deputandos eosdem dicto nomine, donec hujusmodi altercatio terminata fuerit, vel nos aliud ordinandum duxerimus, regenda et auctore Domino prospere gubernanda, prout in eisdem litteris, quarum copiam presentibus interclusam mittimus, plenius continetur. Quare circumspectioni tue presentium tenore mandamus quatinus litteras, quas eisdem tenentibus dicta castra una cum presentibus destinamus, eis facias presentari eosque ad ea que ipsis scribimus, secundum prudenciam tibi datam a Domino, efficaciter exhorteris, eademque castra, si ea tibi tradiderint, nomine nostro recipias ac per officiales et gentes tuos et ejusdem ecclesie in pace ac justicia regi facias et fideliter custodiri, donec hujusmodi discordia per viam justicie vel concordie fuerit terminata aut nos aliud in hac parte duxerimus ordinandum. Datum Avinione, X kal. novembris, anno secundo. »

1318 Avignon, 23 octobre 1364.

Vicarium et sindicos civitatis Massiliensis iterum rogat ut Geraldum Lordi, civem Massiliensem, ejusque complices in hac parte compellant ad restitutionem octoginta septem librarum et dimidiae, ad pondus grossum croci, Nofrio Richi de Florentia ejusque sociis, mercatoribus curiam Romanam sequentibus, absque morae ulterioris dispendio, faciendam. (Reg. 246, fol. 354 recto.)

« *Dilectis filiis .. vicario et sindicis civitatis Massiliensis.* Nuper vobis direximus —. Datum Avinione, X kal. novembris, anno secundo. »

1319 Avignon, 23 octobre 1364.

Eisdem mandat ut dictum Geraldum Lordi, civem Massiliensem et ejus in hac parte complices ad quadraginta florenos auri, quos a Nicolao Comitis et sociis ejus de Florentia, mercatoribus curiam Romanam sequentibus, pro quampluribus ipsorum mercatorum pannis, quos super quadem navi conduci ad eamdem curiam faciebant, recuperandis, injuste exegerunt, restituendos et ad satisfactionem dampnorum et expensarum, quae mercatores ipsi propterea sustinuerunt, eis faciendam, compellere curent. (Reg. 246, fol. 354 verso.)

« *Eisdem.* Nuper vobis scripta —. Datum ut supra. »

1320 Avignon, 23 octobre 1364.

Arcambaldo de Rupe, militi, ut, occasione necis Antoneti, nati sui, incolas villae Aureliaci, sancti Flori dioecesis, molestare desinat. (Reg. 246, fol. 354 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arcambaldo de Rupe, militi Sancti Flori diocesis, salutem, etc.* Fidedigno relatu nuper accepimus displicenter quod, ex eo quod quidam de villa Aureliaci, Sancti Flori diocesis, quondam Atonetum natum tuum, non ex culpa seu machinatione universitatis dicte ville sed ex propria malicia, interfecit, tu, paterno dolore commotus, hujusmodi injuriam in dictam universitatem, quamvis ipsa reum non defendet eundem nec alias fuerit in culpa necis hujusmodi, sine ratione retorquens, contra dictam villam guerram minaris facere et ad hoc aliquos potentes satagis provocare. Licet igitur tibi de vehemencia tante mesticie paterno compatiamur affectu, dolemus tamen quod sic mentem tuam

dolor absorbet sicque tuum facit errare judicium quod, licitum ab illicito non discernens, moliris offendere innocentes, exponens te et tuos gravibus facturis et periculis et animam tuam in dampnationis baratrum demergere non pavescens. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, Deum habens pre oculis, dictam villam seu ejus incolas, qui nobis subesse noscuntur, cum de ipsis, si justam actionem habes contra eos, parati sumus ministrare justiciam, non molestes nec facias molestari; alioquin si, quod absit, ad bellicas novitates procederes, nos contra te tuosque fautores et adherentes exigente justicia procedere cogeremur. Datum Avinione, X kal. novembris, anno secundo. »

1321 Avignon, 23 octobre 1364.

Arnaldum, vicecomitem Villamuri, rogat ut ab omni noxia novitate, incolis civitatis Aureliaci, Sancti Flori dioecesis, ecclesiae Romanae subjectae, inferenda abstineat. (Reg. 246, fol. 335 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo, vicecomiti de Villamuro, salutem, etc.* Nuper fidedigna relatione percepimus quod dilectis filiis habitatoribus ville de Aureliaco, Sancti Flori diocesis, nobis et ecclesie Romane subjecte, ex certis causis frivolis quas pretendis guerram facere comminaris et paras. Cum itaque injurias et dampna que habitatoribus et ville inferrentur eisdem non possemus conniventibus oculis pertransire, nobilitatem tuam monemus et rogamus attente quatinus, pro nostra et apostolice sedis reverentia, ab omni noxia novitate et injuria eisdem habitatoribus inferenda abstineas et per gentes tibi subditas facias abstineri; nos enim de habitatoribus ipsis, si te vel gentes tuas in aliquo leserint vel tibi aut ipsis in aliquo teneantur, parati sumus taliter complementum justicie facere quod merito poteris contentari; alioquin si, quod absit, ad bellicas novitates procederes, nos contra te tuosque fauctores et adherentes exigente justicia procedere cogeremur. Datum Avinione, X kal. novembris, anno secundo. »

1322 Avignon, 23 octobre 1364.

Archiepiscopo Remensi, ut ab omni procuratione, quae sibi a monasteriis seu personis ecclesiasticis suae provinciae, ratione visitationis, deberetur, hinc ad biennium omnino desistat exigenda; ipsi tamen non prohibet quin eadem loca ecclesiastica et personas omnimodis suis expensis per se vel alium valeat visitare. (Reg. 246, fol. 373 recto. De curia. — Reg. 262. fol. 18 verso. De curia. — Reg. 262 (1), fol. 39 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Remensi.* Ad ecclesiarum et —. Datum Avinione, X kal. novembris, anno secundo. »

1323 Avignon, 23 octobre 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Rothomagensi. (Reg. 246, fol. 374 recto. — Reg. 262, fol. 18 verso et fol. 39 recto. De curia.)

1324 Avignon, 23 octobre 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Turonensi. (*Reg.* 246, fol. 374 recto. — Reg. 262, fol. 18 verso et fol. 39 recto. De curia.)

1325 Avignon, 23 octobre 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Lugdunensi. (*Reg.* 246, fol. 374 recto. — Reg. 262, fol. 18 verso et fol. 39 recto. De curia.)

1326 Avignon, 23 octobre 1364.

In e. m. .. archiepiscopo Bituricensi. (*Reg.* 246, fol. 374 recto. — Reg. 262, fol. 18 verso et fol. 39 recto. De curia.)

1327 Avignon, 25 octobre 1364.

Salvaticum et Feltrinum de Boiardis et universitatem castri Hirberiae, Reginensis dioecesis, hortatur ad dictum castrum Andruino cardinali legato tradendum, sub ecclesiae Romanae custodia et regimine remansurum, donec altercatio, inter Bernabonem de Vicecomitibus et ipsos ejusdemque Ecclesiae colligatos de dicto castro suscitata, terminata fuerit. (Reg. 246, fol. 356 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Salvatico et Feltrino de Boiardis ac universitati castri Hirberie, Reginensis diocesis, salutem, etc.* Inter cunctos Christi fideles, nobis superna dispositione commissos, pacem avide querimus, inter illosque hoc solicitius procuramus qui, guerrarum turbinibus agitati, diutius plus indigent tranquillitatis pulcritudine refoveri. Cum itaque inter dilectos filios nobiles viros Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediola-

(1) Dans le Reg. Vat. 262, c'est la lettre à l'archevêque de Sarragosse qui est transcrite; les autres ne sont que des lettres *in eumdem modum.*

nensem, ex una, ac vos et colligatos cum sancta Romana ecclesia ex altera parte, super restitutione castri Hirberie, Regine diocesis, quod in custodia et manibus vestris consistit quodque idem Bernabos se asserit possedisse et tempore guerre, quam cum eisdem ecclesia et colligatis habebat, sibi fuisse ablatum, et propterea vigore pacis, dudum per eum cum eisdem ecclesia et colligatis facte, sibi debere restitui, magna sit altercatio, prout nostis, ex qua, nisi congruum apponatur remedium, grandis in partibus illis, quod absit, oriri turbatio formidatur, nos, de oportunis in hac parte remediis providere volentes, ac vos tanquam nostros precipuos filios et devotos, qui diu fuistis conquassati bellorum impetibus et nunc pace fruimini, ab omni preservare recidivo periculo cupientes, devotionem vestram, pro bono dicte pacis et vestra quiete ac salute et ut tollatur de medio omnis materia scandalorum, paterne requirimus et hortamur quatinus castrum ipsum cum ejus fortetiis dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, in quem per partes ipsas super hujusmodi restitutione fuisse dicitur compromissum, seu nunciis suis, per eundem legatum seu deputandos ab ipso nomine nostro et dicte ecclesie, donec hujusmodi altercatio per mutuam concordiam, ut speramus, terminata fuerit, seu nos aliud ordinaverimus, regendum et auctore Deo prospere gubernandum tradere ac apud eum deponere studeatis eidemque legato, qui in justicia et pace vos reget, et officialibus in ipso castro deputandis ab eo firmiter et fideliter pareatis. Datum Avinione, VIII kal. novembris, anno secundo. »

1328 Avignon, 25 octobre 1364.

In e. m. nobilibus viris domus de Robertis, civibus Reginensibus, ac universitati castri Sancti Martini de Robertis, Reginensis dioecesis, « sed ubi dicitur *castri Hirberie* dicatur *castri Sancti Martini de Robertis* (*Ibid.*, fol. 356 verso.)

1329 Avignon, 25 octobre 1364.

In e. m. Guidoni de Manfredis, domicello Reginensi, ac universitatibus castrorum Bozzani et Montisrichi, Reginensis dioecesis, « sed ubi dicitur *castri sancti Martini de Robertis*, dicatur *castrorum Bozzani et Montisrichi* etc., usque ad finem, mutato numero singulari in pluralem. (*Ibid.*, fol. 356 verso.)

1330 Avignon, 27 octobre 1364.

Bertrando, episcopo Anitiensi, de prosecutione causarum dictae Anitiensis ecclesiae, ut, consilio capituli sui praehabito, jura ecclesiae suae viriliter defendat. (Reg. 246, fol. 355 verso.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Aniciensi, salutem etc.* Tractatum concordie, nuper sine consilio tui capituli habitum inter te et dilectos filios cives Anicienses, tam super consulatu civitatis Aniciensis quam super aliis juribus ad ecclesiam tuam spectantibus, examinari et videri fecimus diligenter, de ipsoque fidelis et plena fuit relatio nobis facta; et, quia dicta tractata concordia, super qua nostra confirmatio petebatur, in magnum cedebat prejudicium tue Aniciensis ecclesie, eam nolumus confirmare. Igitur, cum propter hoc a prosecutione et defensione jurium ejusdem ecclesie non sit propterea desistendum sed circa ipsas prosecutionem et defensionem potius insistendum, fraternitatem tuam hortamur mandantes attente quatinus in prosequendo causas super hiis pendentes non sis tepidus vel remissus, quinimmo eas, communicato consilio dicto capituli, tam in curia regia quam alibi ubi fuerit oportunum, solicita ac viriliter prosequaris, sic quod, preter eterne premium quod exinde merito consequeris, te amplius diligere propterea teneamur. Datum Avinione, VI kal. novembris, anno secundo. »

1331 Avignon, 28 octobre 1364.

Carolum de Artesio, comitem Pedenatii, qui, arbitrium curiae Romanae negans, Johannem, abbatem monasterii Anianae, ord. s. Ben., Magalonensis dioecesis, molestare non desinit, requirit ut omnes personas ecclesiasticas a se captas relaxet, omnia bona spoliata restituat, et magistri Johannis Robinelli, archidiaconi de Briansono in ecclesia Pictavensi, licentiati in utroque jure, capellani papae et sacri palatii apostolici causarum auditoris, apostolicae Sedis nuntii, ac Raymundi de Sancto Michaele, armorum servientis, praesentium latorum, monitis acquiescat. (Reg. 246, fol. 356 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii.* Potest tua generosa —. Datum Avinione, V kal. novembris, anno secundo. »

1332 Avignon, 29 octobre 1364.

Andruino cardinali legato, ut litteras suprascriptas, Avinione VIII kal. novembris datas, universitatibus castrorum quibus diriguntur transmittat castraque praedicta sub Ecclesiae custodia suscipiens, discordiam exinde inter Bernabonem

de Vicecomitibus et ejusdem Ecclesiae colligatos exortam studeat amicabiliter reformare. (Reg. 246, fol. 357 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Nuper cum inter —. Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno secundo. »

1333 Avignon, 29 octobre 1364.

Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, de obitu Roberti, imperatoris Constantinopolitani, fratris ejus, consolatur. (Reg. 246, fol. 358 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Obitum clare memorie Roberti, imperatoris Constantinopolitani, fratris tui, nuper intelleximus displicenter, tantoque inde dolemus amplius quanto ex perditione tam devoti et potentis filii sancte Romane matri ecclesie, ac regno Sicilie, cujus idem imperator, dum viveret, erat defensor precipuus, majus dampnum noscitur provenisse; sed ex eo debitam consolationem assumimus quod te, ipsius Roberti successorem inclitum, erga nos et dictam ecclesiam simili novimus devotione fervere, ac ad deffensionem et conservationem dicti regni efficaci speramus promptitudine preparatum. Quapropter serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus de tanta mesticia, sicut vir prudens et fortitudine preditus, in Domino consoleris, aliis tuis et ejusdem Roberti benivolis exemplum consolationis debite prebiturus, ac familiaritates et consorcia malorum virorum, qui sub specie (1) dilectionis et boni consilii puras mentes sepius a puritate divertunt et pertrahunt ad excessus, prudenter evitans, excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, tue consanguinee ac cognate, consuetum tue sinceritatis amorem et honorem exhibeas condecentem, ut tu et ipsa per mutue dilectionis vinculum et subventionis auxilium dictumque regnum votivis possitis successibus prosperari, nosque, qui de tua sumus sublimitate letati, propterea personam tuam, quam semper dileximus, prout diligimus, apostolicis favoribus uberius prosequi teneamur. Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno secundo. »

(1) Il y a dans le registre « *spem* », qui est une faute évidente de lecture.

1334 Avignon, 29 octobre 1364.

Johanni, episcopo Urbevetano, suo in Urbe vicario, mandat ut Johannem de Malagrimis, civem Romanum, capi faciat et in carceribus detineri ac de commissis et specialiter de cujusdam supplicationis falsificatione ab ipso facta se informans, Sedi apostolicae super praemissis relationem facere non differat. (Reg. 261, fol. 90 recto. De curia, n° 36.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Urbevetano, nostro in Urbe in spiritualibus vicario.* Cum nuper Johannes. — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno secundo. »

1335 Avignon, 1er novembre 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus, ut de quibusdam castris Reginensis dioecesis cum ecclesiae Romanae colligatis pacem observare studeat. (Reg. 246, fol. 374 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, salutem, etc.* Ambaxiatam pro parte tua per dilectum filium magistrum Gualdisium de Lovexellis, legum doctorem, ambaxiatorem tuum, super restitutione tuorum adherencium necnon Hirberie et quorumdam aliorum castrorum Reginensis diocesis, coram nobis et fratribus nostris prudenter et eloquenter expositam, benigne audivimus more patris, super eaque cum eisdem fratribus collationem habuimus diligentem, intellectaque tua bona voluntate, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, et ad observationem pacis dudum per te facte cum ipsa ecclesia et colligatis ejusdem, dilecto filio nostro Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, ac .. tenentibus ipsa castra taliter scribimus quod merito poteris contentari, prout dilectus filius Franciscolus Caymbasilica, cancellarius tuus, lator presentium, de hiis informatus plenarie, tue nobilitati referet oraculo vive vocis. Quare nobilitatem eandem paternis hortamur affectibus et rogamus attente quatinus, tuam voluntatem hujusmodi continuata operum exhibitione demonstrans, semper agas que Deo sint placita et ad bonum statum ejusdem ecclesie, matris tue, inter aliaque sibi grata illud scias esse precipuum quod cum colligatis eisdem, omni rancore deposito, inviolabiliter pacem serves et erga ipsos semper sinceram habeas voluntatem. Datum Avinione, kalendis novembris, anno secundo, »

1336 Avignon, 1er novembre 1364.

Episcopo Tornacensi, ut ab Hugone Arnaldi, canonico Leo-

diensi, licenciato in legibus, in certis partibus apostolicae Sedis nuntio ac collectore apostolicae camerae in provincia Remensi deputato, juramentum fidelitatis, quod ab omni collectore dicta Sedes exigit, recipere non differat, (Reg. 246, fol. 379 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Tornacensi.* Nuper dilectum filium Hugonem Arnaldi, etc. ... Forma autem dicti juramenti talis est : Ego Hugo Arnaldi, canonicus Leodiensis, licenciatus in legibus, in provincia Remensi apostolice sedis nuncius et collector auctoritate apostolica deputatus, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque Romane ecclesie et domino meo domino Urbano pape V suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, facto vel consensu ut vitam perdant aut membrum seu alias capiantur ; consilium vero quod michi per se vel alios fuerint creditури, me sciente, ad eorum dampnum vel prejudicium nulli pandam ; et si dampnum ipsorum, quod absit, scivero pertractari, pro posse meo impediam ne id fiat ; quod si per me nequiverim impedire, per nuncium aut alias ipsi seu aliis insinuatis eidem quamcito potero intimabo. Papatum Romanum et regalia beati Petri ac omnia jura Romane ecclesie in partibus mei officii existencia et aliis ubicumque, adjutor ero ad recuperandum perdita, defendendum habita et manutenendum omnia contra omnes ; nuntiationis et collectoris officium prelibatum fideliter et legaliter exercebo ; census, redditus, fructus et proventus ac alia, que ratione dicti officii ad meas seu succollectorum aut commissariorum meorum manus pervenerint, conservabo integraliter et conscribam ac de hiis veras apostolice camere reddam et integras rationes ; ab enxenniis et osculentis ac poculentis, illis duntaxat que paucis possent consumi diebus exceptis, etiam abstinebo et meos succollectores et commissarios, quantum in me fuerit, faciam abstineri. Sic me Deus adjuvet et hec evangelia sancta Dei manibus tacta meis et flexis genibus osculata. Datum Avinione, kalendis novembris, anno secundo. »

1337 Avignon, 2 novembre 1364.

Johannem de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, Cartus. ord., Avinionensis dioecesis, ad ecclesiam Arelatensem deputat, ut eam studeat reformare. (Reg. 246, fol. 378 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, ordinis Cartusiensis, Avinionensis diocesis.* Et si ad ecclesiarum —. Datum Avinione, IIII nonas novembris, anno secundo. »

1338 Avignon, 3 novembre 1364.

Andruino cardinali legato Franciscum, marchionem Estensem, apud curiam Romanam pro negotiis suis nunc existentem, commendat. (Reg. 246, fol. 375 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Quamvis dilectus filius —. Datum Avinione, III nonas novembris, anno secundo. »

1339 Avignon, 4 novembre 1364.

Guillelmo archiepiscopo, capitulo, singulisque personis ecclesiae Arelatensis, ut Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, ad dictae ecclesiae Arelatensis reformationem deputato, de duobus florenis auri, singulis diebus quibus in hujusmodi visitationis officio vacaverit, provideant. (Reg. 246, fol. 378 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, et dilectis filiis capitulo, singulisque personis ecclesie Arelatensis ac membrorum ipsius, cujuscumque status vel dignitatis existant.* Cum dilectum filium —. Datum Avinione, II nonas novembris, anno secundo. »

1340 Avignon, 5 novembre 1364.

Johannam, ducissam Britanniae, de morte ducis Britanniae, consortis ejus, consolatur. (Reg. 246, fol. 375 recto.)

« .. *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, ducisse Britannie, salutem, etc.* Commota fuerunt nostra precordia et doloris referta puncturis, cum nuper audivimus quondam strenuum virum .. ducem Britannie, consortem tuum, belli casu flebili cecidisse. Verum, filia dilecta, cum hujus mundi varietas nil habeat firmitatis et cuncti mortales inevitabili lege nature astringantur ad mortem, nec lacrime neque dolores possint vita functum a mortuis revocare, debes remedium consolationis assumere atque in Illo qui est spes, salus et redemptio nostra per virtutem prudencie confortari. Tue igitur nobilitati paternis monitis suademus ac illam in Domino exhortamur et rogamus attente quatinus in Domino, qui vulnerat et medetur et bonos probat in tribulationibus, conforteris, obiciens generosi animi tui prestanciam adversus hunc lacrimabilem casum tuum, sicque te decet agere ne ex dolore inconsolabili offendas Altissimum et te ipsam. Nos autem pro consolatione ac beneplacitis tuis offerimus, quantum cum Deo poterimus, tibi favorem apostolicum impertiri, pro tuaque ac tuorum salute ac quiete

certum nuncium nostrum ad partes illas intendimus de proximo destinare. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

1341 Avignon, 5 novembre 1364.

Johannae, reginae Siciliae, Jacobum Cera, legum doctorem, ipsius negotiorum in curia Romane promotorem, commendat. (Reg. 246, fol. 375 verso.)

« *Excellenti principisse Johanne, reginè Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Quanta fide quantaque —. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

1342 Avignon, 5 novembre 1364.

Eidem reginae de tribulationibus quas sustinet compatiens, ipsi notificat se Jacobo, regi Majoricarum, viro ipsius, scripsisse. (Reg. 246, fol. 376 recto.)

« *Eidem.* De multiplicibus tuis —. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

1343 Avignon, 5 novembre 1364.

Jacobo, regi Majoricarum, ut erga praefatam reginam amabilem et benignum se reddat. (Reg. 246, fol. 376 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri.* Dudum ad audienciam —. Datum ut supra. »

1344 Avignon, 5 novembre 1364.

Ludovico, duci Andegavensi, ut a temporalitate monasterii Beatae Mariae de Cunaldo, ord. s. Ben., Andegavensis dioecesis, manum suam amoveat prioremque et conventum juribus suis gaudere permittat (Reg. 246, fol 377 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavie, salutem, etc.* Nuper pro parte dilectorum filiorum Guidonis de Pinu, prioris, et conventus monasterii Beate Marie de Cunaldo, ordinis Sancti Benedicti, Andegavensis diocesis, capellani nostri, nobis fuit expositum quod, cum ipsum monasterium per quosdam tunc inimicos clare memorie Johannis, Francorum regis, genitoris tui, per plures annos fuisset detentum, tandem per dilectos filios nobiles viros Bertrandum de Gleyclino, comitem de Longavilla, et Amauricum, dominum de Crodonio, Andegavensis diocesis, fideles dicti regis, recuperatum fuit per potenciam armorum et per pactionem de quatuor milibus florenis auri vel circa, eisdem detentoribus seu aliis, ipsorum detentorum occasione, certis loco et tempore persolvendis; et quod, cum tunc temporis ex monasterio predicto et ipsius fortalicio ne caperetur ab hostibus periculum immineret, ipsum monasterium per prefatos Bertrandum et Amauricum nomine tuo, de consensu venerabilis fratris nostri .. episcopi Andegavensis et quondam Guillelmi, tunc prioris monasterii predicti, fuit in custodia traditum dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Lavalle et Gaufrido de Breyseyo, militibus Andegavensis diocesis, sub certis conventionibus et pactis, et specialiter quousque foret eisdem detentoribus vel aliis eorum nomine de quantitate hujusmodi satisfactum; et quod propterea predicti Bertrandus et Amauricus ad manum tuam temporalitatem dicti monasterii posuerunt, quam ex tunc tenuisti, prout tenes ad presens; quodque predicti prior et conventus bonis et juribus ipsius monasterii uti et gaudere non possunt nec in eodem decenter vivere nec divinum cultum ut convenit exercere, nisi a temporalitate predicta amoveas dictam manum. Quare, pro parte dictorum prioris et conventus fuit nobis humiliter supplicatum ut super hiis penes nobilitatem tuam dignaremur apponere preces nostras. Nos igitur, de tali statu dicti monasterii merito condolentes ac priorem prefatum, suis exigentibus meritis et contemplatione venerabilis fratris nostri Elie, episcopi Ostiensis, cujus idem prior nepos existit, prosequentes sincera in Domino caritate, et in tua et tui generis claritate plurimum confidentes, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, pro Dei et nostra et apostolice sedis reverencia, dictam manum tuam a predicta temporalitate amoveas liberaliter et benigne, ipsosque priorem et conventum bonis et juribus suis libere gaudere permittas, ac ab oppressionibus et injuriis aliorum custodiens et defendens ac in justis requestis benigne exaudiens, ipsos habeas specialiter commendatos, ut proinde eterne retributionis premium et apud omnes laudem et gratiam uberius consequaris. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

1345 Avignon, 5 novembre 1364.

Guidoni de Lavalle et Gaufrido de Breseyo, militibus Andegavensis dioecesis, Guidonem de Pinu, priorem monasterii bea-

tae Mariae de Cunaldo (1), ord. s. Ben., Andegav. dioec., capellanum suum, ejusque conventum commendat, ut in causis quae inter ipsos tractari debent exhibeant se benignos. (Reg. 246, fol. 377 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Lavalle et Gaufrido de Breyseyo, militibus, Andegavensis diocesis.* Dilectos filios Guidonem —. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

1346 Avignon, 5 novembre 1364.

In e. m. Johanni de Centreix, senescallo Andegavensi et ejus locum tenenti. (Reg. 246, fol. 377 verso.)

(1) Il y a partout dans le registre Cuvaldo.

1347 Avignon, 5 novembre 1364.

In e. m. Guillelmo Felleton, militi, « mutuo numero pluriali in singularem. » (Reg. 246, fol. 378 recto.)

1348 Avignon, 5 novembre 1364.

Mariam, ducissam Andegavensem, hortatur ut de negotio praefato, dictorum Guidonis de Pinu, prioris monasterii Beatae Mariae de Cunaldo (1), ejusque conventus justas petitiones exaudiat. (Reg. 246, fol. 378 recto.)

« *Dilecte in Christo filie Marie, ducisse Andegavie.* In favorem dilectorum —. Datum Avinione, nonis novembris, anno secundo. »

(1) Il y a dans le registre Cavaldo.

ANNUS TERTIUS

1349 Avignon, 10 novembre 1364.

Amedeo, comiti Sabaudiae, Guillelmum de Margarita, hostiarium suum, latorem praesentium, de quorumdam negotiorum expeditione commendat. (Reg. 247, fol. 1 recto)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

1350 Avignon, 10 novembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ad insulam et regnum Siciliae et alias ejusdem regni insulas atque terras, citra et ultra Farum consistentes, deputato, concedit ut in locis interdictis alta voce atque solemniter divina officia facere celebrari possit. (Reg. 261, fol. 156 recto. De curia, n. 1.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Cum te ad —. Datum Avinione, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno tercio. »

1351 Avignon, 10 novembre 1364.

Eidem concedit ut in Urbe ejusque districtu plenae legationis officium, sicut in insulis et locis praedictis, exercere possit. (Reg. 261, fol. 156 recto. De curia, n. 2.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi etc.* Cum nos nuper —. Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

1352 Avignon, 10 novembre 1364.

Eidem concedit ut in civitatibus et locis per quae, durante legatione sua, transierit, clericalem tonsuram ac minores et majores ordines personis ydoneis partium earumdem, per se vel alium antistitem seu antistites, conferre possit. (Reg. 261, fol. 156 recto. De curia, n. 3.) (1).

« *Venerabili fratri Egidio etc.* Cum te ad —. Datum

(1) A ces trois lettres de pouvoirs, délivrées par le Saint-Siège au cardinal Albornoz, avant son départ pour la légation de Sicile,

Avinione, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno tercio. »

1353 Avignon, 10 novembre 1364.

Artaudo de Meylano, ecclesiae Forcalquerii, Sistaricensis dioecesis, praeposito et comitatus Venaissini fiscali procuratori, mandat ut dicti comitatus locique Montilii Adhemarii, Valentinensis dioecesis, ad Romanam ecclesiam spectantium, vassallos ad hommagium Sedi apostolicae faciendum fidelitatisque juramentum praestandum compellat (Reg. 247, fol. 172 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Artaudo de Meylano, preposito ecclesie Forcalquerii, Sistaricensis diocesis, procuratori fiscali comitatus Venaysini, ad nos et Romanam ecclesiam pertinentis.* Fidedigna relatione percepimus —. Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

1354 Avignon, 12 novembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, mandat ut Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, de aliqua provisione annua provideat pro custodia civitatis Reginae et de quinque millibus trecentis florenis auri pro ejus stipendiis, si dicto Feltrino debeantur, faciat satisfactionem impendi. (Reg. 247, fol. 1 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* De mense julii —. Datum Avinione, II idus novembris, anno tercio. »

1355 Avignon, 12 novembre 1364.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, ut quaedam castra ad Feltrinum de Gonzaga pertinentia, quae Bernabonis de Vicecomitibus gentes injuste detinent occupata, dicto Feltrino faciat restitui et quaedam pacta, inter ipsum Feltrinum nomine Ecclesiae et Tordinum et Leonardum, comites de Panico, habita, faciat observari. (Reg. 247, fol. 2 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dudum nobis exposito pro parte dilecti filii nobilis viri Feltrini de Gonzaga, militis Mantuani, quod per quosdam adherentes et sequaces dilecti filii nobilis viri Barnabonis de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, quedam castra ad regimen dicti Feltrini spectancia, tempore guerre dicti Barnabonis contra eandem ecclesiam habite occupata, que vigore pactorum pacis facte super dicta guerra isti Feltrino restitui debuerunt, adhuc detinebantur, tibi in quem super hiis fuerat compromissum scripsimus, ut per te summarie ac de plano de predictis informatione recepta, si ita esset, eadem castra ad dictum Feltrinum spectancia faceres, prout posses, vigore compromissi prefati cito et libere relaxari, et quod super hoc eundem Barnabonem ex parte nostra, secundum tibi datam a Deo prudenciam hortareris. Sed, ut idem Feltrinus nobis nuper significare curavit, sibi dicta restitutio non esset facta; propter quod nostrum super hoc iterato auxilium imploravit. Quia igitur, si dicta restitutio fieri debeat et non fiat, posset inde provenire periculosa materia scandalorum, circumspectionem tuam iterum exhortamur quod super hiis diligenter provideas, et prout ad te spectat, debitam justiciam studeas ministrare. Insuper quedam pacta, per dictum Feltrinum, tunc existentem capitaneum exercitus ecclesie generalem, nomine dicte ecclesie promissa, ut asserit, dilectis filiis nobilibus viris Tordino et Leonardo, comitibus de Panico, prout alias tibi scripsimus, si sint rationabilia, facias impleris et etiam observari. Datum Avinione, II idus novembris, anno tercio. »

1356 Avignon, 12 novembre 1364.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum Romanae ecclesiae in partibus Italiae generali receptori, mandat ut Ægidio, episcopo Sabinensi, legato supradicto, in facto dicti Feltrini de Gonzaga pareat et intendat, dicto militi quinque millia et trecentos florenos auri de proventibus ecclesiae supradictae solvi faciens indilate. (Reg. 247, fol. 2 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, proventuum Romane ecclesie in partibus Italie pro nobis et eadem ecclesia generali receptori.* Dudum venerabili fratri. — Datum Avinione, II idus novembris, anno tercio. »

il faut ajouter la suivante, qui ne se trouve point transcrite dans le Reg. Vat. 261 :

Avignon, 10 novembre 1364. — Eidem cardinali legato, in Siciliam profecturo, quaecumque ibi polluta templa aut cimiteria, per se vel alios antistites, expiandi et reconciliandi facultatem concedit. (*Archives du Collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz*, vol. I, n° 40. Original) — « *Ven. fratri Egidio etc.* Cum te ad — Dat. Avinione, IIII idus novembris, pontificatus nostri anno tercio. »

1357 Avignon, 12 novembre 1364.

Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, notificat se de ejus negotiis Ægidio, episcopo Sabinensi et Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legatis, scripsisse, ut de solutione stipendiorum, restitutione castrorum et observatione pactorum supradictis inter se concordare festinent, ipsum militem rogans ut quicquid inde fieri vel forte non fieri contigerit sibi rescribere non omittat. (Reg. 247, fol. 2 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano.* Recepimus nuper tue —. Datum Avinione, II idus novembris, anno tercio. »

1358 Avignon, 13 novembre 1364.

Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, ord. Cartus., Avinionensis dioecesis, officium visitationis et reformationis in civitate et dioecesi Arelatensi committit. (Reg. 247, fol. 174 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, ordinis Cartusiensis, Avinionensis diocesis.* Ad reformationem quorumlibet —. Datum Avinione, idus novembris, anno tercio. »

1359 Avignon, 13 novembre 1364.

Eidem priori duos auri florenos, singulis diebus quibus hujusmodi visitationis et reformationis prosecutioni institerit, percipiendos, pro stipendiis assignat. (Reg. 247, fol. 174 verso. De curia.)

« *Eidem.* Cum te nuper —. Datum ut supra. »

1360 Avignon, 14 novembre 1364.

Ad perpetuam rei memoriam, injungit ut praelati ultra tres menses, a die praesentium numerandos, in curia morari non valeant. (Reg. 247, fol. 174 verso. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Animarum saluti et ecclesiarum ac monasteriorum, propriorum destitutorum presentia, solatio et prelatorum commodis nostre, prout tenemur, providere solicitudinis studio cupientes, ac ordinationem felicis recordationis Innocencii pape VI, predecessoris nostri, super recessu prelatorum de Romana curia provide factam, mandare executioni debite intendentes, omnes concessiones et licencias, per nos seu dictum predecessorem quibuscumque patriarchis, archiepiscopis, episcopis, electis et abbatibus, ac prioribus et prepositis, abbates proprios non habentibus, qui nostri officiales seu commensales non existunt, de morando in dicta curia sine prefinitione temporis aut ultra tres menses a data presentium numerandos, factas et datas tenore presentium revocamus, et illos quibus hujusmodi concessiones et licentie facte et date, ut premittitur, extiterunt, ad tempus integrum, in litteris prefati predecessoris, super hujusmodi ordinatione confectis, contentum, reducimus, et eos, si in eadem curia steterint ultra tempus ipsum, pena in dicta ordinatione contenta ligari volumus sicut prius. Et si qui ex eisdem patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et prepositis aliquas rationabiles causas habeant in ipsa curia ultra tempus hujusmodi remanendi, eas infra dictum tempus proponant in scriptis coram venerabili fratre nostro Nicolao, episcopo Tusculano, ab eo super ipsis nostrum beneplacitum recepturi ; alioquin ex tunc eos excommunicatos faciemus tam in dicta curia quam extra illam publice nunciari, processuri nichilominus gravius contra ipsos, prout eorum inobediencia et contemptus meruerit et nobis videbitur expedire. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XVIII kalendas decembris, anno tercio. »

1361 Avignon, 14 novembre 1364.

Guillelmum de Lordato, canonicum Agennensem, apostolicae Sedis nuntium in Patrimonio beati Petri et quibusdam aliis terris deputat. (Reg. 247, fol. 175 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Lordato, canonico Agennensi, apostolice sedis nuncio, salutem etc.* Attendentes fidelitatis et industrie ac alia multiplicia probitatis merita, super quibus apud nos fidedigna te commendat assercio plurimorum, nostra et ecclesie Romane negotia, cui, auctore Domino, presidemus, securi tibi committimus, sperantes indubie te illa ad executionem debitam perducturum. Cum itaque bone memorie Johannes, episcopus Urbevetanus, apostolice sedis nuntius, qui in marchia Anchonitana, Campania, Maritima, ducatu Spoletano, Patrimonio beati Petri in Tuscia et terris vicinis ipsius ecclesie negotiorum promotioni vacabat, viam fuerit universe carnis ingressus, nos cupientes directioni utili negotiorum hujusmodi solicitudinem et diligenciam debitam non deesse, te nuncium apostolice sedis prefate in partibus supradictis, auctoritate apostolica, usque ad nostrum beneplacitum, tenore presentium deputamus, tibi petendi, exigendi et recipiendi omnes census,

fructus, redditus, proventus, et quascunque pecuniarum et rerum ac bonorum aliorum quantitates, atque jura quelibet alia, nobis et eisdem ecclesie ac camere apostolice debita et debenda imposterum, quacunque ratione vel causa, a quibuscunque personis ecclesiasticis, secularibus vel regularibus, cujuscunque status, ordinis, conditionis vel preeminentie existant, etiam si pontificali vel quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, necnon capitulis, conventibus, collegiis et universitatibus partium predictarum, et de hiis dumtaxat que receperis finem, quitationem, absolutionem et liberationem plenariam, ac omnia alia et singula faciendi que nuncii dicte sedis facere consueverunt et possunt, ac unum et plures, tot quot et quociens tibi videbitur, succollectores deputandi et per te vel alios deputatos revocandi, utendi quoque quibuscunque litteris apostolicis et gencium dicte camere, prefato Johanni predecessori tuo per nos hactenus destinatis in quibuscunque ceptis, et non ceptis negotiis, quatenus cameram ipsam directe vel indirecte concernunt, et eas libere exequendi, non obstantibus etc. .. tenore presentium concedimus potestatem. Datum Avinione, XVIII kalendas decembris, anno tercio. »

1362 Avignon, 15 novembre 1364.

Johanni, episcopo Belvacensi, Thomam Laurentiae, canonicum ecclesiae de Gerboredo, Belvacensis dioecesis, de canonicatus et praebendae dictae ecclesiae adipiscenda possessione, contra Ferricum Cassinelli, archidiaconum Vulgassini Gallici in ecclesia Rothomagensi, qui eum nititur impedire, commendat (1). (Reg. 247, fol. 4 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Nuper ad audienciam —. Datum Avinione, XVII kal. decembris, anno tercio. »

1363 Avignon, 16 novembre 1364.

Carolo. regi Franciae, Armandum, vicecomitem Podompniaci, militem Mimatensis dioecesis, qui ad ipsum visitandum iter arripuit, commendat. (Reg. 247, fol. 4 verso. — Duchesne, *Histoire des Papes*, II, 263.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Cum dilectus nobilis vir Armandus, vicecomes Podompniaci, miles Mimatensis diocesis, vassallus tuus, a quo dilectus filius nobilis vir Guillelmus de Grisaco, miles, genitor noster, pro majore parte terram suam tenet, pro certis suis negotiis ad tuam presentiam dirigat personaliter gressus suos, serenitatem tuam affectuose rogamus quatinus eundem vicecomitem in suis agendis nostri consideratione habeas regia benignitate ac favoribus in justitia commendatum. Datum Avinione, XVI kal. decembris, anno tercio. »

1364 Avignon, 16 novembre 1364.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi, mutatis mutandis. (*Ibid.*, fol. 4 verso.)

1365 Avignon, 17 novembre 1364.

Marco de Viterbio, ordinis Fratrum Minorum ministro generali, de duobus negotiis quae ipsi a Sede apostolica commissa sunt, diligentiam ejus commendans eique concedens ut redeat Avinionem vel in partibus Tusciae remaneat, prout sibi viderit expedire. (Reg. 247, fol. 4 verso.)

« *Dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis fratrum minorum ministro generali, salutem etc.* Dilectus filius Johannes Guidoti, preceptor domus Sancti Antonii Florentine, ordinis sancti Augustini, ex parte tua nobis exposuit quod super duobus negotiis, quorum primum per dilectum filium magistrum Nicolaum de Auximo, notarium et secretarium nostrum, olim tibi adhuc existenti Avinione, postquam a nobis licenciam receperas recedendi, et secundum super liga facienda in partibus Tuscie per apostolicas litteras tue discretioni commisimus, feceras fideliter et solicite posse tuum, sed vota nostra super hiis

(1) V. plus loin la bulle du 17 mai 1365, adressée au roi de France, et celle du 22 septembre 1365, adressée à Jean, évêque de Beauvais. On trouvera dans la première l'exposé complet de cette affaire. Ferry Cassinel, dont il est ici question, est d'ailleurs un des personnages les plus connus du XIV^e^ siècle. D'une famille Lucquoise venue s'établir en Languedoc, il fut successivement clerc et secrétaire du roi Charles V, archidiacre du Vexin Français en l'église de Rouen, évêque de Lodève, puis d'Auxerre et archevêque de Reims; il mourut le 26 mai 1390. On trouvera des renseignements utiles sur ce personnage dans le P. Anselme (*Histoire généalogique*, t. II, p. 58) et dans Eubel, (*Hier. Cath.*, pp. 122, 323 et 440). C'est à tort que ce dernier le cite comme étant archidiacre d'Amiens, lorsqu'il fut promu à l'évêché de Lodève par bulle de Grégoire XI du 27 août 1375; il était alors archidiacre du Vexin français en l'église de Rouen. La série X^1c^ des Archives Nationales (Accords du Parlement de Paris) renferme également sur ce personnage un assez grand nombre de documents, qui n'ont pas encore été utilisés jusqu'à présent par ses historiens

nequivisti, quibusdam pertinaciter reintentibus, adimplere. Nos igitur, certi de impossibilitate hujusmodi existentes, tuam nichilominus super hiis et aliis per nos tibi commissis habitam diligenciam commendamus, volumusque quod, cum omnia per te gesta plene sciamus, commissum tibi ministerii officium in tuo ordine, vel redeundo ad partes istas vel in illis remanendo, prout magis fuerit expediens, cum Dei gratia prosequaris. Datum Avinione, XV kalendas decembris, anno tercio. »

1366 Avignon, 18 novembre 1364.

Consulibus et universitati Montispessulanis, qui ecclesiam fratrum Beatae Mariae de Monte Carmeli, in dicta civitate existentem, ejusdemque conventus domos et officinas funditus diruerunt, mandat ut in recompensatione dampni illati fratribus ipsis suas eleemosynas largiantur. (Reg. 247, fol. 5 recto. — Original, Arch. Mun. de Montpellier, Grand Chartrier, Arm., E, cass. V, liasse 5, n° 12. — Germain, *Cartul. de l'Université de Montpellier*, n. 125, p. 473. — M. Fournier, *Statuts des Universités françaises*, t. II, n. 993, p. 108.) (1).

« *Dilectis filiis .. consulibus et universitati Montispessulanis, Magalonensis diocesis, salutem etc.* Dudum dilecti filii .. prior et fratres conventus Montispessulani, ordinis fratrum Beate Marie de Monte Carmeli, Magalonensis diocesis, nobis significare curarunt quod, temporibus non longe preteritis, vos, deliberato consilio congregati, ecclesiam dictorum fratrum, valde pulcram, cum domibus et officinis pro dicto conventu sumptuose constructis, funditus diruistis, propter quod fratres et conventus predicti dampna quam plurima incurrerunt; ymo, quod dolenter audivimus, Studium generale dictorum fratrum, quod in eodem conventu vigebat, propter domorum carentiam per triennium cessavit, prout cessat etiam de presenti. Nos igitur, de tanto dampno eisdem fratribus paterno compatientes affectu, justumque reputantes quod de hiis eis congrua satisfactio tribuatur, universitatem vestram rogamus et hortamur attente quatinus, non solum pro justicie debito, sed divine pietatis intuitu, et ut multos ex eis habeatis pro vobis intercessores ad Dominum, nostrarumque precum adjectione, fratribus ipsis, in recompensatione tantorum dampnorum, velitis vestras pias elemosinas elargiri. Datum Avinione, XIIII kal. decembris, anno tercio. »

(1) Il convient de rapprocher de cette bulle des lettres d'Arnoul d'Audrehem, datées de Montpellier, le 24 mai 1362, par lesquelles il mande au gouverneur et au bayle de Montpellier d'empêcher les Carmes, dont l'église, située dans les faubourgs, avait été détruite, de s'établir à l'intérieur de la ville au préjudice des habitants (E. Molinier, *Etude sur la vie d'Arnoul d'Audrehem*, Pièces justificatives, XXXIV.)

1367 Avignon, 18 novembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, Johanninum de Fraxineto, Mediolanensis dioecesis et Valerianum de Baldonibus, civem Forliviensem, Danielis de Carreto praeceptoris Niciae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provinciae Romandiolae rectoris, familiares, se in servitiis ecclesiae Romanae exercere cupientes, commendat. (Reg. 247, fol. 5 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Cum dilecti filii. — Datum Avinione, XIIII kal. décembris, anno tercio. »

1368 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato « sed loco *fraternitatem* dicatur *circumspectionem.* » (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1369 Avignon, 18 novembre 1364.

Archiepiscopo Barensi, ut de concordia inter reginam Siciliae et imperatorem Constantinopolitanum nutrienda partes suas efficaciter interponat. (Reg. 247, fol. 5 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Barensi, salutem etc.* Ad conservandam et augendam pacem et tranquillitatem regni Sicilie prodesse plurimum arbitramur quod serenissima principissa Johanna, regina Sicilie, et carissimus in Christo filius noster Philippus, imperator Constantinopolitanus, illustres, sicut consanguinitate et affinitate junguntur, sic identitate voluntatum indissolubiliter sint uniti. Eapropter cum ad hoc extimemus tue prudencie exhortationem et consilium valitura, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus pro unitate hujusmodi conservanda perpetuo tuas partes efficaciter interponas. Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno tercio. »

1370 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. .. episcopo Tricaricensi (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1371 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Stephano, archiepiscopo Capuano (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1372 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Hugoni de Sancto Severino, militi, domino Saponariae, mutatis mutandis. (*Ibid.*, fol 5 verso.)

1373 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Neapoleoni de Filiis Ursi, comiti Manupelli, prothonotario et logothetete regni Siciliae. (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1374 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Guillelmo, comiti de Asperch. (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1375 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Nicolao de Alifia, militi, cancellario regni Siciliae· (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1376 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Raymundo de Baucio, comiti Soleti, ac comiti camerario regni Siciliae (*Ibid.*, fol. 5 verso.)

1377 Avignon, 18 novembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, Danielem de Carreto, praeceptorem Niciae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provinciae Romandiolae pro ecclesia Romana rectorem, commendat. (Reg. 247, fol. 6 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Novit tua fraternitas —. Datum Avinione, XIIII kal. decembris, anno tercio. »

1378 Avignon, 18 novembre 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 6 recto.)

1379 Avignon, 18 novembre 1364.

Magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ut, cum de prioratu Venetiarum priori Urbis et Pisarum providerint, Danieli de Carreto, praeceptori domus de Swynefeld, Cantuariensis dioecesis, provinciae Romandiolae pro ecclesia Romana rectori, de alio prioratu vacaturo velint providere. (Reg. 247, fol. 6 recto.)

« *Dilectis filiis magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Dudum vobis scripsisse —. Datum Avinione, XIIII kal. decembris, anno tercio. »

1380 Avignon, 18 novembre 1364.

Edwardo, regi Angliae, ut praefatum Danielem de Carreto fructibus praeceptoriae de Swynefeld, hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Cantuariensis dioecesis, gaudere permittat. (Reg. 247, fol. 6 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Pro parte dilecti —. Datum ut supra. »

1381 Avignon, 18 novembre 1364.

Priori prioratus Angliae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Cantuariensis dioecesis, scribit de eodem, ut apud Edwardum, regem Angliae, in favorem praefati Danielis de Carreto, partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 6 verso.)

« *Dilecto filio .. priori prioratus Anglie hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Cantuariensis diocesis.* Scribimus carissimo in —. Datum Avinione, XIIII kal. decembris, anno tercio. »

1382 Avignon, 19 novembre 1364.

Petrocinum, archiepiscopum Ravennatensem, Ægidii, episcopi Sabinensis, qui novae legationis in regno Siciliae curam assumpsit, in provincia Romandiolae vicarium generalem constituit. (Reg. 247, fol. 6 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, n° 395.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi.* Nuper de conservatione status pacifici provincie Romandiole solicite cogitantes, ad obviandum futuris scandalis ac periculis que possent, prout interdum solent, ex magnis suspitionibus et timoribus evenire, ordinavimus, de fratrum nostrorum consilio, quod venerabilis frater noster Egidius, episcopus Sabinensis, apostolice sedis legatus, qui, ex nova legatione regni Sicilie per nos sibi commissa, novis est oneribus aggravatus, regimen dicte provincie dimittat totaliter, et de ipso, prout spectabat ad eum, tue fraternitatis humeros oneret, te in ipsa surrogando provincia suum in tempora-

libus vicarium generalem; quod, receptis nostris litteris super hoc sibi directis, cito ut non dubitamus efficiet, si impedimentum notabile non obsistat. Quare volumus et tue fraternitati mandamus quod, si et quando hujusmodi vicariatus officium inceperis exercere, pacem dudum factam per Romanam ecclesiam et ejus colligatos ac adherentes ex una et dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem ac ejus adherentes, quorum nonnulli sunt de dicta provincia, ex altera parte, secundum capitula pacis ejusdem facias firmiter observari. Datum Avinione, XIII kal. decembris, anno tercio. »

1383 Avignon, 21 novembre 1364.

Officiali Remensi, ut prioratus de *Donchery*, ord. s. Ben., Remensis dioccesis, ad Ægidium, tituli sancti Marci in Montibus praesbyterum cardinalem, pertinentis, reparationes a personis fidelibus et peritis faciat aestimari (1). (Reg. 247, fol. 177 recto. De curia. — Original, Arch. vat., Instrum. Miscell. Caps. 219, n° 36.)

« *Dilecto filio .. officiali Remensi.* Exhibita nobis dilecti —. Datum Avinione, XI kal. decembris, anno tercio. »

1384 Avignon, 22 novembre 1364.

Cum Vitalis Vassali, ecclesiae Ilerdensis praepositus, diem clauserit extremum, Arnaldum Gavini, canonicum Lomberiensem, in Xanctonensi, Engolismensi, Sarlatensi et Petragoricensi civitatibus et dioecesibus apostolicae Sedis nuntium deputat. (Reg. 247, fol. 178 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Arnaldo Gavini, canonico Lomberiensi, apostolice Sedis nuncio.* Attendentes obsequia per —. Datum Avinione, X kal. decembris, anno tercio. »

1385 Avignon, 24 novembre 1364.

Carolo, regi Franciae, senescalliarum Tolosae, Carcassonae et Bellicadri ambaxiatores, ad praesentiam ejus accedentes, quaedam onera quibus nimium asserunt se gravari exposituros, commendat. (Reg. 247, fol. 7 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Dilecti filii universitates, —. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno tercio. »

1386 Avignon, 24 novembre 1364.

Capitulariis et universitati civitatis Tolosanae notificat se ambaxiatores eorum loetanter recepisse; cum circa tractatum concordiae, occasione destructionis castri Balmariae cum archiepiscopo Tolosano habendae, intendere de praesenti non possint, terminum ad hoc ordinatum, qui esse debebat in festo sancti Martini proxime elapso, usque ad unum mensem post festum Nativitatis dominicae proxime secuturum prorogat; ipsos autem Tolosanos rogat ut ambaxiatores ad curiam Romanam de pacis praedictae reformatione iterum transmittant. (Reg. 247, fol. 7 recto.)

« *Dilectis filiis .. capitulariis et universitati civitatis Tholosane.* Dilectos filios ambaxiatores —. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno tercio. »

1387 Avignon, 24 novembre 1364.

Cum ad opus fortificationis et clausurae civitatis Avinionensis consummandum nonnullae pecuniarum quantitates apostolicae camerae sint mutuatae, eis qui dictas pecunias mutuaverunt omnes proventus ejusdem civitatis gabellarum pontifex obligat. (Reg. 247, fol. 178 verso. De curia.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum fe. re. Innocentius papa VI, predecessor noster, ad salutem et securum statum civitatis Avinionensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, in qua cum Romana curia residebat, prout nos etiam residemus, omniumque habitancium in eadem diligenter intendens volensque periculis, que tunc inibi, temporis favente malicia, verisimiliter timebantur, paterna solicitudine precavere, de fratrum suorum consilio, statuit quod prefata civitas, que nullo tunc tuta munimine existebat, foveis muris aliisque oportunis munitionibus clauderetur, ipseque predecessor nonnullas pecuniarum summas de pecuniis sue camere ad opus hujusmodi mutuavit et nonnulle etiam persone, ad predecessoris ejusdem, dum ageret in humanis, et deinde predecessore ipso sicut Domino placuit subtracto de medio, et nobis, divina favente clemencia, ad apicem summi apostolatus assumptis, ad nostram instanciam pro dicto opere consumando celerius nunnullas quantitates pecunie mutuarunt et decem millia florenorum auri obtulerunt de proximo mutuare. Nos igitur, volentes indempnitati dicte camere ac omnium et singulorum, qui pro dicto

(1) Les résultats de l'enquête prescrite par cette bulle furent consignés sur un rouleau de parchemin, fort étendu, qui porte la date de 1364 et qui se trouve aux Archives du Vatican dans le fonds des *Instrum. Miscell.*, (Caps. 219, n° 41 de l'Inventaire conservé aux Archives Nationales.)

opere quascumque pecunias hactenus mutuarunt et mutuabunt, dicta decem milia florenorum de cautione congrua providere, omnes et singulos proventus quarumcumque gabellarum dicte civitatis proventuros, post triennium a data presentium numerandum, dicte camere ac omnibus et singulis creditoribus, qui de suis vel alienis pecuniis quascumque pecunias pro dicto opere mutuarunt, pro ipsis mutuis auctoritate apostolica tenore presentium, solenniter obligamus, colligendos pro ipsorum mutuorum restitutione ac distribuendos et dividendos annuatim inter eos in extenuationem creditorum hujusmodi, pro rata quantitatum quas pro dicto opere duxerint mutuandas, statuentes quod ad exigendum proventus seu pecunias dictarum gabellarum easque, ut premittitur, restituendum, de consensu et nomine eorumdem creditorum, deputentur aliqui probi viri, qui eosdem proventus fideliter exigant ac, ut prefertur, restituant creditoribus prelibatis. Nulli ergo etc. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno tercio. »

1388 Avignon, 24 novembre 1364.

De eodem sub ampliori forma. (Reg. 247, fol. 179 recto. De curia.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum, etc. .. *ut supra usque* mutuavit et nonnulle etiam persone tam cives dicte civitatis quam cortesani et alii ad predecessoris, etc. .. *usque* triennium a data presentium numerandum, de civium et cortesanorum ipsorum consensu pro consummatione dicti operis tenore presentium auctoritate apostolica deputamus ac dicte camere et omnibus et singulis creditoribus predictis, qui de suis vel alienis pecuniis quascumque pecunias pro dicto opere mutuaverint pro ipsis mutuis restituendis, etiam ipsis civibus et cortesanis volentibus, solempniter obligamus, colligendos pro ipsorum mutuorum restitutione ac distribuendos et dividendos inter eos in extenuationem creditorum hujusmodi pro rata quantitatum quas iidem camera et alii creditores pro dicto opere mutuaverunt et duxerint mutuandos, computatis tamen et compensatis in restitutione hujusmodi facienda quibuscumque quantitatibus ipsis creditoribus pro parte suorum mutuorum hactenus restitutis, statuimusque quod ad exigendum proventus seu pecunias dictarum gabellarum easque ut premittitur restituendum, de consensu et nomine eorumdem creditorum, deputentur aliqui probi viri qui eosdem proventus fideliter exigant ac, ut prefertur, restituant creditoribus prelibatis, gabellis predictis, quas, postquam ex eis tantum exactum fuerit quod sufficere debeat ad solutionem et restitutionem predictam hujusmodi mutuorum, ex tunc cassas, sublatas et penitus irritatas esse volumus, in antea minime duraturis. Nulli ergo, etc. Datum ut supra. »

1389 Avignon, 24 novembre 1364.

Cum monasterium monialium de Syon, ordinis Cisterciensis, Massiliensis dioecesis, in spiritualibus et temporalibus multipliciter sit deformatum, abbati monasterii de Thoroneto, ejusdem ordinis, Forojuliensis dioecesis, officium visitationis et inquisitionis in dicto monasterio reformando committit. (Reg. 247, fol. 179 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii de Thoroneto, Cisterciensis ordinis, Forojuliensis diocesis.* Et si ad ecclesiarum —. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno tercio. »

1390 Avignon, 25 novembre 1364.

Archiepiscopo Remensi, ut, vocatis suffraganeis suis, concilium, in quo de status ecclesiae reformatione, ecclesiasticaeque defensione libertatis agatur, celebret. (Reg. 247, fol. 319 verso. De curia. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 117.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Remensi, salutem etc.* Sacrorum canonum testatur authoritas quod olim sancti patres, tam Romani pontifices quam alii ecclesiarum prelati, curam solertem super gregem dominicum exercentes, de celebrandis conciliis, in quibus de extirpandis vitiis et plantandis virtutibus, tam in clero quam populo et de conservanda libertate ecclesiastica, de statu quoque ecclesiarum et piorum locorum dirigendo, salubriter agebatur, fuerunt plurimum studiosi; ex iisque status ecclesiasticus in spiritualibus et temporalibus multum crevit. Sed, proh dolor! succressente paulatim prelatorum desidia omissaque continuatione conciliorum hujusmodi, pullulant vitia, crescit indevotio populi, prefata libertas minuitur, cultus divinus negligitur, irrogantur a laicis clero gravamina, et in temporalibus bonis, ad divinum deputatis obsequium, sentitur non modicum detrimentum. Optantes igitur quod tantis malis in tua provincia, per salubrem tuam et tuorum fratrum prudentiam occurratur, fraternitatem tuam apostolice sollicitudinis studio excitamus ac requirimus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus concilium tue provincie, in quo de hiis que pro laude Dei et utilitate ecclesiarum et piorum loco-

rum necnon cleri et populi fuerint utilia et oportuna, provida estimatione tractetur et provideatur, quanto commode poteris, studeas convocare, nobis de convocatione hujusmodi, cum eam feceris, et demum de gestis in eodem concilio rescripturus; ac tu et suffraganei tui favorem apostolicum in his, in quibus illum reputabitis utilem, fiducialiter postuletis. Datum Avinione, VII kal. decembris, anno tercio. »

1391 Avignon, 26 novembre 1364.

In c. m. universis patriarchis et archiepiscopis, per universum orbem constitutis. (Reg. 247, fol. 319 verso. De curia.) (1).

1392 Avignon, 26 novembre 1364.

Angelo Tavernini, provinciae Patrimonii beati Petri in Tuscia thesaurario, ut quatuor millia modia frumenti, quae de apostolicae camerae pecunia dicitur empsisse, Petro Blancerii, castri Corneti, Tuscanensis dioecesis, pro ecclesia Romana vicario, assignet et de dicta assignatione duo ejusdem tenoris publica instrumenta, quorum, altero penes se retento, alterum ad dictam cameram studeat destinare, confici faciat indilate. (Reg. 247, fol. 8 recto.)

« *Dilecto filio Angelo Tavernini, provincie nostre Patrimonii Beati Petri in Tuscia pro nobis et ecclesia Romana thesaurario.* Nuper ad nostrum. — Datum Avinione, VI kal. decembris, anno tercio. »

1393 Avignon, 27 novembre 1364.

Willelmo de Trussel et Johanni de Clare, militibus, qui cum quadraginta sociis ad sepulcrum Dominicum iter arripiunt, absolutionem in mortis articulo concedit. (Reg. 247, fol. 8 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Willelmo de Trussel et Johanni de Clare, militibus Lichefeldensis et Landavensis diocesum.* Benignitas Romani pontificis illos libenter apostolico favore prosequitur, qui, pro reverencia Dei et propria animarum salute, longe peregrinationis laboribus et periculis se exponunt. Cum itaque, sicut exhibita nobis vestra peticio continebat, vos et quadraginta socii vestri, intendatis sepulcrum Dominicum et alia loca sancta ultramarina personaliter visitare, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut confessor, quem quilibet eorundem quadraginta sociorum, quos ad hoc assumpseritis, in hujusmodi itinere eundo, stando et ad patriam propriam redeundo duxerit eligendum, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo, si eos forsitan interim mori contingat, plenam remissionem eisdem, in sinceritate fidei et unitate sancte Romane Ecclesie ac obediencia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate apostolica concedere valeat ipsis quadraginta sociis et cuilibet (1) eorum tenore presentium indulgemus, sic tamen quod idem confessor, de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam per ipsos socios, si supervixerint, vel per heredes ipsorum, si habuerint illos, vel per alios si religiosi fuerint, si tunc forte transierint, faciendam injungat, quam ipsi vel illi, ut prefertur, facere teneantur. Et ne, quod absit, propter hujusmodi gratiam reddantur socii predicti procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus quod si, ex confidencia remissionis hujusmodi, aliqua forte committerent quoad illa, ipsis predicta remissio nullatenus suffragetur. Nulli ergo, etc. Datum Avinione, V kalendas decembris, anno tercio. »

1394 Avignon, 27 novembre 1364.

Carolo, regi Franciae, ut, de concordia inter se et Carolum, Navarrae regem, reformanda, cum idem rex nuntios suos solemnes ad apostolicam Sedem mittere paratus sit, ipse ambaxiatores plene instructos ad eamdem Sedem destinare non postponat. (Reg. 247, fol. 8 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 119, n° XLI.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri,*

(1) Des lettres semblables furent, en effet, adressées à tous les patriarches et archevêques de la chrétienté. On trouvera dans Rainaldi (*Annales ecclesiastici*, t. VII, p. 117) celle adressée au métropolitain de Reims et reproduite ici, dans Labbe (*Concilia*, t. XI, col. 1957-1958), celle adressée au métropolitain de Narbonne, et dans Albanès (*Gallia Christiana novissima*, Province d'Arles, p. 691, n° 1616) celle adressée au métropolitain d'Arles. Quant aux conciles provinciaux qui furent tenus en France à la suite de cette lettre d'Urbain V, trois d'entre eux nous sont plus spécialement connus, celui d'Angers qui réunit les évêques de la province de Tours et dont les actes, datés du 12 mars 1366 (n. s.), ont été publiés par Labbe (*loc. cit.*, col. 1939-1957), celui d'Apt pour les évêques de la province d'Arles, dont M. Albanès a publié les décisions (*loc. cit.*, p. 693, n. 1621), promulguées le 14 mai 1365, et enfin celui de Lavaur, auquel prirent part les évêques des trois provinces de Narbonne, de Toulouse et d'Auch. Les constitutions arrêtées dans ce dernier concile, qui ne fut tenu qu'au mois de juin 1368, sont de beaucoup les plus importantes : elles figurent *in extenso* dans le recueil déjà cité de Labbe (*Concilia*, t. XI, col. 1969-2034).

(1) Il y a dans le texte « cujuslibet », faute évidente du copiste.

salutem etc. Inter serenitatem tuam ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Navarre illustrem, inter quos viget discordia, reformari concordiam cupientes et ad hoc laborare paterne solicitudinis studio intendentes, dudum dilectum filium Petrum, abbatem monasterii Sancti Michaelis de Clusa, Taurinensis diocesis, ad dictum regem ad senciendum voluntatem suam super pace quam inter te et dictum regem tractare proponimus, duximus destinandum, nuperque idem abbas, ad nostram presentiam rediens, nobis ex parte dicti regis retulit quod ipse rex propositum nostrum hujusmodi reverenter recipiens, respondit quod paratus erat super dicta pace nostris beneplacitis efficaciter obedire ac mittere nuncios suos solennes ad nostram presenciam cum pleno mandato tractandi, firmandi et complendi pacem hujusmodi, prout duxerimus ordinandum. Quapropter premissa multipliciter nobis accepta tue magnitudini reserantes, te affectuose requirimus et rogamus ac paternis consiliis exhortamur quatinus ad dictam pacem tractandum et, cum Dei auxilio, faciendum cordialiter te disponens, nuncios et procuratores tuos plene instructos cum pleno mandato, quamcito commode poteris, ad Romanam curiam deliberes destinare, interim nobis notificans qua die disponas eos esse in dicta curia, quia dicto regi scribemus quod ad eandem diem suos nuncios transmittere non postponat. Nos enim in hujusmodi pio ac Deo et hominibus accepto negotio et regno tuo, Domino adjuvante, perutili laborare proponimus cum effectu et solicitudine oportunis. Interim vero a bellicis incursibus contra dictum regem Navarre ac dilectum filium nobilem virum Ludovicum de Navarra, fratrem ejus, et ipsorum terras abstinere velit regia celsitudo, nosque eidem Ludovico presentialiter scribimus et hortamur eundem ut ab omni novitate contra tuam sublimitatem et terras tuas velit similiter abstinere. Datum Avinione, V kal. decembris, anno tercio. »

1395 Avignon, 27 novembre 1364.

Ludovico de Navarra, Caroli, regis Navarrae fratri, ut de pace inter dictum regem et Carolum, regem Franciae, reformanda partes suas interponat et interim a bellicis incursibus contra dictum regem Franciae abstineat. (Reg. 247, fol. 9 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 119, n° XLI.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra.* Inter carissimos in —. Datum ut supra. »

1396 Avignon, 27 novembre 1364.

Johannae, reginae Franciae et Navarrae, ut de pace inter Carolum Franciae et Carolum Navarrae reges reformanda partes suas interponat et praesertim Ludovicum de Navarra, nepotem suum, hortetur ad, hujusmodi pendente tractatu, contra dictum regem Franciae ipsiusque terras a bellicis incursibus omnino abstinendum. (Reg. 247, fol. 9 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 120, n° XLI.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Inter carissimos in —. Datum ut supra. »

1397 Avignon, 27 novembre 1364.

In e. m. Blanchae, reginae Franciae « sed loco *nepotem* dicatur *fratrem.* » (Reg. 247, fol. 9 verso.)

1398 Avignon, 30 novembre 1364.

Cum Arelatensis aliaeque ipsius capitulo subjectae ecclesiae multis oneribus gravatae repertae sint, inhibet Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, ne, usque ad sex annos, a data praesentium numerandos, si interim ipsum easdem ecclesias visitare vel per alium facere visitari contigerit, quascumque procurationes ab eis recipiat seu recipi faciat. (Reg. 247, fol. 181 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi.* Sicut novit tua —. Datum Avinione, II kal. decembris, anno tercio. »

1399 Avignon, 1er décembre 1364.

Petrum Blancerii, castri Corneti, Tuscanensis dioecesis, vicarium, receptorem proventuum castrorum Corneti et Montis Alti, ad cameram apostolicam pertinentium, deputat, eique mandat ut bis in anno de receptis suis thesaurario Patrimonii Beati Petri in Tuscia rationem reddat. (Reg. 247, fol. 181 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Blancerii, castri nostri Corneti, Tuscanensis diocesis, pro nobis et ecclesia Romana vicario.* De tua circumspectione —. Datum Avinione, kalendis decembris, anno tercio. »

1400 Avignon, 1er décembre 1364.

Jordano de Filiis Ursi, rectori Patrimonii Beati Petri in Tuscia, ut praedicto Petro favoribus suis assistat ipsique de fructibus, redditibus et proventibus supradictis integre faciat responderi. (Reg. 247, fol. 182 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano de Filiis Ursi, provin-*

cie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et ecclesia Romana vicario. De fide ac —. Datum Avinione, kalendis decembris, anno tercio. »

1401 Avignon, 1er décembre 1364.

In e. m. Angelo Tavernini, provinciae Patrimonii thesaurario. (*Ibid.*, fol. 182 recto. De curia.)

1402 Avignon, 5 décembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut populo Romano contra comitivas perversorum hominum exhibeat auxilia quae poterit et favores. (Reg. 247, fol. 10 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Nuper dilecti filii .. regentes Urbem per eorum litteras, hostiles incursus et depopulationes miserabiles, quos illi viri nepharii de comitivis dampnabilibus in territorio Romano fecerunt et faciunt incessanter, nostro apostolatui notificare curarunt, a nobis, sicut precipuo eorum refugio, gentis armigere vel pecuniale subsidium postulantes. Nos autem Romano populo, sicut filiis nostris precipuis et dilectis, de tantis cladibus paterno compacientes affectu ac dolentes ab inctimis quod eos de presenti a tantarum procellarum turbinibus, quibus etiam nonnulli alii nostri subditi, prout audivimus, quatiuntur immaniter et quati de proximo probabiliter formidantur, liberare nequimus, volumus in hiis que possumus in defensione Urbis dictos populum adjuvare. Quare tue fraternitati mandamus quatinus omnia auxilia et favores possibilia tibi ac subditis nostris, qui etiam ab eisdem Romanis in eorum necessitatibus juvabuntur pro tempore, Romanis ipsis exhibeas et facias exhiberi. Datum Avinione, nonis decembris, anno tercio. »

1403 Avignon, 5 decembre 1364.

Populo Romano notificat se de negotio praefato Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, scripsisse; non videt tamen tantae cladi posse opportunis remediis obviare; nichilominus mandavit praefato legato ut omnia auxilia et favores quae poterit eis faciat exhiberi. (Reg. 247, fol. 10 verso.)

« *Dilectis filiis populo Romano.* Quamvis in vestrarum —. Datum ut supra. »

1404 Avignon, 6 décembre 1364.

Gastoni, comiti Fuxi, ut Johannem, comitem Armaniaci, quem in captivitate detinet, liberare diutius non differat, ipsique notificat se litteras apostolicae confirmationis de pace inter ipsum et praefatum comitem reformanda, ipsi, quam cito eumdem comitem liberatum esse sciverit, transmissurum. (Reg. 247, fol. 11 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Cum prout ad —. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno tercio. »

1405 Avignon, 6 décembre 1364.

Andream de Moyria, dominum de Malhan (1), vicarium in sœculari curia civitatis Avinionensis, ab Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario suo, die XVI mensis decembris, pontificatus sui anno secundo, usque ad unum annum tunc sequentem, constitutum, in ejus officio pro anno futuro confirmat. (Reg. 247, fol. 182 verso. De curia.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum venerabilis frater —. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno tercio. »

1406 Avignon, 6 décembre 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ut Johanni, abbati monasterii Sanctae Mariae Florentinae, ord. s. Ben., qui ad Andruinum, tituli Sancti Marcelli praesbyterum cardinalem, apostolicae Sedis legatum, revertitur, cancellarius ipsius existens, cuique pontifex quaedam commisit dicto Bernaboni referenda, fidem plenam adhibeat. (Reg. 247, fol. 11 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Dilectus filius Johannes —. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno tercio. »

1407 Avignon, 6 décembre 1364.

In e.m.Guidoni de Manfredis, domicello Reginensi. (Reg. 247, fol. 11 recto.)

(1) André de Moyria, dont il est question dans cette lettre, est un capitaine assez connu de l'époque. Il était du nombre de ces compagnons d'Arnoul d'Audrehem, qui, après le désastre de Brignais (6 avril 1362), vinrent défendre la ville de Lyon contre l'attaque possible des Compagnies. Le 13 mai, il toucha 25 florins pour certain travail qu'il avait « sostenu pour ordenar la garde de cette ville. » (Guigue, *Les Tard-Venus*, p. 80.)

1408 Avignon, 6 décembre 1364.

In e. m. Francisco de Carraria, in civitate Paduana imperiali vicario. (Reg. 247, fol. 11 recto.)

1409 Avignon, 6 décembre 1364.

In e. m. Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro ecclesia Romana vicario. (Reg. 247, fol. 11 recto.)

1410 Avignon, 6 décembre 1364.

In e. m. Salvatico et Feltrino de Boiardis, domicellis Reginensibus, « mutato numero singulari in pluralem. » (Reg. 247, fol. 11 recto.)

1411 Avignon, 6 décembre 1364.

In e. m. Nicolao de Robertis, militi Reginensi, et coeteris nobilibus de dictis Robertis. (*Ibid.*, fol. 11 verso.)

1412 Avignon, 8 décembre 1364.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, notificat se ambaxiatores ejus recepisse eisque responsum, quod viva voce referent, dedisse. (Reg. 247, fol. 11 recto. — Moisant, *Le Prince Noir en Aquitaine*, p. 272) (1).

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Dilecti filii nobiles viri Stephanus de Cozenthona et Raymundus Bernardi, milites, ambaxiatores tui, latores presentium, ad sedem apostolicam destinati, quedam per tuam nobilitatem eisdem commissa nobis exposuerunt fideliter et discrete, ipsaque solicite prosecuti fuerunt, nosque ipsos tua consideratione ac eorum nobilitatis obtentu vidimus et audivimus graciose, prout ipsi, qui de nostro beneplacito ad tuam presentiam revertuntur, tibi oretenus poterunt explicare. Igitur eosdem milites, velut in commisso fideles, eidem nobilitati, prout digne possumus, commendamus. Datum Avinione, VI idus decembris, anno tercio. »

(1) Cette lettre a été publiée par Moisant, sous la date fautive du 9 décembre 1365.

1413 Avignon, 9 décembre 1364.

Galcatio de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ut ab omni hostilitate Johanni episcopo et ecclesiae Vercellensi inferenda abstineat. (Reg. 247, fol. 11 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Venerabilis frater noster Johannes, episcopus Vercellensis, nobis exposuit quod tu, nullam habens causam rationabilem contra eum et suam ecclesiam supradictam, castrum Messerani, Vercellensis diocesis, ad dictam suam ecclesiam pertinens, feceris obsideri et ejus villam comburi. Cum itaque hoc ad tue nobilitatis non redundet honorem et in divinam cedat offensam, nobilitatem eandem affectuose rogamus quatinus, ob reverenciam Dei ac nostrarum precum intuitu, obsidionem hujusmodi statim facias removeri, in hiis et aliis a dampnis et molestiis dictorum episcopi et ecclesie abstinendo. Nos enim, si dictus episcopus te vel tuos offendit, parati sumus de ipso expedite facere justicie complementum. Quod si forte contra episcopum ipsum turbatus existeres, ex eo quia, justiciam dicte sue ecclesie prosequens, ut tenetur, quamdam causam contra te in Romana curia per nos, qui sibi et omnibus sumus in petita justicia debitores, committi obtinuit, non debet ex hoc tua tantum turbari prudencia quod ad inferendos hostiles progressus propterea movearis, nosque, non obstante commissione predicta, que negari non debuit, parati sumus inter te ac dictum episcopum ponere firmam pacem, et ut tractatus dicte pacis possit placatis animis inchoari ac continuari et, auctore Domino, terminari, in dicta causa mandavimus supersederi, donec aliud duxerimus ordinandum, nec procedetur in ea, donec nobis super hoc respondisse poteris et extunc quamdiu pendebit dictus tractatus, si illum contigerit inchoari. Datum Avinione, V idus decembris, anno tercio. »

1414 Avignon, 10 décembre 1364.

Simoni, abbati Cluniacensi, apostolicae Sedis nuntio, ut, ad partes Britanniae celeriter se transferens, pacem inter Johannam, ducissam Britanniae et Johannem de Britannia, comitem Montisforti, studeat reformare. (Reg. 247, fol. 182 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Symoni, abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, apostolice sedis nuncio, salutem etc.* Pacis vinculum inter cunctos Christi fideles, quorum cure divina dignatio nos prefecit, indissolubili unitate vi-

gere paternis desideramus affectibus, studioque solicito, prout nobis ex alto permittitur, procuramus. Sed hoc nimirum inter illos procurare debemus ex quorum discordia majora provenire pericula formidantur. Sane non absque amaritudine cordis nostri ad memoriam revocantes longa guerrarum discrimina que in ducatu Britanie hactenus extiterunt, et adesse noscuntur, proinde tristamur ab intimis, more patris dolentes de excidiis animarum et corporum filiorum, viasque cogitamus et modos per quos inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, ducissam Britanie, relictam quondam Caroli, ducis Britanie, ejusque subditos et adherentes ex una, ac dilectum filium nobilem virum Johannem de Britania, comitem Montisfortis ac ejus subditis et adherentes ex altera parte, inter quos viget discordia, et, ut relatu fidedignorum asseritur, bella fremunt assidue, possimus concordiam reformare. Ad te igitur, virum zelatorem pacis et caritatis amicum, circumspectione preditum et sciencia redimitum, nostre considerationis intuitum dirigentes, te ad partes et personas dictorum discordantium propterea providimus destinandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expedire videris, te personaliter conferens, eisdem discordantibus et eorum valitoribus et sequacibus, de quibus fuerit oportunum, innumera pericula animarum et corporum rerumque dampna tue nota prudencie, que ex dissensione hujusmodi, si, quod absit, procedat ulterius, procul dubio resultarent, ex parte nostra diligenter exponens, eos, quos ad hoc per diversas litteras nostras clausas inde ipsis directas, quas tibi cum presentibus mittimus, et per te ipsis presentari volumus, exhortamur, viis et modis quibus melius poteris, juxta datam tibi a Deo prudenciam, procures inducere ut ad mutuam pacem et concordiam, utique Deo gratam, eisdemque discordantibus et eorum subditis plurimum oportunam, suos animos habilitent et inclinent, ipsamque faciant firmis roborationibus stabilitam. Et si, ut optamus, Deus corda dissidencium eorumdem tetigerit, quod hujusmodi salubribus exhortationibus faciendo pacem eandem realiter acquiescant, ac de voluntate ipsorum processerit quod pax ipsa, ut observetur irrefragabilius, auctoritate apostolica roboretur, id auctoritate nostra faciendi penis et sententiis spiritualibus de quibus tibi expedire videbitur, necnon et quasvis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes factas seu initas, causa vel occasione hujusmodi discordie nutriende, cum quibuscumque personis seu universitatibus, etiam si juramentis vel penarum adjectionibus, vel quibusvis firmitatibus aliis essent vallate, dissolvendi, irritandi, vacuandi et annullandi, ac nullas, irritas et vacuas nunciandi, utpote contra bonum pacis in offensam Dei presumptas, ac penas et juramenta hujusmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi; et si, quod absit, dictos discordantes ad pacis firmitatem reducere non valeres, ne guerra ipsa in eorum et etiam rei publice dispendium invalescat, cum ad nostri apostolatus officium, pro animarum de quibus debemus Altissimo reddere rationem periculis evitandis, pertineat super hiis, prout possumus secundum potestatem nobis a Domino traditam, providere, cum de tractatu et perfectione pacis ejusdem, que tunc haberi non posset, non sit pro futuro tempore desperandum, treugas aliquas, pacis representantes ymaginem, usque ad certi et competentis temporis spacium duraturas, ut, cessantibus interim hinc inde offensionibus et commotionibus bellicosis, que viam dicte pacis difficiliorem redderent, utilius et liberius possit reformationis concordie predicte tractatus alius pro tempore, Deo favente, procedere, inter dissidentes eosdem ipsorumque subditos, valitores, sequaces et adherentes quoslibet, etiam si communia civitatum et universitates oppidorum extiterint, auctoritate nostra indicendi, ac mandandi eas inviolabiliter observari, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante si eis vel eorum aliquibus vel alicui, seu ipsorum vel alicujus eorumdem civitatibus, opidis et locis seu comunibus aut universitatibus eorundem a sede apostolica sit indultum, sub quacumque forma seu conceptione verborum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi quavis auctoritate non possint, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, tibi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, IIII idus decembris, anno tercio. »

1415 Avignon, 10 décembre 1364.

Johannae, ducissae Britanniae, ut Simonem, abbatem Cluniacensem, benigne suscipiens, ejus monitis consiliisque, de pace inter se et Johannem de Britannia, comitem Montisfortis, reformanda, acquiescat. (Reg. 247, fol. 184 recto. De curia.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, ducisse Britannie.* Radicata dudum in —. Datum Avinione, IIII idus decembris, anno tercio. »

1416 Avignon, 10 décembre 1364.

Johanni de Britannia, comiti Montisfortis, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 184 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Britania, comiti Montisfortis.* Radicata dudum in —. Datum ut supra. »

1417 Avignon, 10 décembre 1364.

Episcopo Venetensi ut praefato Simoni, abbati Cluniacensi, in negotio ipsi commisso consiliis et favoribus suis assistat, ducissam Britanniae ejusque consiliarios ad pacem inducens. (Reg. 247, fol. 184 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Venetensi.* Radicata dudum in —. Datum Avinione, IIII idus decembris, anno tercio. »

1418 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Redonensi, Briocensi, Leonensi et Trecorensi episcopis. (*Ibid.*, fol. 184 recto. De curia.)

1419 Avignon, 10 décembre 1364.

Johanni, vicecomiti de Roban, Briocensis dioecesis, scribit de eodem. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, vicecomiti de Rohan, Briocensis diocesis.* Radicata dudum in —. Dat. ut supra. »

1420 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Yvoni, domino de Rocha Bernardi, militi Nannetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1421 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Bonabe de Rouge, domino de Derval, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1422 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Oliverio, domino de Clisson, militi Nannetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1423 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni de Sancto Ægidio, militi Nannetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1424 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Bonaboni de Callan, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1425 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Herveo de Ponte, domino de Frenoio, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1426 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Bertrando de Querclin, comiti de Longavilla. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1427 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni, domino de Rieux, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1428 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Roberto Conolles, militi Nannetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1429 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Hugoni de Kervelay, militi Venetensis dioecesis, (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia)

1430 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Guidoni de Lavalle, militi Redonensi. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1431 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni de Bellomanerio, militi Macloviensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1432 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Carolo de Dinanno, domino de Montefilant, militi Macloviensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1433 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni de Tournemine, domino de la Hunaudoye, militi Briocensis dioecesis (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1434 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni, domino de Radesia, militi Nannetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1435 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni, domino de Malestrete, militi Venetensis dioecesis (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1436 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Guidoni de Rupeforti, domino de la Muco, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1437 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Johanni de Bazvallon, militi. (Reg. 247, fol. 184 verso. De curia.)

1438 Avignon, 10 décembre 1364.

Simili modo Herveo de Quervhez, militi..... (*sic*) dioecesis. (Reg. 247, fol. 185 recto. De curia.)

1439 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Guillelmo Latimerii, militi Venetensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 185 recto. De curia.)

1444 Avignon, 10 décembre 1364.

Carolo, regi Franciae, scribit de eodem, ut ad praedictam pacem reformandam efficacis operationis studium adhibeat. Reg. 247, fol. 185 recto. De curia.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Radicata etc. *ut supra usque* destinamus. Cum itaque ad pacem hujusmodi faciendam sublimitatis tue opem et operam utiles et necessarias extimemus, sublimitatem eandem affectuose rogamus quatinus pro ipsa pace, auctore Domino, facienda et tenenda stabiliter, viis et modis quibus regia circumspectio sciet et poterit, velit pro Dei reverencia efficacis operationis studium adhibere. Datum ut supra. »

1441 Avignon, 10 décembre 1364.

In e. m. Edwardo, regi Angliae. (Reg. 247, fol. 185 recto. De curia.)

1442 Avignon, 10 décembre 1364.

Petrum, episcopum Urbevetanum, vicarium suum in Urbe deputat. (Reg. 247, fol. 186 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario.* De cunctis Christi —. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno tercio. »

1443 Avignon, 10 décembre 1364.

Eidem episcopo gubernationem et administrationem ecclesiarum, pro titulis sancte Romanae ecclesiae cardinalium constitutarum, ad presens vacantium, committit. (Reg. 247, fol. 186 verso. De curia.)

« *Eidem.* Cum nonnulle Urbis —. Datum ut supra. »

1444 Avignon, 12 décembre 1364.

Philippo de Varesio, ecclesiae Januensis praeposito, ut castra Petrae et Toyrani, Albinganensis dioecesis, quae nomine Ecclesiae custodit, Johanni, electo Albinganensi, seu ejus procuratori, restituere non differat. (Reg. 247, fol. 12 recto.)

« *Dilecto filio Philippo de Varexio, preposito ecclesie Januensis.* Dudum ex certis causis tibi duximus committendum ut castra Petre et Toyrani, Albinganensis diocesis, ad ecclesiam Albinganensem spectancia, nomine nostro et Romane ecclesie usque ad nostrum beneplacitum fideliter custodires seu faceres custodiri. Cum autem hujusmodi sint cause sublate, discretioni tue tenore presentium districte precipiendo mandamus quatinus castra ipsa et

eorum fortalicia, cum omnibus rebus, bonis et juribus pertinentibus ad eadem, dilecto filio Johanni, electo Albinganensi, seu ejus procuratori, ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti, receptis presentibus, absque difficultate ac mora qualibet realiter assignare ac restituere non postponas, mandatum nostrum taliter impleturus quod illud iterari non oporteat vel aliud in hac parte remedium adhiberi, super cujusquidem mandati nostri executione facienda celerius dilectum filium Massioctum de Montefalcone, nostrum servientem armorum, latorem presentium, ad te specialiter destinamus, cui super hiis que de premissis tibi ex parte nostra narraverit adhibeas plenam fidem. Datum Avinione, II idus decembris, anno tercio. »

1445 Avignon, 12 décembre 1364.

Gabrieli Adorno, duci, ac communi civitatis Januensis, scribit de eodem, ut electo praefato in recuperatione castrorum supradictorum favoribus suis assistant. (*Ibid.*, fol. 12 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac communi civitatis Januensis.* Sicut vestra prudencia —. Datum ut supra. »

1446 Avignon, 12 décembre 1364.

Galeotti de Malatestis, in Ariminensi civitate vicarii, fidelitatem commendat ipsumque hortatur ad terram, regimini suo commissam, contra societates viriliter defendendam. (Reg. 247, fol. 12 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeocto de Malatestis, militi Ariminensi, pro nobis et ecclesia Romana in Ariminensi et certis aliis civitatibus vicario.* Litteras tue nobilitatis nuper recepimus in quibus nova de illis malignis societatibus intimasti, nosque ad possibilem succursum et defensionem terrarum sancte Romane ecclesie affectu filialis promptitudinis excitasti, de quarum litterarum missione tuam prudentem fidelitatem multipliciter commendamus. Licet igitur, fili dilecte, de diris persecutionibus et hostilitatibus societatum hujusmodi cunctis Christi fidelibus, presertim populis nobis immediate subjectis, compatiamur ab intimis et de oportunis adversus tantam cladem remediis jugiter cogitemus, tamen circa hoc aliud remedium sufficiens non videmus posse presencialiter adhiberi, nisi quod omnes populi in vigore et unitate persistant et viriliter se defendant tuaque magnanimitas eos de quibus expedire videris ad hoc studeas animare, commissasque per nos terras tue circumspectionis regimini tuo consueto more custodias et defendas, nosque de omni salubri remedio quod adhiberi poterit non cessabimus cogitare et illud etiam, si fieri poterit, adhibere. Dat. Avinione, II idus decembris, anno tercio. »

1447 Avignon, 16 décembre 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, provinciae Romandiolae pro ecclesia Romana vicario in temporalibus generali, ut, cum Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, de vicariatu hujusmodi in provincia Romandiolae ipsum duxerit surrogandum, dicti vicariatus officium fideliter exequi studeat et non gravet subditos suos sed propriis stipendiis sit contentus. (Reg. 247, fol. 13 recto. — *Archives du Collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz*, vol. I, n° 39.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravenna-t[ensi], provincie Romandiole pro nobis et Romana ecclesia vicario in temporalibus generali.* Litteras tue fraternitatis. — Datum Avinione, XVII kal. januarii, anno tercio. »

1448 Avignon, 16 décembre 1364.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, ut praefatum Petrocinum, archiepiscopum Ravennatensem, in provincia Romandiolae pro ecclesia Romana vicarium, habens favorabiliter commendatum, eidem vicario in regimine praedicto favoribus et auxiliis suis assistat. (Reg. 247, fol. 13 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Cum venerabilis frater. — Datum Avinione, XVII kal. januarii, anno tercio. »

1449 Avignon, 16 décembre 1364.

In e. m. Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi. (*Ibid.*, fol. 13 verso.)

1450 Avignon, 16 décembre 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, vicario Romandiolae, quatuor florenos auri singulis diebus pro suis stipendiis assignat. (Reg. 247, fol. 192 recto. De curia.)

« *Ven. fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennati, pro*

nobis et Romana ecclesia in provincia Romandiole vicario generali. Cum venerabilis frater. — Datum Avinione, XVII kal. januarii, anno tercio. »

1451 Avignon, 16 décembre 1364.

Thesaurario provinciae Romandiolae, ut hujusmodi stipendia dicto Petrocino vicario persolvat. (Reg. 247, fol. 192 verso. De curia.)

« *Dilecto filio .. provincie Romandiole pro nobis et Romana ecclesia thesaurario.* Cum venerabilis frater. — Datum ut supra. »

1452 Avignon, 18 décembre 1364.

Regimini civitatis Camerinensis, fidelitatem ipsorum commendans ipsosque hortans ad terram suam contra societates viriliter defendendam. (Reg. 247, fol. 13 verso.)

« *Dilectis filiis regimini civitatis nostre Camerinensis ac nobilibus viris Rodulfo, Johanni, Venancio et Gentili fratribus, militibus Camerinensibus.* Devotionis vestre litteras nuper gratanter recepimus, in eis vestram gratam memoriam in precordiorum apostolice Sedis libro conscriptam retinendam perenniter non absque paterne dilectionis dulcedine renovantes. Scimus namque vestram et progenitorum vestrorum illibate fidei constanciam erga sanctam Romanam ecclesiam cunctis retroactis temporibus pre ceteris ejusdem fidelibus claruisse ac clarere jugiter more reverentissimorum et obedientium filiorum proindeque in vestra probatissima fidelitate quiescimus et specialiter delectamur, illam non solum in vobis ipsis sed in confortatione et animatione stabilitatis circumstancium subditorum nostrorum in omni adversitate que posset accidere ipsi ecclesie per utilem extimantes. Gaudete igitur, filii, quod de vobis et de eisdem progenitoribus possunt talia veraciter predicari virtusque laudata semper in vobis suscipiat incrementum et aliis ecclesie prefate fidelibus prebeat imitationis exemplum. Ceterum excusationem vestram quod per aliquem vestrum personam nostram nondum, prout cupitis, visitastis, vos ex allegata causa excusatos habemus; quinimmo gratius nobis existit quod vosmet et terras ejusdem ecclesie ab aggressibus illarum detestabilium comitivarum, que vos et easdem terras impugnare inhumaniter moliuntur, defendatis viriliter quam in mittendo ad dictam Sedem moderno tempore pro visitatione ipsa vos oneretis expensis et vestrum aliquos a defensione hujusmodi abstrahatis nec nos potestis visitare acceptius quam defensioni insistere prelibate, nosque nichilominus vos sicut precipuos filios semper habere proponimus favoribus apostolicis commendatos. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno tercio. »

1453 Avignon, 18 décembre 1364.

Galeatium de Vicecomitibus iterum hortatur ut ab omni injuria episcopo et ecclesiae Vercellensi inferenda abstineat. (Reg. 247, fol. 14 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Ex frequenti fidedignorum querela percepimus quod tu nonnullos prelatos, clericos, ecclesiasticasque personas et ecclesias et monasteria et presertim venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Vercellensem et ejus ecclesiam variis affecisti injuriis et afficis incessanter; quod profecto, fili, displicenter admodum gerimus et eo ferimus nec indigne molestius quo illa sunt anime tue saluti contraria et honori tuo, quem sincere diligimus, derogant et per ea Redemptori omnium injuria irrogatur. Et ideo nobilitatem tuam monemus, requirimus et hortamur in Domino illam attencius deprecantes ac tibi sinceris affectibus et sanis consiliis suadentes quatinus, pro Dei ac apostolice Sedis reverencia et ipsius tue consideratione salutis abstineas ab hujusmodi injuriis et gravaminibus eisdem prelatis, clericis et personis ecclesiasticis inferendis, ita quod omnipotentem Deum tibi constituas propicium et benignum, super quo dilecti filii Johannis, abbatis monasterii beate Marie Florentine, latoris presentium, cui aliqua referenda tibi pro parte nostra duximus imponenda, relatibus adhibeas plenam fidem. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno tercio. »

1454 Avignon, 20 décembre 1364.

Petrum Rostagni, domicellum Ebredunensis dioecesis, vicethesaurarium pro Romana ecclesia in provincia Romandiolae deputat. (Reg. 247, fol. 192 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Rostagni, domicello Ebredunensis diocesis.* De tue fidelitatis —. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno tercio. »

1455 Avignon, 18 décembre 1364.

Edwardo, Angliae regi, notificat se ambaxiatores ejus loete

recepisse sed dispensationem ab eis postulatam concedendam non duxisse. (Reg. 247, fol. 14 verso. — Rymer, *Fœdera*, t. III, *Part.* II, p. 94.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem, etc.* Dilecti filii nobiles viri Nicolaus de Lovaygne et Thomas de Fulnecby, milites Cantuariensis et Lincolniensis diocesium, nuncii tui, dudum ad Sedem apostolicam destinati, post benignam et graciosam dispositionem nostram super negotio dilecti filii nobilis viri Ricardi, comitis Arundellie, de quo jamdiu regie sublimitati rescripsimus (1), pro dispensatione per nos generaliter concedenda quod filii et filie tui, nati et nascituri ex legitimo matrimonio, possent cum aliis personis, eis in tertio seu quarto consanguinitatis seu affinitatis gradibus attinentibus, matrimonialiter copulari fideliter et solicite institerunt; sed nos, licet tuis honestis votis annuere cupiamus, attendentes tamen quod talem gratiam non consuevimus facere et quod, si fieret, ad consequenciam verisimiliter traheretur, ex quo pro tempore in Christiano populo possent scandala generari, dictam dispensationem non duximus concedendam; sed si pro tempore pro ipsorum filiorum vel filiarum aliquo seu aliqua et certa alia persona, ex quorum conjunctione non timeatur proba[bi]liter scandalum suboriri, gratiam petas hujusmodi, in concessione ejus nos libenter exhibebimus liberales; super aliis autem per dictos nuncios pro tui parte petitis, videlicet pro tuis ac consortis et liberorum tuorum ac aliis tui regni clericis beneficiatis, necnon de citationibus personarum tui regni ad Romanam curiam minime faciendis, et de causa dilecti filii nostri Andruini, tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, ac venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Cantuariensis rationabilia nostra responsa dedimus, que ipsi nuncii tue celsitudini referent oraculo vive vocis. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno tercio. »

(1) Rymer a en effet publié, sous la date du 30 septembre 1364, une autre bulle d'Urbain V adressée au roi d'Angleterre Edouard III et concernant l'affaire du comte d'Arundel (Cf. Rymer, *Fœdera*, t. III, *Part.* II, p. 87.) Ce seigneur ayant porté atteinte aux droits de l'église de Chicester, avait été, sur la plainte de l'évêque Guillaume de Lenne, cité à comparaître devant la cour romaine à Avignon. Edouard III s'interposa en sa faveur et le pape, revenant sur sa décision, confia à Jean, abbé de Saint-Bavon de Gand, le soin de régler à l'amiable ce différend. Le compte des deux ambassadeurs envoyés par Edouard se trouve conservé au *Public Record Office* de Londres, dans le fonds de l'Echiquier. Cf. Mirot et Deprez, *Les ambassades anglaises pendant la guerre de Cent ans*, p. 33, nos CCXXXVIII et CCXLIII).

1456 Avignon, 18 décembre 1364.

Johannae, reginae Franciae, ipsum supplicanti ut ad concordiam inter Carolum Franciae et Carolum Navarrae reges operam det efficacem, respondet se, antequam ejus litterae sibi praesentatae fuissent, regibus supradictis et Ludovico de Navarra, regis Navarrae fratri, de hoc scribendum duxisse. (Reg. 247, fol. 14 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie illustri, salutem etc.* Sinceritatis tue litteras benigne recepimus et eo letancius quo sinceritatem magnitudinis tue advertimus appetere bonum pacis, apud nos insistando suppliciter ut ad id quod non vales efficere per te ipsam nos demus operam efficacem, videlicet quod inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie et Carolum Navarre reges illustres pax et concordia auctore Domino reformetur. Nos igitur proinde excellenciam tuam dignis laudibus in Domino commendantes, eisdem litteris taliter respondemus quod, antequam ipse littere nobis presentate fuissent, nos dolenter admodum ferentes inter memoratos reges, inter quos sicut est conjunctio sanguinis ita debet esse animorum identitas, inimico humani generis procurante, fore discordiam suscitatam, ac considerantes quot et quanta mala et pericula possent exinde non solum dictis regibus sed cunctis Christi fidelibus provenire, eisdem regibus scribendum eosque exhortandum duximus ut ad pacis dulcedinem suos animos inclinarent, et etiam scripsimus carissimis in Christo filiabus nostris Johanne, Francie et Navarre et Blanche, Francie reginis illustribus ac dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra, fratris (*sic*) dicti regis Navarre eosque rogavimus ut ad prefatam concordiam reformandam dent operam efficacem, nosque parati sumus incessanter per nos ipsos et per alios in hujusmodi pacis negotio solicite laborare. Ceterum benignitatem et prudenciam tuam attente rogamus ut in hujusmodi pio ac laudabili et prefatis regibus et eorum regnis et universaliter cunctis Christi fidelibus plurimum utili negotio laborare non cesses; nosque quantum poterimus ad perfectionem pacis hujusmodi nichil de contingentibus omittemus continuatis informando vicibus de omnibus oportunis. Dat. Avinione, XV kal. januarii, anno tercio. »

1457 Avignon, 19 décembre 1364.

Santio Vaquerii, sacristae saecularis ecclesiae Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut a praelatis suae nuntiationis, de receptione tricesimae, quam universis personis ecclesiasticis in regno

Franciae constitutis Clemens papa VI imposuit, rationem exigat. (Reg. 247, fol. 193 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste secularis ecclesie Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens. — Datum Avinione, XIIII kal. januarii, anno tercio. »

1458 Avignon, 20 décembre 1364.

Gastoni, comiti Fuxi, ut comitissam Fuxi, consortem suam, quam ad Carolum, Navarrae regem, fratrem ejus, remisit, ad se studeat revocare. (Reg. 247, fol 15 recto)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Fidedignorum relatu displicenter audivimus quod tu dilectam in Christo filiam nobilem mulierem, comitissem Fuxi, consortem tuam, pro eo quod dos tibi pro eadem promissa minime fuerit assignata, ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Navarre illustrem, fratrem suum, longo jam lapso tempore, remisisti. Verum, cum nobilitatem tuam non deceat uxorem propriam, quam sociam individuam accepisti, ex tali causa a tuo consorcio separare, quamque debes ex divino mandato et pro spe generose prolis ab eadem suscipiende maritali affectu inseparabiliter retinere, eandem nobilitatem rogamus attente quatinus comitissam predictam ad te studeas quamtocius revocare, super quo dilecto filio nobili viro Frille de Malario, militi Gracionopolitane diocesis, latori presentium, ex parte nostra velis credere in dicendis. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno tercio. »

1459 Avignon, 20 décembre 1364.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, ut pro quibusdam Brixiensis dioecesis incolis qui Ecclesiae adhaeserunt, dum guerra vigebat inter ipsam et Bernabonem de Vicecomitibus, et tanquam Ecclesiae adhaerentes in pace dudum reformata includi debent, apud dictum Bernabonem partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 15 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Francisci de Carraria, militis Paduani, in civitate Paduana imperialis vicarii, nuper fuit nobis expositum cum querela quod, quamvis nonulle singulares persone universitatum, castrorum et villarum diocesis Brixiensis, tempore quo inter Romanam ecclesiam ac ipsum Franciscum et alios cum eadem ecclesia .. colligatos et dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, guerra vigebat, ipsis Francisco et colligatis et etiam ecclesie notorie adhesissent et secundum formam pacis inter eosdem ecclesiam, colligatos et Bernabonem dudum reformate eedem persone ipsarum universitatum tanquam adherentes dictorum ecclesie et colligatorum debuissent reputari et per te ut tales etiam declarari in eademque pace includi ac per eundem Bernabonem tractari secundum capitula dicte pacis, dictus tamen Bernabos easdem personas sevissime persequitur velut hostes, eorum castra et domos faciendo funditus dirui ac ipsis in personis et rebus eorum mala plurima inferendo et comminando inferre pejora; que, si est ita, contra formam dicte pacis fieri dinoscuntur. Nos igitur, de hiis non indigne turbati et oppressis eisdem paterno compacientes affectu, volumus et tue circumspectioni mandamus quatinus super premissis, quam cito commode poteris, in declarando quod fuerit declarandum et monendo dictum Bernabonem quod erga easdem personas agat ea ad que secundum formam dicte pacis tenetur et alias prout justum fuerit partes tui officii non differas exercere. Nos enim per dilectum filium Johannem, abbatem monasterii Sancte Marie Florentine, cancellarium tuum, super hiis prefato Bernaboni specialem ambaxiatam et monitionem paternam prout convenit destinamus. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno tercio. »

1460 Avignon, 20 décembre 1364.

Francisco de Carraria, in civitate Paduana imperiali vicario, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 15 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Super hiis que venerabilis frater noster Pileus, episcopus Paduanus, de adherentibus tuis et aliorum colligatorum constitutis in territorio Brixiensi nobis retulit scribimus dilecto filio nostro Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, secundum formam presentibus interclusam et dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, per dilectum filium Johannem, abbatem monasterii Sancte Marie Florentine, specialem et efficacem mittimus ambaxiatam. Quare hujusmodi negocium apud dictum legatum diligenter facias procurari, nobis quid inde factum fuerit rescripturus. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno tercio. »

1461 Avignon, 20 décembre 1364.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae ecclesiae Romanae, vicario, ut pacem dudum factam inter dictam ecclesiam et ejus colligatos et adhaerentes ex una parte et Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, ex altera, faciat firmiter observari. (Reg. 247, fol. 16 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravenat[ensi], in provincia Romandiole, nobis et ecclesie Romane subjecte, vicario in temporalibus auctoritate apostolica deputato.* Cum venerabilis frater. — Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno tercio. »

1462 Avignon, 22 décembre 1364.

Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, rogat ut Galeatium, fratrem suum, revocet a molestiis quas infert ecclesiae Vercellensi et de hiis credat relatibus Petri, episcopi Ulixbonensis, ad ipsum super praemissis destinati. (Reg. 247, fol. 16 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Venerabilem fratrem nostrum —. Datum Avinione, XI kal. januarii, anno tercio. »

1463 Avignon, 22 décembre 1364.

In e. m. Blanchae de Sabaudia, Galeatii de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, consorti, « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 16 recto.)

1464 Avignon, 22 décembre 1364.

In e. m. Johanni de Pepulis, militi Bononiensi, « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 16 recto.)

1465 Avignon, 22 décembre 1364.

Mariam, imperatricem Constantinopolitanam, de morte Roberti, imperatoris, viri ipsius, consolatur. (Reg. 247, fol. 16 verso.)

« *Carissime in Christo filie Marie, seniori, imperatrici Constantinopolitane illustri, salutem, etc.* Dilectionem sinceram, quam ad clare memorie Robertum, imperatorem Constantinopolitanum, consortem tuum, dum ageret in humanis, habuimus, et devotionem quam ipse habebat ad Romanam ecclesiam ad nostram memoriam revocantes, de imperatoris ejusdem, sicut filii carissimi obitu non indigne dolemus, tibique ipsius solacio destitute compatimur more patris. Licet igitur causam magne mesticie habeas quod tantus princeps a tuo consorcio sit subtractus, decet tamen excellencie tue prudenciam de tanto merore in Domino consolari; ad quod te, paternis suasionibus exhortamur, offerentes tue magnitudini favorem apostolicum in hiis in quibus illum reputaveris oportunum. Datum Avinione, XI kalendas januarii, anno tercio. »

1466 Avignon, 23 décembre 1364.

Johanni, marchioni Montisferrati, ut ab omni hostilitate Johanni, episcopo et ecclesiae Vercellensi inferenda abstineat et cum castrum Verrucae, ad dictam ecclesiam pertinens, faciat obsideri, obsidionem hujusmodi quam citius poterit removeri curet (Reg. 247, fol. 17 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, marchioni Montisferrati.* Venerabilis frater noster Johannes, episcopus Vercellensis, nobis exposuit quod tu, nullam habens causam rationabilem contra eum et suam ecclesiam, subito movisti guerram contra ipsum et suam ecclesiam supradictam, castrum Verruce, Vercellensis diocesis, ad dictam suam ecclesiam pertinens, faciendo obsideri. Cum itaque hoc ad tue nobilitatis non redundet honorem et in divinam cedat offensam, nobilitatem eandem affectuose rogamus quatinus, ob reverenciam Dei ac nostrarum precum intuitum, obsidionem hujusmodi statim facias removeri, in hiis et aliis a dampnis et molestiis dictorum episcopi et ecclesie abstinendo. Nos enim, si dictus episcopus te vel tuos offendit, parati sumus de ipso expedite facere justicie complementum. Quod si forte contra ipsum episcopum turbatus existeres ex eo quia justiciam dicte sue ecclesie prosequens ut tenetur, quamdam causam contra te in Romana curia per nos, qui sibi et omnibus sumus in petita justicia debitores, committi obtinuit, non debet et hoc tua tantum turbari prudencia quod ad inferendos hostiles progressus propterea movearis, nosque, non obstante commissione predicta, que negari non debuit, parati sumus inter te ac dictum episcopum ponere firmam pacem et, ut tractatus dicte pacis possit, placatis animis, inchoari ac continuari et, auctore Domino, terminari, in dicta causa mandavimus supersederi, donec aliud duxerimus ordinandum nec procedetur in ea donec nobis super hoc respondisse potueris et ex tunc quamdiu pendebit dictus tractatus, si illum contigerit inchoari, super quibus tibi latius exponendis venerabilem fratrem nostrum Petrum,

episcopum Ulixbonensem, apostolice Sedis nuncium, latorem presentium, virum circumspectum et fidelem, ad tuam presenciam destinamus, cui, in hiis que tue nobilitati ex parte nostra retulerit, velis credere sicut nobis. Datum Avinione, X kalendas januarii, anno tercio. »

1467 Avignon, 23 décembre 1364.

Galeatio de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ut, cum villam castri Meserani, ad ecclesiam Vercellensem spectantem, occupari et Nicolaum de Flisco, episcopi Vercellensis fratrem, ad suam praesentiam super hoc destinatum, capi et detineri fecerit, dicto episcopo nullam noxiam inferat novitatem et de praemissis Petri, episcopi Ulixbonensis, apostolicae Sedis nuntii, relatibus fidem adhibeat. (Reg. 247, fol. 17 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeam de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Nuper ad audienciam —. Datum Avinione, X kal. januarii, anno tercio. »

1468 Avignon, 26 décembre 1364.

Episcopo Atrebatensi, ut revocationem dispensationum matrimonialium, a Sede apostolica factam, publicari non differat. (Reg. 247, fol. 195 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Atrebatensi.* Nuper ad evitanda. — Datum Avinione, VII kal. januarii, anno tercio. »

1469 Avignon, 26 décembre 1364.

In e. m. episcopo Cameracensi. (*Ibid.*, fol. 195 recto. De curia.)

1470 Avignon, 26 décembre 1364.

In e. m. episcopo Morinensi. (*Ibid.*, fol. 195 recto. De curia.)

1471 Avignon, 26 décembre 1364.

In e. m. episcopo Tornacensi. (*Ibid.*, fol. 195 recto. De curia.)

1472 Avignon, 26 décembre 1364.

In e. m. episcopo Trajectensi. (*Ibid.*, fol. 195 recto. De curia.)

1473 Avignon, 27 décembre 1364.

Tadeae de La Scala, ut Agnetem de Duratio, nurum suam, velit amicabiliter pertractare. (Reg. 261, fol. 17 verso.

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Tadee, relicte quondam Mastini de Lascala, salutem, etc.* Etsi credamus quod dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Agnetem de Duratio, nurum tuam, sincere diligas et condigno prosequaris honore, existimamus tamen quod hec eo plenius et durabilius facies quo ad ea per nos fueris excitata. Quare nobilitatem et devotionem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eandem Agnetem tam illustris sui generis consideratione, quam nostrorum adjectione precaminum, materna dilectione oportunisque favoribus prosequaris; exinde preter humane laudis preconium, nostram et apostolice Sedis benivolenciam et gratiam plenius receptura. Datum Avinione, VI kalendas januarii, anno tercio. »

1474 Avignon, 27 décembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, Agnetem de Duracio, Canissegnorii de La Scala consortem, commendat. (Reg. 247, fol. 18 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Genus illustre dilecte. — Datum ut supra (1). »

1475 Avignon, 27 décembre 1364.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 18 recto.)

1476 Avignon, 27 décembre 1364.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, ut Mariam, impe-

(1) La lettre précédente est ainsi datée « Datum Avinione, VI kal. januarii, anno tercio. »

ratricem, cognatam suam, condigna honorificentia pertractet. (Reg. 247, fol. 18 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem, etc.* Quamvis credamus, fili carissime, quod erga carissimam in Christo filiam nostram Mariam, imperatricem Constantinopolitanam illustrem, cognatam tuam, te reddas non solum justum, sed etiam favorabilem et benignum ; tamen, quia nostra exhortacio ad hoc te debet reddere promptiorem, celsitudinem tuam rogamus et hortamur attente quatinus dictam imperatricem, digne suarum virtutum meritis honorandam, condigna honorificencia et fraterne dilectionis efficacia prosequaris, presertimque in restitutione sue dotis et aliorum suorum jurium te reddas promptum et facilem, ac etiam liberalem. Datum ut supra. »

1477 Avignon, 28 décembre 1364.

Carolum de Artesio, comitem Pedenatii, qui de discordia, inter se et abbatem monasterii Anianae, ord. s. Ben., Magalonensis dioecesis, exorta, compromisit, rogat ut dicti compromissi terminum usque ad aliquod tempus congruum proroget. (Reg. 247, fol. 18 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii.* Nobilitati tue que —. Datum Avinione, V kal. januarii, anno tercio. »

1478 Avignon, 29 décembre 1364.

Ludovico, duci Andegavensi, Caroli, regis Franciae, in partibus Occitanis locum tenenti, ut erga cives Narbonenses, de quodam rumore inter eos et nonnullos Hispanos in civitate Narbonensi suscitato, gratiose agat vel saltem dictos cives ad defensionem eorum, juxta formam juris quo Narbonensis patria gubernatur, admittat. (Reg. 247, fol. 18 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 120, n° XLII.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, salutem etc.* Expositione quorumdam civium Narbonensium didicimus quod dudum, in ipsa civitate Narbonensi, inter quosdam cives ex una parte et gentes quasdam armigeras Ispanorum ex altera, consulibus civitatis ejusdem in domo consulari pro patrie defensione regiis quoque ac reipublice tractandis negotiis insimul congregatis, rumor extitit suscitatus, culpa tamen eorundem Ispanorum contra cives eosdem insurgencium, de quorum assuetis maleficiis et rapinis cives ipsi vehementissime dubitabant et propterea se ab ipsis defendere sunt conati, ex quo rumore hinc inde plura sunt omicidia et vulnera subsecuta. Verum cum dicti consules timeant quod tu, qui in partibus Occitanis regius locum tenens existis, velis ex suggestione aliquorum malivolorum ipsorum civium contra ipsos occasione predicta procedere, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, benigne considerans quod civitas predicta regio culmini semper fidelis extitit et devota, et quod super excessu multitudinis semper mitius est agendum, cum dictis civibus super offensa, si quam ex rumore hujusmodi commiserunt, velis agere graciose vel saltem eos ad defensionem sui juris benigne admittere, juxta formam juris quo Narbonensis patria gubernatur. Datum Avinione, IIII kalendas januarii, anno tercio. »

1479 Avignon, 29 décembre 1364.

Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ut octingenti equites, quos a stipendiis suis cassavit, ab omni noxia novitate contra Marchiones Estenses civitatemque Mutinensem inferenda desistant. (Reg. 247, fol. 19 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Hodie nostro fuit auditui reseratum quod tu nuper circa octingentos equites seu barbutas a tuis stipendiis cassavisti, quodque iidem equites ad castrum Carpi, Mutinensis diocesis, ad dilectum filium nobilem virum Galeacium de Piis, militem Mutinensem, adherentem et confederatum tuum, ilico post cassationem hujusmodi perrexerunt, contra dilectos filios nobiles viros .. Marchiones Estenses, regentes civitatem Mutinensem, nostros et Romane ecclesie in civitate nostra Ferrariensi vicarios, cum ipsa ecclesia specialiter colligatos, facturi, ut verisimiliter creditur, noxiam novitatem, ex qua dicta ecclesia, presertim propter colligationem quam iidem marchiones habent cum ea et vicinitatem terrarum ejusdem ecclesie, involvi bellicosis actibus cogeretur. Quare, cum nobilitatem tuam deceat pacem dudum per te cum eadem ecclesia dictisque marchionibus aliisque cum eadem ecclesia colligatis factam, prout promisisti bona fide, inviolabiliter observare et hoc te affectare ab intimis nobis sepius reseraris, nobilitatem eandem requirimus, rogamus et hortamur attente quatinus confestim et taliter in hac parte provideas quod per gentes hujusmodi seu dictum Galeacium, tuum adherentem, nulla novitas suscitetur, super quo tibi plenius exponendo venerabili fratri nostro Petro, episcopo Ulixbonensi, apostolice Sedis nuncio, latori presentium,

velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, IIII kal. januarii, anno tercio. »

1480 Avignon, 29 décembre 1364.

Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro Ecclesia vicario, de eodem scribit, ipsum hortans ad pacem cum Bernabone de Vicecomitibus et Galeatio de Piis, milite Mutinensi, firmiter observandam. (Reg. 247, fol. 19 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Etensi, pro nobis et Romana ecclesia in civitate Ferrariensi vicario.* Intellectis nuper hiis que dilectus filius magister Nicolaus de Cremaschis, legum doctor, ambaxiator tuus, nobis exposuit, scripsimus statim dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, sub forma presentibus interclusa. Verum quia pro parte dicti Bernabonis seu dilecti filii nobilis viri Galeasii de Piis, militis Mutinensis, nobis contra te est querela proposita super contentis in cedula interclusa, nobilitatem tuam hortamur attente mandantes quatinus circumspecte provideas ne in hac parte vel alias culpa, per quam pax possit infringi ex parte tua, valeat reperiri, et si qua forte sit hucusque commissa, illam non differas nec te pudeat emendare, cum non sit verecundosum sed gloriosum cedere rationi, super quibus et aliis litigiosis que occurrere possent pro tempore consilio et diffinitioni dilecti filii nostri Andruini, tituli Sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice Sedis legati, efficaciter acquiescas. Datum ut supra. »

1481 Avignon, 30 décembre 1364.

Carolo, Romanorum imperatori, de quodam negotio arduo inter ipsum et regem Franciae inito, ad cujus prosecutionem magister generalis ordinis Praedicatorum mittitur, scribit. (Reg. 247, fol. 20 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem, etc.* Super quodam arduo negotio, ut dicitur, a circumspectione tue magnitudinis procedente, per te carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, primo et deinde per ipsum regem per dilectum filium Symonem, ordinis Predicatorum generalem magistrum, latorem presentium, nostro apostolatui reserato; cum nobis gratum reddatur quamplurimum, et illius effectum plenis desideriis affectemus, et ad hoc partes nostras intendamus apponere, dictum magistrum ad prosequendum ex parte nostra hujusmodi negotium, ad tuam et aliorum qui in eodem tanguntur negotio presentiam destinamus, sublimitatem tuam rogantes attente quatinus in proposito tuo concepto de dicto negotio, quod credimus Deo gratum, et rei publice utile, perseverans, dictum magistrum, cujus providenciam ac probitatem extimamus tue celsitudini fore notas, super eo dirigas et informes, ac credat ea que tue sublimitati ex parte nostra duxerit referenda. Datum Avinione, III kalendas januarii, anno tercio. »

1482 Avignon, 31 décembre 1364.

Gastoni, comiti Fuxi, ut consortem suam, quam ob defectum dotis promissae a consortio remisit, ad cohabitationem revocet et de hoc Petro Ysalguerii (1), militi Tolosano, praesentium latori, fidem adhibeat. (Reg. 247, fol. 20 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Nuper non sine —. Datum Avinione, II kal. januarii, anno tercio. »

1483 Avignon, 1er janvier 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, Franciscum de Archipresbiteris, militem Perusinum, Urbis senatorem, commendat. (Reg. 247, fol. 21 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dilectum filium nobilem —. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tercio. »

1484 Avignon, 1er janvier 1365.

Senatori Urbis, ut officium senatus laudabiliter exercere prosequatur. (Reg. 247, fol. 21 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus*, etc., II, 418.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Archipresbiteris, militi Perusino, alme Urbis senatori.* Ex tuis ac —. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tertio. »

(1) Cf. au sujet de Pierre Ysalguier, chevalier, de Toulouse, les lettres de Charles V du 9 juillet 1366, réglant le mode de payement de la pension jadis accordée audit chevalier par le feu roi Jean, alors duc de Normandie. (Arch. Nat., JJ 97, n° 255. — D. Vaissete, *Hist. de Languedoc*, X, 1362-1363).

1485 Avignon, 1er janvier 1365.

Populo Romano, ut malignis relatibus eorum, qui inter ipsos et Ægidium cardinalem legatum discordiam suscitare moliuntur, fidem non adhibeant nec credant Sedem apostolicam ipsis pecuniam mittere non velle, ad guerram contra societates faciendam; sed potius, cum aerarium Ecclesiae sit exhaustum, non aegre ferant si petita subsidia ipsis non statim tribuantur. (Reg. 247, fol. 21 verso.)

« *Dilectis filiis populo Romano.* Diebus nuper preteritis receptis per nos vestris litteris, continentibus hostiles molestias quas gentes impie malignarum comitivarum vobis jugiter inferebant et peticionem nostri subsidii, nos vobis peculiaribus nostris filiis paterna caritate compassi, statim mandavimus venerabili fratri nostro Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, quod omnia auxilia sibi et aliis subditis nostris possibilia vobis exhiberet et faceret exhiberi, novissimeque receptis aliis vestris litteris similia continentibus, hujusmodi nostrum mandatum duximus fortius iterandum. Miramur autem quamplurimum et cum admiratione turbamur quod, prout eedem vestre ultime littere continebant, ex eo vos specialiter amaritari et turbari ostenditis quod comitivas hujusmodi fore voluntati et mandato prefati legati conformes videmini quodammodo credere pro eo quod, prout asseruistis, eedem comitive, excepta Urbe, alias terras Romane ecclesie non offendunt, quasi vos non sitis de dicte ecclesie subjectis et filiis, cum principalissimi existatis; sed ecce, filii, quod manifeste videtis, ut credimus, istam credulitatem levem nimiam extitisse; nam, sicut imperrime per litteras fidedignorum de partibus illis accepimus, gentes dictarum comitivarum impugnant sevissime nonnullas terras nostras de Patrimonio et Ducatu et post illarum depopulationem alique ipsarum gencium creduntur in Marchiam vel Romandiolam accessure. Eapropter, carissimi filii, vestram prudenciam, quam super omnes alios populos gravissimam et excellentissimam decet esse, paternis et sincerissimis monitis exhortamur quatinus malignis relatibus suggestorum, qui inter vos et dictum legatum discordiam et perconsequens in corpore dicte ecclesie ac vestri et ipsius ecclesie status depressionem scissuram ponere moliuntur, faciliter non credentes, de affectu et opere dicti legati, sicut patris benevoli, senciatis et etiam confidatis, cum ipso, qui in illis partibus nostram representat persŏnam, adversus hujusmodi et alios hostes sincero affectu et opere existentes unanimes et concordes ac vos invicem quam firmius possit connectentes in omnique concordia, quam ipse legatus cum eisdem comitivis forsitan faceret, ad quod tanquam melius et tucius, ut audivimus, sua prudencia nititur, vos sicut alios nostros filios et subjectos includi volumus et mandamus et vos in hoc promptis velitis animis consentire, crediturí firmiter quod idem legatus pro nobis, si cum eo filialiter et sincere egeritis et indissolubiliter conjuncti fueritis, sicut pro aliis nostris filiis et subjectis tractando, concordando et defendendo faciet paternis affectibus et effectibus posse suum; sed advertatis, filii carissimi, ac credentes quod propter longas et graves guerras, quas dicta ecclesia et ejus subditi habuerunt retroactis temporibus substinere, erarium ejusdem ecclesie est exhaustum pecuniis et dicti subditi necessitate cogente nimium fuerunt hactenus et propter timorem et hostilitatem hujusmodi perversarum gencium adhuc sunt expensarum oneribus aggravati, et cum sit ubique suspictio, omnes idem subditi, de quorum terris est majus periculum quam de munitissima Urbe, ubi est populus magnus et strenuus hostibus merito formidandus, coguntur personaliter custodire, et propterea non miretur nec turbetur vestra devocio si non statim vobis petita subsidia tribuuntur et si postulatam indulgenciam contra easdem gentes sceleratas hucusque non dedimus, hoc pro meliori non absque rationabilibus causis et multa deliberatione omisit providencia dicte Sedis; ceterum letamur dilectum filium nobilem virum Franciscum de Archipresbiteris, militem Perusinum, senatorem dicte Urbis, ad exercendum commissum per nos sibi senatus regimen advenisse ipsamque sue bonitatis obtentu et vestre recommendationis intuitu habere intendimus apostolicis favoribus commendatum, et, sicut vestre littere postulabant, dilecto filio nostro Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, dicte Sedis legato, per nostras litteras alligatas presentibus commendamus. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tercio. »

1486 Avignon, 1er janvier 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut populo Romano, ad societates expugnandas, omne quod poterit auxilium dare non omittat. (Reg. 247, fol. 22 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Nuper recepimus secundas litteras dilectorum filiorum populi Romani, in quibus subsidium pecuniale vel gentis armigere contra comitivas perfidas petierunt, quibus populo respondemus secundum tenorem presentibus interclusam. Licet igitur non ignoremus quod omnes terre Romane ecclesie diversis oneri-

bus sunt gravate et satis imo nimium habent agere de custodiendo se ipsas, tamen volumus et mandamus quod eisdem populo de omni subsidio, quod eis sine periculo aliarum terrarum nostrarum dare poteris, studeas providere, ut indigencie subveniatur ipsorum ac nostra et tua voluntates erga eos fore bene dispositas appareat evidenter et per hoc ipsi nobis et eidem ecclesie ex tali beneficio amplius astringantur et de te non aliter quam de patre benivolo sentiant et confidant eosque in omni tractatu concordie, quam forsitan cum dictis comitivis haberes, si per ipsos populum non steterit, includere non omittas. Datum ut supra. »

1487 Avignon, 1er janvier 1365.

Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, de litteris ab ipso missis ad Sedem apostolicam respondet, ipsumque rogat ut ad conservationem honoris et status Ecclesiae diligenter intendat. (Reg. 247, fol. 22 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano.* Ad contenta tuarum —. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tercio. »

1488 Avignon, 1er janvier 1365.

Bernardum de Sancto Stephano, sacristam ecclesiae Ruthenensis, capellanum suum, in monasterio Montispessulano, Magalonensis dioecesis, a se de novo fundato et dotato, vicarium et procuratorem suum generalem in temporalibus constituit. (Reg. 247, fol. 196 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo de Sancto Stephano, sacriste ecclesie Ruthenensis, capellano nostro.* Cum ad reverenciam —. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tercio. »

1489 Avignon, 1er janvier 1365.

Inquisitori haereticae pravitatis in provincia Arelatensi constituto ejusque vicario, contra Jacometum Luchet, clericum, Jacometum de Hennencia ac Ancelmetum de Romelherio, laicos, Gebennensis dioecesis, de haeretica pravitate suspectos et in curiae Romanae carceribus detentos, inquirendi facultatem concedit. (Reg. 247, fol. 197 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. inquisitori heretice pravitatis in provincia Arelatensi constituto et ejus vicario.* De vestra circumspectione —. Datum Avinione, kalendis januarii, anno tercio. »

1490 Avignon, 2 janvier 1365.

Carolo, regi Franciae, ut, de rumore inter cives Narbonenses et nonnullos Hispanos suscitato, apud Ludovicum, ducem Andegavensem, partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 22 verso.) (1).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Exponentibus nobis quibusdam civibus civitatis tue Narbonensis, percepimus quod dudum in civitate ipsa, inter quosdam cives Narbonenses ex una parte et quasdam gentes armigeras Hispanorum ex altera, .. consulibus dicte civitatis in domo consulari civitatis ejusdem pro patrie defensione regiis tuoque ac rei publice tractandis negotiis insimul congregatis, culpa tamen ipsorum Hispanorum contra cives eosdem insurgencium, de quorum assuetis maleficiis et rapinis cives ipsi vehementissime dubitabant, rumor extitit suscitatus, ex quo hinc inde plura sunt homicidia et vulnera subsecuta. Verum cum dicti consules timeant ne dilectus filius nobilis vir Ludovicus, dux Andegavensis, frater ac in partibus Occitanis locum tenens tuus, ex suggestione aliquorum malivolorum ipsorum civium contra ipsos occasione predicta velit procedere, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, benigne considerans quod dicta civitas regio culmini semper fidelis extitit et devota et quod super excessu multitudinis mitius est agendum, cum dictis civibus super offensa, si quam ex rumore hujusmodi commiserunt, velis agere graciose, vel saltem eos ad defensionem sui juris benigne admittere, juxta formam juris quo illa patria gubernatur ac prefato duci mandare quod eosdem cives ad hujusmodi defensionem et gratiam condecentem recipiat et admittat. Datum Avinione, III nonas januarii, anno tercio. »

(1) L'émeute, à laquelle il est fait allusion dans cette lettre et dans celle du 29 décembre 1364, adressée au duc d'Anjou, se produisit, d'après M. Molinier (*Etude sur la vie d'Arnoul d'Audrehem*, p. 153-156), le 10 mars 1364. Les lettres de rémission, que, sur la demande d'Urbain V, le duc d'Anjou accorda aux habitants de Narbonne, portent la date du 6 avril 1365 (Arch. nat., JJ 98, n° 465). Les faits y sont exposés en détail. Ces lettres ont été publiées par M. Molinier (Ibid., *Pièces justificatives*, n° LXXIV), qui, dans le récit fidèle qu'il donne de l'événement, ne mentionne pas l'intervention du pape.

1491 Avignon, 2 janvier 1365.

Priores artium, vexilliferum justitiae et commune civitatis Florentinae rogat ut magistrum Cerretanum de Senis, plebanum plebis Sancti Stephani de Campoli, Florentinae dioecesis, decretorum doctorem, capellanum suum ac sacri palatii apostolici causarum auditorem, possessione pacifica plebanatus supradicti ac canonicatus et prebendae ecclesiae Florentinae gaudere permittant, pro ipso quodlibet impedimentum amoventes. (Reg. 247, fol. 23 verso.)

« *Dilectis filiis .. prioribus artium ac vexillifero justicie ac communi civitatis Florentine.* Dilecti filii magistri —. Datum Avinione, IIII nonas januarii, anno tercio. »

1492 Avignon, 6 janvier 1365.

Santio Vaquerii, ecclesiae soccularis Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis dioecesis, sacristae, apostolicae Sedis nuntio, ut bona mobilia ac credita episcopi quondam Lectorensis defuncti, apostolicae camerae reservata, recipere procuret (1). (Reg. 247, fol. 198 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste secularis ecclesie Sancti Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice sedis nuncio.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, VIII idus januarii, anno tercio. »

1493 Avignon, 7 janvier 1365.

Archiepiscopo Bisuntino, ut Simonem de Sancto Albano, militem, ac Hugonem de Binant, domicellum, suae dioecesis, qui nonnulla argenti et aliarum specierum jocalia, ad monasterium Sancti Germani Autissiodorensis spectantia et Parisius pro magna necessitate deportata, dum a quibusdam civibus ad civitatem Autissiodorensem portarentur, per violentiam abstulerunt, ad liberam restitutionem inducat, aut in recompensatione dampni illati abbati et monachis dicti monasterii certam pecuniae quantitatem ab eis solvi faciat. (Reg. 247, fol. 23 verso) (1).

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino.* Ad audienciam nostram —. Datum Avinione, VII idus januarii, anno tercio. »

1494 Avignon, 7 janvier 1365.

Ecclesiam monasterii, quod in civitate Montispessulano construi facit, congrua reliquiarum sancti Germani portione communire volens, abbati et conventui monasterii Sancti Germani Autissiodorensis mandat ut certam partem ipsarum reliquiarum apostolicae Sedis nuntiis, praesentium latoribus, assignent. (Reg. 247, fol. 198 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Germani Autisiodorensis, ordinis sancti Benedicti, salutem, etc.* Ad divinum obsequium et religionis, in qua ab annis teneris fuimus enutriti, augmentum, in loco Montispessulani, Magalonensis diocesis, unum solenne monasterium monachorum, ordinis sancti Benedicti, facimus construi, cujus ecclesiam propriis manibus intendimus consecrare ac diversis sacris reliquiis communire. Igitur, cum monasterium vestrum hujusmodi sanctorum reliquiis satis abundet, nosque ad beatum Germanum confessorem, cujus corpus est in vestri monasterii ecclesia tumulatum, devotionem precipuam habeamus et de ipsius reliquiis pro dicto novo monasterio habere velimus aliquam congruam porcionem, presertim quia in dicto loco Montispessulani aliqua miracula ejusdem sancti Germani meritis fieri asseruntur, discretionem vestram hortamur attente, vobis districte precipiendo mandantes quatinus quartam partem vel circa capitis et unum os brachii dextri ejusdem sancti Germani, cujus corpus in vestro monasterio requiescit, ac duos vel saltem unum palmos syndonis, in qua hujusmodi caput et brachium involuta fuisse noscuntur, dilectis filiis Raymundo Chabaudi, priori Cariloci ejusdem ordinis, et Petro de Chissiaco, rectori ecclesie de Escanno, Aptensis et Autisiodorensis diocesium, nostris nunciis, latoribus presentium, super parte dicti capitis arbitrio dictorum nunciorum vos stare volumus, omni fraude cessante, statim receptis presentibus, absque difficultate qualibet assignetis, per eos nobis reverenter et fideliter deferenda, nullique persone cujuscumque sta-

(1) L'évêque de Lectoure, dont il est question dans cette bulle, est Pierre Anzelier, chantre de l'église d'Amiens, élevé par Clément VI à l'évêché de Lectoure, le 26 janvier 1351 (Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 311). On ne trouve la date de sa mort indiquée ni dans l'ouvrage d'Eubel, ni dans la *Gallia Christiana* (t. I, col. 1080-1081). Son successeur, Pierre, archidiacre de Pont-Audemer en l'église de Lisieux, notaire apostolique et familier du pape Urbain V, ne fut promu à l'évêché de Lectoure que par une bulle du 30 mai 1365 (Eubel, *loc. cit.*). Il est vraisemblable que Pierre Anzelier mourut à la fin de l'année 1364.

(1) V. plus loin une bulle du 23 janvier 1366, relative à la même affaire, et la note qui l'accompagne.

tus vel condicionis existant, infra unum mensem a die qua ipsi prior et Petrus de monasterio vestro cum hujusmodi reliquiis recesserint de premissis quodcumque verbum, nutum seu signum quomodolibet dicatis seu etiam faciatis, alioquin vos et quemlibet vestrum, contempnentes hujusmodi nostris obedire mandatis, excommunicacionis sentencia innodamus, a qua nullus preterquam in mortis articulo ab alio quam a Romano pontifice possit absolutionis beneficium obtinere et nichilominus te, fili abbas, a dignitate abbaciali et vos, filii, singulares persone dicti conventus prioratibus, ecclesiis ac officiis et beneficiis quibuscumque que ubilibet obtinetis, si et qui culpabiles fueritis in premissis, presentium auctoritate privamus ac perpetuo inhabilitamus, ad ea et similia imposterum obtinenda. Datum Avinione, VII idus januarii, anno tercio. »

1495 Avignon, 7 janvier 1365.

Abbati et conventui monasterii Sancti Benedicti supra Ligerim, ordinis ejusdem sancti, Aurelianensis dioecesis, ut de reliquiis sancti Benedicti, cujus corpus in dicto monasterio requiescere dicitur, quartam partem vel circa capitis, unum os brachii dextri ac unum vel duos palmos syndonis, in qua hujusmodi caput et brachium involuta fuisse noscuntur, pro monasterio Montispessulano de novo fundato, Raymundo Chabaudi, priori Cariloci et Petro de Chissiaco, rectori ecclesiae de Escanno, Aptensis et Autissiodorensis dioecesium, apostolicae Sedis nuntiis, assignent. (Reg. 247, fol. 199 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Benedicti supra Ligerim, ordinis ejusdem sancti, Aurelianensis diocesis.* Ad divinum obsequium —. Datum ut supra. »

1496 Avignon, 8 janvier 1365.

Eisdem Raymundo Chabaudi et Petro de Chissiaco, ad monasteria Sancti Germani Autissiodorensis et Sancti Benedicti supra Ligerim, Aurelianensis dioecesis, de negotio praedicto deputatis, abbates et monachos dictorum monasteriorum ad revelandum et tradendum sanctorum Germani et Benedicti reliquias compescendi concedit facultatem. (Reg. 247, fol. 199 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Raymundo Chabaudi, priori Cariloci et Petro de Chissiaco, rectori ecclesie de Escanno, Aptensis et Autisiodorensis diocesium.* Cum nos ad —. Datum Avinione, VI idus januarii, anno tercio. »

1497 Avignon, 8 janvier 1365.

Abbates, priores et quoscumque alios beneficia seu officia obtinentes, monasterioque Sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben. subjectos, abbati ejusdem monasterii caritativum vel aliud quodcumque subsidium, ratione novae creationis, invitos exhibere non teneri, et si ipsum gratuitum exhibeant, illud mille ducentos florenos auri nequaquam transcensurum fore decernit. (Reg. 247, fol. 199 verso. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ecclesiarum et monasteriorum —. Datum Avinione, VI idus januarii, anno tercio. »

1498 Avignon, 9 janvier 1365.

Johannae, reginae Siciliae, ut Margaritam de Tarento, ducissam Andriae, consanguineam suam, in consecutione jurium ipsius habeat commendatam. (Reg. 247, fol. 25 recto.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Quamvis probabili ratione credamus quod dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam de Tarento, ducissam Andrie, consanguineam tuam, sincera benivolencia prosequaris, eamque non solum in sua justicia sed in gratia et honesto favore habeas et habere velis pro tempore commendatam; tamen, ut hoc eo efficacius facias quo ad id nostris fueris precibus excitata, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eandem Margaritam in assecutione quorumlibet jurium suorum habeas efficaciter commendatam. Datum Avinione, V idus januarii, anno tercio. »

1499 Avignon, 9 janvier 1365.

Andruino cardinali legato, ut bastitam de Cesis, in territorio Mutinensi consistentem, destrui faciat, prout marchionum Estensium petit nuntius. (Reg. 247, fol. 25 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato, salutem, etc.* Dilectus filius magister Nicolaus de Cremaschis, legum doctor, dilectorum filiorum nobilium virorum Nicolai, Hugonis

et Alberti, marchionum Estensium, nuncius apud Sedem apostolicam constitutus, nobis exposuit quod licet secundum formam pacis per dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, facte cum ecclesia Romana et colligatis ejusdem, contineatur expresse quod omnes bastite, quas idem Bernabos tenebat in territorio Mutinensi, deberent statim totaliter destrui, et bastita de Formigine destructa debito tempore fuerit, tamen bastita de Cesis, in dicto territorio consistens, non fuit destructa, sed tuo nomine non absque gravibus nostris expensis et dicte ecclesie custoditur ; de qua destructione non facta iidem marchiones, et etiam cives Mutinenses, quibus, ut dicitur, ex hoc magnum posset periculum generari, gravantur, et nos non modicum admiramur. Quare volumus et mandamus quatinus, si est ita, et aliud rationabile non obsistat, de quo nos informes plenarie, dictam bastitam destrui facias, nos et eandem ecclesiam ab expensarum onere, te et custodie solicitudine, et marchiones ac cives jamdictos, a tedio et timore hujusmodi periculi liberando. Datum Avinione, V idus januarii, anno tercio.»

1500 Avignon, 11 janvier 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut mandatum Edwardi, regis Angliae, patris sui, contra gentes societatum earumque complices latum, exequatur. (Reg. 247, fol. 25 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Patentes litteras carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, genitoris tui, a regia fide ac justicia emanantes, quas contra quosdam subditos suos et tuos, qui una cum gentibus detestabilium comitivarum regnum Francie non solum hostiliter sed more infidelium paganorum destruere moliuntur, tue nobilitati transmittit et lator presentium tibi portat, nuper vidimus et pleno percepimus intellectu. Quamvis igitur nostra opinio teneat pro constanti quod jussa carnalis patris in hac tibi parte directa filiali obediencia exequeris, nichilominus tamen, quia ad hoc tanto debebis promptior inveniri quanto etiam a spirituali patre circa id fueris excitatus, devotionem tuam obnixius in Domino obsecramus quatinus ultra debitam observationem pacis, de qua dicte littere faciunt mentionem, devota meditatione consideres quod gentes perverse comitivarum hujusmodi ecclesias et monasteria destruunt, pauperes et divites sevissime persecuntur, humanum sanguinem etiam innocentem inhumaniter fundunt ac reddunt Deo et hominibus se infestos et, sicut sepe in diversis partibus est probatum, nullus ab eorum potest malignitatibus finaliter esse tutus, circa executionem paterni mandati efficacem tuam operam studeas adhibere, et si forte nobiles nominati in dictis regiis litteris aut alii tui subditi existant in comitivis eisdem et tibi obedire recusent, saltem quantum ad proferendum sententias et banna debita in personas et bona ipsorum et executionem faciendam in bonis eisdem tue justicie debitum non differas exercere, exinde Deo et apostolice Sedi ac bone voluntatis hominibus placiturus. Datum Avinione, III idus januarii, anno tercio. »

1501 Avignon, 13 janvier 1365.

Johannae, reginae Siciliae, ut rectori Campaniae de gentibus armorum per officiales et subditos suos, dictae Campaniae vicinos, quotiens fuerit opportunum, subveniat. (Reg. 247, fol. 26 recto.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Exposuit nobis dilectus filius Johannes, preceptor domus Sancti Antonii Florentini, provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et Romana ecclesia rector, quod ad bene regendum et in statu pacifico gubernandum dictas provincias et jura ipsius ecclesie conservandum ac tirannorum et rebellium contra honorem ipsius ecclesie ibidem recalcitrare volentium nequiciam coercendam, favor tuus et subditorum tuorum ibidem vicinorum sibi est plurimum oportunus. Ideoque serenitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus omnibus subditis et vassallis tuis circumadjacencium eisdem provinciis partium, tam baronibus et nobilibus quam locorum universitatibus, dare velis per tuas litteras in mandatis ut eidem rectori ad premissa, quotiens et quando fuerit oportunum aut ipse rector duxerit requirendum, de armatorum et aliis oportunis et congruis subsidiis atque favoribus debeant suffragari, idque velis taliter ordinare quod per effectum operis tuam possimus exinde celsitudinem commendare. Datum Avinione, idus januarii, anno tercio. »

1502 Avignon, 13 janvier 1365.

Alatrinis ut castrum Trebelliani, quod injuste detinent occupatum, Romanae ecclesiae restituant. (Reg. 247, fol. 26 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus*, etc., II, p. 398.)

« *Dilectis filiis consilio et communi Alatrinis.* Non

sine mentis —. Datum Avinione, idus januarii, anno tertio. »

1503 Avignon, 13 janvier 1365.

Verulanis sub eadem forma, ut castrum Riparum ecclesiae Romanae restituant. (Reg. 247, fol. 27 recto.)

« *Dilectis filiis consilio et communi Verulanis.* Non sine mentis —. Datum ut supra. »

1504 Avignon, 13 janvier 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, Petrocinum, archiepiscopum Ravennatensem, quem vicarium in provincia Romandiolae constituit, commendat, rogans ipsum ut ei de gente armigera subveniat, ipsumque legatum monet se, eidem Petrocino de gagiis propter exercitium vicariatus praedicti providentem, quatuor florenos auri pro singulis diebus duxisse deputandos. (Reg, 247, fol. 27 recto. — Original, *Archives du collège d'Espagne de Bologne, Papiers d'Albornoz*, vol. I, n° 38.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Cum tua fraternitas —. Datum Avinione, idus januarii, anno tercio. »

1505 Avignon, 13 janvier 1365.

Johanni, praeceptori domus Sancti Antonii Florentinae, or. s. Aug., Campaniae et Maritimae pro Romana ecclesia rectori, censuram ecclesiasticam in fulcimentum jurisdictionis temporalis licentiam exercendi concedit. (Reg. 247, fol. 202 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, preceptori domus Sancti Antonii Florentine, ord. s. Aug., Campanie et Maritime pro nobis et Romana ecclesia rectori.* Cum venerabilis frater —. Datum Avinione, idus januarii, anno tercio. »

1506 Avignon, 13 janvier 1365.

Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, apostolicae Sedis nuntio, ut a praelatis suae nuntiationis de receptione tricesimae, universis personis ecclesiasticis regni Franciae a Clemente papa VI impositae, rationem exigat. (Reg. 247, fol. 200 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, apostolice sedis nuncio.* Dudum fe. re. Clemens —. Datum Avinione, idus januarii, anno tercio. »

1507 Avignon, 13 janvier 1365.

Petro Domandi, ecclesiae Pictavensis praeposito, apostolicae Sedis nuntio, bonorum mobilium ac creditorum Geraldi quondam abbatis monasterii Sancti Michaelis in Heremo, ord. s. Ben., Lucionensis dioecesis (1), apostolicae camerae reservatorum, receptionem committit. (Reg. 247, fol. 101 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Domandi, preposito ecclesie Pictavensis, apostolice sedis nuncio.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, idus januarii, anno tercio. »

1508 Avignon, 16 janvier 1365.

Ægidio cardinali legato, ut indulgentiam, illis qui invasores terrarum Ecclesiae concessam expugnant, faciat promulgari. (Reg. 247, fol. 203. De curia. — Theiner, *Codex diplomaticus, etc.*, II, n. 409.)

« *Venerabili fratri Egidio*, etc. Hodie pro defensione —. Datum Avinione, XVII kal. februarii, anno tertio (2). »

1509 Avignon, 16 janvier 1365.

Eidem ut etiam indulgentias expugnantibus invasores regni Siciliae concessas faciat publicari. (Reg. 247, fol. 204 recto. De curia.)

« *Eidem.* Nuper pro defensione —. Datum Avinione, XVII kal. februarii, anno tercio. »

(1) La *Gallia Christiana* (t. II, col. 1426) ne fait pas mention de cet abbé ou lui assigne une place erronée dans la liste des abbés de Saint-Michel en l'Herm, au diocèse de Luçon. Elle cite, en effet, comme 13e abbé, Hugues I, dont le nom figure, nous dit-on, dans des chartes de 1366 et de 1377, et, comme 14e abbé, Géraud, qui aurait vécu vers l'an 1400. Quant au prédécesseur de Hugues I, il aurait eu nom Jean, et on le trouverait mentionné dès l'année 1283. Il faut admettre que les auteurs de la *Gallia* ont fait ici une confusion ou, ce qui paraît plus vraisemblable, qu'il y a eu effectivement deux abbés de Saint-Michel en l'Herm du nom de Géraud. C'est le premier d'entre eux qui, mentionné dans notre bulle du 13 janvier 1365 (date à laquelle il avait cessé d'exister), aurait été omis par les savants Bénédictins et prendrait place entre les numéros 12 et 13 de leur liste, d'ailleurs peu riche en renseignements précis.

(2) La bulle d'excommunication « *Ad futuram rei memoriam. Circa defensionem* et —. Datum Avinione, XVII kalendas februarii, pontificatus nostri anno tercio », est incluse dans cette lettre et se trouve publiée dans Theiner.

1510 Avignon, 17 janvier 1365.

Edwardo, regi Angliae, de dispensatione pro matrimonio inter filium ipsius et filiam comitis Flandriae contrahendo non concessa. (Reg. 247, fol. 27 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Sicut per alias litteras nostras tue serenitati jam scripsimus, votis tuis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus, et ubi eorum aliqua forsitan non implemus, bona voluntas tibi complacendi non deficit ; sed ad postulata negandum cause rationabiles, quas circumspectio apostolice Sedis, de cunctorum populorum fidelium salute solicita, scandalorum materias amputare desiderans, cogitare tenetur et cogitur, nos inducunt. Eapropter, fili carissime, si dispensationem super matrimonio per unum de natis tuis contrahendo in gradu prohibito cum dilecta in Christo filia .. nata dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis Flandrie, per tuam serenitatem petitam non duximus concedendam, tua prudens et devota sublimitas non miretur ; sed potius hoc quod dicte Sedis judicium pro meliori elegit, velit cum paciencia tolerare, alias gratias quas poterimus honeste concedere receptura. Causas autem, que ad id pro vitandis verisimiliter futuris scandalis nostrum animum induxerunt, dilectis filiis nobilibus viris Nicolao de Lovanio, et Thome de Fulnechby, militibus Cantuariensis et Lincolniensis diocesum, Willelmo Margarete, clerico Lincolniensi, ambaxiatoribus tuis, latoribus presentium, qui pro dicta dispensatione fideliter institerunt, verbo duximus exprimenda. Et certe si similis casus in tuo regno contingeret, nulli persone ex qua posset in eodem regno scandalum suscitari concederemus gratiam prelibatam. Datum Avinione, XVII kalendas februarii, anno tercio. »

1511 Avignon, 19 janvier 1365.

Thomae Walkefare, militi, senescallo Caturcensi, ut Laurentio, episcopo Tutellensi, quem Helias de Floriaco, domicellus Caturcensis dioecesis, de quibusdam bonis appellatis de Bornia, ab ecclesia Tutellensi ab olim in feudum teneri consuetis, dicitur molestare, justitiam fieri faciat expeditam. (Reg. 247, fol. 28 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome Walkefare, militi, senescallo Caturcensi.* Fidedigna relatione nobis —. Dat. Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1512 Avignon, 19 janvier 1365.

Carolum, regem Franciae, hortatur ad Guibertum de Marcenaco, militem, Sancti Flori dioecesis, qui monasterium Aureliaci continue molestat, puniendum, dictumque monasterium sub protectione regia suscipiendum. (Reg. 247, fol. 28 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem* etc. Nuper dilectus filius Petrus, abbas monasterii Aureliaci, ordinis sancti Benedicti, Sancti Flori diocesis, ad Romanam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus immediate spectantis, nobis exposuit conquerendo quod dudum, antequam clare memorie Johannes, rex Francie, genitor tuus, de patria Alvernie creasset ducatum, illamque dilecto filio nobili viro Johanni, Bituricensi et Alvernie duci, fratri tuo, donasset, nobilis vir Guibertus de Marcenaco, miles, Sancti Flori diocesis, tunc existens, prout existit, familiaris dicti ducis, dampnabilium comitivarum sociatus, villam dicti loci Aureliaci et aliam certam terram consistentem in Alvernia, ad prefatum monasterium pertinentes, more predonico invasit et hostiliter impugnavit, sacrilegia, homicidia, rapinas, adulteria, stupra ac incendia, aliaque detestanda scelera committendo, ex hiis seu eorum aliquibus excommunicationis sententiam, in talia committentes a jure prolatam, dampnabiliter incurrendo, quodque non solum non studet super hiis sue providere saluti penitendo et satisfaciendo, saltem aliqualiter de premissis, sed nunc pro locumtenente dicti ducis in bailivia Montium Alvernie se gerens, sub umbra sui officii et jurisdictionis ducis ejusdem dicta monasterium, villam et terram, quamvis dux ipse in eis nullam habeat potestatem, contra Deum et justiciam ejusdemque monasterii libertatem ac inhibitiones dicti tui patris, dudum super hiis in curia regii parlamenti factas, vexare et opprimere diversis molestiis, injuriis et gravaminibus non veretur, in anime sue periculum et dicti monasterii gravissimum detrimentum, super quibus idem abbas nostre provisionis remedium humiliter imploravit. Quapropter celsitudinem tuam, quam decet oppressis presertim personis ecclesiasticis compati, easque in tuo regno ab oppressionibus relevare, requirimus et rogamus attente quatinus digneris super hiis taliter providere et per eundem ducem facere provideri quod idem monasterium ceterique sui subditi ab hujusmodi oppressionibus, molestiis et gravaminibus releventur, idemque miles de hujusmodi suis nefandis excessibus tali punitione plectatur, quod sibi cedat ad penam et aliis similia per tuum regnum temptantibus in exemplum. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1513 Avignon, 19 janvier 1365.

Johanni, Bituricensi et Alverniae duci, scribit de eodem. (Reg. 247, fol. 28 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Bituricensi et Alvernie duci.* Nuper dilectus filius —. Datum ut supra. »

1514 Avignon, 19 janvier 1365.

Amedeum, comitem Sabaudiae, de auxilio quod capitulo Lugdunensis ecclesiae in recuperatione loci de Ansa, praestat, congratulatur eique notificat se omnibus contra comitivas pugnantibus indulgentiam plenariam in articulo mortis concessisse (Reg. 247, fol. 29 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p, 122, n° xliv.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem* etc. Ex notificatione dilectorum filiorum capituli ecclesie Lugdunensis gratanter accepimus quod strenua tua nobilitas eos in recuperatione loci Anse, Lugdunensis diocesis, ad eosdem capitulum pertinentis, magnifice adjuvat et adjuvare disponit magnificencius in futurum; de quo nobilitatem eandem multipliciter in Domino commendantes, te paterne rogamus quatinus quod in hac parte laudabiliter incepisti continue prosequaris, illas gentes iniquas detestabilium comitivarum brachio tue potencie dispergendo. Nos enim, ut negocium hujusmodi procedat felicius, tuis ac venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Lugdunensis dictorumque capituli et aliorum de partibus illis supplicationibus inclinati, illis quos pugnando contra comitivas easdem forsitan obire contigerit, plenam indulgenciam in forma consueta duximus concedendam, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Dat. Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1515 Avignon, 19 janvier 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut pecuniam Guidoni de Gonzaga ac Ludovico et Francisco, ejus natis, militibus Mantuanis, ab Ecclesia debitam, a Stephano, abbate monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum dictae ecclesiae in partibus Italiae debitorum receptore generali, solvi faciat sine mora. (Reg. 247, fol. 29 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* De pecunia quam —. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1516 Avignon, 19 janvier 1365.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ut Guidoni de Gonzaga ac Ludovico et Francisco ejus natis, militibus Mantuanis, sex millia sexcentos nonaginta tres florenos auri, si dictam pecuniae summam habeat, alioquin tertiam ejus partem, etiamsi illam se oporteret mutuo invenire, cum Ægidii, episcopi Sabinensis, de hoc mandatum habuerit, de proventibus ecclesiae Romanae solvi faciat sine mora. (Reg. 247, fol. 29 verso.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, or. s. Ben., proventuum Romane ecclesie in partibus Italie debitorum receptori generali.* Dudum tibi per nostras —. Dat. ut supra. »

1517 Avignon, 19 janvier 1365.

Guidoni de Gonzaga, civitatis Mantuanae imperiali vicario, ac Ludovico et Francisco ejus natis, militibus Mantuanis, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 29 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Gonzaga, civitatis Mantuane imperiali vicario, ac Ludovico et Francisco ejus natis, militibus Mantuanis.* Non ignoramus filii —. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1518 Avignon, 19 janvier 1365.

Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, apostolicae Sedis nuntio, ut a Bertrando de Castanherio, decano ecclesiae Insulae Jordani, Tolosanae dioecesis, praedecessore suo, de pecuniae summis ab ipso, nomine camerae apostolicae, receptis rationem exigat. (Reg. 247, fol. 211 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum prout ad —. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno tercio. »

1519 Avignon, 20 janvier 1365.

Ægidio cardinali legato litteras apostolicas, per quas indulgentia plenaria in articulo mortis omnibus qui contra societates pugnaverint conceditur, transmittit, ut eas publicet vel occultet, prout melius viderit expedire. (Reg. 247, fol. 30 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Per litteras dilectorum filiorum populi Ro-

mani et per nonnullos de regno Sicilie et terris Romane ecclesie nobis sepius extitit supplicatum ut contra filios sceleratos de impiis comitivis verbum crucis mandare proponi ac indulgenciam plenam, que per apostolicam Sedem dari consuevit transfretantibus ad recuperationem seu in subsidium Terre Sancte concedere dignaremur. Nos autem, ex certis causis rationabilibus hujusmodi supplicationi hucusque annuere recusantes, plenam indulgenciam in mortis articulo pro defensione dictorum regni, urbis et terrarum concessimus, in forma que in litteris nostris inclusis presentibus continetur, et in hac forma quandoque in istis partibus contra pravas comitivas que sunt in regno Francie hujusmodi indulgenciam duximus concedendam, et, quia tua circumspectio melius sciet judicare utrum dictas litteras expediat publicari, eas tibi transmittimus, ut eas publices vel occultes, secundum quod magis videris expedire. Datum Avinione, XIII kal. februarii, anno tercio. »

1520 Avignon, 22 janvier 1365.

Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, pro Ecclesia in Ferrariensi civitate vicariis, de solutione census, ab ipsis pro castris Nonantulae et Bazani debiti, et de negotio villae Panzani, in eorum vicariatu comprehensae. (Reg. 247, fol. 30 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao el Hugoni ac Alberto, fratribus, marchionibus Estensibus, pro nobis et Romana ecclesia in civitate Ferrariensi et ejus districtu vicariis.* Inter alia que dilectus filius magister Nicolaus de Cremaschis, legum doctor, ambaxiator vester, nobis pro parte vestra exposuit, super solutione census, per vos nobis et ecclesie Romane pro castris Nonantule ac Bazani, in quibus vicariatum et regimen pro dicta ecclesia exercitis, debiti, quem dilectus filius noster Andruinus, tituli Sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice Sedis legatus, hucusque recusavit recipere, nostrum petiit beneplacitum declarari; super quo vobis respondemus quod, prout vos nosse putamus, hujusmodi recusatio facta fuit ut dilectorum filiorum .. populi Bononiensis turbatio vitaretur; nostre tamen ac fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium intentionis extitit et existit, prout alias vobis scripsimus, quod concessio vicariatus dictorum castrorum vobis facta obtineat plenum robur. Et propterea volumus quod per non factam vel non faciendam solutionem dicti census, donec de ipsa infra unum mensem facienda pro parte nostra requisiti fueritis, nullum vobis prejudicium generetur. Super negotio vero ville Panzani, que in dicto vicariatu dicitur comprehendi, quod idem ambaxiator nobis exposuit, ex dicta causa, videlicet vitande scandalose turbationis populi predictorum, cum res ista sit parva et modicum dispendium vobis resultet ex ea, pro meliori supersedere deliberavimus de presenti, nec etiam ex tali dilatione prejudicari volumus juri vestro; et propterea nostrum sincerum, quem ad vos gerimus, attendentes affectum, nostram deliberationem hujusmodi sicut reverentes filii cum paciencia toleretis; super aliis autem, nobis per eundem ambaxiatorem expositis, sibi plene respondimus ipseque nostra responsa vobis plenius refert oraculo vive vocis. Datum Avinione, XI kal. februarii, anno tercio. »

1521 Avignon, 22 janvier 1365.

Carolo, regi Navarrae, ut nuntios suos, de pace inter ipsum et Carolum, regem Franciae, tractaturos, ad curiam Romanam mittat. (Reg. 247, fol. 31 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri, salutem etc.* Litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, heri lete recepimus, continentes se, quem super hoc requisiveramus, fore contentum quod de discordia inter te et ipsum vigente paratus erat in nostris manibus concordare, et super hoc ad nostram presentiam mitteret suos solennes nuncios et procuratores cum pleno mandato, qui erunt in Romana curia prima dominica quadragesime proxime secutura. Quare serenitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus ad dictam diem dominicam tuos solennes nuncios et procuratores similiter cum pleno mandato, sicut alias nobis scripsisti te facturum, ad nostram destinare presentiam non omittas; nos enim parati erimus in hujusmodi laudando negotio, utrique parti Deo favente perutili, paterna solicitudine et affectu sincerissimo laborare. Datum Avinione, XI kal. februarii, anno tercio. »

1522 Avignon, 23 janvier 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, Caroli, regis Franciae, in partibus Occitanis locum tenenti, ut consulibus et communitati civitatis Albiensis quosdam excessus ab eis perpetratos remittat (1). (Reg. 247, fol. 31 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi,*

(1) Les Archives municipales de la ville d'Albi possèdent la

carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, locum tenenti in partibus Occitanis, salutem etc. Nuper dilectorum filiorum consulum et communitatis civitatis Albiensis humili expositione didicimus quod dudum gentes perverse malignantium societatum, eorum patriam hostiliter discurrentes, locum de Payrola, Albiensis diocesis, infra quatuor leucas a predicta civitate distantem, intraverunt et certo tempore tenuerunt, exinde totam dictam patriam impetentes, homines, mulieres, animalia et bona alia capiendo et ad eundem locum ducendo et nonnullis ex eisdem hominibus et mulieribus inhumaniter vulnerando et etiam occidendo ac alia nonnulla scelera, per tales impios viros committi solita, perpetrando; propter que cives ac incole dicte civitatis ac castrorum et villarum circumstantium, hujusmodi eorum obviare discriminibus et jacturis merito satagentes, ex gratia indulgencie per nos pugnantibus contra hujusmodi viros nepharios ad regie celsitudinis supplicationem concesse alecti, et in Domino confortati, contra detentores dicti loci de Payrola viriliter processerunt, ac eundem locum ceperunt et ignibus cremaverunt, et, quia in eo invenerunt quemdam monachum, ipsius loci habitatorem, ac earumdem perversarum gentium complicem et fauctorem, ac tractatorem et receptorem financiarum, que pro captivorum hujusmodi redemptionibus solvebantur, quidam ex eisdem civibus et incolis ipsum monachum et ejus matrem interfecerunt et eorum bona tanquam hostium asportarunt; propter que civibus et incolis ipsis, premissorum occasione, comminationes de inferenda eis pena a regiis officialibus sunt facte; ex quo ipsi cives et incole vexari et gravari a dictis officialibus pertimescunt. Quare nobilitatem tuam affectuose rogamus quatinus, benigne considerans quod iidem cives et incole ad capiendum dictum locum pro honore regio et defensione patrie sunt commoti, licet excesserint monachum et mulierem occidendo prefatos, quodque in talibus tumultibus et persecutionibus talium hominum nefandorum non potest per popularem multitudinem debita gravitas et abstinencia ab illicitis observari et quod, si ex hiis pena eisdem civibus et incolis inferatur, alii a defensione terrarum regni Francie et persecutione dictarum societatum forsitan abstinebunt, digneris benigne agere cum civibus et incolis prelibatis, penam, si quam ex hoc ex rigore forsan incurrerint, intuitu nostrorum precaminum de speciali gratia remittendo. Datum Avinione, X kal. februarii, anno tercio. »

minute de la supplique qu'au début de l'année 1365 les habitants adressèrent au pape Urbain V. Cette supplique ne portait pas seulement sur l'affaire de Peyrole. Les habitants demandaient au pape : 1° de vouloir bien écrire au roi de France pour qu'il leur fasse grâce à l'occasion de l'affaire de Peyrole, dans laquelle ils avaient tué un moine et sa mère, instigateurs des excès que commettaient dans le pays les routiers établis audit lieu de Peyrole et dans la tour de *Laobra*; 2° de permettre aux consuls d'exercer des contraintes contre les ecclésiastiques qui ne voulaient pas payer les impôts, bien qu'ils se livrassent au commerce; 3° l'autorisation de pratiquer un chemin pour aller aux moulins, au-dessous du couvent des Frères Prêcheurs, ce que lesdits frères voulaient empêcher, sous prétexte qu'il y avait là un cimetière; 4° enfin de faire recevoir au chapitre Saint-Salvi Raimond Garrigues, clerc d'Albi, pour la première place vacante (Arch. municip. d'Albi GG. 2). La bulle du 23 janvier 1365 nous montre qu'Urbain V ne tarda pas à exaucer au moins la première de ces demandes; mais ce n'est pas à Charles V, comme l'en priaient les habitants d'Albi, c'est à Louis d'Anjou, lieutenant du roi en Languedoc, qu'il jugea bon de s'adresser. La troisième demande, celle relative à l'autorisation de pratiquer un chemin pour aller aux moulins, au-dessous du couvent des Frères Prêcheurs, trouva également un accueil favorable auprès du pape. Le 18 janvier 1365, Urbain V mandait à l'évêque d'Albi de s'informer de l'usage de certains moulins, situés sur la rivière de Caussels, au-dessous de la maison des Frères Prêcheurs de ladite ville, et de lui envoyer le plus tôt possible les résultats de son enquête. (Reg. vat. 261, fol. 165 v°. *Litterae diversarum formarum*, n. 23).

1523 Avignon, 23 janvier 1365

Johannae, reginae Siciliae, ut Angelum Petri de Luca, apud ipsam de quibusdam verbis contra ipsam prolatis delatum, habeat excusatum. (Reg. 247, fol. 31 verso.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Dilectus filius Angelus Petri de Luca, noster serviens armorum, nobis exposuit quod quidam ejus emuli et maliloqui detractores ipsum tue celsitudini accusarunt quod de tua serenitate, ac carissimis in Christo filiis nostris Philippo, imperatore, cognato, et Maria, imperatrice Constantinopolitanis illustribus sorore tuis, oblocutus fuerit coram nobis. Nos autem super ejus innocencia in hac parte digne volentes testimonium perhibere, te certam reddimus quod idem Angelus coram nobis de te, vel dictis imperatore et imperatrice, non extitit aliqualiter oblocutus. Quare eandem serenitatem rogamus attente quatinus dictum Angelum benigne habeas super hujusmodi sibi impositis excusatum, eumque et suos consanguineos, in tuo regno morantes, tuis beniguis favoribus prosequaris. Datum Avinione, X kalendas februarii, anno tercio. »

1524 Avignon, 23 janvier 1365.

Fulconem de Agouto, militem, dominum Vallium Saltus et

Ollae, Provinciae senescallum, rogat ut quasdam emptiones ex parte Sedis apostolicae pro monasterio Sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., factas, et litteras inde confectas a Stephano Pope, notario Avinionensi, praesentium latore, ratificare velit. (Reg. 247, fol. 32 recto.)

« *Nobili viro Fulconi de Agouto, militi, domino Vallium Saltus et Olle, Provincie senescallo, spiritum consilii sanioris.* Nuper pro monasterio —. Datum Avinione, X kal. februarii, anno tercio. »

1525 Avignon, 24 janvier 1365.

Abbati monasterii Fontis Frigidi, Cisterc. ord., Narbonensis dioecesis, Johannem Marchi, dicti monasterii monachum, qui longas et varias infirmitates passus est et patitur, commendat. (Reg. 247, fol. 32 verso.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii Montis Frigidi (sic), Cisterciensis ordinis, Narbonensis diocesis.* Dilectum filium Johannem —. Datum Avinione, VIIII kal. februarii, anno tercio. »

1526 Avignon, 24 janvier 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, de fortificatione, quam incolae castri de Massilhanicis pro salute sua fecerunt, scribit, ut ipsam destrui non permittat incolasque supradictas sub protectione sua suscipiat. (Reg. 247, fol. 32 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, in partibus Occitanis locum tenenti, salutem etc.* Fidedigna relatio nostro patefecit auditui quod incole castri de Massilhanicis, Nemausensis diocesis, de licencia clare memorie Johannis, regis Francie, genitoris tui, pro salute ac tutela ipsorum et totius patrie circumstantis, castrum ipsum fortificaverunt munitionibus oportunis; sed quidam ejusdem castri vicini, non utilitatem communem sed commodum proprium attendentes, dictum castrum seu fortificationem ipsius exquisitis modis destrui facere moliuntur; quod si fieret, non solum in eorumdem incolarum sed in dicte patrie, presertim monasterii Psalmodiensis, dicte diocesis, prefato castro vicini, quod a tuis progenitoribus asseritur fuisse fundatum, detrimentum et periculum gravissimum redundaret. Quare circumspectam nobilitatem tuam affectuose rogamus quatinus, provide considerans quod publicum bonum, ad cujus conservationem et augmentum reges et principes aliique domini constituti existunt, privato est merito preferendum, super facienda destructione fortificationis predicte, que, prout venerabilis frater noster Anglicus, episcopus Avinionensis, qui dictum castrum vidit et videri fecit, nobis asseruit, ex judicio dilecti filii nobilis viri Arnulphi, militis, domini de Audenham, et aliorum in talibus peritorum reputatur sufficiens, non consencias nec prebeas aures tuas, eosdem incolas super hoc vexari et in timore teneri ulterius non permittens, facturus nobis ex hoc complacenciam specialem, super quo tibi latius exponendo dilectum filium Bosonem de Meseloioco, nostrum servientem armorum, latorem presentium, ad tuam presentiam destinamus, cui super hiis, que dicte nobilitati ex parte nostra narraverit in hac parte, velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, IX kal. februarii, anno tercio. »

1527 Avignon, 25 janvier 1365.

Resignationes omnes prioratuum et dignitatum, in manibus Petri, abbatis monasterii Montismajoris, ord. s. Ben., Romanae ecclesiae immediate subjecti, Arelatensis dioecesis, a se vel praedecessoribus suis factas, approbat. (Reg. 247, fol. 212 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Romane ecclesie immediate subjecti, Arelatensis diocesis.* De tue circumspectionis —. Datum Avinione, VIII kal. februarii, anno tercio. »

1528 Avignon, 27 janvier 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut Bernardum Franci, laicum loci Montispessulani, Magalonensis dioecesis, a commissariis suis, in dicto loco deputatis, occasione cujusdam sententiae contra ipsum dudum latae, super quas remissionem dicitur habuisse, ulterius non molestet. (Reg. 247, fol. 33 recto.)

« *Eidem.* [*dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie, illustris, in partibus Occitanis locum tenenti*]. Intelleximus nuper quod —. Datum Avinione, VI kal. februarii, anno tercio. »

1529 Avignon, 29 janvier 1365.

Eidem duci, ut Caroli, regis Navarrae, nuntiis, ad Romanam curiam, de pace inter Franciae et Navarrae reges reformanda,

destinatis, de securo conductu provideat. (Reg. 247, fol. 33 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri, et in partibus Occitanis locum tenenti, salutem* etc. Cupientes dudum, prout indesinenter cupimus, super guerris et dissidiis, inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie, fratrem tuum, et Carolum, Navarre reges illustres, vigentibus, pacis federa reformari, eosdem reges per nostras litteras paterne requisivimus ut certa die nuncios suos solennes, cum mandatis sufficientibus et de intentione cujuslibet ipsorum regum plenius informatos, super tractatu pacis hujusmodi, favente Domino, confirmando feliciter, ad nostram presentiam transmittere procurarent; qui reges, nostris hujusmodi litteris reverenter receptis, nuncios suos ad nostram de proximo destinare presentiam decreverunt, et, ut percepimus, dilecti filii Johannes de Anicuria, licenciatus in legibus, cancellarius dicti regis Navarre, ac Aczenarius, prior loci de Sangosse, ordinis fratrum Carmelitarum, et Martinus Michaelis de Sangosse, rector Sancti Jacobi Sangosse, et nobiles viri Arnaldus Luc, dominus de Luxa, et Johannes Remigii de Aroyla, ejusdem regis Navarre marescallus, milites dicti regis Navarre, cum triginta equitaturis jam sunt in itinere pro jam dicto tractatu ad prefatam curiam veniendi. Quare nobilitatem tuam rogamus attente quatinus dictos nuncios ejusdem regis Navarre, necnon venerabilem fratrem nostrum Bernardum, episcopum Pampilonensem, et dilectum filium Johannem Crozati, decanum ecclesie de Tudella, dicte diocesis, decretorum doctorem, capellanum nostrum, ac sacri palacii causarum auditorem, etiam dicti regis Navarre procuratores et tractatores dicti negocii, nunc in Romana curia commorantes, ad regnum Navarre cum eisdem nunciis reversuros in redeundo, habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia commendatos, eis et eorum familiis pro veniendo, stando et redeundo oportunam fiduciam ac tuas litteras securi conductus et ipsum conductum per districtus et terras tui regiminis velis plene ac liberaliter exhibere. Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno tercio. »

1530 Avignon, 30 janvier 1365.

Galeatio de Vicecomitibus, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, ut pacem vel treugam cum episcopo Vercellensi inchoare eique castra quibus spoliatus est restituere velit. (Reg. 247, fol. 34 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Fidedigna relatio nostro reseravit auditui quod dilectus filius Johannes, abbas monasterii Sancte Marie Florentine, per nos dudum occasione guerre per te mote venerabili fratri nostro .. episcopo Vercellensi apud te destinatus, a tua nobilitate nichil aliud potuit obtinere nisi quod paratus eras facere treuguam cum eodem episcopo, remanente tibi possessione terrarum, villarum et locorum ecclesie Vercellensis, que tue gentes tempore guerre hujusmodi occuparunt. Quare, cum talis occupatio sit injusta et ante omnia restitui debeat spoliatus et in hoc idem episcopus tanquam in maximo prejudicio sue predicte ecclesie consentire non debeat neque possit, nobilitatem eandem rogamus attencius et hortamur quatinus, pro reverencia Dei ac apostolice Sedis et nostra, pacem, que nobis foret acceptior, vel saltem longam treuguam, cum restitucione libera occupatorum tempore dicte guerre minus rationabiliter, inchoare velis facere cum episcopo prelibato, in hoc venerabilis fratris nostri Petri, episcopi Ulixbonensis, apostolice Sedis nuncii, super hiis per nos ad illas partes transmissi, ymo nostris consiliis et suasionibus filialiter acquiescens. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1531 Avignon, 30 janvier 1365.

Petro, episcopo Ulixbonensi, apostolicae Sedis nuntio, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 34 recto.)

» *Venerabili fratri Petro, episcopo Ulixbonensi, apostolice Sedis nuncio.* Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, scribimus secundum formam presentibus interclusam. Quare volumus et mandamus ut, circa ea que eidem Galeaz scribimus, omne bonum quod poteris opereris. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1532 Avignon, 30 janvier 1365.

Eidem, sub ampliori forma. (Reg. 247, fol. 34 recto.)

« *Eidem.* Dilecti etc. *ut in proxima usque* opereris dictasque litteras nostras sibi ex parte nostra presentes vel, si distares, ab eo per aliquem tuum familiarem facias presentari. Dat. ut supra. »

1533 Avignon, 30 janvier 1365.

Gabrielem Adornum, ducem, ac consilium et commune civi-

tatis Januensis rogat ut Constantiam, quondam Simonis Boccanigrae, ducis Januensis, relictam, ejusque filios moram trahere in civitate Avinionensi permittant. (Reg. 247, fol. 34 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis.* Dudum considerantes statum —. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1534 Avignon, 30 janvier 1365.

Eisdem, ut Bartholomaeum et Johannem Boccanigrae, quondam Simonis Boccanigrae, ducis Januensis, fratres, quos in carcere detinent, liberare velint, aut eis tempus et locum assignare quibus valeant per viam justitiae se tueri. (Reg. 247, fol. 35 recto.)

« *Eisdem.* Dilectos filios nobiles viros Bartholomeum et Johannem Boccanigre, quondam Simonis Boccanigre, ducis Januensis, fratres, concives vestros, quos, prout sepe audivimus, propter quedam eis a malivolis suis imposita, in gravissimis carceribus in castro vestro de Lirice cum intolerabilibus cathenis et ferreis compedibus, ut dicitur, facitis teneri captivos, propter quod et nimiam loci distanciam ipsi de eisdem eis impositis per se vel procuratorem nequeunt se purgare et suam innocentiam demonstrare, gerentes in visceribus caritatis ac ipsis de tantarum penarum gravedine paterno compatientes affectu, in votis gerimus eosdem fratres aut confestim, ne miserabiliter moriantur in ipsis carceribus, per vestram miserationem et gratiam liberari, aut eis concedi tempus, locum ac licenciam quibus valeant per viam justicie se tueri, per quam, ut nobis asseritur, si eis detur facultas, se defendere sunt parati. Quare devotionem vestram rogamus et hortamur attente quatinus eisdem Bartholomeo et Johanni pietatis compacientes affectu, et nostris piis precibus filialiter annuentes, aut eis hujusmodi liberationis eorum a dictis carceribus divine pietatis ac precum nostrarum intuitu gratiam liberaliter concedatis, aut saltem eos ad leves carceres vestre civitatis Januensis faciatis reduci, permictentes quod ipsi per se ipsos et suos procuratores per viam justicie, que nemini est neganda, ab hujusmodi eis impositis se defendant et ipsis justicia ministretur. Dat. Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1535 Avignon, 30 janvier 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, qui licentiam ad curiam revertendi petierat, asserit necessarium esse ipsum in Italiae partibus, et praesertim in regno Siciliae, de praesenti remanere. (Reg. 247, fol. 36 recto. — Rainaldi, *Annales ecclesiastici*, VII, 114. Extraits.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Dilectum filium Johannem —. Dat. Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1536 Avignon, 30 janvier 1365.

Vicario, aliisque regiis officialibus et communi civitatis Arelatensis ut, de controversia inter se ipsos et praepositum capitulumque Arelatensis ecclesiae exorta, et murorum monasterii monialium Sancti Caesarii, ejusdem villae, ord. s. Ben. diruptione, quam civitatem ipsam defendendi causa fecerunt, Johannis de Leugis, prioris domus Vallis Benedictionis, ord. Cartus, Avinionensis dioecesis, ad ipsos super hoc destinati, monitis acquiescant ejusque relatibus fidem adhibeant. (Reg. 247, fol. 35 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro .. vicario aliisque officialibus reginalibus et communi civitatis Arelatensis.* Dudum ad audienciam —. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1537 Avignon, 30 janvier 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut Guillelmum, comitem Bellifortis, aetate grandoevum et tibiarum suarum gravedine impeditum, de corporali juramenti fidelitatis praestatione excuset, ac juramento procuratoris, nomine praefati comitis praestito, contentari velit. (Reg. 247, fol. 36 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Fidedigna expositione audivimus —. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1538 Avignon, 30 janvier 1365.

Abbati Psalmodiensi, praeposito Avinionensi et Bernardo de Sancto Stephano, canonico Ruthenensi, facultatem incorporandi quosdam redditus, in civitate Tarasconensi consistentes, officio camerariatus monasterii Sancti Victoris Massiliensis concedit. (Reg. 247, fol. 215 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. abbati monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, et .. preposito Avinionensis, ac Bernardo de Sancto Stephano, canonico Ruthenensis ecclesiarum, salutem* etc. Digna exauditione vota personarum

humilium, maxime divinis laudibus sacreque religionis observancie deditarum, apostolico convenit favore nos prosequi, ac ipsarum necessitatibus occurrere provisione gratie specialis. Olim siquidem dilecto filio nobili viro Johanni Cantelmi, domicello, domino civitatis Biumensis, fundandi et construendi unum monasterium viginti monachorum in quadam domo juxta ecclesiam olim prioratus Sancti Nicolai de Castro Tarasconis, ordinis sancti Benedicti, a monasterio Sancti Victoris Massiliensis, ordinis ejusdem sancti, dependentis, consistente, Avinionensis diocesis, auctoritate apostolica licenciam duximus concedendam, et insuper hujusmodi ecclesiam et domum ac ortum cum aliis ipsius ecclesie appenditiis eidem monasterio construendo, dum dotatum esset, eadem auctoritate imperpetuum incorporavimus, annexivimus et univimus, ac voluimus quod idem Johannes vel heredes sui in recompensatione predictorum ecclesie, domus et orti, priusquam ipsum monasterium construeretur, ipsius olim prioratus priori qui tunc erat, infra dictum castrum domos sufficientes pro dicti prioris et sue familie usu et habitatione, ac duodecim salmatarum annone seu frumenti annuum censum, cum directo dominio terrarum, feudorum, pensionum et aliorum bonorum, ex quibus dictus census prestari deberet, que in dicto castro seu ejus territorio seu districtu consisterent, dare, tradere, conferre et assignare cum debitis et oportunis obligationibus, promissionibus, pactis, renuntiationibus et solemnitatibus debitis teneretur, et aliter concessio, unio et incorporatio nostre predicte nullius essent roboris vel momenti, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis pro parte dilecti filii Bernardi de Clivonis, camerarii predicti monasterii Sancti Victoris, peticio continebat, prefatus Johannes Cantelmi dilecto filio Jacobo de Labisco, de Adana, dicti ordinis, Arelatensis diocesis, tunc prefati olim Sancti Nicolai prioratuum priori, hujusmodi domos et censum annuum duodecim salmatarum annone seu frumenti assignaverit juxta voluntatem nostram predictam, et fructus, redditus et proventus officii sue camerarie ipsius monasterii adeo sint tenues et exiles quod ipse ex eis incumbencia predicto officio onera commode supportare non valet, et sicut accepimus dictus Jacobus de Labisco ipsum prioratum de Adana, auctoritate ordinaria sibi collatum, extitit pacifice assecutus, pro parte ipsius camerarii nobis fuit humiliter supplicatum ut suis et dicti officii necessitatibus in hac parte misericorditer consulentes, pro hujusmodi oneribus facilius supportandis, cum dictus olim Sancti Nicolai prioratus per dictorum ecclesie et domus et orti suorum unionem predictam tacite sit extinctus, dictos domos et censum earundem XII salmatarum annone, ac alia jura et bona, ad ipsum olim prioratum Sancti Nicolai spectancia, predicto officio camerarie unire perpetuo dignaremur. Nos igitur, intendentes quod dictus olim Sancti Nicolai prioratus, qui nec conventualis nec curatus erat, de cetero totaliter sit extinctus, et ipsum tenore presentium extinguentes et anullantes, ac volentes eosdem camerarium et officium, de quorum proventuum tenuitate nobis constat, favoribus prosequi oportunis, discretioni vestre presentium tenore mandamus quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, prefata domos, censum, bona et jura cum omnibus pertinenciis suis, si dictus Jacobus, qui ea obtinebat, memorati prioratus de Adana possessionem est pacificam assecutus, et in eisdem domibus, censu, bonis et juribus non sit alterius jus quesitum, eidem officio camerarie auctoritate apostolica predicta imperpetuum incorporatis, uniatis et annectetis eadem auctoritate, eidem camerario nichilominus concedendo quod, postquam hujusmodi unio per vos facta fuerit, ei liceat corporalem possessionem dictorum domorum, census, bonorum ac jurium et pertinenciarum auctoritate propria, per se vel alium seu alios, ingredi, apprehendere et etiam retinere, diocesani, qui est pro tempore, vel cujuslibet alterius licencia aut consensu minime requisitis; non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis, aut statutis et consuetudinibus monasterii Sancti Victoris et ordinis predictorum contrariis, juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi prioratibus, dignitatibus, personalibus vel officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice Sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus earum auctoritate habitos ad dictum prioratum, per nos ut prefertur extinctum, volumus aliquatenus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum aliorum prejudicium generari, seu si quibuslibet privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis. Nos enim irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinione, III kal. februarii, anno tercio. »

1539 Avignon, 31 janvier 1365.

Johanni, Bituricensi et Alverniae duci, de quibusdam excessibus ab officiariis ejus et praesertim a Guiberto de Marcenaco, milite, Sancti Flori dioccesis, in partibus Alverniae commissis, scribit, ipsum rogans ut, ecclesiasticas libertates defendens, in praemissis remedium apponere non omittat. (Reg. 247, fol. 38 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Bituricensi et Alvernie duci, salutem* etc. Fidedigna relatione percepimus quod officiales tui, presertim Guirbertus de Marcenaco, miles, Sancti Flori diocesis, officiarius tuus, qui ecclesiarum et monasteriorum illarum partium assiduus impugnator et dirus persecutor ac libertatis ecclesie conculcator, tanquam hostis capitalis asseritur, per certos eorum in hac parte commissarios talliam trium florenorum auri pro quolibet foco personarum ecclesiasticarum Montanorum patrie Alvernie exigere satagunt easdemque personas nituntur compellere, etiam per gencium armorum potenciam, ad solutionem florenorum hujusmodi faciendam, asserentes se velle pecuniam prefatam exigere, ut ipsam persolvant detestandis gentibus, quas in partibus illis in societatem unam immanitas scelerum congregavit; quibus sceleratis gentibus idem Guirbertus dicitur non solum manifeste favere sed earum esse particeps spoliorum; propter que et alia dicti Guirberti detestanda facinora, florenorum hujusmodi quantitas dictis gentibus, sicut quandoque ad redimendas vexationes dari solet, presumitur aut non danda aut per ipsum Guirbertum cum eisdem gentibus dividenda. Cum itaque, prout audivimus, hujusmodi tallia pluries sit imposita et levata et predicta de tue nobilitatis assensu procedere non credamus, nobilitatem eandem attente rogamus quatinus, provide considerans quam sit durum quantaque desperatio inducatur in populo quod dicte persone ecclesiastice ab hostibus et predonibus, ac etiam a domesticis et amicis, presertim ab illis qui eas deberent defendere, pariter offendantur, et quod idem Guirbertus, si premissa de ipso relata veritate nitantur, gravibus sentenciis et penis, per nos ad instanciam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratris tui, contra fauctores dictarum societatum prolatis et inflictis, noscitur subjacere, tui honoris obtentu ac pro dictarum incolarum salute, de benignitate solita apponere velis efficax remedium in predictis, ita quod eedem persone ecclesiastice, quas clare memorie progenitores tui Francie reges consueverunt in earum libertate defendere et ipsarum immunitates et jura regiis favoribus ampliare, per prefatos officiales tuos ulterius non graventur, dictusque Guirbertus per oportuna et efficacia remedia ab hujusmodi suis malignitatibus compescatur. Dat. Avinione, II kal. februarii, anno tercio. »

1540 Avignon, 31 janvier 1365.

Carolo, regi Franciae, de eodem scribit, ut a Johannis, ducis Bituricensis et Alverniae, fratris sui, officiariis, et praesertim a Guiberto de Marcenaco, personas ecclesiasticas molestari de coetero non permittat. (Reg. 247, fol. 38 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Fidedigna relatione percepimus —. Datum ut supra. »

1541 Avignon, 31 janvier 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut certam pecuniae quantitatem, quam Caroli, regis Navarrae, nuntii ad Romanam curiam pro sua provisione destinabant et quam regis Franciae gentes, in capite pontis Avinionensis consistentes, abstulerunt, faciat restitui. (Reg. 247, fol. 38 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 122, n° xlv.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri, et in partibus Occitanis locum tenenti, salutem* etc. Innotuit nobis quod pro tractatu pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie, fratrem tuum, et Carolum Navarre reges illustres, in curia Romana tractande et, auctore Domino, reformande, nuncii dicti regis Navarre cum sufficienti mandato pacem predictam tractandi sunt in itinere ad dictam curiam veniendi. Sed cum prefati nuncii per dilectos filios Azenarium, priorem loci Sangosse, ordinis Carmelitarum, Pampilonensis diocesis, et Johannem, scutiferum venerabilis fratris nostri Bernardi, episcopi Pampilonensis, sexcentas octuaginta sex pecias auri in diversis monetis et res alias, pro provisione et apparatu pro ipsis nunciis in dicta curia faciendis, ad Romanam curiam eidem episcopo destinarent, officiarii et gentes tui seu dicti regis Francie, in capite pontis Avinionensis consistentes, dictas monetas et res eisdem priori et scutifero abstulerunt. Quare nobilitatem tuam, cui hoc displicere putamus, rogamus attente quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia tuique honoris obtentu, predictas monetas et res prefato episcopo vel dictis priori et Johanni integraliter restitui facere non postponas. Dat. Avinione, II kal. februarii, anno tercio. »

1542 Avignon, 31 janvier 1365.

Eidem duci Sicardum, dominum de Scuria, Albiensis dioecesis, ecclesiae Romanae vassallum, qui in ipsius ducis curia quaedam negotia expediturus est, commendat. (Reg. 247, fol. 39 recto.) (1)

« *Eidem.* Licet apostolice Sedis benignitas cunctis fidelibus se exhibeat in suis favoribus liberalem, eos tamen illis libencius exhibet qui eam etiam in temporalibus in dominam recognoscunt. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Sicardus, dominus [de] Scuria, Albiensis diocesis, ecclesie Romane vassallus, quedam sua negocia coram tua nobilitate seu in tua curia habeat expedire, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus dictum Sicardum, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, habere velis in eisdem suis negotiis favorabiliter commendatum. Datum Avinione, II kalendas februarii, anno tercio. »

1543 Avignon, 31 janvier 1365.

Gerardo Mercaderii, archipraesbytero de Bellayco, Caturcensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, ut ab archiepiscopo Arelatensi cjusque suffraganeis pecuniae quantitates, quas de decima dudum in dicta provincia imposita levaverunt, camerae apostolicae nomine exigere procuret. (Reg. 247, fol. 216 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Gerardo Mercaderii, archipresbytero de Bellayco, Caturcensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Dudum videlicet tercio —. Dat. Avinione, II kal. februarii, anno tercio. »

1544 Avignon, 1er février 1365.

Gaufrido, archiepiscopo Tolosano, ut quoddam subsidium pecuniarium, a se suisque suffraganeis apostolicae camerae debitum, Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, assignet et assignari faciat sine mora. (Reg. 247, fol. 217 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Gaffredo, archiepiscopo Tholosano, salutem* etc. Sicut novit tua fraternitas, dudum de mandato nostro fuit imposita per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Narbonensem quedam pecunie quantitas, per ipsum a te et venerabilibus fratribus nostris .. suffraganeis tuis et tui et ipsorum cleris exigenda, et in restitutionem quatuor milium florenorum auri, de pecunia camere nostre mutuatorum dilecto filio nobili viro Arnulfo, domino de Audenam, locumtenenti regio in partibus Occitanis, in subsidium guerre facte ad expellendum comitivas pestiferas, que locum de Periaco, Lomberiensis diocesis, tunc temporis occupabant, convertenda. Cum itaque, ut fidedigna relatione percepimus, tu et iidem suffraganei exegeritis portiones vos de dicta pecunia contingentes easque dicto archiepiscopo nondum curaveritis assignare, volumus ac eidem fraternitati tenore presentium mandamus quatinus dictam pecuniam per te debitam ac etiam per te exactam a clero tuo solvas realiter et assignes, et aliam per eosdem suffraganeos debitam exactam solvi et assignari mandes et facias dilecto filio Johanni Guarrigie, canonic o Narbonensi, apostolice Sedis nuncio, in loco Montispesulani, Magalonensis diocesis, commoranti, et, si expedierit, sine more dispendio eosdem suffraganeos ad solutionem hujusmodi faciendam per censuram ecclesiasticam compellere nonomittas. Dat. Avinione, kalendis februarii, anno tercio. »

1545 Avignon, 4 février 1365.

Johanni, abbati monasterii de Menaco, ut Johannis, ducis Bituricensis et Alverniae, officiarios, qui tam a personis ecclesiasticis in partibus Alverniae constitutis quam a saecularibus subditis monasterii de Aureliaco, certam impositionem injuste praesumunt exigere, ad desistendum ab incoeptis ecclesiasticamque libertatem servandam inducat. (Reg. 247, fol. 43 recto.)

« *Dilecto filio Johanni, abbati monasterii de Menaco, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, salutem* etc. Quantum convaluerit illa hostilitas perversarum

(1) Cf. au sujet des affaires que Sicard de Lescure pouvait avoir à négocier à la cour du duc d'Anjou, et, en particulier, sur ses dissentiments avec l'évêque et les habitants d'Albi : 1° les documents conservés aux archives municipales de cette ville sous la cote FF41; 2° les lettres de rémission accordées aux habitants d'Albi par Arnoul d'Audrehem, au mois de décembre 1363, et confirmées par Charles V au mois d'avril 1364 (Molinier, *Etude sur la vie d'Arnoul d'Audrehem*, p. 145-146; Pièces justificatives, n° LXIII); 3° un arrêt encore inédit du Parlement de Paris, du 5 août 1368, qui condamne Sicard de Lescure et ses complices (Arch. nat., X1a8, fol. 54 verso — 56 recto); 4° les lettres de grâce de Charles V, du mois de décembre 1370, faisant mention de la guerre entre Sicard de Lescure et les habitants d'Albi (Arch. nat., JJ 100, n° 856. — D. Vaissete, *Hist. de Languedoc*, X, 1435-1440), etc. Une autre bulle d'Urbain V, du 16 juillet 1365 (V. plus loin à cette date), recommande de nouveau Sicard de Lescure à la bienveillance du roi de France. La sollicitude du pape pour ce seigneur, que les documents de l'époque nous représentent comme un bandit de grand chemin, s'explique par ce fait que le château de Lescure était un fief relevant de l'Eglise romaine et devait au Saint-Siège un cens annuel d'un denier pour chacun de ses habitants âgé de plus de 12 ans. (Cf. plus loin la bulle du 19 juillet 1365 adressée à Guillaume, prieur de l'église de Brousse, au diocèse de Rodez).

gentium, quas prava voluntas nocendi omnibus in conjunctionem scelerum colligavit, tibi credimus notum existere, quia nonnulli tibi vicini et quamplurimi regni Francie populi et alii multi Christi fideles cum gravibus eorum afflictionibus cognoverunt et sentiunt etiam, proh dolor, de presenti. Quam igitur gravi peccato se astringant, quot et quantis penis se alligent qui eisdem gentibus in earum detestandis operibus favent, innumerabilium malorum que gentes ipse committunt facti exinde participes, tua non debet discretio ignorare, et in processibus nostris, contra gentes easdem ad instanciam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, factis et in illis partibus publicatis, plenius continetur. Cum itaque nuper fidedigna relatione quamplurium ad nostrum auditum pervenerit quod tu, qui te non molestum sed potius favorabilem adjutorem debes ecclesiis et monasteriis ac personis ecclesiasticis exhibere, per quosdam officiales dilecti filii nobilis viri Johannis, Bituricensis et Alvernie ducis, tres florenos auri pro quolibet foco tam a personis ecclesiasticis Montanorum Alvernie quam secularibus subditis monasterii de Aureliaco, Sancti Flori diocesis, qui nobis et Romane ecclesie in spiritualibus et temporalibus subsunt, exigi suasisti et etiam tuis studiis procurasti, asserendo quod prefata exigeretur pecunia, ut eisdem perversis gentibus solveretur, graviter id tulimus et moleste, cum per hoc eisdem iniquissimis gentibus malorum suorum fomenta prestentur ac patrationes tantorum scelerum in eorum execrabili proposito foveantur et afflictiones addantur afflictis et libertas ecclesiastica infringatur. Quapropter te monemus ac in Domino exhortamur mandantes quatinus, predicta provide considerans attemptari contra ecclesiasticam libertatem, ea per dictos officiales, qui tuo regi consilio asseruntur, studeas facere revocari nec personas ecclesiasticas, presertim abbatem et monasterium ac subditos suos predictos, presumas de cetero molestare seu facere molestari, ne nos, qui personas easdem indefensas dimittere non possemus, aliud contra te oporteat justicia mediante remedium apponere in predictis. Datum Avinione, II nonas februarii, anno tercio. »

1546 Avignon, 4 février 1365.

Siliberto de Espinasa, militi, Lugdunensis dioecesis, ut, una cum Johannis, Bituricensis et Alverniae ducis, officiariis, personas ecclesiasticas et praesertim monasterium de Aureliaco, ejusque subditos, molestare de coetero non praesumat. (Reg. 247, fol. 43 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Siliberto de Espinasa, militi Lugdunensis diocesis.* Quantum convaluerit illa —. Datum ut supra. »

1547 Avignon, 4 février 1365.

In e. m. Petro de Giaco, militi Claromontensis dioecesis. (*Ibid.*, fol. 43 verso.)

1548 Avignon, 4 février 1365.

Vicario in spiritualibus capituli ecclesiae Magalonensis, pastore carentis, mandat ut ecclesiam et cimiterium de Argeleriis, per effusionem sanguinis violata, reconciliet seu reconciliari faciat, aqua prius ab aliquo antistite, ut moris est, benedicta (Reg. 247, fol. 218 recto. De curia.)

« *Dilecto filio.. vicario in spiritualibus dilectorum filiorum capituli ecclesie Magalonensis, pastore carentis.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, II nonas februarii, anno tercio. »

1549 Avignon, 4 février 1365.

Fulconi Pererii, praeposito Valentinensi, apostolicae Sedis nuntio, et Guillelmo de Villareto, canonico Urgellensi, ut Guillelmi, quondam episcopi Urgellensis, defuncti bona mobilia et credita, apostolicae camerae reservata, exigere studeant. (Reg. 247, fol. 218 recto. De curia.) (1)

« *Dilectis filiis Fulconi Pererii, preposito Valentinensis, apostolice Sedis nuncio, et Guillelmo de Villareto, canonico Urgellensis ecclesiarum.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, II nonas februarii, anno tercio. »

1550 Avignon, 5 février 1365.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ut Ægidio et Andruino legatis ac Petrocino, archiepiscopo Ravennatensio, ad eorum requisitionem et mandatum, omnes pecunias, quae ad manus suas de proventibus terrarum ecclesiae Romanae subjectarum pervenerint, pro defensione et recuperatione dictarum terrarum tradat seu tradi faciat sine mora. (Reg. 247, fol. 39 verso.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victo-*

(1) Il s'agit ici de Guillaume Arnaud de Patau, promu de la dignité de doyen à celle d'évêque de l'église d'Urgel, par bulle d'Innocent VI, du 12 janvier 1362, et qui mourut le 29 juin 1364. (Eubel, *Hier. Cathol.*, p. 538-539).

ris Massiliensis, ord. s. Ben., reddituum et proventuum Romane ecclesie in partibus Italie consistentium pro nobis et eadem ecclesia generali receptori. Intendentes quod periculis —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1551 Avignon, 5 février 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, de expensis pro defensione terrarum Ecclesiae faciendis (Reg. 247, fol. 39 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Super faciendis expensis —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1552 Avignon, 5 février 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (*Ibid.*, fol. 39 verso.)

1553 Avignon, 5 février 1365.

In e. m. Petrocino, archiepiscopo Ravennat[ensi], pro Romana ecclesia provinciae Romandiolae vicario in temporalibus generali. (*Ibid.*, fol. 39 verso.)

1554 Avignon, 5 février 1365.

Johannae, reginae Siciliae, ut demania regia nulli, titulo concessionis vel aliter, dare praesumat. (Reg. 247, fol. 39 verso.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Super tuorum demaniorum negotio, quorum recuperatio ac conservatio, cum ex eis multum dependeat prosperitas regni tui, nostro et fratrum nostrorum cordibus est infixum, carissimo in Christo filio nostro Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, qui, ut plurium fidedignorum assertione percepimus, serenitatem tuam super concessione terrarum demanialium, quas, clare memorie Robertus, imperator Constantinopolitanus, tenebat dum viveret, sibi per tuam magnitudinem facienda solicitare non desinit, dirigimus scripta nostra in forma presentibus interclusa. Licet igitur nostrum et eorumdem fratrum in hac parte placitum tua sublimitas plene noscat, et te doctam et sepe monitam non oporteat multiplicata monitione ulterius edoceri, nichilominus tamen ex habundanti te presentium tenore monemus sub penis alias in te per apostolicam Sedem, premissorum occasione, inflictis, districte precipiendo mandantes quatinus prefato imperatori vel alteri cuicunque persone concessionem quamcunque, sub quovis quesito nomine vel colore, de dictis vel aliis bonis demanialibus facere non presumas. Alioquin tu et receptores demaniorum ipsorum sentietis indubie quid profuerit hujusmodi preceptum apostolicum preterisse. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1555 Avignon, 5 février 1365.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, ut demania praedicta de coetero a regina Siciliae non petat. (Reg. 247, fol. 40 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem*, etc. Superfluum reputamus et vacuum tue magnitudini regni Sicilie narrare miserias, quas tu ipse, illas videns et palpans assidue, plenius agnovisti, et nos si earum expressioni vellemus insistere, cum sint inexplicabiles, scripture stilus narrandorum succumberet veritati ; et unde precipue calamitas ipsarum miseriarum evenerit, tuam celsitudinem ignorare non credimus, et nos nichilominus consulte decrevimus presentibus repetendum. Olim siquidem temporibus diversorum regum Sicilie, cum bona demanialia dicti regni ad manum regum qui fuerunt pro tempore tenerentur, et camera regia pecuniis aliisque multis facultatibus habundaret, regnum ipsum, presertim citra Farum viriliter defendebatur ab hostibus, et non solum ejus ingressus penitus prohibebatur eisdem, sed illis occurrebatur potenter et magnifice etiam extra illud. Postmodum vero dierum crescente malicia, ex quorundam incolarum dicti regni et alienigenarum etiam ambitione detestabili, et etiam impudenti, nonnullis et magnis ex eisdem bonis demanialibus per importunitates extortis et divisis in plurimos, sic est eadem camera in suis facultatibus diminuta, et ex hoc ejus extenuata potencia, quod hostes et predones innumeri dictum regnum intraverunt hactenus et intrant pro libito, illud dissipantes immaniter et ad desolationem miserabilem deducentes, et propter deffectum solutionis census, qui ex eo Romane debetur ecclesie, regnum ipsum sepe subjacet ecclesiastico interdicto. Cum autem reparationem status prosperi dicti regni ex reparatione dictorum demaniorum venire opporteat, ex quorum subtractione destructio subintravit, nosque processibus et sententiis felicis recordationis Clementis VI et Innocencii VI

summorum pontificum, predecessorum nostrorum, super hiis factis et latis, non intendentes derogare, sed eos potius executioni mandare, et nulli volentes super ipsorum demaniorum retentione gratiam indulgere, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, sicut nobis complacere desideras, ac Sedis apostolice indignationem in te, quod absit, provocare formidas, pro concedendo tibi terris demanialibus, quas clare memorie Robertus, imperator Constantinopolitanus, frater tuus, tenuit, dum ageret in humanis, apud excellentem principissam Johannam, reginam Sicilie illustrem, quam super hoc, prout audivimus, multum solicitas, presertim cum ipsa regina, ut dicitur, redditus ipsarum terrarum pro solutione dicti census deputaverit, ulterius non insistas, per hoc detentoribus dictorum demaniorum ea dimittendi et illa non petendi de cetero exemplum imitabile prebiturus, ac eidem regine in eorum demaniorum recuperatione daturus efficaciter tuum auxilium et favorem. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1556 Avignon, 5 février 1365.

Gastoni, comiti Fuxi, notificat se, ad pacem inter ipsum et Johannem, comitem Armaniaci, reformandam et ad liberationem dicti Johannis obtinendam, Reginaldum, abbatem monasterii Mirevallis, ordin. Praemonstrat., Tullensis dioecesis, decretorum doctorem, apostolicae Sedis nuntium ad ipsum destinasse, eumque requirit ut dicto abbati fidem adhibeat. (Reg. 247, fol. 40 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Liberationem dilecti filii —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1557 Avignon, 5 février 1365.

Johanni, comiti Armaniaci, de eodem scribit, ipsum hortans ad ea quae praefatus abbas sibi retulerit credendum eique de afflictionibus ejus compatitur. (Reg. 247, fol. 40 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci.* Quantum affectemus ex —. Datum ut supra. »

1558 Avignon, 5 février 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut Reginaldo, abbati monasterii Mirevallis, quem ad pacem reformandam inter Gastonem Fuxi et Johannem Armaniaci comites destinavit, fidem adhibeat eumque consiliis et auxiliis suis prosequatur. (Reg. 247, fol. 41 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri ac locum tenenti in partibus Occitanis.* Cupientes negotio concordie —. Dat. Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1559 Avignon, 5 février 1365.

Johanni de Armaniaco, Johannis, Armaniaci comitis, filio, de eodem, ut, dicto abbati indubie credens, ipsum informet et consiliis opportunis dirigat. (Reg. 247, fol. 41 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, nato dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Armaniaci.* Quantum affectemus ex —. Dat. Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1560 Avignon, 5 février 1365.

Episcopo Mirapiscensi de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 41 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Mirapiscensi.* Quantum affectemus ex —. Dat. ut supra. »

1561 Avignon, 5 février 1365.

In e. m. comiti Perdiaci, « sed ubi dicitur *fraternitatem* dicatur *nobilitatem* ». (Reg. 247, fol. 41 recto.)

1562 Avignon, 5 février 1365.

Arnaldo, vicecomiti de Carramano, scribit de eodem. (Reg. 247, fol. 41 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo, vicecomiti de Carramano.* Cupientes negotio concordie —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1563 Avignon, 5 février 1365.

In e. m. Arnaldo de Ispania, militi, senescallo Carcassonensi. (*Ibid.*, fol. 42 recto.)

1564 Avignon, 5 février 1365

In e. m. episcopo Olorensi, « sed ubi dicitur *nobilitatem*, dicatur *fraternitatem* ». (*Ibid.*, fol. 42 recto.)

1565 Avignon, 5 février 1365.

Gabrieli Adorno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis, Johannem, abbatem monasterii de Sitria, ord. s. Ben., Nucerinae dioecesis, latorem praesentium, cui in favorem uxoris et natorum quondam Simonis Buccanigrae quaedam commisit exponenda, commendat, rogans ipsos ut praefato abbati fidem velint adhibere. (Reg. 247, fol. 42 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci ac consilio et communi civitatis Januensis.* Dilecto filio Johanni —. Dat. Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1566 Avignon, 5 février 1365.

Universis ecclesiasticis et laicis Reginaldum, abbatem monasterii Mirevallis, ordinis Praemonstratensis, decretorum doctorem, Tullensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntium, ad Gastonem, comitem Fuxi, pro certis arduis negotiis destinatum, commendat, ipsos rogans ut eidem abbati ejusque familiae, cum per loca et terras ipsorum transitum fecerint, nullam inferant injuriam. (Reg. 247, fol. 219 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque ac conventibus ecclesiarum ac monasteriorum ipsorum ceterisque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini ac aliorum ordinum et domorum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Beate Marie Theotonicorum, Calatravensium et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus, necnon nobilibus viris .. ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, bajulis, officialibus, ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque ac communitatibus civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum quorumcumque locorum ac aliis universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectum filium —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1567 Avignon, 5 février 1365.

Eisdem mandat ut supradicto Reginaldo abbati, cum per loca ipsorum transitum fecerit, diebus singulis quibus in hujusmodi negotiorum prosecutione vacaverit, de sex florenis auri pro expensis suis ac de opportunis evectionibus, si suae forsan in via defecerint, liberaliter providere curent. (Reg. 247, fol. 219 verso. De curia.)

« *Venerabilibus etc. ut supra in proxima usque preceptoribus, ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectum filium —. Datum Avinione, nonis februarii, anno tercio. »

1568 Avignon, 6 février 1365.

Cum Aymarus, comes Valentinensis, in dalphinatu Viennensi regius locumtenens, ratione pacis inter gentes dalphinales et Amedeum, comitem Sabaudiae, complendae, quaedam Dalphinatus ipsius castra eidem Amedeo obligaverit; cumque, occasione obligationis praefatae, contra dictum comitem Valentinensem ejusque terram quoddam arrestum prolatum sit; Carolum, regem Franciae, hortatur pontifex ad dictam causam Ludovico, duci Andegavensi, fratri ac in partibus Occitanis locumtenenti suo, committendam, ut de praemissis comiti Valentinensi fiat justitiae complementum. (Reg. 247, fol. 43 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 123, n° XLVI.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Exposuit nobis dilectus filius nobilis vir Aymarus, comes Valentinensis, quod ipse olim pro te, ex ordinatione clare memorie Johannis, regis Francie, patris tui, ac tua, in Dalphinatu Viennensi locumtenens existens, pro complemento et executione pacis inter gentes tuas dalphinales ex una parte et dilectum filium nobilem virum Amedeum, comitem Sabandie, ex altera facte, quedam castra Dalphinatus ipsius eidem comiti Sabaudie obligavit, quodque postmodum, eodem patre tuo sublato de medio, quoddam arrestum contra ipsum comitem et ejus terram, occasione obligationis prefate, in tui presentia est prolatum. Verum, fili carissime, quia, sicut idem comes Valentinensis nobis asseruit, ipse obligationem predictam fecit pro dicti Dalphinatus reique publice et patrie utilitate et pro pacis adimpletione predicte, quam per ipsum comitem Valentinensem fieri, sicut asseruit, ei prefatus pater tuus districtius injunxerat, et quam alias perducere non poterat ad effectum, et ex certis aliis rationabilibus causis, que in tua presentia proposite seu allegate minime extiterunt, nos, qui ad dictum comitem Valentinensem et ejus negotia multum afficimur et libenter ejus commoda promovemus, serenitatem tuam attente et ex corde rogamus quatinus predictum negotium cum dependentibus et emergentibus dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, fratri ac in partibus Occitanis locumte-

nenti tuo, qui de dictis causis, cum ad presens dicto Dalphinatui satis propinquius existat, se poterit facilius et verius, cum minoribus prefati comitis Valentinensis expensis ac laboribus, informare, nostrarum precum intuitu, committere velit regia celsitudo, per dictum ducem finiendum et fine debito, prout sibi videbitur, terminandum, et quod, non obstantibus quibuscumque processibus contra ipsum comitem propterea inchoatis et factis, et arresto predicto, idem dux prefato comiti Valentinensi super premissis faciat justicie complementum, et, si forsan etiam gratia indigerit in hac parte, quod ipse dux eidem comiti in concessione gratie, sicut tu ipse facere posses, eidem se cum effectu exhibere valeat liberalem. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno tercio, »

1569 Avignon, 6 février 1365.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut pro Aymaro, comite Valentinensi, apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat (Reg. 247, fol. 44 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Scribimus carissimo in —. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno tercio. »

1570 Avignon, 6 février 1365.

In e. m. Johanni, archiepiscopo Remensi. (Reg. 247, fol. 44 recto.)

1571 Avignon, 6 février 1365.

In e. m. Johanni, episcopo Carnotensi. (Reg. 247, fol. 44 recto.)

1572 Avignon, 6 février 1365.

In e. m. Guillelmo de Dormantio, cancellario Dalphinatus Viennensis, « sed ubi dicitur *fraternitatem* dicatur *discretionem* ». (Reg. 247, fol. 44 verso.)

1573 Avignon, 6 février 1365.

In e. m. Simoni de Bussiaco, militi, praesidenti in curia parlamenti regni Franciae, « sed ubi dicitur *discretionem* dicatur *nobilitatem* ». (Reg. 247, fol. 44 verso.)

1574 Avignon, 6 février 1365.

In e. m. comiti Salebruciae. (Reg. 247, fol. 44 verso.)

1575 Avignon, 6 février 1365.

Carolo, regi Franciae, ut Astorgium, dominum de Petra, domicellum Mimatensis dioecesis, quorumdam reddituum, in castro de Gredona villaque Marologii, dictae dioecesis, existentium, possessione gaudere permittat. (Reg. 247, fol. 44 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem* etc. Relatione nobis innotuit fidedigna quod dudum quondam Astorgius, dominus de Petra, miles Mimatensis diocesis, certos redditus et proventus quadragentarum librarum Turonensium parvorum in castro de Gredona et villa seu loco Marologii et aliis locis regiis Mimatensis diocesis, quos quondam Ludovicus de Ispania, miles, a cla. me. Philippo, rege Francorum, avo tuo, obtinuit et possedit, ab eodem Ludovico emit justo titulo emptionis, idemque rex, venditionis et emptionis contractum hujusmodi ratum et gratum habens, auctoritate regia confirmavit eundem, qui etiam transivit per regiam cameram computorum. Verum, sicut intelleximus, quia concessiones et donationes per predecessores tuos reges Francorum quibuscunque personis a tempore inclite memorie Philippi Pulcri, regis Francie, citra factas, circumspecta tua serenitas revocavit, dilectus filius nobilis vir Astorgius, dominus dicti loci de Petra, domicellus ejusdem diocesis, redditibus et proventibus supradictis, ex revocatione hujusmodi ad manus regias positis, gaudere non potest, serenitatem eandem rogamus attente quatinus eidem Astorgio domicello, ad quem nostrum compatriotam multipliciterque acceptum specialiter afficimur, redditus et proventus predictos, saysina in eisdem apposita de mandato tuo remota, restitui facias, mandans ipsum gaudere permitti libera eorumdem reddituum possessione et perceptione pacifica sicut prius, ipsumque domicellum in aliis suis negotiis, que pro tempore habebit agere in regia curia, digneris suscipere favorabiliter commendatum. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno tercio. »

1576 Avignon, 6 février 1365.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut litteras suprascriptas Ca-

rolo, regi Franciae, exhibeat ipsique Astorgium, dominum de Petra, de negotiis quae in curia regia expediturus est, commendet. (Reg. 247, fol. 45 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Sribimus carissimo in —. Datum ut supra. »

1577 Avignon, 6 février 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae, ecclesiae Romanae immediate subjecta, vicario in temporalibus generali, Azzonem et Beltrandum, milites Imolenses, commendat. (Reg. 247, fol. 45 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennato (sic), in provincia Romandiole, ecclesie Romane immediate subjecta, pro nobis et ecclesia ipsa in temporalibus vicario generali.* Dilectos filios nobiles —. Datum Avinione, VIII idus februarii, anno tercio. »

1578 Avignon, 6 février 1365.

In c. m. Danieli de Carreto, praeceptori domus Niciae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provinciae Romandiolae, ecclesiae Romanae immediate subjectae, pro ecclesia ipsa rectori, « sed loco *fraternitati* dicatur *discretioni* ». (*Ibid.*, fol. 45 recto.)

1579 Avignon, 7 février 1365.

Guillelmum et Galeottum, marchiones Malaspinae, qui castrum Carrarae et alia castra, ad ecclesiam Lunensem spectantia, injuste detinent occupata, rogat ut ab omni molestatione Bernaboni, episcopo Lunensi, desistant inferenda eidemque castra spoliata restituant. (Reg. 247, fol. 45 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guillelmo et Galeotto, marchionibus Malaspine.* Dudum cum pro —. Datum Avinione, VII idus februarii, anno tercio. »

1580 Avignon, 7 février 1365.

Gabrieli Adornum, duci, ac consilio antianorum civitatis Januensis, ut de negotio antedicto apud Guillelmum et Galeottum, marchiones Malaspinae, partes suas interponant. (Reg. 247, fol. 45 verso.)

« *Dilectis filiis Gabrieli Adorno, duci, ac consilio antianorum civitatis Januensis.* Graves et enormes —. Datum ut supra. »

1581 Avignon, 7 février 1365.

In c. m. Johanni de Comitibus, duci, ac .. antianis, consilio et communi civitatis Pisanae. (*Ibid.*, fol. 46 recto.)

1582 Avignon, 8 février 1365.

Episcopo Lingonensi, ut de negotio Aymari, comitis Valentinensis, nepotis sui, partes suas interponens, ad Carolum, regem Franciae, personaliter accedat. (Reg. 247, fol. 46 verso.)

« *Venerabili fratri episcopo Lingonensi.* Carissimo in Christo —. Datum Avinione, VI idus februarii, anno tercio. »

1583 Avignon, 9 février 1365.

Cum saepe contingat ecclesias et cimiteria civitatis et dioecesis Magalonensis, nunc pastore carentium, per effusionem sanguinis vel seminis violari, vicario in spiritualibus capituli ecclesiae Magalonensis, sede vacante, dicta ecclesias et cimiteria, aqua prius ab aliquo antistite, ut est moris, benedicta, reconciliandi concedit facultatem. (Reg. 247, fol. 200 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. vicario dilectorum filiorum .. capituli ecclesie Magalonensis in spiritualibus, sede vacante.* Sedes apostolica illa —. Datum Avinione, V idus februarii, anno tercio. »

1584 Avignon, 11 février 1365.

Ægidio, cardinali legato, de custodia castri Lugi, Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, committenda, ut apostolicae Sedi rescribat quid in hac parte duxerit faciendum. (Reg. 247, fol. 46 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Venerabilis frater noster Petrocinus, archiepiscopus Ravennas, nuper nobis super custodia castri Lugi, provincie Romandiole, sibi committenda scripsit, secundum formam presentibus interclusam. Nos, super hoc cum fratribus nostris collatione prehabita, considerantes ne per hoc pactis pacis facte inter Romanam ecclesiam et dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, posset dici aliqualiter derogari, de dictorum fratrum consilio, tuam fraternitatem quid in hac parte fieri oporteat plenarie informatam duximus consulendam. Quare nobis rescribas quid tue circumspectioni videatur, quod super hoc agere debeamus. Datum Avinione, III idus februarii, anno tercio. »

1585 Avignon, 11 février 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato « mutatis mutandis ». (*Ibid.*, fol. 46 verso.)

1586 Avignon, 12 février 1365.

Carolo, regi Franciae, Guillelmum Causici, civem Montispessulanum, Magalonensis dioecesis, commendat. (Reg. 247, fol. 47 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Guillelmum Causici de Montepessulano, Magalonensis diocesis, precipua benivolencia prosequentes, honestas preces pro ipso tue celsitudini confidenter dirigimus. Cum itaque idem Guillelmus asserat quod cla. me. Johannes, rex Francie, genitor tuus, super quodam non gravi excessu, qui per èundem Guillelmum dicebatur commissus, remissionem fecerit graciosam (1), contra quam molestatur in curia tui regii Parlamenti, serenitatem tuam rogamus attente quatinus dictum Guillelmum in conservatione ac confirmatione dicte paterne gracie habere velis nostrarum precum intuitu commendatum. Dat. Avinione, II idus februarii, anno tercio. »

1587 Avignon, 12 février 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut Caroli, Navarrae regis, ambaxiatoribus salvum conductum exhiberi eorumque pecuniam, in capite pontis Avinionensis, acceptam, liberari diutius non differat. (Reg. 247, fol. 47 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri, et in partibus Occitanis locum tenenti, salutem etc.* Vidimus litteras tuas continentes quod ambaxiatoribus carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Navarre illustris, pro tractanda pace inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie illustrem, fratrem tuum et dictum regem Navarre ad nos venientibus, salvum conductum dare non poteras, donec de voluntate dicti tui fratris esses plenius informatus, et quod pecuniam eorumdem ambaxiatorum, acceptam in capite Pontis Avinionensis, juxta tui deliberationem consilii, non debebas facere liberari; de qua responsione miramur non modicum et dolemus, quia ad ea, que pacis sunt et voluntatis dicti tui fratris, animum tuum dispositum arbitramur. Cum itaque, sicut tibi scripsimus, et alias te non credimus ignorare, hujusmodi tractatus de voluntate dicti tui fratris et cum ejus ambaxiatoribus, cito venturis ad Romanam curiam, debeat inchoari et, auctore Domino, feliciter terminari, nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus super concessione dicti securi conductus et restitutione prefate pecunie nostris paternis monitis et consiliis acquiescas, super quibus, tibi pro parte nostra latius exponendis, dilectum filium nobilem virum Raymundum Garzaballi, magistrum ostiarium et familiarem nostrum, latorem presentium, ad tuam presentiam destinamus (1), cui super hiis, que circa premissa ex parte nostra tibi retulerit, velis fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, II idus februarii, anno tercio. »

1588 Avignon, 12 février 1365.

Eidem duci ut redditus, sub regis, episcopi Biterrensis, ac abbatis monasterii Sancti Jacobi Biterrensis, ord. s. August., dominiis consistentes, quos ipse papa ad usum monasterii a se fundati in loco Montispessulano, Magalonensis dioecesis, ab executoribus quondam Bertrandi de Montepessaco empsit, a procuratore regio Biterrensi faciat approbari. (Reg. 247, fol. 47 verso.)

« *Eidem.* Ad nobilitatis tue —. Dat. Avinione, II idus februarii, anno tercio. »

(1) Les lettres de rémission accordées par le roi Jean à Guillaume Causique, bourgeois de Montpellier, sont datées de Royalieu, au mois de juin 1362. (Arch. nat., JJ 91, n. 317.) Elles ont trait aux difficultés qui s'étaient élevées, à propos de la succession de Bérenger de Sauviac, entre ses deux gendres, Guillaume Causique, mari de sa fille Mure, et Jean Colombier, également de Montpellier, mari de sa fille Agnès. (Ce dernier avait été récemment anobli par lettres du dauphin Charles, datées du Louvre près Paris, au mois d'octobre 1360, confirmées par le roi Jean à Paris, au mois de juillet 1362. Arch. nat., *Ibid.*, n° 285.) Guillaume Causique s'étant emparé par la force du château de Sauviac (commune de Claret, arr. de Montpellier) et ayant refusé d'en ouvrir les portes non seulement à son rival, mais aux officiers du roi, dut solliciter ces lettres de rémission, auxquelles le pape fait allusion dans sa bulle du 12 février 1365.

(1) C'est à cette ambassade que se rapporte l'article suivant d'un Reg. des *Introitus et Exitus*, cité par M. Prou :

« *Die eadem [XIII februarii 1365] soluti fuerunt de mandato domini nostri pape Raymundo Guersaballi, usserio domini nostri pape, quem mittit ad dominum ducem Andegavensem, super facto concernente pacem inter reges Francie et Navarre, ipso Raymundo manualiter recipiente, XL floreni camerae.* » (Arch. vat., *Introitus et Exitus*, Reg. 308, fol. 105 verso.)

1589 Avignon, 13 février 1365.

Ægidio cardinali legato, ut Nicolao, marchioni Estensi, quamdam pecuniae summam, ab ipso, nomine Ecclesiae, Salvatico de Boiardis solutam, restitui vel de censu quem Ecclesiae debet deduci faciat (Reg. 247, fol. 47 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai, marchionis Estensis, fuit nobis expositum quod olim guerra ecclesie Romane durante, tu dilecto filio nobili viro Salvatico de Boiardis, domicello Regino, quedam stipendia et provisionem et dona, nomine dicte ecclesie, promisisti, et quod ipse marchio se dicto Salvatico fidejussorem constituit pro premissis, et quia de hiis par te vel alium pro dicta ecclesia in termino ad hoc ordinato non fuit satisfactum Salvatico prelibato, ipse marchio satisfecit eidem. Continebat etiam expositio prelibata quod, tempore dicte guerre, dilecto filio nobili viro Malateste Ungaro, militi Ariminensi, custodienti tunc pro dicta ecclesia castra Nonantule et Bazani, districtus civitatis nostre Bononiensis, certa stipendia per ipsam ecclesiam debebantur, que idem marchio de tuo mandato militi prefato persolvit, cum promissione per te sibi facta quod ea que ipsi militi solveret pro predictis sibi de pecuniis dicte ecclesie reddi faceres, vel deduci de censu in quo idem marchio tenetur ecclesie memorate, et quod premissa per eundem marchionem soluta ascendunt circiter tria milia nongentos florenos auri. Quare pro parte dicti marchionis nobis extitit supplicatum ut eum de hiis servaremus indempnem. Volentes igitur quod de premissis debita satisfactio impendatur, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, super quo plenarie te informes, eidem marchioni per dilectum filium Stephanum, abbatem monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum Romane ecclesie in partibus Italie generalem receptorem, satisfieri facias de hiis in quibus pro premissis dictam ecclesiam teneri repereris marchioni prefato, vel ea deduci facias de censu predicto, eidem ecclesie per memoratum debito marchionem. Dat. Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1590 Avignon, 13 février 1365.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 48 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, or. s. Ben., proventuum Romane ecclesie in partibus Italie debitorum generali receptori.* Nuper pro parte —. Datum ut supra. »

1591 Avignon, 13 février 1365.

Magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Arnaldum Bernardi Hebrardi, praeceptorem Burdegalensem hospitalis praefati, qui contra rebelles dicti ordinis, pensiones, camerae apostolicae debitas, solvere recusantes, negotia debita fideliter prosecutus est, commendat. (Reg. 247, fol. 48 verso.)

« *Dilectis filiis magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Cum deceat benemeritos —. Datum Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1592 Avignon, 13 février 1365.

Bertrando, comiti Insulae, ut episcopo Lomberiensi certam frumenti quantitatem, quam Jordani bastardi de Insula, militis, ejus consanguinei et subditi, gentes in dicto loco de Insula eidem episcopo violenter abstulerunt, vel dicti frumenti valorem, faciat restitui. (Reg. 247, fol. 48 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, comiti Insule.* Nobilitati tue dudum —. Datum Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1593 Avignon, 13 février 1365.

Johannem de Comitibus, ducem, et antianos ac consilium et commune civitatis Pisanae rogat ut Lucio, electo Cœsenatensi, apostolicae Sedis nuntio, contra Guillelmum et Galeottum, fratres, marchiones Malaspinae, detentores nonnullarum pecuniarum ac rerum apostolicae camerae debitorum, in recuperatione bonorum hujusmodi favorem exhibeant. (Reg. 247, fol. 49 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Johanni de Comitibus, duci, et antianis ac consilio et communi civitatis Pisarum,* Fidedigna quamplurium relatione —. Datum Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1594 Avignon, 13 février 1365.

Johanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, quoddam hospitium, extra muros civitatis Montispesulanae situm, vendendi licentiam concedit. (Reg. 247, fol. 220 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, canonico Narbonensi, apostolice Sedis nuncio, salutem etc.* Cum nuper tu quoddam hospicium cum suo orto, situm extra muros loci Montispesulani, Magalonensis diocesis, a dilecto filio

nobili viro Johanne Malbenart, milite Lemovicensis diocesis, de nostro mandato et nomine emeris, nos, ex certis causis nolentes dictum hospicium ulterius retinere, tibi prefatum hospicium vendendi, pro eo precio de quo tibi videbitur, plenam concedimus tenore presentium facultatem. Dat. Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1595 Avignon, 13 février 1365.

Guidonem de Ruppe, canonicum Turonensem, una cum Petro Beumondi, canonico ecclesiae Sancti Martini Turonensis, in civitate, dioecesi ac provincia Turonensi, apostolicae Sedis nuntium et collectorem deputat. (Reg. 247, fol. 220 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guidoni de Ruppe, canonico Turonensi, apostolice Sedis nuncio.* Attendentes fidelitatis et —. Dat. Avinione, idus februarii, anno tercio. »

1596 Avignon, 16 février 1365.

Ægidio cardinali legato, ut Raynalducio de Villajusticiae, domicello Senegaliensis dioecesis, qui se filios studentes et filias nubiles habere ac facultatibus esse destitutum asserit, ad suam praesentiam veniendi concedat securitatem, ut suam innocentiam, de hiis in quibus excessisse dicitur, ostendere possit. (Reg. 247, fol. 49 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Erga dilectum filium —. Datum Avinione, XIIII kal. marcii, anno tercio. »

1597 Avignon, 16 février 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, ut, cum Johannes quondam Rizardi de Manfredis, miles Faventinus, castrum Rontanae, Faventinae dioecesis, et nonnullas villas circa castrum ipsum positas, ad ecclesiam Romanam pertinentes, post inchoatam dudum guerram inter dictam ecclesiam et Bernabonem de Vicecomitibus occupaverit et adhuc detineat occupata, praefatum militem inducat ad dicta castra et villas Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae, in qua castrum et villae praedicta consistunt, pro Romana ecclesia vicario, restituenda. (Reg. 247, fol. 49 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, XIIII kal. marcii, anno tercio. »

1598 Avignon, 17 février 1365.

Ægidium Sancii Munionis, ecclesiae Ilerdensis praepositum, ad Montispessulanum studium, ibidem jura civilia lecturum, destinat, ipsumque collegio doctorum dicti studii aggregat, ut eorum privilegiis et honoribus gaudere possit (1). Reg. 247, fol. 232 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Egidio Sancii Munionis, preposito ecclesie Ilerdensis, legum doctori.* Donum sciencie ac —. Datum Avinione, XIII kal. marcii, anno tercio. »

1599 Avignon, 19 février 1365.

Philippo, duci Burgundiae, Johannis, quondam Franciae regis, filio, notificat se Gerardum de Longocampo, militem, Thomamque de Capellis, clericum secretarium, nuntios ejus, gratanter recepisse eisque gratiam contra gentes societatum postulatam concessisse. (Reg. 247, fol. 49 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 124, n° XLVII.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, duci Burgundie, nato clare memorie Johannis, regis Francie, salutem etc.* Dilectos filios nobilem virum Gerardum de Longocampo, militem, et Thomam de Capellis, clericum secretarium, nuncios tuos, latores presentium, ad nostram presentiam destinatos, gratanter recepimus, ac sepius benigne audivimus super hiis que nobis pro parte tua exponere curaverunt, ac contra illas gentes malignas perversarum societatum gratiam concessimus postulatam. Nobilitatis itaque tue magnifice laudandum propositum, nobis per nuncios prefatos expositum, multipliciter in Domino commendamus, ac in hiis que honeste poterimus intendimus

(1) On trouve, dans les Registres d'Avignon d'Urbain V, deux autres lettres concernant ce prévôt de l'église de Lérida, nommé par le pape professeur de droit civil à l'Université de Montpellier. La première, qu'il faut dater certainement de l'année 1365, après le 17 février, ne nous est connue que par la rubrique placée en tête du tome X des registres d'Avignon d'Urbain V, où elle occupait le fol. 32, aujourd'hui disparu. C'est un mandement adressé audit Gilles touchant la concession du grade de docteur en droit à Jean du Verger, clerc du diocèse d'Aix. Par une autre bulle du 23 juin 1366 (Reg. Avin., t. XIII, fol. 636), Urbain V enjoint à l'évêque de Maguelonne de protéger ledit Gilles contre les entreprises de Jacques Mayssend et de Bernard du Pont, habitants de Montpellier, qui le troublent dans son enseignement. L'éditeur du *Cartulaire de l'Université de Montpellier* a publié ces deux lettres sous les n^os^ 130 et 134. Le nom du professeur y est orthographié « *Ægidius Sancti Munionis.* » Cette forme ne nous paraît pas préférable à celle donnée par le Reg. vat. 247. Quant à la bulle du 17 février 1365, analysée ici, elle ne se trouve ni dans le *Cartulaire de l'Université de Montpellier*, ni dans les *Statuts des Universités françaises*, t. II, de M. Fournier.

favoribus apostolicis confovere, prout iidem nuncii prefate nobilitati latius exponent oraculo vive vocis. Datum Avinione, XI kal. marcii, anno tercio. »

1600 Avignon, 19 février 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut de provisione Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, ab Ecclesia ejusque colligatis facienda, taliter provideat, si sibi viderit expedire, quod non oporteat ipsum Feltrinum iterum ad curiam Romanam habere recursum. (Reg. 247, fol. 50 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Litteras dilecti filii —. Datum Avinione, XI kal. marcii, anno tercio. »

1601 Avignon, 19 février 1365

Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano, notificat se de negotio praefato Ægidio cardinali legato scripsisse; non aegre ferat Feltrinus Sedem apostolicam in hac parte secundum ejus petitionis seriem non providere, sed toleret patienter suorum praeteritorum stipendiorum solutionem singulis mensibus, ut scriptum est, faciendam. (Reg. 247, fol. 50 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano.* Receptis nuper litteris —. Datum Avinione, XI kal. marcii, anno tercio. »

1602 Avignon, 20 février 1365.

Petro, regi Cipri, ut de injuriis et damnis, Januensibus a gentibus suis illatis, satisfaciat. (Reg. 247, fol. 50 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Orte dudum discordie inter dilectos filios ... officiales et incolas regni tui ex una et cives Januenses ex altera parte, nos cupientes studio paterne solicitudinis obviare, Januensibus ipsis pluries scripsimus, et per personas fideles et providas nostras exhortationes et preces direximus, ut ab omni novitate contra regnum tuum penitus abstinerent; et que in hac parte fecimus, tue serenitati duximus reseranda. Nunc autem ipsorum Januensium responsione pacis contraria facta .. ambassiatoribus dilecti filii nobilis viri .. ducis Veneciarum, qui te et Januenses eosdem satagebat invicem concordare, non absque multa nostri cordis amaritudine intellecta, Januensibus ipsis scribimus secundum tenorem presentibus interclusum. Quare serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus super satisfactione dampnorum et injuriarum, per tuos subditos eisdem Januensibus irrogatorum, debite facienda sic te reddas voluntarium ac promptum, ad hoc te prout convenit obligando, quod ipsi passi merito contentari valeant, et aliorum culpam non facias esse tuam, regiaque magnitudo ac Januenses prefati in mutua dilectione ac communione remaneant, sicut sincere ac stabiliter fuerunt temporibus retroactis, et culpa tanti dissidii, si, quod absit, contingat procedere, tibi non valeat imputari; super quibus venerabilis fratris nostri Petri, patriarche Constantinopolitani, apostolice Sedis legati, precipui serenitatis ejusdem benivoli, cui per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus pro hiis sedandis (1) ad dictos Januenses ex parte nostra se transferat, monitis et exhortationibus, sicut reverens filius, amicus pacis ac zelator sincerissimus dicti passagii, acquiescere non omittas. Datum Avinione, X kalendas marcii, anno tercio. »

1603 Avignon, 24 février 1365.

Carolo, Romanorum imperatori, ut matrimonium inter ducem Austriae juniorem et natam principis Moraviae, neptem suam, prout promisit et juravit, contrahi permittat. (Reg. 247, fol. 52 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Quamvis de imperiali prudencia, probitate multiplici decorata, in cujus votis, prout probata in multis et arduis experiencia docuit, geri didicimus honesta sectari et inhonesta execrari, ratione probabili confidamus quod religionem liciti per te prestiti juramenti, sicut princeps Christianissimus inviolabiliter observabis; tamen, quia ad nos, patrem tuum spiritualem, spectare dinoscitur tuam celsitudinem in omni honesto proposito, paterni persuasione consilii roborare; cum ad audienciam nostram fidedigna relatione pervenerit quod tua serenitas olim promisit, et juramento firmavit facere ac curare pro posse quod dilectus filius nobilis vir Albertus, minor dux Austria, ac dilecta in Christo filia nobilis mulier Catherina, nata dilecti filii nobilis viri Johannis, marchionis Moravie, fratris tui, matrimonialiter jungerentur, et super hujusmodi promissione ac juramento tuas dedisse, et quondam Alberti, ducis Austrie, supradicti Alberti genitoris, simile pro dicto suo filio promittentis ac jurantis, litteras recepisse, et hiis non obstantibus, ab aliquibus procurari

(1) Il y a dans le reg. « sedendis », qui est une faute évidente du copiste.

quod inter dictum Albertum minorem et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Elizabeth, natam quondam Stephani, fratris carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Ungarie illustris, qui in tercio et quarto consanguinitatis gradibus dicuntur conjuncti, sub spe habendi dispensationis nostre matrimonium contrahatur, et ad hoc contra hujusmodi tua promissionem et juramentum procurandum seu saltem non impediendum imperialis solicitatur et requiritur celsitudo. Nos, considerantes quod si contra eadem promissionem et juramentum venires, quod absit, nimis derogaretur imperialis culminis claritati, excellencie tue paterno consilio suademus quod contra jam dicta tua promissionem et juramentum non venias. Nos enim sublimitatem augustalem reddimus cerciorem quod, cum eisdem Alberto juniore et Elisabeth, ut possint licite matrimonialiter copulari, ex certis causis rationabilibus non intendimus dispensare. Quinimmo eidem serenitati notificamus quod, III idus decembris proxime preteriti, ex certis rationabilibus causis omnes dispensationes per felicis recordationis Clementem VI et Innocencium VI et quosvis alios Romanos pontifices, predecessores nostros, quibuscumque tam magnatibus quam inferioribus, sub ea verborum generalitate ut ipsi et eorum filii et nepotes utriusque sexus matrimonium cum personis aliis, eorum nominibus non expressis, secundo vel tercio aut quarto consanguinitatis et affinitatis vel alterius eorum gradibus aut aliquo vel aliquibus ipsorum graduum sibi attinentibus, licite contrahere possent, concessas, quarum (1) vigore contracta matrimonia non existerent, auctoritate apostolica duximus revocandas. Datum Avinione, VI kalendas marcii, anno tercio. »

1604 Avignon, 24 février 1365.

Johanni de Eredia, castellano Empostae, mandat ut ad curiam celeriter accedat. (Reg. 247, fol 54 recto)

« *Dilecto filio Johanni de Eredia, castellano Emposte, hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Ad tuam noticiam perferentes quod quidam nuncii dilectorum filiorum .. magistri et conventus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, pro quibusdam arduis negotiis, dictum hospitale tangentibus, per ipsum magistrum ad Romanam curiam presentialiter transmittuntur, pro quibus negotiis tu cum eisdem nunciis debes etiam laborare, et quod iidem nuncii jam prope dictam curiam dicuntur existere, volumus, et tibi districte precipiendo mandamus, quatinus, visis presentibus, ad nostram presentiam cures personaliter te conferre. Datum Avinione, VI kalendas marcii, anno tercio. »

1605 Avignon, 24 février 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut Theobaldo de Budocio, militi Burdegalensis dioecesis, quaedam bona, in suo principatu consistentia, per aliquod tempus retinere permittat. (Reg. 247, fol. 54 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Nuper fidedigna relatione percepimus quod carissimus in Christo filius noster Edwardus, rex Anglie illustris, genitor tuus, propter grata devotionis obsequia, que celsitudini sue impendit quondam Andreas de Budocio, miles Burdegalensis diocesis, concessit et assignavit eidem certa terras et bona, in tuo principatu existencia, per ipsum tenenda et possidenda, donec quasdam terras ipsius Andree, in regno Francie constitutas et sibi per cla. me. Johannem, Francorum regem, tunc ablatas, restituerentur eidem, et quod dilectus filius nobilis vir Theobaldus, filius et heres dicti Andree, ad recuperationem terrarum hujusmodi operam jam dedisset si ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francorum illustrem, tutus sibi patuisset accessus. Verum quia, sicut eadem habet relatio, gentes tue, reputantes prefatum Theobaldum ad recuperationem hujusmodi negligentem, sibi super terris et bonis eidem patri suo concessis molestiam inferunt et gravamen, nos, ipsum Theobaldum sinceris affectibus in Domino diligentes, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus eundem Theobaldum, pro nostra et apostolice Sedis reverencia tuique honoris obtentu, suscipiens commendatum, ex benignitate tua velis eum in dictorum terrarum et bonorum, in dicto tuo principatu consistencium, retentione pro aliquo congruo tempore supportare, donec ad dictum Francorum regem idem Theobaldus securius possit accedere et recuperationem dictarum suarum terrarum, in dicto regno consistencium, competens habeat spacium procurandi. Datum Avinione, VI kal. marcii, anno tercio. »

1606 Avignon, 24 février 1365.

Guidoni, episcopo Portuensi, quem de archidiaconatu Remensi duxit providendum, inhibet ne in partibus istis procu-

(1) Il y a dans le reg. « quare », qui ne se comprend pas.

rationes, ratione visitationis ecclesiarum sibi debitas, exigat. (Reg. 261, fol. 156 recto. De curia.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum nos hodie venerabili fratri nostro Guidoni, episcopo Portuensi, de archidiaconatu Remensi tunc vacante, per nostras certi tenoris litteras, duxerimus providendum, nos, consideratis dispendiis et pressuris quibus ecclesie et persone ecclesiastice illarum partium, propter guerras que inibi diutius viguerunt, et alias gravate fuerunt et multipliciter agravantur, cupientes ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica eorumque personas, in prefato archidiaconatu consistencia, ab expensarum oneribus relevari, volumus et dicto episcopo auctoritate apostolica prohibemus quod, si per Sedem apostolicam eidem episcopo forsan concedi contingat ut ecclesias ac monasteria et loca et personas hujusmodi, in quibus archidiacono ejusdem ecclesie qui est pro tempore visitationis officium competit de consuetudine vel de jure, per alium vel alios visitari et procurationes racione visitacionis hujusmodi sibi debitas in pecunia numerata recipere valeat, hujusmodi concessione in predicto archidiaconatu aliquatenus non utatur, nisi de voluntate et prohibitione nostris hujusmodi ac toto presencium tenore de verbo ad verbum in litteris concessionis hujusmodi plena specialis et expressa mentio habeatur, decernentes irritum etc. Nulli ergo etc. Datum Avinione, VI kal. marcii, anno tercio. »

1607 Avignon, 24 février 1365.

Johanni, archiepiscopo Aquensi, ut cleros beneficiatos civitatis et dioecesis Aquensis ad residentiam compellat. (Reg. 247, fol. 226 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Aquensi.* Ecclesiarum et monasteriorum —. Datum Avinione, VI kal. marcii, anno tercio. »

1608 Avignon, 25 février 1365.

Guillelmo, abbati monasterii Casae Dei, ord. s. Ben., Claromontensis dioecesis, sub excommunicationis poena mandat ut, infra duos menses ad suum monasterium rediens, ibidem personalem residentiam facere de coetero non omittat. (Reg. 247, fol. 227 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo, abbati monasterii Case Dei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis.* Nuper ad nostrum —. Datum Avinione, V kal. marcii, anno tercio. »

1609 Avignon, 27 février 1365.

Magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, ut de controversia inter regem Cipri et Januenses exorta se nullatenus intromittant. (Reg. 247, fol. 54 verso.)

« *Dilectis filiis Rogerio de Pinibus, magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Exortam inter carissimum in Christo filium nostrum Petrum, regem Cipri illustrem, et dilectos filios Januenses discordiam toti christiani[ta]ti, et presertim passagio per nos indicto dampnosam et periculosam admodum probabiliter extimantes, de ipsaque dolentes ab intimis, inter dissidentes eosdem reformari pacis federa paterne solicitudinis studio procuramus, speramusque cum divino auxilio ipsos ad solidam concordiam revocare. Quare omnibus impedimentis, ex quibus pax ipsa posset impediri, quod absit, vel quomodolibet retardari, obviare provide cupientes, discretioni vestre tenore presentium inhibemus ne cum altera dictarum partium aliquid tractetis seu agatis quod in alterius partis possit dispendium redundare vel ex eo aliqua ipsarum partium quomodolibet aggravari. Quinimmo, sicut vos decet, ea que pacis sint inter eos solicitis studiis procuretis. Datum Avinione, III kalendas marcii, anno tercio. »

1610 Avignon, 28 février 1365.

Andruino cardinali legato, ut Valeriano de Baldonibus, civi Forliviensi, qui, tempore quo Ægidius, episcopus Sabinensis, apostolicae Sedis legatus, civitatem Bononiensem regebat, de ipsius Ægidii commissione, officium datiorum et appellationum, certo salario sibi constitúto, exercuit, de salario praelibato, eidem propter penuriam facultatum et expensarum onera, quibus tunc temporis dicta civitas gravabatur, non soluto, faciat satisfieri. (Reg. 247, fol. 54 verso)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Exposuit nobis dilectus —. Datum Avinione, II kal. marcii, anno tercio. »

1611 Avignon, 28 février 1365.

Aubricum Radulphi de Lingonis, primicerium Virdunensem, in Lugdunensi et Viennensi provinciis necnon in Bisuntina, Tarantasiensi, Sedunensi, Augustensi, Lausannensi et Bellicensi civitatibus et dioecesibus, apostolicae Sedis nuntium ac collectorem deputat. (Reg. 247, fol. 227 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aubrico Radulphi de Lingonis, primicerio Virdunensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum sicut fidedignorum —. Dat. Avinione, II kal. marcii, anno tercio. »

1612 Avignon, 1er mars 1365.

Petro, regi Castellae, qui ad Ecclesiae servitium contra ejus hostes se obtulit preparatum, gratias agit. (Reg. 247, fol. 55 recto. — Rainaldi, *Annales ecclesiastici*, VII, 112.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Castelle illustri, salutem, etc.* Devotionis regie littere, nobis per dilectum filium nobilem virum Alvarum Lupi, militem et ambaxiatorem tuum, diebus nuper preteritis presentate, mentem nostram ineffabili leticia perfuderunt. Nos siquidem cernentes in te dilectissimo filio sic erga nos et Romanam ecclesiam dilectionis et reverencie gratiam habundare, quod pre cunctis orbis principibus magnificentiam tuam reperimus dispositam ad nostra et ejusdem ecclesie honores et commoda ac beneplacita preparatam, ac considerantes quod regie corone potenciam, tuum thesaurum, ac personam propriam contra quoscumque iniquitatis filios, adversus statum et jura ejusdem ecclesie presumentes aliquid attemptare, etiam propriis tuis pretermissis negotiis, si urgeret necessitas, tam per mare quam per terram, pro reverencia Dei et apostolice Sedis, nobis et eidem ecclesie ferventissima devotione duxeris offerenda, merito debemus et possumus de tanti filii tam laudabili dispositione letari, et in te nostre spei ponere firmamentum. Proinde itaque non valentes tue largitati promptissime gratiarum condignas reddere actiones quas possumus, tamen tibi paterne referimus magnificentiam tuam, quam in fervida voluntate fundatam reputamus facto completam, apostolice commendationis preconio commendantes, ac rogantes Deum quod mentem tuam de bono in melius semper disponat ad sua beneplacita exequendum, tibique dies adaugeat in pacis et prosperitatis pulcritudinem perducendos. Datum Avinione, kalendis marcii, anno tercio. »

1613 Avignon, 1er mars 1365.

Honorato, comiti Fundorum, et Jacobo Gaytano, domicello, Fundanae dioecesis, qui, sententjarum a Romanis pontificibus et specialiter a Benedicto papa XII contra bonorum Ecclesiae detentores latarum immemores, civitatem Anagninam aliaque loca et castra, in provinciis Campaniae et Maritimae consistentia, occupaverunt, mandat ut Ægidio cardinali legato seu Johanni, praeceptori domus Sancti Antonii Florentini, earumdem provinciarum pro Ecclesia rectori, ea restituere et ab exercitio cujuslibet jurisdictionis in eis desistere curent. (Reg. 247, fol. 55 recto.)

« *Nobilibus viris Honorato, comiti Fundorum, et Jacobo Gaytano, ejus fratri, domicello Fundane diocesis, spiritum consilii sanioris.* Nobilitatem vestram latere non credimus qualiter felicis recordationis Johannes XXII primo et deinde Clemens VI ac postremo Innocencius VI, Romani Pontifices, predecessores nostri, contra omnes et singulos civitatum, terrarum, castrorum et aliorum locorum, bonorum et jurium, ad Romanam Ecclesiam ubicumque spectancium, invasores, occupatores et detentores, cujuscumque dignitatis, preheminencie, status aut condicionis existerent, etiam si regia dignitate fulgerent, solennes processus, monitiones ac mandata, necnon excommunicationis, et in terras eorum interdicti, et nonnullas alias spirituales et temporales penas et sentencias continentes, provida deliberatione fecerunt, quodque pie memorie Benedictus papa XII, predecessor noster, dictique Johannis successor, volens pacifico Campanie et Maritime provinciarum, ad Romanam Ecclesiam immediate spectancium, statui providere, inter cetera ordinavit ut nullus princeps, dux, marchio, comes vel baro aut alius nobilis potens, vel eorum frater, filius vel nepos, seu quivis alius, ipsis procurantibus, quovis modo, colore vel causa, per se vel aliam personam, in regem, gubernatorem, defensorem, potestatem, capitaneum vel officialem alium, quocumque nomine censeantur, alicujus civitatis, castri vel loci partium predictarum nominaretur, eligeretur, vocaretur vel etiam assumeretur absque licencia Sedis apostolice speciali, eis per apostolicas litteras concedenda, facientes plenam et expressam de ordinatione hujusmodi mentionem, et si secus fieret, ex tunc nominationem, electionem, vocationem et assumptionem hujusmodi esse nulla, et carere omni robore firmitatis, et non solum nominatores et assumptores, verum etiam nominati, electi, vocati et assumpti, si hujusmodi nominationi, electioni, vocationi et assumptioni consentirent, aut jam assumpta per eos hujusmodi regimina, infra quindecim dierum spatium, post publicationem ordinationis hujusmodi in illis partibus factam non dimitterent et se de ipsis intromitterent per se vel alium quovis modo, sententiam excommunicationis incurrerent, eo ipso absolutionem ab ipsa sentencia sibi et suis successoribus Romanis Pontificibus, preterquam in mortis articulo, reservando. Et nichilominus postmodum idem Benedictus predecessor, ex certis ratio[na]bilibus et utilibus causis, per suas litteras sub gravibus spiritualibus et temporalibus penis inhiberi mandavit et fecit ut nullus baro, civis Anagninus seu de aliis locis dictarum provinciarum et partium vicinarum civitatem Anagninam ingredi, aut eam seu ejus districtum vel aliquam partem ipsorum occupare presumeret, idque nichilominus quondam Nicolao, comiti Fundorum, genitori

vestro, nominatim et ejus filiis, eorum nominibus non expressis, sub penis eisdem specialiter inhiberi mandavit et fecit; ex quibus maxime, que, sicut accepimus, solenniter publicata et adeo notoria fuerunt et sunt quod nulla possunt terversatione celari, vehementer minari compellimur quod vos, qui honorem, statum et jura ipsius ecclesie pre ceteris illarum partium, ex beneficiis ab eadem receptis ecclesia, per quam vos et progenitores vestri exaltati et dilatati fuistis, prout estis, magis tenemini defendere et tueri, beneficiorum ipsorum inmemores et ingrati, prefatos ipsorum predecessorum nostrorum processus non veriti, dictasque etiam penas et sententias minime formidantes, predictam civitatem Anagninam, necnon terram seu castrum Secie, Terracinensis diocesis et nonnulla alia terras, castra et loca, possessiones, bona, et jura in dictis provinciis consistencia, et ad nos et Ecclesiam predictam immediate spectancia occupastis, et in ipsis civitate, terris, castris, seu locis seu eorum aliquo vel aliquibus certum titulum seu vocabulum tirannice potestatis assumpsistis, illamque jam multo tempore exercuistis, prout etiam exercetis et civitatem eandem ingredi presumpsistis pro libito voluntatis, tuque etiam comes per nostras ac venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, apostolice Sedis legati, litteras et per nonnullos officiales ejusdem Ecclesie sepius requisitus, ab hujusmodi presumptionibus desistere aut aliquid de intentione tua rescribere non curasti; sed vos ambo civitatem, terras, castra et loca predicta, non attendentes quot et quantis ex hoc animarum et corporum periculis subjacetis, detinetis dampnabiliter occupata. Quocirca nos, qui more patris benivoli salutem querimus filiorum, nobilitatem vestram attente monemus, requirimus et hortamur per apostolica vobis scripta mandantes quatinus premissa omnia, et quantum in eis divinam majestatem et apostolicam Sedem offenditis diligencius attendentes, civitatem, terras, castra, loca, possessiones, bona et jura predicta nobis et ipsi Ecclesie seu legato predicto, aut dilecto filio Johanni, preceptori domus Sancti Antonii Florentini, ordinis sancti Augustini, in eisdem provinciis pro nobis et Ecclesia predicta rectori, nostro et ipsius Ecclesie nomine libere restituere ac resignare et in pace dimittere, et ab exercicio cujuslibet jurisdictionis seu potestatis in eis prorsus desistere et cessare curetis, omnes officiales et gentes vestras exinde penitus amovendo, requisitioni et mandato nostro hujusmodi taliter parituri quod inde vobis divinam misericordiam ac dicte Sedis et nostram gratiam redimatis. Alioquin hujusmodi insolenciam vestram non intendentes, prout non possumus nec debemus, ulterius tolerare, contra vos ad publicationem et aggravationem sententiarum et processuum predictorum, in quos vos non est dubium incidisse, exigente justicia procedemus, et de aliis etiam spiritualibus et temporalibus remediis curabimus, auctore Domino, salubriter providere. Dat. Avinione, kalendis marcii, anno tercio. »

1614 Avignon, 1er mars 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, litteras suprascriptas transmittit, ipsique mandat ut, comitiva Anglicorum auxiliante, terras Ecclesiae recuperet et contra comitem Fundorum ejusque fratrem, sicut viderit expedire, procedat. (Reg. 247, fol. 56 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Sperantes in Domino et in tua circumspectione solicita quod cum servicio comitive Anglicorum de illa impia societate Anichini finem prosperum divina miseratio largietur et cum ipsis Anglicis tempore pro quo ipsos conduci fecisti nonnullas terras Romane ecclesie presertim in provinciis Campanie et Maritime consistentes, que a diversis occupatoribus detinentur, recuperare solicite procurabis .i comiti Fundorum et Jacobo Gaietano, ejus fratri, occupatoribus precipuis hujusmodi terrarum, in dictis provinciis consistencium, litteras nostras dirigimus secundum formam presentibus interclusam, quas, si et cum prudencie tue videbitur, eis facias presentari et procedas spiritualiter et temporaliter contra eos; quibusdam aut aliis occupatoribus dictarum terrarum de prefatis provinciis scripsimus jam est diu per dilectum filium Johannem, preceptorem domus Sancti Antonii Florentini, ordinis sancti Augustini, earumdem provinciarum rectorem, qui de hoc eandem tuam prudenciam informabit. Datum Avinione, kalendis marcii, anno tercio. »

1615 Avignon, 1er mars 1365.

Petro, abbati monasterii Montismajoris, ord. s. Ben. Arelatensis dioecesis, collationem et provisionem prioratus de Aligno, dicti ordinis, Aquensis dioecesis, tunc vacantis per translationem Johannis Olerii, prioris, ad prioratum de Rometa, Papiensis dioecesis, ejusdem ordinis, remittens, ipsi mandat ut dicto prioratui de persona ydonea provideat. (Reg. 247, fol. 227 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Montis majoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis.* Personam tuam eo —. Dat. Avinione, kalendis marcii, anno tercio. »

1616 Avignon, 2 mars 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, de duodecim millibus ducatis auri, ab ecclesia Romana Francisco de Carraria, in civitate Paduana imperiali vicario, debitis, ut ei satisfaciat secundum suam promissionem et Sedi apostolicae quid inde fecerit rescribat. (Reg. 247, fol. 56 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dilectus filius nobilis vir Franciscus de Carraria, miles Paduanus, in civitate Paduana imperialis vicarius, nobis nuper significare curavit quod olim, tempore prelii quod fuit juxta bastitam Solarie, ipse suis stipendiis pro paga dupla et mense completo solvit duodecim milia ducatos auri, et exhabita ibidem victoria tot nobiles de gentibus dilecti filii nobilis viri Bernabonis de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, conflictis et captis, ipsi Francisco devenerunt in sortem quod pro ipsorum redemptione idem Franciscus potuisset habere longe majorem summam hujusmodi quantitate; sed ne pax, que per te tunc temporis tractabatur, remaneret per eum, ad tuam instanciam dicte paci cum hac condicione confensurum se dixit si sibi dicta ducatorum quantitas solveretur, quodque tu eandem quantitatem in duobus terminis solvere promisisti, sed quod nichil adhuc inde habere potuit, quamvis unus terminus sit transactus. Quare nobis extitit supplicatum ut eidem Francisco dignaremur in hac parte de oportuno remedio subvenire. Nos igitur, de hiis notitiam non habentes sed mirati quod nichil eorum audivimus usque modo, volumus et mandamus tibi quatinus, si est ita, eidem Francisco, qui non solum in hac parte sue justicie effectum sed nostros et ejusdem ecclesie favores et gratias percipere promeretur, secundum tuam promissionem hujusmodi satisfacias seu satisfieri facias de premissis, nobis de hiis et quid inde feceris rescripturus. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno tercio. »

1617 Avignon, 2 mars 1365.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, notificat se de negotio praefato Andruino cardinali legato scripsisse secundum tenorem cedulae interclusae : ipsum monet Pileum, episcopum Paduanum, de hiis quae apostolicae Sedi ex parte ipsius exposuit, responsurum. (Reg. 247, fol. 57 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Cararia, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Super negotio pecunie —. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno tercio. »

1618 Avignon, 2 mars 1365.

Johanni, comiti Boloniae et Alverniae, ut infra quadraginta dies ad curiam accedat, ibidem, ratione castri de Ussone, Claromontensis dioecesis, quod ab ecclesia Romana in feudum tenet, hommagium praestiturus censumque debitum soluturus. (Reg. 247, fol. 228 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Bolonie et Alvernie, salutem etc.* Cum, sicut tua nobilitas bene novit, tu ad faciendum homagium et certum censum annuum persolvendum, ratione castri de Ussone, Claromontensis diocesis, quod a Romana ecclesia tenes in feudum, nobis et eidem ecclesie tenearis, eaque tam tu quam predecessores tui nobis et predecessoribus nostris Romanis pontificibus facere ac solvere neglexistis pluribus vicibus et temporibus jam elapsis, nos volentes ejusdem ecclesie indempnitati providere et tecum nichilominus benigne agere, tenore presentium te requirimus et monemus ac tibi, sub pena amissionis dicti castri seu feudi, precipiendo mandamus quatinus, infra quadraginta dierum spatium a presentatione presentium tibi facta computandorum, quos tibi pro peremptorio termino assignamus, personaliter compareas coram nobis, hujusmodi homagium prestiturus et censum pro toto preterito tempore debitum nobis et eidem ecclesie soluturus. Alioquin contra te, non obstante tua contumacia, mediante justicia, procedemus. Datum Avinione, VI nonas marcii, anno tercio. »

1619 Avignon, 4 mars 1365.

Petro, regi Cipri, litteras a se magistro et conventui hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de discordia inter ipsum et Januenses expeditas, transmittit. (Reg. 247, fol. 57 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Diebus nuper elapsis, super discordia tua et dilectorum filiorum ducis et communis civitatis Januensis tam venerabili fratri nostro Petro, patriarche Constantinopolitano, apostolice Sedis legato, quam eisdem duci et communi scripta nostra direximus, prout tunc tue serenitati per apostolicas litteras duximus intimandum. Postmodum vero pro tua parte nobis notificato eo quod de dilectis filiis .. magistro et conventu hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani debeas merito formidare, nos omnibus que possent hujusmodi fovere discordiam ac impedire faciendam inter te et eosdem ducem et commune concordiam oportuna providencia obviare cupientes, dictis magistro et conventui scribimus in forma equitati consona, quam regie magnitudini mittimus presentibus

interclusam. Igitur si alia noveris que dicte discordie prestare valeant nutrimentum, nobis notificare non differas, quia contra ea possibilia nobis remedia curabimus adhibere. Datum Avinione, IIII nonas marcii, anno tercio. »

1620 Avignon, 4 mars 1365.

Episcopo universisque personis ecclesiasticis et laicis Vivariensis dioecesis mandat ut Hugoni Cardilionis, O. F. M., in illis partibus haereticae pravitatis inquisitori, contra quosdam haereticos dictae civitatis et dioecesis Vivariensis, auxilium et favorem tribuant. (Reg. 247, fol. 57 verso)

« *Venerabili fratri .. episcopo Vivariensi ac dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, ac parrochialium ecclesiarum rectoribus, aliisque personis ecclesiasticis, necnon dominis terrarum aliisque nobilibus et universitatibus civitatum ac castrorum et locorum diocesis Vivariensis, ad quos presentes pervenerint.* Ad audienciam nostram —. Datum Avinione, IIII nonas marcii, anno tercio.

1621 Avignon, 4 mars 1365,

In e. m. Guidoni, domino loci de Montelauro, militi Vivariensis dioecesis, « mutato numero plurali in singularem et ubi dicitur *universitatem* dicatur *nobilitatem.* » (*Ibid.*, fol. 58 recto.)

1622 Avignon, 4 mars 1365.

In e. m. domino castri de Rupe, militi, Vivariensis dioecesis. (*Ibid.*, fol. 58 recto.)

1623 Avignon, 4 mars 1365.

Galeatio de Vicecomitibus, de discordia inter ipsum et ecclesiam Vercellensem exorta, scribit : cum Johannem episcopum ad aliam ecclesiam pro bono pacis transferre paratus sit, Galeatium rogat ut exercitum suum a terris ecclesiae Vercellensis amoveat et Johanni, abbati monasterii Sanctae Mariae Florentinae, apostolicae Sedis nuntio, fidem adhibeat. (Reg. 247, fol. 58 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Litteras tue nobilitatis, quas detulit nobis dilectus filius Cavallinus, nuncius tuus, lator presentium, grata[n]ter recepimus et earum contenta ac ea que idem nuncius pro parte tua expressius nobis exposuit solita benignitate audivimus et paterno suscepimus intellectu ; et quia in negotio Vercellensis ecclesie respondisti nobis humiliter et obtulisti te velle nostris beneplacitis complacere, nobilitatem eandem proinde preconio laudis attollimus ac dignis prosequimur actionibus gratiarum. Verum quia inter alia reserasti quod venerabilis frater noster Johannes, episcopus Vercellensis, tibi nimis erat infestus et quod causa guerre quam cum ipso habes episcopo potius est persone quam ecclesie, nobis obtulisti quod, si eumdem episcopum ad aliam transferremus ecclesiam et de persona tibi non suspecta ipsi provideremus ecclesie, paratus eras omnia castra et loca ipsius ecclesie, tam per te in guerra hujusmodi occupata de novo quam illa que ab antiquo tenuisti tempore, prout tenes, libere relinquere ecclesie memorate, tibi respondemus quod in hoc et aliis que secundum Deum poterimus, cum casus quo dictum episcopum, consideratis suis meritis et generosa progenie, decenter transferre possimus occurrerit, tam pro pace ac reintegratione jurium dicte ecclesie quam tuorum adimpletione votorum, libenter tue complacebimus voluntati. Sed quia interim, durante guerra hujusmodi, nimis ecclesia prefata destruitur et irreparabilibus subicitur detrimentis, ex quo Deus, cui ecclesie sunt dicate, offenditur et tuo non modicum derogatur honori, nobilitatem eandem affectuose rogamus et hortamur quatinus, pro reverentia Dei ac apostolice Sedis et nostra, exercitum tuum de terris ejusdem ecclesie statim facias amoveri, ei dimittens et restituens libere omnia que per gentes tuas fuerunt in guerra hujusmodi occupata. Nos enim dilecto filio Johanni, abbati monasterii Sancte Marie Florentine, de hujusmodi negotiis informato, de quo potes confidere, per alias nostras litteras committimus et mandamus quod ad presentiam tuam et episcopi prefati se transferat et de omni antiqua discordia, que inter te et dictum episcopum extitit et esse possit, vos invicem studeat concordare. Tua itaque circumspectio ad ea que pacis et rationabilitatis existant, ob dictam reverenciam et tranquillitatem patrie, benignius inclinetur, ita quod nos, videntes tue bone dispositionis effectum, votis tuis favorabilius annuamus. Datum Avinione, IIII nonas marcii, anno tercio. »

1624 Avignon, 4 mars 1365.

Rectori comitatus Venaissini, ut castrum Alondii, Tricastrensis dioecesis, de quo controversia inter Ademarium Ademarii et Guiotam de Utecia est mota, nomine ecclesiae Ro-

manae pro bono pacis studeat occupare. (Reg. 247, fol. 230 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, ac comitatus Venaysini pro nobis et ecclesia Romana rectori.* Cum, prout tua novit fraternitas, inter dilectum filium nobilem virum Ademarium Ademarii, domicellum Valentinensis diocesis, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Guiotam de Utecia, relictam quondam Ademarii de Pictavia, militis, domini de Chatanconio, diocesis Vivariensis, super castro Alondii, Tricastrensis diocesis, gravis discordia sit exorta, ex qua, nisi congruum apponatur remedium, multa provenire scandala formidantur, nos pro ipsorum discordantium concordia, auctore Domino, facienda intendentes efficaciter apponere partes nostras, cum a prudentibus presumatur quod, si castrum ipsum ad manus nostras deveniat, facilius tractabitur et ad finem celeriorem et meliorem deducetur concordia prelibata, eidem fraternitati mandamus quatinus, ad partes illas te personaliter conferens, pro bono partium et patrie circumstantis, solicitudine tua consueta procuras ad hujusmodi manus nostras castrum recipere memoratum, illudque facias diligenter et fideliter custodiri et gubernari, donec aliud in hac parte tibi dederimus in mandatis. Ceterum sperantes quod tua grandis circumspectio sciet et poterit dictas partes ad acquiescendum beneplacitis nostris et nostrorum commissariorum super hujusmodi pace inducere suasionibus oportunis, eandem fraternitatem hortamur attente quatinus in hoc interponas efficaciter partes tuas. Datum Avinione, IIII nonas márcii, anno tercio. »

1625 Avignon, 4 mars 1365.

Petro de Monteauroso, canonico Mimatensi, succollectori proventuum, apostolicae camerae in civitate et dioecesi Mimatensi debitorum, deputato, mandat ut prioratum ecclesiae de Ispaniaco, ord. s. Ben., dictae dioecesis, a monasterio Aureliacensi, ejusdem ordinis, Sancti Flori dioecesis, dependentem et tunc vacantem per resignationem Heliae, episcopi Ostiensis, qui dictum prioratum obtinebat, in manibus papae factam, regere et gubernare procuret, donec eidem prioratui de persona ydonea provisum sit. (Reg. 247, fol. 229 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro de Monteauroso, canonico Mimatensi, succollectori proventuum, apostolice camere debitorum in civitate et diocesi Mimatensi, auctoritate apostolica deputato.* Cum prioratus ecclesie —. Datum Avinione, IIII nonas marcii, anno tercio. »

1626 Avignon, 5 mars 1365.

Johannae, reginae Siciliae, in favorem imperatricis senioris Constantinopolitanae scribit. (Reg. 247, fol. 59 recto.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Nuper carissima in Christo filia nostra Maria, senior imperatrix Constantinopolitana illustris, per litteras et nuntios suos nobis significare curavit quod tua serenitas post mortem clare memorie Roberti, imperatoris Constantinopolitani, consortis sui, ex sincero pietatis officio ipsam imperatricem studiit multipliciter consolari, eam juvando in omnibus oportunis et dirigendo affectu sororio in agendis, quod merito habemus acceptum. Quare proinde serenitatem eandem dignis laudibus in Domino commendantes, ipsam rogamus ac in Domino exhortamur quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia, prefatam imperatricem, sicut cepisti, oportunis consolationibus et favoribus prosequi non desistas, interponens effectualiter partes tuas penes carissimum in Christo filium nostrum Philippum, imperatorem Constantinopolitanum illustrem, quod eidem imperatrici assignet integre dotes suas in civitatibus, castris, terris et villis, eidem propterea obligatis, eamque debitis honoribus prosequatur, et si necesse fuerit, vel per dictam imperatricem requisita fueris super predictis, sibi velis, prout teneris, justiciam ministrare. Datum Avinione, III nonas marcii, anno tercio. »

1627 Avignon, 6 mars 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut de discordia inter Johannem, abbatem monasterii Anianae, ord. sancti Ben., Magalonensis dioecesis, et Carolum de Artesio, comitem Pedenatii, super jure ressorti castri de Aspirano, Biterrensis dioecesis, exorta, eumdem abbatem ejusque subditos, qui jus bonaque sua defendere et etiam vi recuperare coacti sunt, non molestet, eis poenam, si quam incurrerint, remittens ac jus libertatesque dicti monasterii defendens. (Reg. 247, fol. 59 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri, ac in partibus Occitanis locum tenenti, salutem, etc.* Exortam discordiam inter dilectos filios Johannem, abbatem monasterii Aniane, ordinis sancti Benedicti, Magalonensis diocesis, et nobilem virum Carolum de Artesio, comitem Pedenacii, super jure resorti castri de Aspirano, Biterrensis diocesis, ad prefatum monasterium pertinentis, quod jus abbas ad regem Francie qui

est pro tempore et Carolus prefati ad se ratione comitatus Pedenacii, sibi a regia majestate concessi, asserunt pertinere, ad aures tue nobilitatis credimus jam perlatam, ideoque narrationem prefate discordie, de qua sepe informati fuimus, tanquam superfluam presentibus omittentes, nobilitatem eandem, quam decet oppressis indebite compati et non permittere quod eorum gravaminibus gravamina cumulentur, rogamus attente quatinus, pie considerans quod idem abbas suique subditi non solum proprium et prefati monasterii sed etiam regium jus et personas proprias suaque bona fuerunt coacti defendere ac arma sumere contra indebite opprimentes eosdem et vi recuperare violenter ablata et quod ex hoc non penam sed premium promerentur, ipsos, si in premissis excessisse forsitan dicerentur, habere digneris benignitate solita supportatos, eis penam, si quam de rigore forsan incurrerunt, exinde de speciali gratia remittendo ac jus prefati resorti pro honore regio et libertate dicti monasterii defendendo. Datum Avinione, II nonas marcii, anno tercio. »

1628 Avignon, 7 mars 1365.

Johanni, abbati monasterii Sanctae Mariae Florentinae, or. s. Ben., ut ad praesentiam Galeatii de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, et Johannis, Vercellensis episcopi, accedens, inter ipsos pacem concordare studeat. (Reg. 247, fol. 58 verso.)

« *Dilecto filio Johanni, abbati monasterii Sancte Marie Florentine, or. s. Ben.* Ad quedam que —. Datum Avinione, nonis martii, anno tercio. »

1629 Avignon, 7 mars 1365.

Andruino cardinali legato, ut dictum abbatem ad praesentiam dictorum militis et episcopi pro negotio praefato studeat destinare (Reg. 247, fol. 58 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Gerentes cordi quod —. Datum ut supra. »

1630 Avignon, 7 mars 1365.

Johannem, abbatem monasterii Sanctae Mariae Florentinae, or. s. Ben. apostolicae Sedis nuntium, ad pacem inter Johannem, episcopum Vercellensem, et Galeatium de Vicecomitibus, militem Mediolanensem, reformandam, deputat. (Reg. 247, fol. 231 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, abbati monasterii Sancte Marie Florentine, ordinis sancti Benedicti, apostolice Sedis nuncio.* Pacis vinculum inter cunctos Christi fideles, quorum cure divina dignatio nos prefecit, indissolubili unitate vigere paternis desideramus affectibus, studioque solicito, prout nobis ex alto permittitur, procuramus. Sed hoc nimirum inter illos studiosius procurare debemus ex quorum discordia majora provenire pericula formidantur. Sane nuper dolenter accepimus quod inter venerabilem fratrem nostrum Johannem, episcopum Vercellensem, et dilectum filium nobilem virum Galeaz de Vicecomitibus, Militem Mediolanensem, pacis emulo procurante, gravis est discordia suscitata, ex qua, nisi celeriter obvietur eidem, mala plurima tam animarum quam corporum, rerumque lapsus provenire verisimiliter formidantur. Nos itaque, more pii patris, de filiorum malis dolentis ab intimis, hujusmodi obviare discordie et inter dissidentes eosdem pacem et concordiam reformari intensis desideriis affectantes, ac de zelo pacis et circumspectionis industria tue discretionis in hiis et aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, te ad partes et presentiam dictorum discordancium propterea providimus destinandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expedire videris, te personaliter conferens, ac eisdem discordantibus et eorum valitoribus et sequacibus, de quibus fuerit oportunum, innumera pericula animarum et corporum, rerumque dampna tue nota prudentie, que ex dissensione hujusmodi, si, quod absit, procederet, procul dubio resultarent, ex parte nostra diligenter exponens, eos quos ad hoc per diversas litteras nostras clausas hiis diebus fuimus exhortati, viis et modis quibus melius poteris, juxta datam tibi a Deo prudenciam, procures inducere, ut ad mutuam pacem et concordiam, utique Deo gratam, eisdemque discordantibus ac eorum subditis plurimum oportunam, suos animos habilitent et inclinent, ipsamque faciant firmis roborationibus stabilitam. Et si, ut optamus, Deus corda eorundem discordancium tetigerit, quod hujusmodi salubribus exhortationibus faciendo pacem eandem realiter acquiescant, ac de voluntate ipsorum processerit quod pax ipsa, ut observetur irrefragabilius auctoritate apostolica roboretur, id auctoritate nostra faciendi, penis et sententiis spiritualibus, de quibus tibi expedire videbitur, necnon et quasvis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes, factas seu initas causa vel occasione hujusmodi discordie nu-

triende, cum quibuscumque personis seu universitatibus, etiam si juramento vel penarum adjectionibus, vel quibusvis firmitatibus aliis essent vallate, dissolvendi, irritandi, vacuandi et annullandi, ac nullas, irritas et vacuas nunciandi, utpote contra bonum pacis in offensam Dei presumptas, ac penas et juramenta hujusmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi; et si, quod absit, dictos discordantes ad pacis firmitatem reducere non valeres, ne guerra ipsa in eorum et etiam rei publice dispendium invalescat, cum ad nostri apostolatus officium, pro animarum, de quibus debemus Altissimo reddere rationem, periculis evitandis pertineat, super hiis, prout possumus secundum potestatem nobis a Domino traditam providere, et de tractatu et perfectione pacis ejusdem, que tunc haberi non posset, non sit pro futuro tempore desperandum, treugas aliquas, pacis representantes ymaginem, cum amotione bastitarum dicti Galeaz, usque ad certi et competentis temporis spacium duraturas, ut cessantibus interim hinc inde offensionibus et commotionibus bellicosis, que viam dicte pacis difficiliorem redderent, utilius et liberius possit reformationis concordie predicte tractatus alius pro tempore, Deo favente, procedere, inter dissidentes eosdem, ipsorumque subditos, valitores, sequaces et adherentes quoslibet, etiam si communia civitatum et universitates oppidorum extiterint, auctoritate nostra indicendi ac mandandi eas inviolabiliter observari, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante si eis etc... concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, nonis marcii, anno tercio. »

1631 Avignon, 8 mars 1365.

Andruino cardinali legato, ut, cum Johannes de Vicecomitibus de Olegio, miles Mediolanensis, in civitate Firmana pro ecclesia Romana vicarius, asserat se in tractatu pacis inter dictum Andruinum et Bernabonem de Vicecomitibus conclusae non inclusum fuisse, de hoc studeat Sedem apostolicam informare, et, si est ita, procurare quod ipse Johannes, tanquam Ecclesiae praedictae manifestus adhaerens, in pace hujusmodi includatur. (Reg. 247, fol. 60 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Significavit nobis dilectus —. Datum Avinione, VIII idus marcii, anno tercio. »

1632 Avignon, 8 mars 1365.

Johanni de Olegio notificat se Andruino cardinali legato de praemissis, secundum litterarum praescriptarum tenorem, scripsisse. (Reg. 247, fol. 60 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Vicecomitibus de Olegio, militi Mediolanensi, in civitate Firmana et ejus districtu, ad ecclesiam Romanam spectantibus, pro nobis et ecclesia ipsa vicario, ac Marchie Anconitane rectori.* Dilectum filium Matheum —. Datum Avinione, VIII idus marcii, anno tercio. »

1633 Avignon, 9 mars 1365.

Carolo, regi Franciae, ut, cum inter Guillelmum, archiepiscopum Lugdunensem, et Aymonem de Neuro, civem Lugdunensem, questio exorta, tam in Romana curia quam Parisius, terminata sit, dicto archiepiscopo temporalitatem ipsius a procuratore suo celeriter faciat restitui. (Reg. 247, fol. 61 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 124, n° xlviii) (1).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Terminationem questionis, que inter venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Lugdunensem, et Aymonem de Neuro, civem Lugdunensem, ac subsequenter tuam curiam, tam in Romana curia quam Parisius diutius extitit ventilata, per venerabilem fratrem Guidonem, episcopum Portuensem, et dilectum filium nostros, Egidium, tituli Sancti Martini in Montibus presbyterum cardinalem, amicabiliter factam, et per tuam serenitatem, prout accepimus, ratificatam, ac remissionem rebellionum seu inobedienciarum, que contra gentes tuas per dictum archiepiscopum dicebantur commisse, ob reverenciam nostram concessam, gratas habuimus multipliciter et acceptas, proindeque actiones tibi referimus gratiarum. Verum quia processus facti per dictum archiepiscopum, seu ad ejus instanciam, sunt cassati, et restitutio temporalitatis ejusdem archiepiscopi, prout audivimus, per eamdem tuam curiam non est facta, et procurator regius asserit quod dicta remissio ad gentes et officiales dicti archiepiscopi,

(1) La réponse aux lettres du pape ne se fit pas attendre. Le 4 juillet 1365, un accord était signé à Lyon entre les mains de l'évêque d'Autun et de Pierre Mespin, huissier du roi, au sujet de l'administration du temporel de l'archevêché de Lyon; et, le 7 juillet de la même année, Charles V, à la requête de Charles d'Alençon, archevêque de Lyon, ordonnait à ses officiers de lever la main royale mise sur le temporel dudit archevêque. Ces deux documents, dont le dernier a été analysé par M. Delisle (*Mandements de Charles V*, p. 115, n° 233), ont été publiés *in extenso* par M. Prou dans l'ouvrage cité plus haut. (*Relat. polit. d'Urbain V*, p. 129-132, n°s lv et lvi.)

propter premissam questionem in processibus tue dicte curie specialiter comprehensos, nullatenus se extendit, cum nostre ac dictorum episcopi et cardinalis intentionis fuerit et tuam fuisse putemus eosdem gentes et officiales dicti archiepiscopi in gratia dicte remissionis includi, prout ipsi episcopus et cardinalis nobis dixerunt et magnitudini tue scribunt, celsitudinem tuam rogamus attente quatinus dictam temporalitatem mandes et facias celeriter restitui archiepiscopo memorato, faciendo declarari omnes suos comprehensos in processibus dicte regie curie secundum intentionem predictam et etiam equitatem in remissione hujusmodi includendos. Datum Avinione, VII idus marcii, anno tercio. »

1634 Avignon, 10 mars 1365.

Archiepiscopis et aliiis personis ecclesiasticis, ut Johanni, abbati monasterii Sanctae Mariae Florentinae, ad pacem inter Johannem, episcopum Vercellensem, et Galeatium de Vicecomitibus reformandam deputato, de quatuor florenis auri pro singulis diebus provideant. (Reg. 247, fol. 232 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis etc.* Cum dilectum filium —. Datum Avinione, VI idus marcii, anno tercio. »

1635 Avignon, 11 mars 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut officiales suos inducat ad monasterium de Subterranea, ord. s. Ben., Lemovicensis dioecesis, de coetero non molestandum. (Reg. 247, fol. 61 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Pro parte dilectorum filiorum .. prepositi et conventus monasterii de Subterranea, ordinis sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis, per prepositum soliti gubernari, fuit nobis expositum quod ipsi eorumque predecessores ab antiquo fuerunt in pacifica et quieta possessione exercicii alte et basse ac omnimode jurisdictionis ejusdem loci de Subterranea, appellationibus, dum ab eorumdem prepositi et conventus curia appellabatur, ad regem Francie, qui erat pro tempore et ducatum Aquitanie tenebat, spectantibus, quarum appellationum cause in civitate Lemovicensi consuerunt per curiam regiam terminari; quodque, postquam ille partes ad tuum regimen devenerunt, officiales tui, in eisdem partibus constituti, receperunt nomine tuo jurisdictionem hujusmodi, tenendo curias in dicto loco et alias novitates insolitas contra dictos prepositum et conventum faciendo, in grave dicti monasterii prejudicium et gravamen. Quare nobilitatem tuam, quam decet commoda ecclesiarum et monasteriorum promovere devote ipsaque a stipendiis et oppressionibus in terra sui dominii custodire, rogamus attente quatinus, si est ita, de quo cito et summarie, cum dicatur esse notorium, potest se dicta nobilitas informare, pro reverencia Dei et nostra, per dictos tuos officiales mandes et facias ab exercicio dicte jurisdictionis in eodem loco ac ab aliis ejusdem monasterii gravaminibus abstineri. Datum Avinione, V idus marcii, anno tercio. »

1636 Avignon, 11 mars 1365.

Narbonensi et Tolosano archiepiscopis concilium provinciale in loco, de quo suae circumspectioni videbitur expedire, insimul celebrandi facultatem indulget. (Reg. 247, fol. 61 verso. — Labbe, *Concilia*, XI, part. II, col. 1958.) (1).

« *Venerabilibus fratribus .. Narbonensi et .. Tholosano archiepiscopis, salutem etc.* Ex parte vestra fuit nobis expositum quod in convocatione concilii provincialis suffraganeorum vestrorum, super quo celebrando cuilibet vestrum nuper direximus scripta nostra, intenditis, quam cito commode poteritis, nostris jussionibus obedire; sed ex certis causis, nobis pro parte vestra expositis, cupitis cum nostro beneplacito dictum concilium invicem celebrare. Nos igitur, votis vestris hujusmodi benignum prebentes assensum, quod dictum concilium in loco de quo vestre circumspectioni videbitur insimul celebrare possitis et ad ipsum locum vestros suffraganeos, non obstante quod eorum aliqui extra suam convocentur provinciam, convocare tenore presentium consentimus et vobis tribuimus facultatem. Datum Avinione, V idus marcii, anno tercio. »

(1) Le concile auquel il est fait allusion dans cette lettre se tint à Lavaur, au mois de juin 1368, et réunit les évêques des trois provinces de Narbonne, de Toulouse et d'Auch, sous la présidence des deux archevêques cités plus haut et de Philippe *Crolli*, abbé de Sorèze, délégué d'Arnaud Aubert, archevêque d'Auch, que ses fonctions de camérier du pape Urbain V retenaient à la cour apostolique. A la suite de la bulle que nous reproduisons ici, Labbe a publié les lettres de convocation, datées du 28 avril 1368, que Pierre de la Jugie, archevêque de Narbonne, adressa à ses suffragants, les réponses de ces derniers et les actes mêmes du concile, répartis en cent trente-trois articles (Labbe, *ibid.*, col. 1958 à 2032). Ces articles furent promulgués dans l'église cathédrale de Lavaur, le 6 juin 1368, date de la clôture du concile.

1637 Avignon, 12 mars 1365.

Carolo de Artesio, comiti Pedenatii, ut, cum negotium pacis inter ipsum et Johannem, abbatem monasterii Anianae, ord. s. Ben., Magalonensis dioecesis, intricatum sit, treugas quae vigent de praesenti usque ad festum sanctae Mariae Magdalenae proximae proroget. (Reg. 247, fol. 62 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Artesio, comiti Pedenacii.* Sicut alias nobilitati —. Dat. Avinione, IIII idus marcii, anno tercio. »

1638 Avignon, 16 mars 1365.

Carolo, regi Franciae, ut Johannis, ducis Alverniae, fratris sui, gentes ad monasterium Casae Dei, ord. s. Ben , Claromontensis dioecesis, de coetero non molestandum inducat. (Reg. 247, fol. 62 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pro parte dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Casedei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, nuper nobis fuit expositum quod, licet clare memorie Johannes, rex Francie, genitor tuus, in donatione quam fecit dilecto filio nobili viro Johanni, duci Alvernie, fratri tuo, de ducatu Arvernie, ecclesias et monasteria, per ipsum progenitoresque suos specialiter fundata, exemerit, nolens ea sub hujusmodi donatione aliquatenus comprehendi, ac monasterium Casedei predictum per progenitores tuos reges Francie ab olim fundatum fuerit multisque privilegiis et gratiis communitum semperque fuerit de speciali et immediata gardia predecessorum tuorum regum Francie, et absque eo quod dux vel comes Arvernie, qui fuerit pro tempore, sibi gardie vel jus aliud in dicto monasterio vendicarent, tamen prefatus dux, seu gentes et officiales sui, dictum ducatum gubernantes pro eo, prelibatum monasterium super recognitione subjectionis et alias inquietant multipliciter et molestant, super quo idem abbas et conventus apostolici favoris auxilium humiliter postularunt. Quare serenitatem tuam rogamus attente quatinus, pro reverencia Dei ac apostolice Sedis et nostra, dictum monasterium velis in hujusmodi et aliis suis libertatibus regia benignitate ac justicia conservare, eidemque duci et gentibus suis velis districte mandare quod a molestatione predicta omnino desistant, non permittens eosdem abbatem et conventum contra privilegia eorumdem progenitorum tuorum ipsis concessorum indebite molestari, ex hoc placiturus Altissimo, cujus idem abbas et conventus sunt obsequiis deputati, et ejusdem tui genitoris prohibitionem providam et devotam, quam super hoc expresse fecisse asseritur, sicut reverens filius servaturus. Dat. Avinione, XVII kal. aprilis, anno tercio. »

1639 Avignon, 16 mars 1365.

Johanni, duci Alverniae, Caroli, regis Francorum, fratri, de eodem, ut praedictorum abbatis et conventus libertates conservans, officiales suos ad eorum monasterium de coetero non molestandum inducat. (Reg. 247, fol. 63 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Arvernie, carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francorum regis illustris.* Pro parte dilectorum —. Datum Avinione, XVII kal. aprilis, anno tercio. »

1640 Avignon, 16 mars 1365.

Ballivo pro Johanne de Francia, duce Arverniae, Caroli Francorum regis fratre, ducatum Alverniae regenti, scribit de eodem, ipsum hortans ut ab omni molestatione contra dictos abbatem et conventum monasterii Casae Dei de coetero abstineat. (Reg. 247, fol. 63 recto.)

« *Dilecto filio .. bayllivo pro dilecto filio nobili viro Johanne de Francia, duce Arvernie, carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francorum regis illustris, fratre, ducatum Arvernie regenti.* Pro parte dilectorum —. Datum Avinione, XVII kal. aprilis, anno tercio. »

1641 Avignon, 16 mars 1365.

Regimini et populo civitatis Perusinae, ut comitivis non praestent auxilium sed Ægidio cardinali legato favoribus et auxiliis assistant. (Reg. 247, fol. 63 verso.)

« *Dilectis filiis regimini et populo civitatis Perusine.* Zelum sincere devotionis —. Datum Avinione, XVII kal. aprilis, anno tercio. »

1642 Avignon, 18 mars 1365.

Archiepiscopo Narbonensi, ut Guillelmo Militis, O. F. P., inquisitori Carcassonnensi, ac Jacobo Sophiae, clerico Carcassonnensi, baccalario in legibus, qui in inquisitione Adhemarii de Portabone, militis, de comitatu Sabaudiae, Geraldi Fabri de Duratio, Bernardi Rigaldi, Guillelmi Arnaldi de Maloleone, Raymundi de Poquier, Bidonis de Podio Guillelmi ac Bernardi de Laborda, domicellorum, Agennensis, Adurensis, Sarlatensis et Convenarum dioecesium, de haeresi suspectorum, et in carceribus episcopi Carcassonnensis

detentorum, laboraverunt, de expensis, quas ipsos in dicto negotio fecisse eidem constiterit, competenter satisfieri faciat. (Reg. 247, fol. 64 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Narbonensi.* Dudum tibi per —. Datum Avinione, XV kal. aprilis, anno tercio. »

1643 Avignon, 18 mars 1365.

Petro, regi Castellae, ut matrimonium cum altera filiarum regis Portugaliae contrahere possit, non obstante quolibet consanguinitatis vel affinitatis impedimento. (Reg. 247, fol. 64 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Castelle illustri.* Quamvis apostolica Sedes cum personis etiam illustribus, in secundo consanguineitatis vel affinitatis gradu conjunctis, super matrimonio invicem contrahendo non consueverit generaliter dispensare, nos tamen, personam tuam inclitam gerentes in visceribus caritatis, ac optantes te habere prolem legitimam, tibi in regno tuo, cum a rege regum de seculo presenti vocaberis, successuram, tecum non generalissime cum quacunque in secundo vel tercio gradibus consanguinitatis vel affinitatis tibi conjuncta, prout petebas, quia per dictam Sedem hoc non consuevit fieri, sed ut cum altera dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum .. natarum carissimi in Christo filii nostri Petri, regis Portugalie illustris, tecum in secundo ac tercio consanguinitatis vel affinitatis gradibus, etiam ex utroque latere, ut dicitur, conjunctarum, matrimonium contrahere licite valeas, duximus de speciali gratia dispensandum, prout in aliis nostris litteris patentibus, interclusis presentibus, videbis latius contineri. Confortare igitur, fili, et prout decet regiam dignitatem in matrimonio, quod, auctore Domino, contrahes, relicta seu non admissa qualibet alia, ducas de cetero honestis moribus vitam tuam, et alias illa studeas agere que accepta reddantur Altissimo, ex cujus gratia optatam prolem, ad tuam leticiam regii solii firmitatem ac subjectorum tibi populorum consolationem consequi citius merearis. Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno tercio. »

1644 Avignon, 18 mars 1365.

Johanni, episcopo Carcassonnensi, et inquisitori haereticae pravitatis in partibus Carcassonae ejusque locum tenenti mandat ut contra nobiles supradictos, de haeresi suspectos, noviter studeant procedere, non obstante processu a seipsis contra nobiles eosdem jam facto. (Reg. 247, fol. 233 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Carcassonensi et dilectis filiis .. inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassone ac .. ejus locum tenenti.* Dudum cum tu —. Datum Avinione, XV kal. aprilis, anno tercio. »

1645 Avignon, 18 mars 1365.

Johanni de Cabrespina, canonico Narbonensi, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut beneficiorum, nunc apostolicae camerae reservatorum, quae Talayrandus, quondam episcopus Albanensis, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, defunctus, in vita sua obtinebat, fructus exigere et percipere procuret. (Reg. 247, fol. 233 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Cabrespino* (sic), *canonico Narbonensi, apostolice Sedis nuncio.* Dudum propter nonnulla —. Datum Avinione, XV kal. aprilis, anno tercio. »

1646 Avignon, 20 mars 1365.

Petro, regi Castellae, ut gentes suas, quae contra subditos Petri, regis Aragonum, inhumaniter soeviunt, a tanta crudelitate de coetero inferenda compescat. (Reg. 247, fol. 64 verso. — Rainaldi, *Annales ecclesiastici*, VII, 116. Extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Castelle illustri.* Erga sublimitatem tuam, ad Dei beneplacita continue dirigendam, et in preclare fame gloria conservandam, paterna dilectione ferventes, illa tibi persuademus caritate sincera per que divine gratie et honoris augmentum valeat promereri. Cum itaque relatione percepimus fidedigna quod gentes tue guerram contra magnificum principem Petrum, regem Arragonum illustrem, tuo nomine prosequentes, in nobiles et plebeios dicti regis subditos nimis seviunt, post eorum miserabilem captionem eos sepius suspendentes, comburentes, cecantes ac eorum manus et pedes inhumaniter amputantes, clemenciam regiam, quam decet erga fideles, quamvis hostes, presertim postquam capti fuerint, pro illius saltem reverencia in cujus sunt nomine baptizati, humanitatis gratiam exhibere, rogamus et obsecramus in Domino quatinus, si est ita, ob reverenciam regis regum et nostrarum cordialium precum intuitum, easdem gentes tuas, taliter vel aliter sevientes, a tanta crudelitate compescas, proinde a pio et misericorde Domino

Deo tuo in extremo judicio indubie consecuturus misericordie gratiam, et nichilominus in presenti seculo ubertatem felicium successuum recepturus. Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

1647 Avignon, 20 mars 1365.

Episcopis, prioribus aliisque praelatis provinciae Romandiolae, ut Danieli de Carreto, in dicta provincia pro Romana ecclesia rectori, obediant. (Reg. 247, fol. 234 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus etc.* Dudum dilecto filio —. Datum Avinione, XIII kal. aprilis, anno tercio. »

1648 Avignon, 21 mars 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, de discordia inter Azzonem et Bertrandum de Alidosiis, milites, in civitate Imolensi pro Romana ecclesia vicarios, et universitatem castri Tausignani, ad dictam ecclesiam pertinentis, super vicariatu ejusdem castri suscitata, scribit, eique mandat ut dictum castrum ad manus suas teneat donec aliud sibi mandatum sit. (Reg. 247, fol. 65 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravenna[tensi], pro nobis et Romana ecclesia in provincia Romandiole vicario in temporalibus generali.* Ad nostrum pervenit —. Datum Avinione, XII kal. aprilis, anno tercio. »

1649 Avignon, 22 mars 1365.

Duci ac consilio et communi civitatis Januensis, ut ante recessum Petri, regis Cipri, concordiam cum ipso faciant. (Reg. 247, fol. 66 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis.* Quantum sit nobis cordi quod inter vos et carissimum in Christo filium nostrum Petrum, regem Cipri illustrem, concordia reformetur, non putamus repetendum presentibus, cum ex multiplicatis dudum nostris ambaxiatis ac litteris, vobis paterna affectione directis, evidencius cognoscatur. Verum quia percepimus quod venerabilis frater noster Petrus, patriarcha Constantinopolitanus, apostolice Sedis legatus, quem pro dicta tractanda concordia ad vestram fecimus venire presentiam, jam de vestra civitate recessit, ad dictum regem, degentem Veneciis, accessurus, licet, ut audivimus, idem patriarcha ad vos debeat remeare, tamen satis dolemus quod in tali et tanto negotio interveniat mora prolixa, que in ultramarinis negotiis grande allatura est verisimiliter detrimentum. Propter quod nobis valde molestum redditur quod idem rex, et nonnulli nobiles transfretaturi cum eo, amplius in Occidentalibus partibus immorentur. Quare sinceram devotionem vestram hortamur et, quanto affectuosius possumus, deprecamur quatinus, considerantes periculum quod ex discordia vestra et dicti regis posset, quod absit, toti christianitati et vobis dampnum non modicum resultare, dictam concordiam faciatis omnino, super ea consiliis et beneplacitis dicti legati acquiescentes humiliter et devote, ita quod idem rex non recedat de citramarinis partibus infecto negotio prelibato. Datum Avinione, XI kalendas aprilis, anno tercio. »

1650 Avignon, 26 mars 1365.

Petro, patriarchae Constantinopolitano, ut concordiam inter regem Cipri et Januenses studeat promovere. (Reg. 247, fol. 67 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, patriarche Constantinopolitano, apostolice Sedis legato.* His diebus super negotio pacis faciende inter carissimum in Christo filium nostrum Petrum, regem Cipri illustrem, ac dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adurnum, ducem, et commune civitatis Januensis, postquam nuper de dicta civitate Januensi recessisti, scripsimus, litterasque nostras venerabili fratri nostro Guidoni, archiepiscopo Januensi, mandavimus assignari, ut eas, cum ad eandem civitatem redires, tue fraternitati faceret assignari. Hodie vero eisdem regi ac duci et communi, ex nova causa per ipsos ducem et commune mota, rescribimus, secundum tenores cedularum presentibus interclusarum. Quare si, quod absit, hujusmodi pax seu concordia per te in partibus illis non valeat expediri, volumus et tue fraternitati mandamus quatinus tam nuntios et procuratores ejusdem regis quam dictorum ducis et communis, cum plenis ad hoc mandatis, procures, ad nos celeriter accessuros, tuque cum eis venias, si commode possis et videas expedire. Alioquin nobis notifices quicquid in dicto negotio per nos tua circumspectio noverit faciendum. Datum Avinione, VII kalendas aprilis, anno tercio. »

1651 Avignon, 26 mars 1365.

Magistro Petro de Sarcenaco, ecclesiae Sancti Felicis de

Caramanno, Tolosanae dioecesis, decano, legum doctori, capellano suo, sacri palatii apostolici causarum auditori, apostolicaeque Sedis nuntio, ut ad pacem inter Ludovicum, episcopum Valentinensem, ecclesiae Viennensis administratorem, et Gaufridum de Claromonte, militem, dicti loci de Claromonte dominum, reformandam, apud eosdem episcopum et militem celeriter se transferens, faciat quid sibi videbitur expedire. (Reg. 247, fol. 235 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Petro de Sarcenaco, decano ecclesie Sancti Felicis de Caramanno, Tholosane diocesis, legum doctori, capellano nostro ac sacri palacii apostolici* [*causarum*] *auditori, apostolice Sedis nuncio.* Pacis vinculum inter —. Datum Avinione, VII kal. aprilis, anno tercio. »

1652 Avignon, 26 mars 1365.

Ludovico, episcopo Valentinensi, ecclesiae Viennensis administratori, notificat se praedictum Petrum de Sarcenaco et etiam Jacobum Albae, militem de Tarascone, Avinionensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntios, ad ipsum destinasse, eumque rogat ut, dictorum nuntiorum consiliis acquiescens, cum Gaufrido de Claromonte pacem agere non differat. (Reg. 247, fol. 236 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi, administratori ecclesie Viennensis, salutem etc.* Reformationem pacis ubi interrupta fuerit, inter cunctos Christi fideles fieri paternis optantes affectibus, et pro ea partes apostolice solicitudinis, prout nobis ex alto permittitur adhibemus. Cum itaque nuper, prout dolenter audivimus, inter te et dilectum filium nobilem virum Gaufridum de Claromonte, dominum dicti loci Claromontis, militem Viennensis diocesis, seminatore zizanie procurante, gravis sit discordia suscitata, nos, malis innumeris que ex hujusmodi discordia possent verisimiliter provenire oportunis remediis occurrere cupientes, dilectos filios magistrum Petrum de Sarcenaco, decanum ecclesie Sancti Felicis de Caramanno, Tholosane diocesis, legum doctorem, capellanum nostrum, ac sacri palacii apostolici causarum auditorem, ac nobilem virum Jacobum Albam, militem de Tarrascone, Avinionensis diocesis, apostolice Sedis nuncios, latores presentium, ad tuam ac dicti Gaufridi et sequacium vestrorum presentiam, ad exhortandum vos omnes ex parte nostra ut, a bellicis congressibus desistentes, redeatis ad concordie unitatem, ad tractandum ipsam concordiam providimus destinandum. Quare fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente mandantes quatinus, provide cogitans corporum et animarum discrimina, necnon ecclesiarum tuo regimini commissarum, et subditorum tuorum facultatum destructiones, et alia multiplicia mala que solent ex hujusmodi guerrarum fremitibus evenire, animum tuum ad habendam pacem et concordiam cum prefato Gaufrido disponere non omittas, super hiis nostris et dictorum nunciorum consiliis pro Dei et apostolice Sedis et nostra reverencia humiliter acquiescens, ac eisdem nunciis credens indubie que in premissis ex parte nostra tibi duxerint exponenda. Datum Avinione, VII kal. aprilis, anno tercio. »

1653 Avignon, 26 mars 1365.

Gaufrido de Claromonte, domino dicti loci Claromontis, militi Viennensis dioecesis, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 236 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Gaufrido de Caromonte* (*sic*), *domino dicti loci Claromontis, militi Viennensis diocesis.* Reformationem pacis ubi —. Datum ut supra. »

1654 Avignon, 26 mars 1365.

Universis praelatis et personis ecclesiasticis mandat ut magistrum Petrum de Sarcenaco, et Jacobum Albae militem, apostolicae Sedis nuntios, ad partes Valentinensem et Viennensem destinatos, benigne recipiant et tractent, ipsisque de stipendiis pro dicto negotio necessariis provideant. (Reg. 247, fol. 236 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis ipsorumque vices gerentibus, ac capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum ceterisque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, et domorum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, Sancte Marie Theotonicorum et Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus, ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectos filios —. Datum Avinione, VII kal. aprilis, anno tercio. »

1655 Avignon, 26 mars 1365.

Radulphum de Lupeyo, dominum dicti loci, militem et gubernatorem Dalphinatus Viennensis, rogat ut pro sedanda discordia inter Ludovicum, episcopum Valentinensem, adminis-

tratorem ecclesiae Viennensis et Gaufridum de Claromonte, dominum dicti loci Claromontis, militem, Viennensis dioecesis, exorta, apud eosdem discordes partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 236 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Rodulfo de Lupeyo, domini dicti loci, militi, necnon .. gubernatori Dalfinatus Viennensis.* Pro sedanda discordia —. Dat. ut supra. »

1656 Avignon, 26 mars 1365.

In e. m. Ademario de Claromonte, domino Altae Ripae, militi Viennensis dioecesis. (Reg. 247, fol. 236 verso. De curia.)

1657 Avignon, 26 mars 1365.

In e. m. Ademario de Pictavia, comiti Valentinensi. (Reg. 247, fol. 236 verso. De curia.)

1658 Avignon, 29 mars 1365.

Gastoni, comiti Fuxi, de Johannis, comitis Armaniaci, liberatione, ipsi notificans se apostolicae confirmationis litteras super pace inter ipsum praefatumque comitem reformata, quam cito illum liberatum esse sciverit, expediturum fore. (Reg. 247, fol. 68 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi.* Dudum nobilitati tue —. Datum Avinione, IIII kal. aprilis, anno tercio. »

1659 Avignon, 29 mars 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, ut Bertutio, comiti de Cunio, provinciae Romandiolae, de aliquo officio competenti provideat. (Reg. 247, fol. 68 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennat[ensi], nostro in provincia Romandiole vicario generali.* Cum prout relatibus —. Datum Avinione, IIII kal. aprilis, anno tercio. »

1660 Avignon, 29 mars 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, « sed loco *fraternitati* dicatur *circumspectioni.* » (*Ibid.*, fol. 68 verso.)

1661 Avignon, 29 mars 1365.

In e. m. Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis. (*Ibid.*, fol. 68 verso.)

1662 Avignon, 29 mars 1365.

Episcopo Venciensi, ut super quibusdam excessibus, de quibus Guillelmus Amedei, praepositus ecclesiae Niciensis, est delatus, plenarie se informari faciens, quidquid super hoc repererit apostolicae Sedi referre procuret. (Reg. 247, fol. 237 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Venciensi.* Nuper fidedigna relatione —. Datum Avinione, IIII kal. aprilis, anno tercio. »

1663 Avignon, 31 mars 1365.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, de receptione Galvani, episcopi Forosinfroniensis, nuntii ipsius, et responsione ad ea quae scribebat. (Reg. 247, fol. 69 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Venerabilem fratrem nostrum —. Datum Avinione, II kal. aprilis, anno tercio. »

1664 Avignon, 31 mars 1365.

Parisiensi, Belvacensi et Carnotensi episcopis, de absolutione quam pravarum societatum, regnum Franciae perturbantium, gentibus, ipsam humiliter petentibus, concedere possunt. (Reg 247, fol. 238 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Parisiensi et .. Belvacensi ac .. Carnotensi episcopis, salutem etc.* Romanus Pontifex, misericordis Christi vicarius, libenter subditis Christi miseretur errantibus, et non solum illis, qui post lapsum eorum in devium contritis et humiliatis cordibus repetunt misericordie sue sinum, aperit clemencie januam, sed de benignitati Sedis apostolice consueta, lapsis dexteram porrigens, eos ab invio retrahere, et in viam salutis dirigere paternis studiis desiderat et procurat. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli ex gentibus illis armigeris, que se magnas seu alias quasvis societates sive compagnas appellant, et que regnum Francie hostilibus et predonicis excursibus perturbarunt hactenus et perturbant, nonnulla sacrilegia aliaque gravia

facinora et excessus atroces temere perpetrando, excommunicationis aliasque sententias et penas, tam a jure quam per constitutiones provinciales et synodales in talia committentes, et per processus nostros seu aliorum quorumcumque auctoritate nostra habitos contra singulares personas earundem societatum generaliter promulgatas incurrisse noscantur et ad unitatem et mandatum sancte Romane ac universalis ecclesie, extra quam non est gratia, redire cupiant atque velint; nos, qui, licet immeriti, illius vices in terris gerimus qui omnes desiderat salvos fieri et neminem vult perire, cupientes cum eis apostolice lenitatis misericordiam exercere, carissimi etiam in Christo filii nostri Caroli, Francorum regis illustris, in hac parte supplicationibus inclinati, vobis et cuilibet vestrum, de quibus in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam specialem, absolvendi per vos vel alium seu alios hac vice auctoritate nostra, juxta formam ecclesie, omnes et singulos tam clericos, quam laicos, cujuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis existant, qui de dictis societatibus, eadem regnum et partes percurrentibus seu turbantibus, extiterint vel sint aut in futurum infra terminum infrascriptum fuerint, ac auxiliatores, fauctores, consiliatores, receptores et defensores eorum, et quosvis alios, qui hujusmodi sententias et penas occasione dictarum societatum et singularum personarum ipsarum quomodolibet incurrerint, si hoc humiliter petierint, ab omnibus et singulis excommunicationis aliisque sententiis atque penis hujusmodi, tamen prius ab eorum singulis, qui hujusmodi absolutionem petierint, juramento et aliis cautelis, de quibus vobis videbitur quod ipsi de cetero non redibunt ad hujusmodi societates impias, nec extunc erunt de et in societatibus detestabilibus hujusmodi vel aliis similibus, tam in regno et partibus supradictis quam alibi ubicunque in terris fidelium quorumcumque, competenti per eos satisfactione impensa, vel si eam tempore absolutionis hujusmodi impendere non valerent, de satisfaciendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerint, illis quibus erit satisfactio impendenda, juratoria prestita cautione eisque imposita penitencia salutari, et aliis injunctis que fuerint injungenda, et insuper cum hujusmodi clericis super irregularitate, si quam forsan sic ligati divina, non tamen in contemptam clavium celebrando aut immiscendo se illis, contraxerint, dispensandi, eis, ad tempus de quo vobis videbitur expedire, a suorum ordinum administratione suspensis, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, presentibus post sex menses a data presentium computandos minime valituris. Volumus autem quod hii, qui per vos aut subdelegatos vestros vigore presentium taliter fuerint absoluti, si contra hujusmodi per eos jurata, et per vos seu subdelegatos eosdem ipsis injuncta fecerint aut venerint quoquomodo, eo ipso in easdem quibus ligati erant penas et sententias relabantur. Datum Avinione, II kal. aprilis, anno tercio. »

1665 Avignon, 31 mars 1365.

Guillelmo Amarinti, priori ecclesiae de Brossa, Ruthenensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut a Stephano, episcopo Vabrensi, certas pecunias, quas ipse pro fructibus annalibus prioratus Sancti Saturnini de Portu, Uticensis dioecesis ac Sarriani et de Tuellata et de Sancto Medorio, dictae Uticensis, et Sancti Johannis, Aurasicensis ac dictae Uticensis et Tricastrinae dioecesium prioratuum, camerae apostolicae debet, recipiat. (Reg. 247, fol. 239. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Cum sicut per —. Datum Avinione, II kal. aprilis, anno tercio. »

1666 Avignon, 1er avril 1365.

Cum quaedam gentes armigerae, propter discordiam inter Ludovicum, episcopum Valentinensem et Gaufridum de Claromonte, militem Viennensis dioecesis, exortam, ad discordantium terras venturae sint, Carolum, regem Franciae, hortatur ad transitum ipsarum per suas terras impediri faciendum. (Reg. 247, fol. 69 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 125, nº XLIX.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Novissime ad nos perduxit fidedigna relatio quod ad partes Viennenses et Valentinenses, in quibus inter venerabilem fratrem nostrum Ludovicum, episcopum Valentinensem, administratorem ecclesie Viennensis, et dilectum filium nobilem virum Gaufridum, dominum de Claromonte, militem Viennensis diocesis, est exorta discordia, quedam gentes armorum sunt venture ad terras discordantium predictorum, ex quarum gentium adventu tam Dalfinatui quam terris Romane ecclesie et aliis circumstantibus partibus magnum periculum posset verisimiliter generari. Quare, cum nos certos nuncios nostros ad concordandum discordes eosdem duxerimus destinandos et de concordia speremus hujusmodi si dictarum gentium non impediatur adventus, serenitatem tuam confidencia paterna requirimus et rogamus quatinus, malis innumeris, que ex dictarum

gentium adventu evenirent indubie, regia obvians pietate, transitum ipsarum per terras tuas facias impediri et alias, ne ad nutriendum dictam discordiam transeant, digneris interponere efficaciter partes tuas. Datum Avinione, kalendis aprilis, anno tercio. »

1667 Avignon, 1er avril 1365.

In e. m. Philippo, duci Burgundiae, Caroli, regis Franciae, fratri. (Reg. 247, fol. 69 verso.)

1668 Avignon, 1er avril 1365.

In e. m. Johanni, duci Bituricensi et Alverniae, (*Ibid.*, fol. 69 verso.)

1669 Avignon, 1er avril 1365.

In e. m. Hugoni et Ludovico de Cabilone, fratribus, Cabilonensis dioecesis, militibus. (*Ibid.*, fol, 69 verso.)

1670 Avignon, 1er avril 1365.

Carolo, regi Navarrae, ut ad pacem, quae nunc in partibus Franciae inter suas et Caroli, Franciae (1) regis, gentes tractatur, acceptandam se disponat. (Reg. 247, fol. 69 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri, salutem etc.* Nosti, fili carissime, quod reformationem pacis inter te et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie illustrem, in votis gerimus, quod nostre solicitudinis opera in hac parte jam adhibita manifestant. Cum itaque audiverimus quod pax ipsa tractatur in partibus Francie per dictum regem ac fratrem et gentes tuas, in illis partibus commorantes, nos, hoc plurimum habentes acceptum et ipsius finem prosperum, per quoscumque tractetur, dummodo bene fiat, desiderabiliter expectantes, serenitatem tuam rogamus et hortamur, quanto cordialius possumus, quatinus ad pacem ipsam, que, ut credimus, rationabiliter et prudenter tractabitur, acceptandum devoto animo te disponas omnino, ut malis innumeris, que ex discordia utrique parti proveniunt, totaliter obvietur, tuque sicut rex in terris pacificus merearis consequi pacem perpetuam in excelsis. Datum Avinione, kalendis aprilis, anno tercio. »

1671 Avignon, 3 avril 1365.

Galeatium de Vicecomitibus rogat ut exercitum suum a quodam castro, ad ecclesiam Vercellensem spectante, amoveat et Johanni, abbati monasterii Sanctae Mariae Florentinae, qui ad ipsum gressus suos dirigit, fidem velit adhibere. (Reg. 247, fol. 70 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Vidimus libenter litteras —. Datum Avinione, III nonas aprilis, anno tercio. »

1672 Avignon, 4 avril 1365.

Ægidio cardinali legato, ut quamdam vineam, in districtu castri Montisflascensis sitam, Bartholomaeo Fenci de Florentia, habitatori civitatis Viterbiensis, sub annuo censu concedat. (Reg. 247, fol. 70 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice*

(1) Les clauses du traité entre le roi de France et le roi de Navarre furent arrêtées par les commissaires des deux princes, à Paris, le 6 mars 1365 (n. s.). Un acte fut rédigé à cette date, dont le préambule mentionne l'intervention de la reine Blanche et de la reine Jeanne, mais ne mentionne pas l'intervention du pape. Ce traité nous est parvenu de deux façons, dans l'acte de ratification de Charles le Mauvais, daté de Pampelune, au début du mois de mai 1365 (Secousse, *Preuves de l'histoire de Charles le Mauvais*, p. 222-231), et dans l'acte de ratification de Charles V, daté de Paris, Saint-Pol, au début du mois de juin suivant. (L. Delisle, *Mandements de Charles V*, p. 104, n° 225 A). Sur certains points du litige, les deux rois déclarent s'en rapporter à la décision d'Urbain V et s'engagent à envoyer, dans un délai fixé, leurs commissaires à la cour d'Avignon. Mais les négociations qui aboutirent au traité du 6 mars restent obscures par un côté. Les bulles d'Urbain V des 27 novembre et 18 décembre 1364, des 22, 29 et 31 janvier, 12 février 1365, nous apprennent que les deux rois avaient d'abord décidé d'envoyer leurs commissaires en Avignon pour y arrêter, de concert avec le pape, les clauses du traité. Les commissaires de Charles V devaient être rendus le premier dimanche de Carême, c'est-à-dire le 2 mars 1365. Quant à ceux de Charles le Mauvais, il semble bien qu'ils furent présents au rendez-vous. Par suite de quelles circonstances le lieu de la rencontre fut-il modifié, et comment se fait-il qu'au lieu d'être arrêtées en présence d'Urbain V, les clauses du traité furent rédigées à Paris? C'est là un point que ni la correspondance échangée entre le pape et les deux rois, ni les documents du Trésor des Chartes, aux Archives Nationales, publiés en grande partie par Secousse, ne permettent d'établir présentement. Ce qu'il y a de certain, c'est que les commissaires envoyés par Charles le Mauvais à la cour d'Avignon et mentionnés dans les bulles d'Urbain V ne sont point nommés dans le traité du 6 mars et ne semblent pas avoir contribué à sa rédaction. C'est Jean de Grailly, captal de Buch, qui agit alors comme représentant du roi de Navarre vis-à-vis des représentants du roi de France.

Sedis legato. Significavit nobis dilectus filius Baltholomeus Fenci de Florencia, habitator civitatis nostre Viterbiensis, quod quedam vinea, sita in districtu castri Montisflascensis, Balneoregensis diocesis, in contrata Calcarium, spectans ad Romanam ecclesiam, quam quondam Menecutius Petri de Urbeveteri, habitator castri predicti, dum viveret, sub censu unius libre cere, camere provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia, in festo apostolorum Petri et Pauli, annis singulis persolvendo tenebat, per ejusdem Menecutii obitum reversa est ad ecclesiam supradictam, nobisque humiliter supplicavit ut, cum ipse pluries in negotiis camere et provincie predictarum, tam nostris quam fe. re. Innocencii pape VI, predecessoris nostri, temporibus, ad Romanam curiam missus fuerit et utiliter negotia predicta peregerit ac servire dicte ecclesie continue sit paratus, dictam vineam, cujus fructus annui, si ad affictum locaretur, decem florenorum auri valorem, prout asserit, non ascendunt, sibi ad vitam suam sub dicto censu annuo concedere dignaremur: nos igitur, de hiis notitiam non habentes, ad fraternitatem tuam Bartholomeum eundem remittimus, volentes quod sibi, consideratis suis obsequiis et ipsius utilitate persone, pro ecclesia supradicta dictam vineam ad ejus vitam vel ad tempus concedas, si et prout tibi videbitur expedire. Datum Avinione, II nonas aprilis, anno tercio. »

1673 Avignon, 4 avril 1365.

Eidem cardinali legato, ut restitutionem vicariatus civitatis Imolensis Bertrando ac Azzoni, fratribus de Alidosiis, militibus Imolensibus, cum ab Aymerico, episcopo Bononiensi ac Stephano, abbate monasterii Sancti Victoris Massiliensis, super hoc commissariis deputatis, requisitus fuerit, faciat expediri, nisi aliud notabile obsistat. (Reg. 247, fol. 70 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus etc.*, II, p. 401.)

« *Eidem.* Nuper super restitutione —. Datum Avinione, II nonas aprilis, anno tercio. »

1674 Avignon, 4 avril 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato « mutatis mutandis ». (*Ibid.*, fol. 70 verso.)

1675 Avignon, 5 avril 1365.

Carolo, regi Franciae, ut Guidoni de Prohinis, militi, Montispessulanae civitatis gubernatori, apostolicae Sedis apud Edwardum, Walliae principem, nuntio, in hiis quae sibi referet fidem adhibeat. (Reg. 247, fol. 70 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 126, n° L.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Guido de Prohinis, miles, gubernator Montispesulani, Magalonensis diocesis, lator presentium, pro regia majestate, ad dilectum filium nobilem virum Edwardum, Wallie principem, pro expellendis de tuo regno detestabilibus comitivis, cum litteris nostris ac carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, obediens et promptus accessit, ad tuamque pergit presentiam, quid in hiis fecerit relaturus. Ipsum igitur tanquam fidelem et providum servitorem regia serenitas dignetur suscipere commendatum. Datum Avinione, nonis aprilis, anno tercio. »

1676 Avignon, 5 avril 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, Rossum de Ricciis, militem Florentinum, commendat. (Reg 247, fol. 71 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Ad presentiam nostram —. Datum Avinione, nonis aprilis, anno tercio. »

1677 Avignon, 5 avril 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, « sed loco *fraternitatis* dicatur *circumspectionis* ». (*Ibid.*, fol. 71 recto.)

1678 Avignon, 5 avril 1365.

Regimini et communitati civitatis Florentinae notificat se ambaxiatores eorum laetanter audivisse, ipsisque Florentiam redeuntibus in hiis quae referent fidem adhibendam esse. (Reg. 247, fol. 71 recto.) (1).

« *Dilectis filiis regimini ac communitati civitatis Flo-*

(1) Les instructions données par les Florentins aux ambassadeurs mentionnés dans cette lettre ont été transcrites dans un registre de la Seigneurie, aujourd'hui conservé à l'Archivio di Stato de Florence (*Signori, Carteg. Miss. Reg. I, Cancell.* 13, fol. 32-34). Elles portent la date du 23 février 1365. Des recommandations d'ordre secondaire furent faites aux mêmes ambassadeurs les 2 et 3 mars suivants. Des instructions spéciales, relatives au mariage projeté entre la nièce du roi de Hongrie et le duc d'Autriche, leur furent données le 31 mars. (*Ibid.*, fol. 38.)

rentine, salutem etc. Dilectos filios nobiles viros Uguccionem de Bondelmontibus, Rossum de Ricciis et Franciscum de Ranucinis, milites, ac Filippum de Corsinis, legum doctorem, concives ambaxiatores vestros, latores presentium, contemplatione mittencium et ipsorum insuper nunciorum obtentu benigne recepimus, et hiis que iidem nuncii, quorum fidem et industriam commendamus, pro parte vestra nobis prudenter reserarunt letanter auditis et diligentius intellectis ac, quantum cum Deo potuimus, ad gratiam exauditionis admissis, ipsi ad presentiam vestram presentialiter revertuntur, quibus, cum eis aliqua salutem, honorem ac prosperitatem vestros, quos summopere affectamus, tangentia per eos universitati vestre imposuerimus referenda, in exponendis per ipsos poteritis dare fidem. Datum Avinione, nonis aprilis, anno tercio. »

1679 Avignon, 6 avril 1365.

Santio Vaquerii, sacristae saecularis ecclesiae de Regula, Vasatensis dioccesis, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut bona mobilia et credita Petri, quondam episcopi Condomiensis defuncti, apostolicae camerae reservata, recipere et exigere procuret. (Reg. 247, fol. 247 verso. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste secularis ecclesie de Regula, Vasatensis diocesis, apostolice Sedis nuncio.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno tercio. »

1680 Avignon, 7 avril 1365.

Capitulariis et universitati civitatis Tolosanae notificat se Pontium Isalguerii et Germanum de Mauriaco, capitularios et Galhardum de Benca, licenciatum in legibus, concives et ambaxiatores eorum, gratanter recepisse gratiarumque actiones referens, ipsos de negotio Gaufridi, archiepiscopi Tolosani, ejusque ecclesiae, hortatur ut viam concordiae studeant invenire. (Reg. 247, fol. 71 recto.)

« *Dilectis filiis .. capitulariis et universitati civitatis Tholosane.* Dilectos filios Pontium —. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno tercio. »

1681 Avignon, 7 avril 1365.

Duci ac consilio et communi civitatis Januensis, de pace inter ipsos et regem Cipri reformanda, de restitutione castri Petrae, episcopo Albinganensi facienda; de relicta Simonis Buccanigrae, de concordia cum incolis civitatis Montispessulanae et de quibusdam aliis negotiis pro quibus ambaxiatores suos ad Sedem apostolicam miserunt (Reg. 247, fol. 71 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis.* Dilecti filii nobiles viri Thedisius de Flisco, licenciatus in jure civili, ac Christianus Curulus, cives et ambaxiatores vestri, qui commissa per vos eis negotia apud Sedem apostolicam solerti et fideli diligentia prosequuntur, dilectum filium Aldrovandum de Corvaria, cancellarium vestrum, latorem presentium, ad referendum vobis quid actum sit in principali negotio, pro quo ipsi ambaxiatores et cancellarius ad nostram presentiam accesserunt, ad vos de nostro consilio presentialiter remittere providerunt; de cujus discretione et fidelitate nos plene confisi, sibi quod filiationem vestram ad accelerationem pacis cum carissimo in Christo filio nostro Petro, rege Cipri illustri, in qua differencia non grandis asseritur, et super restitutione castri Petre, Albinganensis diocesis, facienda dilecto filio Johanni, electo Albinganensi, de quo merito potestis confidere, vel saltem alicui nostro familiari, quem ad hoc eo casu intendimus destinare, necnon pro exhibenda gratia pietatis dilecte in Christo filie .. relicte quondam Symonis Buccanigre, ducis Januensis, et ejus natis, de quibus negotiis vobis alias plenius scripsisse meminimus, et demum super habenda concordia cum dilectis filiis universitate loci Montispessulani, Magalonensis diocesis, ex parte nostra verbotenus exhortetur, duximus committendum, cui cancellario super hiis velitis credere et annuere votis nostris, que semper in premissis et aliis vestra honorem, commodum, et meritum respicere dinoscuntur. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno tercio. »

1682 Avignon, 8 avril 1365.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis processum

(1) Pierre de Galard était prieur de Nérac lorsqu'il fut appelé à l'évêché de Condom, par bulle de Benoît XII, du 25 octobre 1340 (Eubel, *Hierarchia Catholica*, p. 209). Il occupa ce siège pendant vingt-quatre ans. C'est, en effet, par erreur que la *Gallia Christiana* prolonge son épiscopat jusqu'en 1370 (*Gall. Christ.*, II, col. 963). Le nécrologe de l'église de Condom fixe sa mort au IX des kalendes de novembre (24 octobre), mais sans donner la date de l'année. La bulle d'Urbain V permet de penser que cette année est l'année 1364. Pierre de Galard serait donc mort le 24 octobre 1364. Il fut remplacé par Bernard Alamand ou Aleman, prêchantre de l'église de Mende, nommé évêque de Condom par bulle d'Urbain V du 3 décembre 1369. (Eubel, *loc. cit.*, p. 209.)

contra gentes comitivarum habitum transmittit, ipsisque mandat ut omnia et singula, in eo contenta, publicare non differant. (Reg. 247, fol. 240 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis.* Nuper adversus nonnullos —. Datum Avinione, VI idus aprilis, anno tercio. »

1683 Avignon, 9 avril 1365.

Hominibus castri Consilicis, Imolensis dioccesis, notificat se, ad periculum quod e tumultu inter ipsos exorto evenire posset fugiendum, Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae Sedis apostolicae vicario, mandavisse ut dictum castrum ad manus suas teneat et gubernet, ipsosque hortatur ad eidem archiepiscopo firmiter obediendum. (Reg. 247, fol. 72 recto.)

« *Dilectis filiis hominibus castri Consilicis, Imolensis diocesis.* Dolenter admodum nuper accepimus quod vos tumultuati estis invicem, ex quo tumultu alii sunt occisi, alii vulnerati, aliique una cum officialibus et familiaribus venerabilis fratris nostri Licii, episcopi Imolensis, de dicto castro ejecti sunt per potenciam aliorum. Cum itaque sit non immerito dubitandum ne ex tanto excessu, nisi festinum in hac parte apponatur remedium, vobis grande periculum et alie insurgant in provincia Romandiole noxie novitates, venerabili fratri nostro Petrocino, archiepiscopo Ravennat[ensi], in dicta provincia pro nobis et Romana ecclesia vicario generali, per alias nostras litteras precipiendo mandamus quatinus dictum castrum, nostro et dicte ecclesie nomine, statim ad suas manus recipiat ac teneat et gubernet ac in ipso reformanda reformet, donec aliud sibi duxerimus injungendum, contradictores et rebelles remediis spiritualibus et temporalibus cohercendo. Quare universitati vestre districte precipiendo mandamus quatinus eidem archiepiscopo, sicut nobis, in hiis firmiter obedire curetis. Datum Avinione, V idus aprilis, anno tercio. »

1684 Avignon, 9 avril 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae pro ecclesia Romana vicario, scribit de eodem, ut praedictum castrum ad manus suas recipiat et teneat donec aliud habeat in mandatis. (Reg. 247, fol. 72 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennat[ensi], in provincia Romandiole pro nobis et ecclesia Romana vicario generali.* Dolenter admodum super —. Datum Avinione, V idus aprilis, anno tercio. »

1685 Avignon, 9 avril 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, de eodem scribit. (*Ibid.*, fol. 72 recto.)

1686 Avignon, 9 avril 1365.

In c. m. Danieli de Carreto, praeceptori domus Niciae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provinciae Romandiolae pro Ecclesia rectori. (*Ibid.*, fol. 72 verso.)

1687 .. Avignon, 9 avril 1365.

Johanni, episcopo Vercellensi, ut, ad pacem inter se et Galeatium de Vicecomitibus concludendam, quibusdam universitatibus et personis suae dioecesis, quae, in locis non fortibus existentes, praefato Galeatio obedientiam praestiterunt, omnem poenam quam incurrerunt remittat. (Reg. 247, fol. 72 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Vercellensi.* Dilectus filius nobilis vir Galeaz de Vicecomitibus, miles Mediolanensis, in civitate Mediolanensis imperialis vicarius, nuper per dilectum filium Manuelem de Ponzano, legum doctorem, vicarium suum, nobis significare curavit quod ipse, nostris exhortationibus et precibus sibi directis filiali reverencia condescendens, paratus est a castro Mazerani, tue Vercellensis ecclesie, quod tenet obsessum, suum exercitum amovere, dummodo tu universitatibus et singularibus personis quarumdam tuarum terrarum seu villarum campestrium seu non fortium, que, se defendere ab ipsius Galeaz gentibus non valentes, eidem Galeaz obedientiam prestiterunt, plene remictas omnem offensam et penam, quas ipsi tibi et ecclesie tue intulissent et incurrissent per obedientiam supradictam. Nos igitur, considerantes quod ipse universitates et persone, in locis non fortibus existentes, ac potencie dicti Galeaz resistere, ut premittitur, non valentes, quas tu etiam non valebas defendere, de dicta obediencia et aliis gestis per eas pro dicto Galeaz ac contra te et ecclesiam prelibatam, ad que, prout discrete credendum est, potius inducte sunt timore, qui cadere poterat in constantem, quam ex radice infidelitatis, de hiis habende sunt merito excusate, volumus et tue fraternitati districte precipiendo mandamus quatinus, ob premissas causas et pro bono pacis, hujusmodi offensam

et penas quaslibet, quas iidem universitates et persone propter premissa quomodolibet incurrissent, in casum amotionis dicti exercitus sine qualibet difficultate remittas easque tractes imposterum benigne ac benivole sicut prius. Datum Avinione, V idus aprilis, anno tercio. »

1688 Avignon, 9 avril 1365.

Galeatio de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, litteras suprascriptas transmittens, ipsum rogat ut exercitum suum a castro ecclesiae Vercellensis amovere non differat. (Reg. 247, fol. 73 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Super eo quod —. Datum ut supra. »

1689 Avignon, 11 avril 1365.

Processus et sententias excommunicationis quae fiunt in die Coenae Domini promulgat. (Reg. 247, fol. 248 recto. De curia.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* .. Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri et Pauli, ac nostra omnes Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passaginos et Fraticellos, ac quoscunque alios hereticos, quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores et receptatores, credentes et defensores eorum. Item excommunicamus et anathematizamus omnes piratos, cursarios, latrunculos marinos, ac omnes fautores, receptatores et defensores eorum. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui in terris suis nova pedagia imponunt. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, lignamina vel alia prohibita deferunt Sarracenis, quibus christianos impugnant. Item excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios bulle et litterarum apostolicarum, et peticionum gratiam et justiciam continencium, per summum pontificem aut vicecancellarium seu gerentem officii vicecancellarii sancte Romane Ecclesie, de mandato ejusdem summi pontificis signatarum, aut sub nomine summi pontificis seu vicecancellarii, vel gerentis officium vicecancellarii predictorum signantium peticiones easdem. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui ad Sedem apostolicam venientes vel recedentes ab ea, necnon illos, qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes, eos qui in Romana curia morantur, temeritate propria capere, spoliare vel detinere, aut ex proposito deliberato vulnerare attrociter vel interficere presumunt, et qui victualia vel alia ad usum Romane curie necessaria impediunt ne ad Sedem predictam deferantur, et qui talia fieri faciunt sive mandant ac alios qui scienter eis fovent vel ipsos receptant aut defendunt, cujuscunque fuerint ordinis, preeminencie, condicionis et status, etiam si pontificali seu alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui, per se vel alium seu alios, quascumque personas ecclesiasticas et seculares, ad eandem curiam super eorum causis et negotiis recurrentes, illaque in Romana curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos vel promotores ipsorum, seu etiam auditores vel judices qui super dictis causis vel negotiis deputantur, vel de eadem Romana curia recedentes occasione causarum vel negotiorum hujusmodi verberant, mutilant vel occidunt aut bones spoliant eorundem, cujuscunque preeminencie, dignitatis, ordinis, condicionis aut status fuerint, etiam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, predicta vel eorum aliqua committentes. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, sub quocunque titulo vel colore, civitates, castra, villas, terras ac alia loca et jura quelibet alia ipsius ecclesie Romane, vel aliqua seu aliquam eorum, aut ipsorum vel aliquorum seu alicujus ipsorum partem, et etiam comitatum Venaisini et civitatem Avinionensem cum ejus territorio, necnon castra, loca et fortalicia, ad ecclesiam Avinionensem pertinencia, scienter occupant et detinent occupata, non obstante si aliquibus, cujuscumque ordinis, condicionis, status, dignitatis et preeminencie fuerint, etiam si, ut predicitur, pontificali seu quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, communiter vel divisim a Sede predicta sit concessum quod excommunicari et anathematizari non possint per litteras apostolicas, que plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, necnon ordinibus, locis, nominibus propriis et cognominibus, ac dignitatibus eorum non fecerint mentionem, necnon privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, specialibus vel generalibus, ac consuetudinibus et observanciis, scriptis et non scriptis, contrariis quibuscumque, per que contra premissa vel eorum aliqua seu aliquod possent quomodolibet se tueri, que quoad hec cassamus, irritamus, et tollimus ac viribus vacuamus. Eos insuper qui hujusmodi sentencias per nos latas incurrerint,

nullus dumtaxat nisi Romanus Pontifex absolvere valeat, preterquam in mortis articulo constitutos. Ut autem nostri processus ad communem omnium noticiam deducantur, cartas sive membranas processus continentes eosdem, majoris ecclesie Avinionensis appendi vel affigi hostiis sive super liminaribus faciemus, que processus ipsos, suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut hii, quos ipsi processus contigerint, nullam possint excusationem pretendere vel ignoranciam allegare, quod ad eos non pervenerint, vel quod ignoraverint eosdem, cum non sit verisimile quoad eos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre excommunicationis, anathematizationis, cassationis, irritationis, annullationis et vacuationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum et actum Avinione, in palacio nostro apostolico, IIII idus aprilis, anno tercio. »

1690 Avignon, 13 avril 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, ut Guillelmo, comiti Bellifortis, castra Sancti Exuperii et de Cambovo, Lemovicensis dioccesis, ad ipsum spectantia, faciat restitui. (Reg. 247, fol. 73 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Et si cunctis passis injuriam sit per presidentis officium succurrendum et ministranda justicia, hec tamen genitoribus lesis a filiis tanto sunt promptius et favorabilius impendenda quanto lesio, etiam parva, major censetur in patribus quam irrogat irreverentia filialis. Sane nuper displicenter audivimus quod dilectus filius nobilis vir Nicolaus de Belloforti, dominus de Limolh, domicellus, natus dilecti filii nobilis viri Guillelmi, comitis Bellifortis, castra Sancti Exuperii et de Cambovo, Lemovicensis diocesis, ad comitem prefatum spectancia, sub tuo superiore dominio constituta, temeraria presumptione in gravia dampnum et injuriam dicti comitis occupavit et detinet occupata. Quare cum tantus excessus in patrem presumptus, quem lex divina et humana etiam detestantur, absque debita et celeri emendatione non debeat preteriri, nobilitatem tuam, cujus principatum decet per ministrationem justicie stabiliri, rogamus attente quatinus dicta castra eidem comiti vel ejus gentibus ad hoc deputatis ab eo libere restitui facias, dictum Nicolaum ad hoc oportunis remediis compellendo. Datum Avinione, idus aprilis, anno tercio. »

1691 Avignon, 14 avril 1365.

Carolo, regi Franciae, ut priores et quosdam praeceptores hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, in regno Franciae constitutos, ad concilium quod marescallus Rodi, nomine magistri et conventus Rodi, apud Carpentoractam convocavit, personaliter accedere permittat. (Reg. 247, fol. 74 recto.) (1).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Perfidorum Turchorum crucis —. Datum Avinione, XVIII kal. maii, anno tercio. »

1692 Avignon, 14 avril 1365.

Priori prioratus Tolosani, vel ejus locum tenenti ac Marquesio de Gossono, Raynaldo de Servieto, Symoni de Villa Dei, Jordano Sancti Maxencii, Bernardo de Salvanhano, Arnaldo de Burdegalibus et Mondoye de Andrivalibus domorum praeceptoribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, in dicto prioratu consistentium, mandat ut ad dictam convocationem sub excommunicationis poena studeant accedere. (Reg. 247, fol. 74 verso.)

« *Dilectis filiis .. priori prioratus Tholosani vel ejus locum tenenti etc.* Perfidorum Turchorum crucis —. Datum Avinione, XVIII kal. maii, anno tercio. »

1693 Avignon, 14 avril 1365.

In e. m. Raynaldo, priori prioratus Aquitaniae ac Roberto de Sancto Siquerio, Bernardo de Villagast, Guillelmo de Senans, Guillelmo Burginoni et Johanni de Sancto Remigio domorum praeceptoribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, in dicto prioratu consistentium. (*Ibid.*, fol. 75 recto.)

1694 Avignon, 14 avril 1365.

In e. m. Johanni de Eredia, priori prioratus Sancti Ægidii et castellano Empostae hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. (*Ibid.*, fol. 75 recto.)

(1) Des lettres semblables furent adressées aux rois d'Angleterre, de Navarre, de Castille, d'Aragon et de Portugal (*Ibid.*, fol. 73 et 74). La lettre transcrite dans le reg. 247 est celle adressée au roi de Castille.

1695 Avignon, 14 avril 1365.

In e. m. Roberto, priori prioratus Franciae, ac Anrico de Valtra, Raymundo de Bellovidere, Guillelmo de Montesaxano, Jacobo de Visemont, Eustachio de Derqui, Symoni de Ravavilla et Guillelmo Enoca, praeceptoribus domorum in dicto prioratu consistentium hospitalis praescripti. (Reg. 247, fol. 75 recto.)

1696 Avignon, 14 avril 1365.

In e. m. Johanni, priori prioratus Campaniae ac Hugoni de Loreme, Gerardo de Seleyo, Artaudo de Turribus, Dominico de Rues, Stephano de Mes et de Morea domorum supradicti hospitalis, in dicto prioratu consistentium, praeceptoribus (Reg. 247, fol. 75 recto.)

1697 Avignon, 14 avril 1365.

In e. m. Astorgio de Dyana, priori Alverniae, hospitalis praedicti. (Reg. 247, fol. 75 recto.)

1698 Avignon, 17 avril 1365.

Edwardum, Aquitaniae et Walliae principem, rogat ut fidelitatis juramentum, quod Adhemarius de Agrifolio, miles Lemovicensis dioecesis, curiae Romanae marescallus, ei praestare tenetur, per dicti militis procuratorem recipiat, suisque officialibus inhibeat ne contra praefatum militem, praetextu absentiae ipsius, ad aliquam mulctam procedant. (Reg. 247, fol. 77 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, XV kal. maii, anno tercio. »

1699 Avignon, 17 avril 1365.

Senescallo Lemovicensi de eodem scribit, ut Edwardi, Aquitaniae principis, mandata exequatur et erga dictum Adhemarium de Agrifolio se favorabilem benignumque reddat. (Reg. 247, fol. 77 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Lemovicensi.* Pro dilecto filio —. Datum Avinione, XV kal. maii, anno tercio. »

1700 Avignon, 17 avril 1365.

Petro, regi Cipri, de reditu ambaxiatoris ipsius, qui apud curiam quaedam negotia diligenter prosecutus est. (Reg. 247, fol. 77 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Dilectus filius nobilis vir Petrus Marosellus, miles, ambaxiator tuus, lator presentium, ad nostram presentiam destinatus, negotia tua apud nos extitit prudenter ac fideliter et cum multa solicitudine prosecutus, et quid in eis actum sit et agi speretur, ipse, de hiis plenius informatus, tue magnitudini referet oraculo vive vocis, sibique tua celsitudo in referendis per eum dare poterit plenam fidem. Datum Avinione, XV kalendas maii, anno tercio. »

1701 Avignon, 17 avril 1365.

Johanni, electo Tullensi, apostolicae Sedis nuntio, receptionem mobilium bonorum et creditorum Symonis, quondam abbatis monasterii Sancti Simphoriani extra muros civitatis Metensis, ord. s. Ben., apostolicae camerae reservatorum, committit. (Reg. 247, fol. 249 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Tullensi, apostolice Sedis nuncio.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, XV kal. maii, anno tercio. »

1702 Avignon, 18 avril 1365.

Rectori provinciae Romandiolae, ut a civitate Imolensi recedat Azzonemque et Bertrandum de Alidosiis oneribus gravare de coetero non praesumat. (Reg. 247, fol. 78 verso.)

« *Dilecto filio Danieli de Carreto, preceptori domus Nicie hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provincie Romandiole pro nobis et ecclesia Romana rectori, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod tu, post novitatem dudum in civitate nostra Imolensi subortam, fuisti in civitate eadem continue commoratus, non absque dilectorum filiorum nobilium virorum Azzonis et Bertrandi de Alidosiis, fratrum, militum Imolensium, in dicta civitate pro nobis et Romana ecclesia vicariorum, gravi onere expensarum. Verum cum hujusmodi novitatis negotium venerabili fratri nostro Aymerico, episcopo Bononiensi, thesaurario in terris ejusdem ecclesie in partibus Italie consistentibus, et dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, fructuum et proventuum prefate ecclesie in dictis partibus receptori generalibus, duxerimus committendum, volumus et tibi mandamus quatinus, visis presentibus, de dicta civitate recedas et abstineas in hiis et aliis a dictorum

nobilium expensarum oneribus et aliis gravaminibus quibuscumque. Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno tercio. »

1703 Avignon, 18 avril 1365.

Imperatori Graecorum, ut disponat se et populum suum universitati fidelium aggregari. (Reg. 247, fol. 79 recto.)

« *Magnifico viro Calojohanni, imperatori Grecorum illustri, gratiam in presenti per quam obtineat gloriam in futurum.* Licet tua serenitas ac clerus et populus Grecie, a gremio sacrosancte Romane et universalis ecclesie, extra cujus obedienciam non habetur salus, dampnabiliter derivetis, nichilominus tamen, quia censemini ejusdem ecclesie filii, quamvis salutis proprie prodigi in regionem longinquam per inobedienciam abeuntes, vestrum omnium filialem reditum ad dictam matrem vestram et cunctorum fidelium tanto desiderabilius affectamus, quanto remotiores ab illius uberibus facti estis, ad hocque non solum vos invitamus eloquiis, sed et factis inducimus, prout nobis ab illo qui omnium habet potenciam possibilitas ministratur. Cogitamus siquidem sepius et cogitata in deliberationem et factum producere procuramus quomodo infidelium presertim Turchorum abhominabilium, qui tuum pene totum destruxerunt et occupaverunt imperium, impietati et potenti tirannidi resistatur, quomodoque inclita civitas Constantinopolita precipue et alie partes Grecie, adhuc tuo parentes imperio, ab eorundem impiorum incursibus defendantur. Et quia ex certis impedimentis generale passagium occidentis christianorum non potest moderno tempore, quod dolenter referimus, prosperari, certam unionem quorundam fidelium cum apparatibus galearum et armigerarum gencium, presertim ad informationem et supplicationem dilectorum filiorum .. magistri et conventus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ac nobilium virorum .. marchionis Montisferrati, et .. ducis et communis civitatis Januensis, ad expellendum eosdem Turchos de dicto imperio providimus faciendam, eamque de proximo, certis receptis responsionibus, et cum inter carissimum in Christo filium nostrum Petrum, regem Cipri illustrem, dictosque ducem et commune discordantes invicem concordia reformetur, firmari, et ad actum duci, auctore pacis adjuvante, speramus. Eapropter celsitudinem tuam hortamur in Domino quatinus prudenter recogites quantarum miseriarum calamitas Grecis evenerit, postquam ab unitate dicte universalis ecclesie discesserunt, in quantisque tu et ipsi sitis spiritualiter et temporaliter periculis constituti, ac tu et iidem Greci disponatis firmiter universitati fidelium aggregari, quorum orationum suffragia et auxiliorum remedia procul dubio sentietis. Et si pro hoc, ut te optare percepimus, ad apostolicam Sedem accederes, quod utinam facto perficias, tantumque bonum et gaudium sit ad nostra tempora reservatum, letificabis profecto ecclesiam universam, nosque personam tuam inclitam letantissime videbimus, et congruis honoribus curabimus honorare ac de conservatione et augmento imperialis sublimitatis et status tui imperii studebimus providere. Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno tercio. »

1704 Avignon, 19 avril 1365.

Arnaldo Gavini, canonico Lomberiensi, apostolicae Sedis nuntio, receptionem bonorum mobilium ac creditorum Guillelmi, quondam abbatis monasterii de Borneto, ord. s. Ben., Engolismensis dioecesis, apostolicae camerae reservatorum, committit. (Reg. 247, fol. 25 recto. De curia.) (1).

« *Dilecto filio Arnaldo Gavini, canonico Lomberiensi, apostolice Sedis nuncio.* Dudum ex certis —. Dat. Avinione, XIII kal. maii, anno tercio. »

1705 Avignon, 20 avril 1365.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, ut Johannam, Siciliae reginam, de donatione demaniorum regiorum sibi facienda, non molestet. (Reg. 247, fol. 82 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri.* Dilectum filium nobilem virum Henricum Siripandi, militem Neapolitanum, ambaxiatorem tuum, latorem presentium, ad nostram presentiam destinatum, leta facie animoque benigno recepimus, tanquam ab illo quem sincere diligimus destinatum, et ea que ipse coram nobis proposuit, ut dignaremur consentire quod terre demanii regni Sicilie, quas clare memorie Robertus, imperator Constantinopolitanus, frater tuus, tenuit in provincia Terre Bari, tibi, quoad vixeris, per excellentem principissam Johannam, reginam Sicilie illustrem, sub certis pactis

(1) Guillaume III, abbé de Bournet, est cité par les auteurs de la *Gallia Christiana* (II, col. 1051) comme ayant transigé avec le seigneur de Blanzac le 25 janvier 1325 et le 3 mai 1329. Ce sont les seuls renseignements que l'on nous donne sur lui dans cet ouvrage. La bulle d'Urbain V permet de fixer sa mort antérieurement au 19 avril 1365 et, sans doute, peu avant cette date.

et conditionibus, nobis per militem ipsum expositis, concedantur, et causas, propter quas ad hoc petendum sublimitas imperialis inducitur, pleno suscepimus intellectu. Verum quia hujusmodi demaniorum materia, tanquam prefati regni notorie destructiva, non solum nostro sed etiam felicis recordationis Clementis VI et Innocentii VI, Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, qui concessiones quaslibet bonorum demanialium dicti regni, tanquam indebite factas, auctoritate apostolica revocarunt, et qui contra tenentes et dantes ac recipientes bona eadem graves fecerunt processus, diversas spirituales et temporales penas et sentencias continentes, in Romana curia et dicto regno solenniter publicatos, temporibus apud apostolicam Sedem plurimum extitit trutinata et ejus dampnositas eo evidencius patuit quo majore curriculo temporum perduravit, nostre super hoc intentionis propositum prefato militi cito duximus exprimendum, concludendo quod prefate regine non licuit nec licet hujusmodi bona absque dictarum incursione penarum concedere, nec tibi vel alteri illa recipere ab eadem; nosque, qui processus eosdem, sicut provide factos, approbavimus et tenemur exequi, non deceret illos rumpere vel quomodolibet facere contra eos; honeste nequimus in hac parte annuere votis tuis, et, ut nostram responsionem hujusmodi tua circumspecta serenitas tanto patiencius toleret quanto cercius noverit eam validioribus rationibus inherere, ad causas easdem, per militem memoratum nobis expositas, respondemus quod pro bono pacis tue, regineque prefate hoc concedi non expedit, cum inter te et ipsam reginam nulla sit nec debeat esse discordia, quos stricta consanguinitas et strictissima affinitas indissolubilis dilectionis vinculo connexerunt, nec est illa ratio admittenda ut per hoc, malis hominibus asserentibus te a prefata regina, si terras easdem non habeas, vilipendi, tollatur obloquendi materia et inter te et reginam eandem zizanias seminandi, cum ad inhonesta petendum ex oblocutionibus moveri non debeas malignorum, qui, rectum pervertentes judicium, non erubescunt bonum malum et malum asserere fore bonum, nullumque vilipendium sed laus et honor sinceraque caritas tibi possint asscribi, si tuo contentus non ambias alienum, per hocque reintegrationi dicti regni, ex subtractione predictorum et aliorum bonorum demanialium laniati et dissipati multipliciter, prout nosti, consentias et tribuas operam efficacem prudenterque devites super hiis mandatis et beneplacitis apostolicis, in diversis dictorum predecessorum et nostris contentis processibus, contraire; quinimmo, si circa petita insisteres, tu potius reginam eandem, que in te, non tamen ratione imperii sed alias, jus superioritatis obtinet, et que tuum non petit sed vult retinere quod est regii solii, vilipendere censereris, ex hoc justis justorum veratium oblocutionibus, quas amplius debes metuere, mordereris, et ex eo precipue quia inclitus genitor tuus suique germani, regalis sanguinis servantes modestiam, simile agere minime attemptarunt, nec illud etiam tuam petitionem justificat quod quidam comites et magnates prefati regni detinent bona similia, cum eos in mala sequi non debeas, nec tuam excellenciam deceat mali facti eorum sumere reprobabile argumentum; quin immo ipsi, tuo exemplo conservi vel territi, te, ut speramus, imitabuntur volontarii vel inviti, tuque, causa tante prefati regni reformationis existens, dignis laudum preconiis apud Deum et homines extolleris; avertasque prudenter, fili carissime, quod, licet dictorum regine et regni prosperitatem, sine qua tua felix nequit esse sublimitas, plenis desideriis debeas affectare, recuperatio dictorum bonorum demanialium, que ab eisdem magnatibus detinentur, ad tuum et prolis tue, in casum in quem dilecta in Christo filia Maria, consors tua, in regno memorato succederet, commodum maximum redundabit. Ad ea vero que prefate regine obtulisti, de certo mutuo pro solutione census Romane ecclesie et de subventione contra Siculos et comitivas hostiles, secundum tuam potentiam faciendis, respondemus quod quicquid eidem regine impendes favoris et gratie nobis erit acceptum, et absque eo quod tibi et tuis proderit, ut prefertur, apostolica Sedes et ipsa regina in aliis tuis beneplacitis honestis et licitis, dignis preconiis pro tempore compensabunt. Hiis itaque matura et filiali consideratione pensatis, quesumus quod nostram responsionem hujusmodi recipias reverenter, et de ipsa, tanquam tibi salubri et honorifica, de paterne caritatis visceribus prodeunte, filiali reverencia contenteris, ad reintegrationem dictorum bonorum demanialium per alios, ut premittitur detentorum, efficacem tue magnificencie operam prestiturus, nosque alias dicte regine scripsimus et iterabimus scriptionem quod ipsa in sibi possibilibus et honestis te et tuos affectu sororio condignis honoribus et favoribus prosequatur, nec dubitamus quod sic aget, si tu vice versa fraterne egeris cum eadem. Ceterum ad alia, que prefatus miles pro eadem celsitudine petiit, gratiose duximus respondendum, prout ipse latius tibi referet oraculo vive vocis. Datum Avinione, XII kalendas maii, anno tercio. »

1706 Avignon, 20 avril 1365.

Johannae, Siciliae reginae, inhibet iterum ne demania regia

praefato imperatori vel cuicumque alteri concedat. (Reg. 247, fol. 83 recto.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Carissimus in Christo filius noster Philippus, imperator Constantinopolitanus illustris, nuper dilectum filium nobilem virum Henricum Siripandi, militem Neapolitanum, ambaxiatorem suum, ad Sedem apostolicam destinavit, nobisque per ipsum militem humiliter supplicavit ut, ex certis causis per eundem militem nobis expositis, consentire vellemus quod tua sublimitas civitates et terras, quas clare memorie Robertus, imperator Constantinopolitanus, frater suus, tenuit in provincia Terre Bari eidem Philippo imperatori ad vitam suam concederes, sub certis pactis et conditionibus nobis expositis per militem prelibatum, nosque tam dicto militi verbo, quam prefato Philippo imperatori per litteras nostras, non annuendo petitis duximus respondendum. Igitur ut causas easdem et nostras responsiones ad singulas earundem tua serenitas non ignoret, et ad non concedendum easdem civitates et terras dicto imperatori, vel alia bona demanialia tui regni alteri cuicumque tanto reddaris tenacior et constancior quanto nostram cercius noveris voluntatem, copiam dictarum litterarum nostrarum, in quibus continentur premissa, interclusam presentibus, reginali celsitudini destinamus, prohibentes tibi, sicut alias prohibuisse recolimus, ne hujusmodi et alia civitates, terras, proventus et bona quecumque demanialia dicti regni concedas alicui; quin immo concessa, cum concessio ipsorum non teneat, omnibus viis et modis quibus poteris, ad manum tuam studeas revocare. Nichilominus tamen te hortamur attente quatinus eundem Philippum imperatorem et suos, in hiis que honeste poteris, affectu sororio prosequaris, ac te sibi reddas favorabilem et benignam. Datum Avinione, XII kalendas maii, anno tercio. »

1707 Avignon, 21 avril 1365.

Edwardo, regi Angliae, ut Carolo, domino de Montemoranciaco, militi Parisiensis dioecesis, obsidi suo, matrimonium contrahendi causa, ad patriam per unum annum redeundi facultatem indulgeat. (Reg. 247, fol. 83 verso.) (1).

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri.* Pro parte dilecti —. Datum Avinione, XI kal. maii, anno tertio. »

1708 Avignon, 21 avril 1365.

Willelmo de Wikeham, canonico Lincolniensi, Edwardi regis Angliae secretario, ut pro dicto domino de Montemoranciaco, apud dictum regem partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 84 recto.)

« *Dilecto filio Willelmo de Wikeham, canonico Lincolniensi, carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, secretario.* Carissimo in Christo —. Datum ut supra. »

1709 Avignon, 21 avril 1365.

In e. m. Symoni, episcopo Eliensi, « sed loco *discretionem* dicatur *fraternitatem.* » (Reg. 247, fol. 84 recto.)

1710 Avignon, 21 avril 1365.

Carolo, regi Navarrae, gentes Helyae, episcopi Ostiensis, Sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, de recuperatione quingentorum auri florenorum, abbatiae saeculari Sanctae Marthae Astoritensis debitorum, commendat. (Reg. 247, fol. 84 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri.* Venerabilis frater noster —. Dat. Avinione, XI kal. maii, anno tercio. »

(1) Dans un des registres de la collection Bastard d'Estang, à la Bibliothèque Nationale, on trouve un document ainsi analysé par M. Delisle : « Délai accordé par Charles V à Charles, sire de Montmorency, pour rendre son aveu. Ce seigneur avait été otage du roi Jean en Angleterre. Paris, 21 avril 1367. » (B. N. Nouv. Acquis. Franc. n° 3637, n° 81.) Le mariage auquel il est fait allusion dans cette bulle est le troisième mariage de Charles de Montmorency, celui qu'il contracta en 1365 ou 1366, avec Pernelle de Villiers, fille d'Adam de Villiers dit le Bègue, chevalier, seigneur de Villiers-le-Sec, de Vitry-en-Brie et de la Tour-de-Chaumont en Vexin (Duchesne, *Histoire de la maison de Montmorency*, p. 206). Charles de Montmorency avait épousé en premières noces Marguerite de Beaujeu, morte le 5 juin 1336, et en secondes noces Jeanne de Roucy, qui mourut le 10 janvier 1361. Charles de Montmorency dut revenir se constituer prisonnier en Angleterre peu de temps après son troisième mariage, car nous trouvons dans Rymer (*Foedera*, t. III, p. 137) une lettre d'Edouard III, datée de Westminster le 20 juillet 1367, accordant à cet ôtage la permission de se transporter de nouveau au royaume de France, pour un an, à dater du 1er août de cette même année 1367.

1711 Avignon, 22 avril 1365.

Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, ut Johannem Cotelle, latorem praesentium, de adipiscenda Arelatensis ecclesiae praepositura, benigne suscipiat eique consiliis et favoribus assistat. (Reg. 247, fol. 84 recto. — Albanès, *Gallia Christiana novissima*, Province d'Arles, col. 1126, n° 2884.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, salutem etc.* Dudum ad ecclesie tue Arelatensis, ord. s. Aug., que in spiritualibus et temporalibus erat plurimum deformata, debitam et possibilem reformationem paterna solicitudine intendentes, dilectum filium Petrum de Galhaco, olim ipsius ecclesie prepositum, qui in regularibus observantiis, et alias in regimine dicte prepositure inutiliter se gerebat, ipsa prepositura auctoritate apostolica, privavimus, et dilecto filio Johanni Cotelle, latori presentium, viro utique religioso, provido et honesto et in observantiis regularis discipline instructo, per cujus circumspectionem personas dicte ecclesie in regularibus observantiis dirigi et alias preposituram eandem provide gubernari speramus, providimus de eadem. Quare fraternitatem tuam hortamur, attente mandantes quatinus eumdem Johannem prepositum benigne suscipias eique paterne assistas consiliis et favoribus oportunis; quibus mediantibus, ecclesia predicta, prout ad ejus spectat officium, salubribus, dante Domino, proficiet incrementis. Datum Avinione, X kal. maii, anno tercio (1). »

1712 Avignon, 23 avril 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, Bene Bartholomeum et Franciscum de Zambrasiis, cives Bononienses, fratres quondam Raynaldi de Zambrasiis, Innocentii papae VI secretarii, commendat. (Reg. 247, fol. 85 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Dignum reputantes ut —. Datum Avinione, VIIII kalendas maii, anno tercio. »

1713 Avignon, 23 avril 1365.

Symoni, abbati monasterii Cluniacensis, apostolicae Sedis nuntio, ut ad legationis suae partes, scilicet ad Britanniam, iter arripiat. (Reg. 247, fol. 85 recto.)

« *Dilecto filio Symoni, abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, apostolice Sedis nuncio, salutem etc,* Dudum tibi ut pro sedendis guerris paceque reformanda inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, ducissam Britanie ac dilectum filium nobilem virum Johannem de Britania, comitem Montisfortis, et adherentes eorum ad partes Britanie te transferres, per nostras litteras dedimus in mandatis; sed, prout noviter ad nostrum pervenit auditum, tu nondum ad partes easdem pergere curavisti, de quo miramur admodum et non possumus non turbari. Quare discretioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus ad partes et personas predictas accedere non postponas, injunctum tibi reformande pacis officium omni qua poteris diligencia impleturus. Datum Avinione, IX kal. maii, anno tercio. »

1714 Avignon, 24 avril 1365.

Ludovico, episcopo Valentinensi, ecclesiae Viennensis administratori, mandat ut pacem cum Adhemario de Claromonte, milite Viennensis dioecesis, vel treugam longi temporis facere non differat, eique notificat se de negotio praefato gubernatori Dalphinatus Viennensis scripsisse, ut ipse dictam pacem aut treugam fieri procuret. (Reg. 247, fol. 85 recto. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 126, n° LI.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi, administratori ecclesie Viennensis, salutem etc.* Per relationem dilectorum filiorum magistri Petri de Sarcenaco, decani ecclesie Sancti Felicis de Caromanno, Tholosane diocesis, legum doctoris, capellani nostri ac sacri palacii apostolici causarum auditoris ac nobilis viri Jacobi Albe, militis de Tarascone, Avinionensis diocesis, nunciorum nostrorum, quos nuper occasione discordie inter te ex una ac dilectum filium nobilem virum Ademarium de Claromonte, dominum Alteripe, militem Viennensis diocesis, ex parte altera suscitate, ad partes destinavimus Dalfinales, accepimus quod tu et dictus Ademarius de limitibus et dampnis ac injuriis illatis hinc inde estis dispositi concordare seu vos submittere judicio amicorum, sed de illa vicesima que petitur a certis hominibus ecclesie Viennensis non potestis ad concordiam devenire, propter quod de processu mutue guerre merito formidantur; nos igitur cupientes in hac parte oportunum remedium adhiberi, scribimus dilecto filio nobili viro .. gubernatori Dalfinatus Viennensis,

(1) Jean Cotelle ne fut prévôt d'Arles que pendant quelques mois. Dès l'année suivante, 1366, Urbain V nommait a sa place Raimbaud de Montorsier, qui remplit cette fonction jusqu'en 1395 ou 1396. (Cf. Albanès, *loc. cit.*, col. 1126-1154.)

eum affectuose rogantes quod, cum istud non sit tale negotium ex quo debeat guerra sequi, ex eo presertim quod nos parati sumus de te et ecclesia Viennensi facere justicie complementum, omnibus modis quibus poterit hujusmodi guerram, que toti patrie circumstanti posset verisimiliter esse periculosa nimium et dampnosa, studeat impedire, et, si super dicta vicesima concordare minime valeatis, procuret inter vos fieri treugam longi temporis, infra quod aut possit concordia fieri, aut negotium ipsum juridice terminari. Quare fraternitatem tuam hortamur quatinus per te non remaneat quin aut fiat rationabilis concordia vel treuga longi temporis, ut prefertur. Datum Avinione, VIII kalendas maii, anno tercio. »

1715 Avignon, 24 avril 1365.

Adhemario de Claromonte, domino Altae Ripae, militi Viennensis dioecesis, scribit de eodem (Reg. 247, fol. 85 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario de Claromonte, domino Alteripe, militi Viennensis diocesis.* Per relationem dilectorum —. Datum ut supra. »

1716 Avignon, 24 avril 1365.

Gaufrido de Claromonte, domino ejusdem loci, militi Viennensis dioecesis, scribit de eodem, ipsum hortans ad partes suas interponendas ut pax inter Ludovicum, Valentinensem episcopum, et Adhemarium de Claromonte, fratrem suum, celeriter reformetur. (Reg. 247, fol. 85 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gaufrido de Claromonte, domino ejusdem loci, militi Viennensis diocesis.* Per relationem dilectorum —. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno tercio. »

1717 Avignon, 24 avril 1365.

In e. m. Radulpho de Luppeyo, domino dicti loci, Dalphinatus Viennensis gubernatori, « sed non dicatur *fratrem tuum.* » (*Ibid.*, fol. 86 recto.)

1718 Avignon, 24 avril 1365.

Andruino cardinali legato, ut de solutione duodecim millia florenorum auri, quos Franciscus de Carraria, miles Paduanus, pro captivis, qui olim ex victoria Solariae ipsi in sortem devenerunt, sibi asserit deberi et postulat, Sedi apostolicae rescribat et quod justum fuerit ordinet. (Reg. 247, fol. 86 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Circa principium mensis —. Datum Avinione, VIII kalendas maii, anno tercio. »

1719 Avignon, 24 avril 1365.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, pecuniam census Romanae ecclesiae debiti pro civitate Ferrariensi non potens facere assignari, quia de illa, in quantum cameram contingit, Salvatico de Boiardis, domicello Regino, mandavit satisfieri, ipsum rogat ut non ferat moleste si sibi cito non fiat solutio prelibata. (Reg. 247, fol. 86 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Super hiis que —. Datum Aviniono, VIII kal. maii, anno tercio. »

1720 Avignon, 24 avril 1365.

Hugoni Arnaldi, canonico Leodiensi, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut Guillelmo Rogeti, mercatori de Villanova, Ruthenensis dioecesis, socio et procuratori Raymundi Guarrigiae et Bernardi Rosselli, mercatorum de Villafrancha, dictae dioecesis, mille quingentos auri francos assignet. (Reg. 247, fol. 251 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Hugoni Arnaldi, canonico Leodiensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum dilectus filius —. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anno tercio. »

1721 Avignon, 24 avril 1365.

Raymundo Garrigiae et Bernardo Rosselli de Villafrancha ac Guillelmo Rogeti de Villanova, sociis mercatoribus Ruthenensis dioecesis, dictos mille quingentos auri francos, ab ipsis infra quatuor menses apostolicae camerae assignandos, ab Hugone Arnaldi, canonico Leodiensi, recipiendi concedit facultatem. (Reg. 247, fol. 251 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Raymundo Garrigie et Bernardo Rosselli de Villafrancha ac Guillelmo Rogeti de Villanova, sociis mercatoribus Ruthenensis diocesis.* Per alias nostras —. Dat. ut supra. »

1722 Avignon, 24 avril 1365.

Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut mercatoribus supradictis mille quingentos auri francos assignet, ab ipsis infra quatuor menses gentibus apostolicae camerae transmittendos. (Reg. 247, fol. 251 verso. De curia. — Original Arch. vat., *Instr. Miscel.*, année 1365, n° 16.)

« *Dilecto filio Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, apostolice Sedis nuncio.* Cum dilectus filius —. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno tercio. »

1723 Avignon, 24 avril 1365.

Eisdem Raymundo Guarrigiae, Bernardo Rosselli et Guillelmo Rosselli a dicto Bernardo Cariti praefatam summam recipiendi concedit acultatem. (Reg. 247, fol. 252 recto. De curia. — Original Arch. vat., *Instr. Miscell.*, année 1365, n° 16.)

« *Dilectis filiis Raymundo Guarrigie et Bernardo Rosselli de Villafrancha ac Guillelmo Rogeti de Villanova, sociis mercatoribus Ruthenensis diocesis.* Per alias notras —. Dat. ut supra. »

1724 Avignon, 26 avril 1365.

Petro, regi Cipri, de pace inter ipsum et Januenses reformata congratulatur. (Reg. 247, fol. 87 recto. — Rainaldi, *Annales ecclesiastici*, VII, 119) (1).

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri.* Per litteras venerabilis fratris nostri Petri, patriarche Constantinopolitani, apostolice Sedis legati, nuper non absque multa nostri cordis exultatione percepimus inter sublimitatem tuam ac dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adurnum, ducem, et commune civitatis Januensis fore concordiam reformatam, magnamque multitudinem nobilium et aliarum armigerarum gencium tecum transfretaturarum contra hostes fidei, ad te de Alamanie aliisque partibus advenisse novissime ac jugiter advenire; propter quod, si veritas suffragetur relatis, spem jam deficientem resumimus de ultramarinis negotiis feliciter processuris. Et quia instat tempus tui et gencium predictarum recessus, Domino favente, felicis, hortamur te quod ulterius illum non differas, ne gentes ipse nimia expectatione graventur et, quod absit, a transfretandi proposito resipiscant, dictisque negotiis ex dilatione proveniat detrimentum. Nos siquidem speramus in Domino, qui gratia sua desideria devota prosequitur, quod iter et actus tue celsitudinis et dictarum gentium prosperabit, nosque, prout honeste poterimus, tibi favoribus apostolicis assistemus. Datum Avinione, VI kalendas maii, anno tercio. »

(1) Cette lettre est datée par erreur dans Rainaldi du II des calendes de mai (30 avril) 1365.

1725 Avignon, 28 avril 1365.

Guillelmo de Lordato, canonico Agennensi, apostolicae Sedis nuntio, mandat ut omnes libros juris canonici et civilis, quos nunc habet et in futurum usque ad triennium ipsum habere contigerit, Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, remittat, ad civitatem Bononiensem ad usus pauperum scolarium, quos in Bononiensi studio sumptibus suis pontifex retinet, destinandos. (Reg. 247, fol. 259 recto. De curia. — Original Arch. vat., *Instr. Miscel.*, année 1365, n° 18.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Lordato, canonico Agennensi, apostolice Sedis nuncio.* Discretioni tue per —. Datum Avinione, IIII kal. maii, anno tercio. »

1726 Avignon, 28 avril 1365.

Johanni de Comitibus, duci ac consilio et communi civitatis Pisanae Butium, episcopum Civitatis Castelli, apostolicae Sedis nuntium, super aliquibus ex parte dictae Sedis eisdem referendis, commendat. (Reg. 247, fol. 88 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Johanni de Comitibus, duci ac consilio et communi civitatis Pisane.* Vestris totiusque provincie —. Datum Avinione, IIII kal. maii, anno tercio. »

1727 Avignon, 28 avril 1365.

Salvatico et Feltrino de Boiardis, domicellis Reginis, ac universitati castri Hirberiae, Reginae dioecesis, ut dictum castrum Andruino cardinali legato assignent, ab ipso seu gentibus ejus pro bono pacis custodiendum. (Reg. 247, fol. 89 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Salvatico et Feltrino de Boiardis, domicellis Reginis, ac universitati castri Hirberie, Regine diocesis.* Illa que nobis dilectus filius nobilis vir Nicolaus, marchio Estensis, super hiis que offerebatis in facto castri Hirberie, ultimo reseravit legimus et consideravimus diligenter, et, licet videantur admissibilia, tamen, quia pars altera de ipsis minime conten-

tatur, nos viam mediam et congruam, per quam pars altera possit esse contenta, et sic futuris scandalis, que verisimiliter cito possent insurgere, obvietur, et status vester possit esse securus, in hoc eligere cupientes, volumus et mandamus, prout credimus tam Romane ecclesie et ejus colligatis quam etiam ac pro quiete illarum partium expedire, et nichilominus ad hoc affectuosissimas preces adicimus quod dictum castrum dilecto filio nostro Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato, seu gentibus ad hoc deputandis ab eo, nomine nostro recipientibus, assignare nullatenus differatis, per eum seu gentes easdem tenendum et custodiendum dicto nomine, donec aliud in hac parte duxerimus ordinandum, hac conditione ad vestram cautelam in hujusmodi assignatione adjecta quod dictus legatus ipsum castrum nulli possit tradere sine nostro mandato sibi super hoc specialiter faciendo, teneatque pro constanti vestra sinceritas quod castrum ipsum non deveniet ad manus alicujus de quo habeatis in aliquo dubitare. Ceterum copiam littere, quam prefato legato mittimus, inclusam presentibus destinamus. Dat. Avinione, IIII kal. maii, anno tercio. »

1728 Avignon, 28 avril 1365.

Nobilibus de Robertis et universitati castri Sancti Martini de Robertis, Reginae dioecesis, sub eadem forma scribit. (Reg. 247, fol. 90 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris universis de domo Robertorum, civibus Reginis ac universitati castri Sancti Martini de Robertis, Regine diocesis.* Illa que nobis dilectus filius nobilis vir Nicolaus, marchio Estensis, super hiis que in facto castri Sancti Martini de Robertis, Regine diocesis, offerebatis, ultimo reseravit, legimus et consideravimus diligenter, etc., *ut supra in proxima usque ad finem.* »

1729 Avignon, 28 avril 1365.

Guidoni de Manfredis, domicello Regino, et universitati castrorum Bozzani et Montisrichi, Reginae dioecesis, sub eadem forma scribit. (Reg. 247, fol. 90 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Guidoni de Manfredis, domicello Regino, ac universitati castrorum Bozzani et Montisrichi, Regine diocesis.* Illa que nobis —. Datum ut supra. »

1730 Avignon, 28 avril 1365.

Andruino cardinali legato, ut praefata castra recipiat et custodiat donec aliud habeat in mandatis. (Reg. 247, fol. 90 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Scribimus dilectis filiis —. Datum Avinione, IIII kalendas maii, anno tercio. »

1731 Avignon, 28 avril 1365.

Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi vicario, de eodem scribit, ut praedictos nobiles et civitatum praedictarum universitates ad praemissa facienda inducat. (Reg. 247, fol. 90 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi vicario nostro.* Ea que nobis —. Datum ut supra. »

1732 Avignon, 28 avril 1365.

In e. m. Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario. (*Ibid.*, fol. 90 verso.)

1733 Avignon, 28 avril 1365.

Bucio, episcopo Civitatis Castelli, apostolicae Sedis nuntio, cum Florentini et Pisani, quamvis pax inter ipsos reformata sit, ad primoevam discordiam relabi possint, mandat ut ad ipsos celeriter accedat, eos ad concordiam exhortationibus inducturus. (Reg. 247, fol. 256 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Bucio, episcopo Civitatis Castelli, apostolice Sedis nuncio.* Quoniam non est tuta sanitas ubi radices prioris egritudinis remanserunt, nos, considerantes quod, licet inter dilectos filios Florentine et Pisane civitatum populos, dudum invicem dissidentes, pax fuerit, nostris tractantibus nunciis, reformata, quia tamen a pluribus fidedignis audivimus quod ipsi cum mercimoniis et alias, prout olim consueverunt, minime conservantur ad invicem, non absque gravi dampno et incommoda utrorumque, ex quo, licet pax servetur exterius, non tamen videtur interior animorum concordia plene facta, unde ipsi populi verisimiliter possent, quod absit, in primevam discordiam relabi, que tanto foret pernitiosior quanto periculosior solet esse valitudinariis infirmitas recidiva; volumus et mandamus quod tua fra-

ternitas, dono prudencie predita et fidei puritate preclara, in cujus votis geri credimus ut pax vigeat et tranquillitas perseveret, ad civitates easdem, quibus satis vicinus existis et de quarum negotiis et statibus aut es informatus aut poteris informari faciliter, quam cito poteris accedere non postponas, ac inter ipsos populos mutuam communionem et conversationem ab antiquo solitam resumi seu de novo congrua ordinatione firmari concorditer, secundum tenorem capitulorum inclusorum presentibus et alias secundum prudenciam tibi datam a Domino, procurare solicite non postponas, eosdem populos ad hoc ex parte nostra providis consiliis et efficacibus exhortationibus inducendo. Dat. ut supra. »

1734 Avignon, 28 avril 1365.

Priores artium et vexilliferum justitiae ac consilium et commune civitatis Florentinae hortatur ut, cum inter ipsos et Pisanos de mercimoniis et certis aliis actibus antiqua et mutua communio non habeatur, Butio, episcopo Civitatis Castelli, apostolicae Sedis nuntio, fidem adhibentes, communionem hujusmodi sinceris cordibus resumant. (Reg. 247, fol. 257 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. prioribus artium et vexillifero justicie ac consilio et communi civitatis Florentine.* Reformata dudum pace —. Datum Avinione, IIII kal. maii, anno tercio. »

1735 Avignon, 28 avril 1365.

In e. m. Johanni de Comitibus, duci ac consilio et communi civitatis Pisanae, « mutatis mutandis. » (*Ibid.*, fol. 257 recto. De curia.)

1736 Avignon, 30 avril 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae pro Ecclesia vicario generali, ut castrum Consilicis, ad ecclesiam Imolensem pertinens, quod Ecclesiae nomine tenet et gubernat, Lito, episcopo Imolensi, cum requisitus fuerit, restituat. (Reg. 247, fol. 88 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennat[ensi], in provincia Romandiole pro nobis et ecclesia Romana vicario generali.* Nuper intellecto quod homines castri Consilicis, Imolensis diocesis, ad ecclesiam Imolensem pertinentis, rebellaverant contra venerabilem fratrem nostrum Litum, episcopum Imolensem, tibi per litteras nostras mandavimus ut dictum castrum nostro et ecclesie Romane nomine statim ad manus tuas reciperes, teneres ac etiam gubernares, donec tibi aliud mandaremus, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem nolimus, sicut nec velle debemus, quod dictum castrum extra manus dicti episcopi seu suarum gentium diutius teneatur, volumus et fraternitati tue precipiendo mandamus quatinus dictum castrum prefato episcopo, cum ipse per se vel gentes suas te duxerit requirendum, restituas indilate; interim tamen pro ipsius castri quiete, si qua in eo reformanda fuerint, studeas reformare et proinde disponere statum ejus. Datum Avinione, II kal. maii, anno tercio. »

1737 Avignon, 30 avril 1365.

Johannae, reginae Siciliae, de quibusdam negotiis monasterium Sancti Victoris Massiliensis, ord. s. Ben., statumque Provinciae tangentibus scribit et Laurentium de Berra, priorem de Saletis, ejusdem ordinis, Regensis dioecesis, apostolicae Sedis nuntium, ad ipsam deputat. (Reg. 247, fol. 89 recto. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 201.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Grata nobis dilecti filii Laurencii de Berra, prioris de Saletis, ordinis sancti Benedicti, Regensis diocesis, relatione percepimus et per operis tui effectum cognovimus quod tua serenitas in negotiis monasterii Sancti Victoris Massiliensis, dicti ordinis, pro quibus ad excellenciam tuam eundem Laurencium miseramus, libenti animo, secundum nostre voluntatis beneplacitum extitit operata, de quo magnitudini tue reddimus actiones uberes gratiarum, eandem magnitudinem affectuosius deprecantes quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia, quedam alia ipsius monasterii negotia, pro quibus eundem Laurencium, cui in exponendis tibi per eum pro parte nostra plenam fidem adhibeas, ad tuam presenciam destinamus, sic favorabiliter suscipias commendata, sic eis operam celeris et favorabilis expeditionis impendas, quod per studium promotionis et diligencie tue ipsa negotia optate per nos consummationis exitum consequantur, ac nos reddas ad tua beneplacita promptiores. Ceterum predictis adicimus quod provisionem per te factam de dilecto filio Honorato de Berra, Niciensis diocesis, ad officium magistri rationalatus curie reginalis in Provincia, quem ad hoc idoneum tuoque convenientem honori reputamus, gratam habuimus et acceptam. Datum Avinione, II kal. maii, anno tercio. »

1738 Avignon, 30 avril 1365.

Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Siciliae camerario, de eodem gratiarum actiones refert, ipsumque hortatur similiter. (Reg. 247, fol. 89 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Sicilie camerario.* Quantum pro votiva —. Datum Avinione, II kalendas maii, anno tercio. »

1739 Avignon, 30 avril 1365.

In e. m. Gurello Curoli, militi Neapolitano, senescallo curiae reginalis. (Reg. 247, fol. 89 recto.)

1740 Avignon, 30 avril 1365.

In e. m. Nicolao de Alifia militi, regni Siciliae cancellario, « sed ubi dicitur *nobilitatem* dicatur *prudenciam.* » (Reg. 247, fol. 89 recto.)

1741 Avignon, 1er mai 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, ut populum Romanum contra Anichinum de Bongardo ejusque socios cum Anglicis, si possit fieri, vel alias auxiliis et favoribus prosequatur. (Reg. 247, fol. 91 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Admodum grate accepimus —. Datum Avinione, kalendis maii, anno tercio. »

1742 Avignon, 1er mai 1365.

Senatori et populo Romano notificat se Ægidio, episcopo Sabinensi, scripsisse, ut ipsis contra Societates auxilium tribuat et favores. (Reg. 247, fol. 91 verso)

« *Dilectis filiis nobili viro .. senatori et populo Romano.* Litteras vestras quas —. Datum Avinione, kalendis maii, anno tercio. »

1743 Avignon, 1er mai 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, ut terminum compromissi, per ipsum ac colligatos cum Romana ecclesia facti, usque ad kalendas mensis octobris velit prorogare, cum propter adventum Caroli, Romanorum imperatoris, ad Romanam curiam de proximo futurum, ad vacandum super dicti compromissi negotio pro nunc intendere pontifex non possit. (Reg. 247, fol. 92 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Quia sicut novit —. Datum Avinione, kalendis maii, anno tercio. »

1644 Avignon, 1er mai 1365.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 92 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Quia sicut novit —. Datum ut supra. »

1745 Avignon, 1er mai 1365.

In e. m. Nicolao, marchioni Estensi, Ecclesiae in civitate Ferrariensi vicario. (*Ibid.*, fol. 92 recto.)

1746 Avignon, 1er mai 1365.

Gometium Garsiae de Albornos, militem, vicariae regni Siciliae curiam gerentem, hortatur ad dictum officium laudabiliter, prout hucusque magnanimiter studuit, exercendum. (Reg. 247, fol. 92 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gomecio Garsie de Albornos, militi, regenti curiam vicarie regni Sicilie.* Fidedigna multorum relatio —. Datum Avinione, kalendis maii, anno tercio. »

1747 Avignon, 1er mai 1365.

Archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis, ut contra singulos societatibus in regno Franciae existentibus adhaerentes; qui Sedis apostolicae monitionibus et processibus obedire neglexerunt, excommunicationis sententias in dioecesibus suis promulgare faciant. (Reg. 261, fol. 157 recto, nº V. De curia.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Dudum adversus illos iniquitatis alumpnos qui arma sectantes se societates seu compagnas appellant, in regno Francie consistentes, exigentibus eorum nephandis excessibus et flagitiis detestandis tunc expressis, que apud Sedem apostolicam et in nonnullis aliis partibus tunc adeo erant notoria

quod nulla poterant tergiversacione celari, certos processus, moniciones, mandata, inhibiciones, necnon excommunicationis et interdicti sententias, et nonnulla alia continentes, auctoritate apostolica fecimus, et ut processus ipsi ad dictarum societatum, personarnm et aliorum quorum interesset deducerentur noticiam, cartas seu membranas, processus continentes eosdem, in Avinionensis ecclesie affigi hostiis, seu super liminaribus fecimus, que processus eosdem suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicarent, ut eedem persone et alii quorum interesset quod ad eos non pervenissent, seu quod ignorassent eosdem, nullam possent excusacionem seu ignoranciam allegare, cum non esset verisimile quoad eos remanere incognitum vel occultum quod publicatur omnibus tam patenter; ac voluimus, et apostolica auctoritate decrevimus, quod monicio et mandata, inhibicio, et alia in processibus ipsis contenta personas easdem et alios omnes et singulos quorum intererat vel interesse poterat perinde arctarent, ac si eis universis et singulis personaliter et presentialiter insinuata et intimata fuissent. Et nichilominus postea processus ipsos, in aliis nostris ad vos et nonnullos alios prelatos ejusdem regni directis insertos litteris, per vos et ipsos mandavimus in singulis vestris majoribus et aliis ecclesiis atque locis, de quibus vobis videretur, solempniter publicari, prout in ipsis litteris vobis directis plenius continetur. Verum, sicut accepimus, licet processus nostri predicti per vos et nonnullos alios ex prelatis eisdem per ipsum regnum juxta mandatum nostrum predictum fuerint solempniter publicati, ita quod verisimiliter creditur processus ipsos ad ipsorum perversorum et eciam aliorum, quos processus ipsi contingunt, noticiam pervenisse, et propterea tam viros nepharios de societatibus antedictis, quam nonnullos alios, qui moniti fuerint per processus eosdem, monicionibus et mandatis hujusmodi non parendo, prefatas sententias incurrisse; tamen dicti viri nepharii, a quorum oculis Dei timor prorsus abcessit, easdem sententias, sic in eos generaliter promulgatas, quasi eorum singulos non contingant, dampnabiliter contempnentes ac pejora prioribus semper addentes, prefatum regnum ejusque personas, civitates, castra, terras, loca et bona sevis profligare persecutionibus et vastacionibus non desistunt, in divine majestatis offensam, animarum periculum, apostolice Sedis contemptum, christiane fidei tociusque reipublice detrimentum. O crudeles animos et derelictos ab humanitate homines. O sine ulla fide et pietate viros, quomodo divinam lacescunt potenciam, apostolica monita et suasiones contempnere, publicam turbare quietem, tantumque regnu[m] vastare, ac tot et tanta patrare facinora non verentur. Hec siquidem tanto pungunt acerbius mentem nostram quanto in eis animarum et corporum majora pericula intuemur, quantoque ad obviandum periculis et malis hujusmodi ex debito pastoralis officii et paterne caritatis affectibus providere diligencius perurgemur. Sed quis fidelis christicola desolacionem tanti regni non defleat. Quis ecclesiarum incendia, innocent[i]um oppressiones et cedes, virginum raptus et bonorum depopulaciones hujusmodi non deploret. Ne igitur predicti nostrorum processuum contemptores sic sub hujusmodi contemptus taciturnitate pertranseant, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus singuli vestrum in singulis vestris civitatibus et diocesibus, per vos vel alium seu alios, omnes et singulos de societatibus supradictis, qui predictis nostris monicionibus et mandatis minime paruerunt generaliter, necnon omnes et singulos clericos et laicos de societatibus hujusmodi, cujuscumque condicionis et status vel dignitatis et undecumque existant, quos per informacionem summariam inveneritis in vestris civitatibus vel diocesibus excessus hujusmodi commisisse, aut ibidem contra moniciones et mandata nostra predicta fecisse, aut quomodolibet attemptasse, singulariter et nominatim, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos, et eorum castra, terras et loca ecclesiastico interdicto supposita tamdiu auctoritate nostra in vestris aliisque ecclesiis atque locis, de quibus vobis videbitur, nunciare curetis, et faciatis ab aliis nunciari, et ab omnibus arcius evitari, donec monicionibus et mandatis nostris predictis paruerint et de premissis satisfecerint competenter et ab hujusmodi excommunicationis sententia beneficium absolucionis meruerint obtinere; contradictores per censuram etc. Datum Avinione, kalendis maii, anno tercio. »

1748 Avignon, 1er mai 1365.

In e. m. archiepiscopo Turonensi, ejusque suffraganeis. (Reg. 261, fol. 158 verso. De curia.)

1749 Avignon, 1er mai 1365.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi, ejusque suffraganeis. (Reg. 261, fol. 158 verso. De curia.)

1750 Avignon, 1er mai 1365.

In e. m. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis. (Reg. 261, fol. 158 verso. — Arch. nat., J 711, nº 300[4-a]. Transcrit du 28 mai 1365.)

1751 Avignon, 1er mai 1365.

In e. m. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 261, fol. 158 verso. De curia.)

1752 Avignon, 2 mai 1365.

Cum Caroli, regis Franciae, officiales, quasdam terras in Alvernia et Bellicadri Nemausique senescallia sitas et ad Guillelmum, comitem Bellifortis, Clementis VI fratrem, et Guillelmum Rogerii, vicecomitem Turennae, dicti pontificis nepotem, spectantes, sub manu regia posuerint, praefato regi Urbanus V scribit ut eisdem comiti et vicecomiti terras praedictas faciat restitui. (Reg. 247, fol. 92 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 127, n° LII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Guillelmi, comitis Bellifortis, nuper fuit nobis expositum quod, licet quedam sue terre, quas habet in Alvernia et senescallia Bellicadri et Nemausi, quasque olim a quodam Humberto, dalfino Viennensi, cui per clare memorie Philippum, avum, et Johannem, genitorem tuos, reges Francie, pro Dalfinatu Viennensi, sicut serenitas tua novit, concesse fuerant, justo emptionis titulo acquisivit, dudum vigore cujusdam tue revocationis facte de donationibus et concessionibns regiis de quibuscumque terris ad regiam coronam spectantibus a tempore clare memorie Philippi Pulcri, regis Francie, citra factis, posite pluries per gentes tuas ad manum regiam extitissent, tamen tua sublimitas, de hiis informata plenarie, terras ipsas etiam pluries prefato comiti restitui mandavit et fecit, quodque, non obstante restitutione predicta, facta de tua expressa scientia, dicte terre ad eandem manum, non absque gravi dampno ac expensis et laboribus dicti comitis, sunt posite iterato. Quare magnitudinem tuam omni qua possumus affectione rogamus quatinus justiciam dicti comitis, quam ex premissis et quod etiam tu sibi pro dicto Dalfinatu de evictione teneris allegat, ac sinceram affectionem, quam felicis recordationis Clemens papa VI, predecessor noster, et dicti comitis frater, dum ageret in humanis, in omni suo statu gessit ad inclitam domum tuam, memoria grata recensens, sic efficaciter prefato comiti ac dilecto filio nobili viro Guillelmo Rogerii, vicecomiti Turenne, dicti Clementis predecessoris nepoti, super loco et terra de Balneolis, ejusdem senescalie Bellicadri, per eum etiam justo titulo emptionis, ut asseritur, acquisitis, quos locum et terram dicte gentes tue ad ipsam manum tuam modo simili posuerunt, super premissis provideas, quod ab eisdem gentibus tuis nullatenus molestentur, ipsosque comitem et vicecomitem et gentes suas in hiis et aliis digneris habere effectualiter commendatos. Nos enim quicquid favoris et benignitatis eisdem comiti et vicecomiti, quos prosequimur plenitudine dilectionis, impendes, valde gratum habebimus et proinde tue magnitudini ad condignarum gratiarum tenebimur actiones. Datum Avinione, VI nonas maii, anno tercio. »

1753 Avignon, 2 mai 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, in favorem magistri Thomae de Paxtono, apud ipsum de aliquibus mendaciter accusati, scribit. (Reg. 247, fol. 93 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Audivimus quod tua nobilitas, non veris quorumdam maledicorum suggestionibus informata, dilectum filium magistrum Thomam de Paxtono, capellanum nostrum, sacrique palacii apostolici causarum auditorem, latorem presentium, est non modicum indignata. Quocirca nos, qui predictum magistrum Thomam in pluribus occurrentibus vidimus et cognovimus ad obsequia tua promptum tuique honoris et nominis precipuum zelatorem, non credentes ipsum contra te in aliqua deliquisse, propter quod contra eum tua nobilitas debuerit commoveri, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia tuique honoris obtentu, eundem auditorem, propter premissa ad tuam presentiam venientem, in excusationibus suis benigne audias et admittas, ut ipsis auditis veritas elucescat et tuus erga ipsum auditorem animus consueta reddatur benignitate placatus. Datum Avinione, VI nonas maii, anno tercio. »

1754 Avignon, 3 mai 1365.

Johannae, reginae Siciliae, magistrum Ludovicum Marchisanum de Salerno, legum doctorem, judicem majorem in Provinciae comitatu, quem in prosecutione dictae reginae negotiorum apud apostolicam Sedem saepe pontifex audivit fideli sollicitudine studiosum, commendat. (Reg. 247, fol. 93 recto. *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 201.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Dilectum filium magistrum —. Datum Avinione, V nonas maii, anno tercio. »

1755 Avignon, 4 mai 1365.

Johannae, reginae Siciliae, ut Mariae de Borbonio, impera-

trici Constantinopolitanae, a Philippo, imperatore, dotem ipsius faciat assignari. (Reg. 247, fol. 93 verso.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Leta mente sepius intellecto quod excellentia tua carissimam in Christo filiam nostram Mariam de Borbonio, imperatricem Constantinopolitanam illustrem, in viduitatis mesticia constitutam, consolationibus caritativis et sororia dilectione prosequeris ac foves favoribus oportunis, nos hoc plurimum habentes accepta, tuam pietatem proinde dignis in Domino laudibus commendamus et continuationem humanitatis hujusmodi suademus. Et quia, prout dicta imperatrix Constantinopolitana nuper nobis significavit [quod] carissimus in Christo filius noster Philippus, imperator Constantinopolitanus illustris, cognatus suus, bona et jura dicte imperatrici pro suo dotalicio debita sibi nondum assignare curavit, eidem imperatori, cui super hiis dudum scripsimus, iterato rescribimus, adiciendo quod hoc velit expedire sic benivole quod non oporteat in hac parte remedium justicie adhibere. Ideoque serenitatem tuam hortamur attente quatinus, pro assignatione bonorum et jurium hujusmodi prefate imperatrici facienda celeriter, oportunis modis et viis, prout ad te spectat, tuum debitum exequaris. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno tercio. »

1756 Avignon, 4 mai 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae pro ecclesia Romana rectori, censuram ecclesiasticam in jurisdictionis temporalis fulcimentum licentiam exercendi concedit. (Reg. 247, fol. 262 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennati in provincia Romandiole pro nobis et Romana ecclesia vicario generali.* Cum tua fraternitas —. Datum Avinione, IIII idus maii, anno tercio. »

1757 Avignon, 6 mai 1365.

Ægidium cardinalem legatum rogat ut Jacobum de Gabrielibus, militem Eugubinum, ejusque filium a carcere liberari faciat, si hoc sine lesione justitiae fieri posse cognoverit, cum Florentini pro dictis captivis apud Sedem apostolicam partes suas interposuerint. (Reg. 247, fol. 94 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Nuper dilecti filii —. Datum Avinione, II nonas maii, anno tercio. »

1758 Avignon, 6 mai 1365.

Gabrieli Adurno, duci Januensium, ut quatuor millia modia frumenti, quae de provincia Patrimonii beati Petri in Tuscia ad curiam Romanam per mare ducuntur, per districtum suum libere transire permittat. (Reg. 247, fol. 94 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gabrieli Adurno, duci Januensium.* Cum nos de —. Datum Avinione, II nonas maii, anno tercio. »

1759 Avignon, 7 mai 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, ut officiales suos inducat ad incolas civitatis Montispessulanae de coetero non molestandos. (Reg. 247, fol. 94 recto. — Original aux Arch. mun. de Montpellier, Arm. E, Cass. V, liasse 5, n° 11. — Germain, *Hist. de la commune de Montpellier*, II, 270, note 3, Extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, salutem etc.* Honorem regium ac tuum paternis zelantes affectibus, causas eidem obviantes honori et scandalisantes regios subditos amoveri cupimus et pro ipsarum amotione libenter nostre sincere persuasionis operam adhibemus. Cum itaque sepe audiverimus relatibus fidedignis quod officiales tui incolas loci Montispessulani, Magalonensis diocesis, in exactionibus et aliis oneribus vexant multipliciter et molestant, nos, qui ad ipsos locum et incolas specialem gerimus dilectionis affectum, cupientes in hac parte per tuam benignitatem debite provideri, nobilitatem tuam affectuose rogamus quatinus eosdem officiales ab hujusmodi vexationibus et exactionibus facias de cetero abstinere, dictosque locum et incolas tanquam devotos et fideles corone regie ac peculiares nostros filios habere velis nostrarum precum intuitu sic favorabiliter commendatos quod ipsi, preces nostras apud tuam profuisse magnificenciam sentientes, in eorum devotione quiescant, nosque proinde tibi regraciari merito teneamur. Datum Avinione, nonis maii, anno tercio. »

1760 Avignon, 8 mai 1365.

Priori et fratribus ord. heremitarum S. Augustini convenientibus in capitulo generali, in conventu Senensi ejusdem ordinis de proximo celebrando, qui sicut et alii religiosi facultatem theologiae Tolosanae in favorem studii Parisiensis postponebant, jubet Tolosae de triennio in triennium magistros in theologia fieri. (Reg. 247, fol. 95 verso. — Denifle et

Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, III, p. 125, n° 1302.)

« *Dilectis filiis .. priori ac fratribus ordinis heremitarum sancti Augustini convenientibus in capitulo generali, in conventu Senensi ejusdem ordinis de proximo celebrando.* In claritate vestri —. Datum Avinione, VIII idus maii, anno tercio. »

1761 Avignon, 9 mai 1365.

Carolo, regi Franciae, Petrum Cambonis, decretorum doctorem, Jacobum Ripariae, consulem, Guillelmum Alamandini et Guillelmum Causici, burgenses Montispessulanos, ejusdem loci ambaxiatores, ad praesentiam regiam accedentes, commendat. (Reg. 247, fol. 96 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri.* Cum dilecti filii —. Datum Avinione, VII idus maii, anno tercio. »

1762 Avignon, 8 mai 1365.

Edwardo, Aquitaniae et Walliae principi, Bertrandum de Guesclin, comitem de Longavilla, ad ejus accedentem praesentiam, commendat. (Reg. 247, fol. 94 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 128, n° LIII.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Querclin, comes de Longavilla, lator presentium, vir strenuus et devotus, negotium Deo et apostolice Sedi ac hominibus bone voluntatis acceptum totique populo Christiano perutile, ut videlicet cum tuo aliorumque principum et magnatum consilio et auxilio impietatis fasciculos, scilicet comitivas detestabiles, nonnullas partes fidelium destruentes, dissolvat et convertat contra perfidos Agarenos magnanimiter promoturus, assumpsit, propter quod ad presentiam tue nobilitatis accedit, ipsum igitur digne honorandum et in tam pio negotio confovendum eidem nobilitati sinceris affectibus commendamus sibique super hiis que de predicto negotio tibi ex parte nostra narraverit velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, VIII idus maii, anno tercio. »

1763 Avignon, 8 mai 1365.

Johanni de Gralleyo, capitali de Buch, militi Burdegalensis dioecesis, scribit de eodem. (Reg. 247, fol. 94 verso. — Prou *Ibid.*)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Gralleyo, capitali de Bug, militi Burdegalensis diocesis.* Dilectus filius nobilis —. Datum ut supra. »

1764 Avignon, 8 mai 1365.

In e. m. Johanni Chandos, vicecomiti Sancti Salvatoris, et Aquitaniae connestabulo. (*Ibid.*, fol. 94 verso.)

1765 Avignon, 8 mai 1365.

Galeatio de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, de remotione obsidionis castri Messerani, spectantis ad ecclesiam Vercellensem, ac de restitutione terrarum ejusdem ecclesiae, necnon de mutuo cujusdam pecuniae quantitatis Andruino cardinali legato pro agendis Romanae ecclesiae noviter ab ipso consenso, ac de oblatione subsidii octingentarum barbutarum pro defensione civitatis Bononiensis mittendarum, tempore quo de adventu Societatem contra civitatem eandem dubitabatur, scribit, ipsum hortans ad Romanae ecclesiae auxilia et favores in casibus opportunis continuanda. (Reg. 247, fol. 95 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Exposita nobis per —. Datum Avinione, VIII idus maii, anno tertio. »

1766 Avignon, 8 mai 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, apostolicae Sedis legato, Bertrandum de Tornamira, domicellum Sancti Flori dioecesis, qui in provinciis Marchiae Anconitanae et Romandiolae, ac Patrimonii beati Petri in Tuscia et Campaniae ecclesiae Romanae servivit fideliter, de solutione magnae pecuniae quantitatis, eidem pro suis stipendiis debitae, commendat. (Reg. 247, fol. 95 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Nuper pro parte —. Datum Avinione, VIII idus maii, anno tercio. »

1767 Avignon, 11 mai 1365.

Eidem cardinali legato, ut vexationi et offensis Guidoni de Gonzaga ac Ludovico et Francisco ejus filiis, militibus Man-

tuanis, illatis et etiam inferendis studeat obviare, ipsosque nobiles habeat commendatos. (Reg. 247, fol. 97 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Devotionem et obsequia —. Datum Avinione, V idus maii, anno tercio. »

1768 Avignon, 11 mai 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato. (*Ibid.*, fol. 97 recto.)

1769 Avignon, 11 mai 1365.

Guidoni de Gonzaga, in civitate Mantuana imperiali vicario, ac Ludovico et Francisco, ejus natis, ut non aegre ferant dilationem solutionis, eis a Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, faciendae, donec ecclesia Romana sit potentior ad praemissa (Reg. 247, fol. 97 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Gonzaga, in civitate Mantuana imperiali vicario, ac Ludovico et Francisco, ejus natis, militibus Mantuanis.* Litteras vestras recepimus —. Datum Avinione, V idus maii, anno tercio. »

1770 Avignon, 11 mai 1365.

Priori Sancti Dionisii Magalonensis et officiali Magalonensi mandat ut, cum Johannes de Vezinis, dominus castri de Archis, clericus, Electensis dioecesis, Antonium Buotafoe, civem Januensem, notorium piratam, ejusque nonnullos complices, qui certos apostolicae camerae nuntios eorum pecuniis et bonis in mari spoliaverunt, et, in carceribus curiae regiae civitatis Narbonensis occasione praedictorum detenti, carcera ipsa evaserunt, dolose in ipso castro de Archis receptaverit ipsosque libertati restituerit, de praemissis plenarie se informans, praefatum Johannem praedictis camerae et mercatoribus satisfacere compellat. (Reg. 247, fol. 261 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. priori Sancti Dionisii, Magalonensis diocesis et .. officiali Magalonensi.* Ad auditum nostrum —. Datum Avinione, V idus maii, anno tercio. »

1771 Avignon, 12 mai 1365.

Gubernatoribus civitatis Senensis, qui de adventu ejus in Italiam desiderium exprimaverunt, gratias agit ipsosque monet se hoc desiderium quam cito poterit impleturum. (Reg. 247, fol. 98 recto.)

« *Dilectis filiis .. duodecim gubernatoribus et administratoribus civitatis Senensis.* In augmentum nostre leticie missarum nobis advenit vestrarum series litterarum, per quas notificare curastis vos, fidedignis intellecto relatibus quod nos intendebamus partes Italie nostra recreare presentia, profusis gaudiis exultare, digneque vos commendamus quod, vestrum devotum desiderium filialibus affectibus exprimentes, ad hoc mancipandum effectui filialibus nos suasionibus invitastis, vos et civitatem Senensem posseque vestrum liberalissime offerendo. Nos igitur, qui vobiscum in tali voto concurrimus, premissa ex sincere devotionis prodire radice evidencius agnoscentes, ea plurimum habemus accepta proindeque vestre liberalitati copiosas gratiarum referimus actiones, rogantes Deum, qui nobis dedit optare quod cupitis, ut sic tempora et loca adhuc indisposita dignetur sua pietate disponere quod vestrum fervens in hac parte desiderium, quod nostris precordiis tenaciter insidet, implere, ut cupitis, ad sui laudem et gloriam et utilitatem universalis ecclesie, valeamus, corda vestra et aliorum filiorum nostrorum de Italie partibus videre cupiencia diem illum optata leticia perfusuri. Datum Avinione, IIII idus maii, anno tercio. »

1772 Avignon, 15 mai 1365.

Ægidio cardinali legato Johannem, episcopum Eugubinum, qui ad gubernandam suam ecclesiam revertitur, ipsamque ecclesiam et dicti episcopi gentes ac familiares commendat. (Reg. 247, fol. 99 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Cum venerabilem fratrem —. Datum Avinione, idus maii, anno tercio. »

1773 Avignon, 15 mai 1365.

Gastoni, comiti Fuxi, ut ecclesiae Lomberiensi, propter guerras in facultatibus suis diminutae, subveniat. (Reg. 247, fol. 99 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gasconi, comiti Fuxi, salutem etc.* Fidedigna relatione percepimus quod, propter guerras quas hactenus habuisti, ecclesia Lomberiensis a gentibus

tuis ac tibi adherentibus dampna quamplurima passa fuit, in tantum quod ejusdem ecclesie servitores, quorum numerus est non modicum diminutus, ex bonis ipsius ecclesie pro eorum vite substentatione oportuna alimenta percipere non valentes, nequeunt, ut solebant, Deo et gloriose Marie Virgini, in cujus honorem prefata ecclesia est fundata, debitum reddere famulatum. Quare nobilitatem tuam, que, ut letanter audivimus, compatiens ecclesiis et monasteriis, que dampna ex guerris receperunt hujusmodi, magnas eis clemosinas elargitur, rogamus attente ac in Domino exhortamur quatinus, ob reverenciam Dei et ejusdem virginis ac tuorum salutis et honoris obtentu, te reddas in subveniendo eidem Lomberiensi ecclesie liberalem. Datum Avinione, idus maii, anno tercio. »

1774 Avignon, 17 mai 1365.

Johanni, comiti Armaniaci, ut excessus, a Bastardo de Armaniaco ejusque complicibus in dioecesi Ruthenensi commissos, castiget, eosque renovari impediat. (Reg. 247, fol. 100 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci, salutem etc.* Ex gravi querela multorum virorum ecclesiasticorum ad nostrum pervenit auditum quod quidam, qui appellatur Bastardus de Armaniaco, cum pluribus suis in hac parte complicibus, quamplures presbiteros, clericos et personas ecclesiasticas Ruthenensis diocesis verberavit ac etiam vulneravit, ab eisdemque et eorum domibus nonulla bona ipsorum rapuit violenter, multa eis alia gravamina et injurias inferendo et majora inferre etiam comminando, in tantum quod quamplures ecclesiarum prefate diocesis rectores, predicti Bastardi terrore perterriti, non audent in ecclesiis suis residenciam facere ac divina celebrare officia, ut tenentur. Nos igitur, predicta que, si vera sint, in gravem cedunt divine majestatis offensam et animarum ipsorum Bastardi et complicum detrimentum et scandalum plurimorum admodum moleste ferentes tenentesque indubie mala hujusmodi, si tibi sint nota, devotioni tue plurimum displicere, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, pro divina et nostra ac apostolice Sedis reverencia, tuique honoris intuitu, et ut clari generis tui fame non derogetur ex operibus predicti Bastardi, ipsum de commissis per eum malis corrigas et castiges ejusque temerarios ausus sic de cetero arceas quod a malis et injuriis hujusmodi desistat omnino et competenter satisfaciat dampna passis. Datum Avinione, XVI kal. junii, anno tercio. »

1775 Avignon, 17 mai 1365.

In e. m. Johanni de Armaniaco, militi, comitis Armaniaci primogenito. (Reg. 247, fol. 100 verso.)

1776 Avignon, 17 mai 1365.

Carolo, regi Franciae, de querela inter Thomam Laurentiac, canonicum ecclesiae de Gerboredo, Belvacensis dioecesis, et Ferricum Cassinelli, in ecclesia Rothomagensi archidiaconum, apud parlamentum regium suscitata scribit ipsumque Thomam commendat. (Reg. 247, fol. 100 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Nuper pro parte dilecti filii Thome Laurencie, canonici ecclesie de Gerboredo, Belvacensis diocesis, nobis fuit expositum quod nos dudum dilecto filio Ferrico Casinelli, archidiacono Volgasini Gallici in ecclesia Rothomagensi, de archidiaconatu Volgassini Gallici in eadem ecclesia tunc certo modo vacante mandavimus per nostras certi tenoris litteras provideri ac volumus quod ipse, quamprimum vigore dictarum litterarum possessionem dicti archidiaconatus foret pacifice assecutus, canonicatum et prebendam ecclesie de Gerboredo, dicte diocesis, quos tunc obtinebat, quosque ex tunc vacare decrevimus, dimittere teneretur et quod deinde nos canonicatum et prebendam predictos, cum eos premisso vel alio quovismodo, preterquam per ipsius Ferrici obitum, vacare contingeret, conferendos eidem Thome cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinenciis suis, donationi apostolice per alias nostras certi tenoris litteras duximus reservandos, certis super hoc executoribus deputatis, prout in nostris litteris super hiis confectis plenius continetur, et quod postmodum dilectus filius abbas monasterii Sancti Luciani prope Belvacum, unus ex executoribus supradictis, asserens sibi constare dictum Ferricum possessionem ejusdem archidiaconatus fore pacifice assecutum et per consequens dictos canonicatum et prebendam juxta reservationem et decretum predicta tunc vacare, ipsos sic vacantes cum plenitudine juris canonici et omnibus juribus et pertinenciis suis auctoritate apostolica eidem Thome contulit et providit etiam de eisdem; sed quod idem Ferricus impedivit et impedire procuravit et fecit quominus predictus Thomas potuerit et possit dictorum canonicatus et prebende possessionem pacificam adipisci, quinimmo ipse in regio parlamento litigiosos maliciose asserens et confingens, illos in manibus clare memorie Johannis, regis Francorum, genitoris tui, resignavit, et eos Bertrando, fratri suo, in ipsorum Ferrici et Bertrandi animarum periculum ac derogationem nostre reservationis

et gratie hujusmodi et predicti Thome non modicum detrimentum, per eundem regem jure regalie conferri procuravit et fecit, impediendo executionem et effectum hujusmodi gratie dicto Thome, ut premictitur, per nos facte. Quare nos desiderantes in predictis, si vera sint, oportunum remedium per tuam serenitatem apponi, eam attente rogamus quatinus, se de predictis informans, si repererit ita esse, dictos Ferricum et Bertrandum a predictis impedimentis facias omnino cessare, eundem Thomam possessionem dictorum canonicatus et prebende libere adipisci ac ipsa pacifice gaudere benignitate regia permittendo. Datum Avinione, XVI kal. junii, anno tercio. »

1777 Avignon, 17 mai 1365.

Johanni, episcopo Belvacensi, ut de negotio praedicto, apud Carolum, regem Franciae, partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 101 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Nuper pro parte —. Datum ut supra. »

1778 Avignon, 17 mai 1365.

Johannem de Comitibus, ducem Pisarum, rogat ut discordiam inter Bernabonem, Lunensem episcopum, et Guillelmum et Galeottum fratres, marchiones Malaspinae, subortam tollat et dictum episcopum ejusque ecclesiam suscipiat commendatos· (Reg. 247, fol. 100 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Comitibus, duci Pisarum.* Jam pluribus diebus —. Datum Avinione, XVI kal. junii, anno tercio. »

1779 Avignon, 17 mai 1365.

Guidoni, archiepiscopo Januensi, ut Bernabonem, episcopum Lunensem, qui absque ejus consilio nullam concordiam cum marchionibus Malaspinae facere intendit, ad ipsam faciendam inducat. (Reg. 247, fol. 100 recto.)

« *Venerabili fratri Guidoni, archiepiscopo Januensi.* Dudum dilectum filium —. Datum Avinione, XVI kal. junii, anno tercio. »

1780 Avignon, 19 mai 1365.

Johanni, episcopo Astensi, ut ab injuriis, subditis Johannae, reginae Siciliae, in comitatu Pedemontium existentibus, inferendis abstineat gentesque suas abstinere faciat. (Reg. 247, fol. 101 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Astensi* —. Etsi tu prout —. Datum Avinione, XIIII kal. junii, anno tercio. »

1781 Avignon, 19 mai 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus, ut incolas marchionatus Salutiarum, quos sub sua protectione recepit, inducat ad hostilitatem, quam terris et subditis Johannae, reginae Siciliae, in partibus Pedemontium, inferre dicuntur, omnino cessandam. (Reg. 261, fol. 101 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Nuper fidedignis relatibus intellecto quod tua nobilitas castra et terras dilecti filii nobilis viri .. marchionis Salutiarum sub sua protectione recepit, nos considerantes quod serenissima principissa Johanna, regina Sicilie illustris, ratione comitatus sui Pedemontium, habet prope marchionatum seu terras marchionis ejusdem nonnulla castra et terras, que a gentibus infra ipsum marchionatum commorantibus sepius molestantur, propter quod est orta turbatio et major oriri timetur in patria prelibata, nos, prefate regine et terrarum ipsius quietem et tranquillitatem plurimum affectantes et maxime ut futuris scandalis provide occuratur, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus incolas et habitatores marchionis predicti, tam presentes quam futuros, informes et moneas ac posse tuo efficias quod ab omni noxia novitate terris et subditis dicte regine inferendis abstinere procurent, quinimmo in casibus oportunis eos ut a talibus molestationibus abstineant cohibeas, sicut nobis desideras complacere. Datum Avinione, XIIII kal. junii, anno tercio. »

1782 Avignon, 20 mai 1365.

Andruino cardinali legato, ut antianis aliisque civitatis Bononiensis, ecclesiae Romanae immediate subjecte, habitatoribus, qui timent ne civitatis ejusdem regimen in alienam manum transferatur, exponat Sedem apostolicam ipsos sub sua gubernatione retinere et quanto benignius poterit pertractare velle. (Reg. 247, fol. 102 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Fidedigna relatio nostro patefecit auditui quod in civitate nostra Bononiensi hiis

diebus quidam rumor insonuit quod nos civitatem ipsam seu ejus regimen in alienam manum transferre perpetuo volebamus, propter quod in dilectis filiis populo civitatis ejusdem quoddam turbativum susurrium est exortum. Nos igitur, de hujusmodi turbatione dolentes sed letantes quod ipsi populus tanquam devotissimi filii Romane ecclesie nolunt a sinu matris evelli, sed in eo devotione recumbere filiali, volumus et tue circumspectioni mandamus quatinus dilectis filiis .. antianis et aliis bonis viris dicte civitatis, de quibus tibi videbitur expedire, ex parte nostra exponas quod dictam civitatem et ejus comitatum, a quibus dependent prosperitas et conservatio status aliarum terrarum dicte ecclesie, semper sub immediata nostra seu legati apostolice Sedis gubernatione intendimus retinere, ipsosque populum, quos in visceribus caritatis habemus, prout tempora patientur, quanto benignius et favorabilius poterimus pertractare, ita quod ipsi a guerrarum turbinibus diversisque gravaminibus et jacturis, quibus hactenus fuerunt oppressi, actore Domino, respirabunt. Datum Avinione, VIII hal. junii, anno tercio. »

1783 Avignon, 23 mai 1365.

Ludovico, regi Hungariae, ut matrimonium inter Elisabeth, neptem suam et Albertum, ducem Austriae, perfici non consentiat. (Reg. 247, fol. 102 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Inter alia que incumbunt nostre cure pastoralis officio, illud noscitur esse precipuum ut, animarum saluti solicitius intendentes, obviare futuris scandalis, ex quibus earundem proveniunt animarum pericula, solerti diligentia studeamus. Dudum siquidem tua serenitas per dilectum filium Johannem de Bredenscheid, legum doctorem, ambaxiatorem tuum, propter hoc ad nostram presentiam destinatum, nobis significare curavit quod per consanguineos et amicos dilecti filii nobilis viri Alberti, ducis Austrie, ac dilecte in Christo filie nobilis mulieris Elizabeth, neptis tue, nate quondam Stephani, fratris tui, quamvis se in tertio et quarto gradibus consanguinitatis contingant, sub spe tamen obtinende dispensationis apostolice Sedis, fuit tractatum quod ipsi Albertus et Elizabeth matrimonialiter jungerentur, et quod ad hoc tue sublimitas assensus et solennis promissio juramento firmata intervenit; propter quod per eundem Johannem nobis humiliter supplicasti quod cum eisdem Alberto et Elizabeth, ut invicem matrimonium licite contrahere valeant, impedimento non obstante predicto, dispensare auctoritate apostolica dignaremur. Verum nos, fidedignorum assertionibus informati quod ex dispensatione predicta et matrimonio secuturo ex ea multa possent scandala obvenire, dictam dispensationem non duximus concedendam notificavimusque tibi quod illam nequaquam intendebamus concedere in futurum. Cum autem nuper per litteras regias, delatas per dilectum filium Symonem, ordinis Fratrum Predicatorum magistrum, nobis pro dicta dispensatione supplicaveris iterato, nos, tuam in hac parte voluntatem fervidam intuentes ac timentes ne, quod absit, ad ipsius matrimonii perfectione[m] procedatur de facto, cum de jure procedi non possit, tuisque honori et saluti in hac parte paterna caritate consulere cupientes, serenitatem eandem, quam optamus ab illicitis abstinere et omnimodo apud Deum et homines gloria prepotiri, affectuose rogamus et hortamur in Domino quatinus, cum, deficiente dispensatione predicta, hujusmodi tuam promissionem, etiam juramento firmatam, servare minime tenearis, et de non servatione hujusmodi sis apud Deum et homines excusatus; quinimmo ex contrario contra tuos honorem et salutem, quos pastorali solicitudine custodire tenemur, certissime faceres, et hii qui contrahunt scienter in gradu prohibito incurrant excommunicationis sententiam a canone promulgatam, et dantes consilium, auxilium vel favorem simili sentencia sint ipso jure ligati, et ut hujusmodi verisimilibus scandalis obvietur, ad faciendum perfici de facto dictum matrimonium inter eosdem Albertum et Elizabeth aliquatenus non procedas, quin immo, sicut christianissimus princeps sacris canonibus devote obtemperans et ea que Deum offendunt attente devitans, quantum in te fuerit, quod non fiat des operam efficacem. Datum Avinione, X kalendas junii, anno tercio. »

1784 Avignon, 23 mai 1365.

Eidem regi de eodem negotio scribit, ipsi inhibens sub excommunicationis poena ne praefatum matrimonium fieri permittat. (Reg. 247, fol. 103 recto.)

« *Eidem, in hunc modum usque* efficacem. Quia vero posset esse in mora periculum et oportuna remedia non sint in tanto negotio differenda, si hujusmodi nostris affectuosis precibus forsan, quod non credimus, annuere recusares, tibi, auctoritate predicta tenore presentium districtius inhibemus ne directe vel indirecte, publice vel occulte, facias vel permittas quod dicta neptis tua, que in tua potestate notorie consistit, matrimonium de facto contrahat cum Alberto juniore prefato.

Alioquin si nostre prohibitioni hujusmodi contempseris obedire, ipso facto sententiam excommunicationis incurras, et regnum tuum subjaceat ecclesiastico interdicto, nosque absolutionem a dicta sentencia et relaxationem ac suspensionem hujusmodi interdicti nobis et nostris successoribus Romanis pontificibus specialiter reservamus. Ceterum licet ad observationem juramenti, si quod pro dicto matrimonio contrahendo forsan prestiteris, cessante dicta dispensatione minime tenearis, nichilominus tamen ad servandam tuam conscienciam, te ad observationem ipsius juramenti, quod vinculum iniquitatis esse non debet, decernimus non teneri. Datum ut supra. »

1785 Avignon, 25 mai 1365.

Gabrieli Adorno, duci Januensium, de questione mota inter mercatorem Anconitanum et civem Januensem, ut in civitate Anconitana, ubi est forum justitiae, terminetur. (Reg. 247, fol. 105 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gabrieli Adorno, duci Januensium.* Exposuit nobis dilectus filius Nicolaus quondam Bartholomei Tuxiglovi, civis et mercator civitatis nostre Anconitane, quod, cum inter eum et dilectum filium Andriolum Fineti de Varagine, burgensem tue terre Peyre, in curia venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, apostolice Sedis legati, de cujus foro seculari idem Nicolaus existit, super certis pecuniis et rebus questio verteretur, ubi, super hiis, de quibus erat inter eos contentio, justicia summarie reddebatur, et per te seu commune tuum esset data fidancia quod, occasione questionis hujusmodi, seu eorum que dictus Andriolus a prefato Nicolao petebat, nulla contra cives dicte nostre civitatis novitas inferretur; tamen, quia, hujusmodi questione pendente, una navis civium dicte nostre civitatis per potestatem prefate terre Peyre in dominio .. imperatoris Grecorum capta extitit, in cujus captione eisdem civibus tria milia quingenti floreni seu ducati fuerunt ablati, et unus civis dicte civitatis, in eadem terra tunc moram trahens, ibidem extitit arretatus et demum ductus ad tuam civitatem Januensem, prefatus Nicolaus [est] coactus ad dictam tuam civitatem accedere et de facto sequi forum actoris, cum de jure fieri debeat e converso. Quare, cum hoc eidem Nicolao nimis reddatur difficile et proinde contra justiciam agravetur, nosque parati simus eidem Andriolo, tuo subdito, facere fieri in dicta civitate Anconitana, ubi est forum, rei justicie complementum, etiam summarie ac de plano, nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus dictum Nicolaum in eadem civitate Januensi vel aliis locis indebitis, propter hujusmodi navis captionem, ablationem supradicte pecunie et arrestationem ejusdem civis capti, in Peyra vel alio modo indebito non permittas ulterius molestari, de ipsorum navis et pecunie restitutione ac civis relaxatione libera taliter providendo quod sit satisfactum justicie et honori tuo etiam consulatur, taliter etiam in futurum provideas quod tui subditi cives Anconitanos vel alios nostros subditos non spolient vel molestent. Datum Avinione, VIII kal. junii, anno tercio. »

1786 Avignon, 25 mai 1365.

Carolo, regi Franciae, Petrum, episcopum Uticensem et homines loci Sancti Ambrosii, dictae diocesis, de mercati eisdem a Johanne, rege Franciae, concessi fruitione commendat. (Reg. 247, fol. 106 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dudum cla. me. Johannes, rex Francie, genitor tuus, nostris precibus inclinatus, venerabili fratri nostro Petro, episcopo Uticensi et ejus successoribus ac ecclesie Uticensi, necnon dilectis filiis hominibus loci Sancti Ambrosii, Uticensis diocesis, spectantis ad eandem ecclesiam Uticensem, concessit de gracia speciali quod apud dictum locum nundine, seu mercatum generale, certis anni temporibus perpetuo possent esse, prout in litteris regiis inde confectis plenius continetur. Cum autem dilecti filii nobiles viri domini et homines loci Alesti, Nemausensis diocesis, dictos episcopum, ecclesiam ac homines ejusdem loci Sancti Ambrosii super hujusmodi gratie possessione, in qua jam esse noscuntur, contra ipsam graciam nitantur multipliciter molestare, litteras et mandata tue celsitudinis impetrando, serenitatem tuam omni qua possumus affectione rogamus quatinus, super hiis eisdem molestatoribus ulterius non prebens auditum, dictis episcopo, ecclesie ac hominibus ejusdem loci Sancti Ambrosii, apud quos olim in minoribus constituti diu permansimus (1) et quos singulari prosequimur caritate, digneris prefatam paternam graciam tuis oportunis litteris communire, quarum vigore ipsi episcopus, ecclesia et homines dicti loci a predictis molestiis liberentur et in sua quieta dicte gracie possessione consistant, nosque, qui hoc negotium habemus cordi, proinde tue regraciari

(1) La bulle suivante, adressée à Jean, évêque de Beauvais, débute par des termes identiques : « *Pro ecclesia Uticensi, cui, dudum in minoribus constituti, multis annis servivimus...* »

magnificencie teneamur. Datum Avinione, VIII kal. junii, anno tercio. »

1787 Avignon, 25 mai 1365.

Johanni, episcopo Belvacensi, de eodem negotio scribit ipsumque hortatur ad partes suas apud Carolum, Franciae regem, interponendas. (Reg. 247, fol. 106 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi.* Pro ecclesia Uticensi —. Datum ut supra. »

1788 Avignon, 25 mai 1365.

Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbytero cardinali, apostolicae Sedis legato, ut consuetudinem que sindicatus nuncupatur, in civitate Bononiensi faciat inviolabiliter servari. (Reg. 247, fol. 265 recto. De curia. — Theiner, *Codex diplomaticus etc.*, II, n. 402.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Sicut corruptela pestifera —. Datum Avinione, VIII kal. junii, .. anno tercio. »

1789 Avignon, 26 mai 1365.

Thomae Wetenhale, militi, senescallo Ruthenensi, Fayditum, episcopum Ruthenensem, commendat, ipsumque rogat ut certam proclamationem, a se contra dicti episcopi jurisdictionem factam, revocet. (Reg. 247, fol. 106 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome Wetenhale, militi, senescallo Ruthenensi.* Cum ad venerabilem —. Datum Avinione, VII kal. junii, anno tercio. »

1790 Avignon, 27 mai 1365.

Johannae, reginae Siciliae, Bertrandum de Lauduno, militem, Uticensis dioecesis, vicarium civitatis Massiliae, commendat, ipsamque rogat ut eidem de alio competenti officio in comitatibus Provinciae et Forcalquerii provideat. (Reg. 247, fol. 107 recto. — *Archivio storico per le provincie Napoletane*, t. XX, p. 203.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Dilectum filium Bertrandum —. Datum Avinione, VI kal. junii, anno tercio. »

1791 Avignon, 28 mai 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus Philipponum de Castillione, domicellum Mediolanensis dioecesis, quem ante assumptionem suam ad officium apostolatus cognovit, commendat. (Reg. 247, fol. 107 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Ad dilectum filium —. Datum Avinione, V kal. junii, anno tercio. »

1792 Avignon, 28 mai 1365.

In e. m. Galeatio de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario. (*Ibid.*, fol. 107 recto.)

1793 Avignon, 28 mai 1365.

Carolo, regi Franciae, ut Guidoni de Levis, domino de Rupe, militi Albiensis dioecesis, causarum primarum appellationum cognitionem in certis Carcassonensis et Tolosanae senescalliarum locis a Philippo, rege Franciae, patri ejus, concessam et ab officiariis suis revocatam, jubeat restitui. (Reg. 247, fol. 107 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Nuper dilectus filius nobilis vir Guido de Levis, dominus de Rupe, miles Albiensis diocesis, nobis exposuit quod dudum Johannes, episcopus Belvacensis, tunc locum tenens cla. me, quondam Philippi, regis Francorum, avi tui, donavit et concessit quondam Phillippo, ipsius Guidonis genitori, et suis heredibus cognitionem causarum primarum appellationum locorum de Senegatio et de Podiobegone senescallie Carcassonensis et de Castronovo Bonofos ac bastidis Montisfortis et de Casteneto, senescallie Tholosane, prout in litteris regiis inde confectis plenius dicitur contineri, et quod deinde per cla. me. quondam Johannem, regem Francorum, tunc ducem Normanie, genitorem tuum, ac locum tenentem ejusdem Philippi in dictis partibus et subsequenter per quondam dictum Philippum regem predicte donatio et concessio ac predicte littere exinde confecte fuerunt notificate et confirmate in regia camera computorum, et quod noviter per serenitatem tuam predicte donatio et concessio alieque quamplures facte per eosdem reges revocate fuerunt, propter quod dictus Guido in executione dicte cognitionis per officiarios regios impeditur. Quare nobis idem Guido humiliter supplicavit ut penes celsitudinem regiam super hoc nostras preces apponere dignaremur. Nos igitur, eundem

militem favore apostolico prosequentes, serenitatem eandem rogamus attente quatinus, devota fidelitatis obsequia per dictos militem et ejus genitorem excellencie regie ac predictis avo et genitori tuis exhibita grata mente recogitans, dictas donationem et concessionem ratifices et confirmes, faciens super hoc eidem Guigoni (*sic*) oportunas litteras exhiberi. Datum Avinione, V kal. junii, anno tercio. »

1794 Avignon, 28 mai 1365.

Aubrico Radulphi de Lingonis, primicerio Virdunensi, receptionem bonorum mobilium et creditorum Guillelmi, quondam archiepiscopi Lugdunensis defuncti (1), apostolicae camerae reservatorum, committit. (Reg. 247, fol. 268 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aubrico Radulphi de Lingonis, primicerio Virdunensi, apostolice Sedis nunciis.* Dudum ex certis —. Datum Avinione, V kal. junii, anno tercio. »

1795 Avignon, 28 mai 1365.

Petro, episcopo Florentino, et Marco de Viterbio, ordinis Fratrum Minorum ministro generali, apostolicae Sedis nuntiis, de unione inter Italicos contra Societates facienda scribit eisque pacta et conventiones, quae praedictam unionem possent impedire, cassandi et annullandi licentiam concedit. (Reg. 247, fol. 265 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Florentino, ac dilecto filio Marco de Viterbio, ordinis Fratrum Minorum ministro generali, apostolice Sedis nuncis.* Quoniam funiculus multiplex —. Datum Avinione, V kal. junii, anno tercio. »

1796 Avignon, 28 mai 1365.

Eisdem ut, una cum episcopo Civitatis Castello, communicato consilio Ægidii et Andruini legatorum, praedicta negotia prosequantur. (Reg. 247, fol. 266 recto. De curia.)

« *Eisdem.* Quia malignarum comitivarum —. Datum Avinione, V kal. junii, anno tercio. »

(1) Guillaume de Thurey, évêque d'Autun, appelé au siège archiépiscopal de Lyon par bulle d'Innocent VI du 25 août 1358, mourut le 12 mai 1365 (Eubel, *Hierarchia catholica*, I, 330).

1797 Avignon, 31 mai 1365.

Rogerio de Pinibus, magistro hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, ut Raymundo de Orto, quondam Petri Planterii defuncti nepoti, de aliqua praeceptoria provideat. (Reg. 247, fol. 107 verso.)

« *Dilecto filio Rogerio de Pinibus, magistro hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.* Sicut potest tua —. Datum Avinione, II kal. junii, anno tercio. »

1798 Avignon, 2 juin 1365.

Ludovicum, regem Hungariae, hortatur ut Elisabeth, neptem suam, Philippo, duci Burgundiae, Caroli, regis Franciae, fratri, in uxorem tradat. (Reg. 247, fol. 108 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Serenitatem regiam gerentes in visceribus caritatis, illa libenti animo jugiter cogitamus et implere cupimus que cedere valeant ad regii culminis honoris augmentum ac consolationis perpetue firmitatem. Sane in apostolice considerationis aciem deducentes quod tu habes dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Elizabeth, neptem tuam, natam quondam Stephani, fratris tui, in etate proxima nuptui, ut dicitur, constitutam, de cujus jam maritatione tractatur, ac attendentes dilectum filium Philippum de Francia, ducem Burgundie, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratrem, illustrissimum genere, etate floridum ac consanguinitate precelsorum, principum circumspectum, diviciis et potencia gloriosum, prudencia preditum, strenuitate, prout adolescens sua etas patitur, jam famosum sicque moribus ornatum regalibus quod cunctis se gratiosum et amabilem prebet, per que verisimili conjectura presumimus quod tu eum, de tua clarissima prosapia genitum, habebis reverentissimum et dilectissimum filium ac extimandum fore tantam convenienciam datam esse divinitus decereque admodum ac etiam expedire quod elongata jam consanguinitas mutua per affinitatis copulam ad utriusque regnorum videlicet Francie et Ungarie ingentem leticiam renovetur, ac putantes ex hiis et aliis causis eorumdem Philippi et Elizabeth connubium Deo et bone voluntatis hominibus placiturum ac esse futurum ad honorem et gloriam stabilitatemque tui solii regnique tui et totius christianitatis commodum et leticiam generalem ac per dictam tuam neptem non posse modernis temporibus congruentius et honorabilius matrimonium celebrari, celsitudini tue paterno consilio suademus

eamque affectuose rogamus quatinus prefatam neptem tuam memorato Philippo velis tradere in uxorem, exinde, prout speramus in Deo, perpetuam leticiam habiturus. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno tercio. »

1799 Avignon, 2 juin 1365.

Elizabeth, reginae Ungariae, ut dicto matrimonio contrahendo consensum suum praebeat. (Reg. 247, fol. 108 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Elizabeth, regine Ungarie illustri.* Serenitatem tuam gerentes —. Datum ut supra. »

1800 Avignon, 2 juin 1365.

Willelmo, episcopo Quinqueecclesiensi, scribit de eodem, ut pro dicto matrimonio contrahendo interponat apud regem et reginam Hungariae partes suas. (Reg. 247, fol. 108 verso.)

« *Venerabili fratri Wilhelmo, episcopo Quinqueecclesiensi.* Pro matrimonio inter —. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno tercio. »

1801 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Ladislao Wesprimiensi, Johanni Vachiensi, Dominico Cenadiensi et Stephano Zagrabiensi episcopis (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1802 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Stephano Stringoniensi, et Thomae Colocensi archiepiscopis. (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1803 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Nicolao Kront, palatino regni Hungariae « sed ubi dicitur *fraternitatem*, dicatur *nobilitatem*. » (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1804 Avignon, 2 juin 1365.

Simili modo Dyonisio Vayvade, Transilvano regni Hungariae (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1805 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Nicolao Nicolai, magistro Janitorum curiae regni Hungariae (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1806 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Stephano Bebek, comiti curiae regni Hungariae. (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1807 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Johanni, magistro Tavernicorum regni Hungariae. (Reg. 247, fol. 108 verso.)

1808 Avignon, 2 juin 1365.

In e. m. Nicolao dicto Sech, Dalmatiae et Croatiae bano. (*Ibid.*, fol. 109 recto.)

1809 Avignon, 2 juin 1365.

Johanni, duci Britanniae, ut ab episcopo, clero et populo civitatis Macloviensis hommagium fidelitatisque juramentum de coetero desistat exigere (1). (Reg. 247, fol. 109 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britanie, salutem, etc.* Ad nostrum auditum perduxit relatio fidedigna quod, quamvis dilecti filii clerus et populus omnesque habitatores civitatis Macloviensis episcopo Macloviensi, qui est pro tempore, in spiritualibus et temporalibus sint immediate subjecti ac a qualibet jurisdictione et superioritate ducis Britanie, qui est pro tempore, et cujuslibet alterius domini temporalis sint liberi et exempti ipseque episcopus civitatem eandem a nullo alio quam Romano pontifice recognoscat et in possessione hujusmodi libertatis et exemptionis venerabilis frater noster .. episcopus Macloviensis, qui nunc est; suique predecessores episcopi Maclovienses, qui fuerunt pro tempore, ac dicti clerus et populus tam longis temporibus extiterint quam de contrario memoria hominum non existit, tua tamen nobilitas, hec simulans ignorare, ab eisdem episcopo et clero ac populo nititur homagium et fidelitatis exigere juramentum, eisdem episcopo, clero et populo, si hec non fecerint, minas eos offendendi gravissime inferendo, in offensam Dei ac grande libertatis ecclesie, prout ex hoc tangitur, necnon Romane et Macloviensis ecclesiarum prejudicium tueque

(1) V. au sujet de cette affaire l'accord conclu à Dinan, le 20 juin 1365, entre Jean IV, duc de Bretagne, d'une part, et Guillaume, évêque, les doyen et chapitre de l'église de Saint-Malo, d'autre part. (D. Lobineau, *Hist. de Bretagne*, t. II, col. 521-523.) La bulle du 2 juin, dans laquelle le pape prend ouvertement parti pour l'évêque et les habitants de Saint-Malo, ne donne sur cette affaire que des renseignements incomplets.

anime detrimentum. Quare cum nobilitatem tuam deceat ab offensis Dei et ecclesie tanto potius abstinere quanto ab ipso, a quo dependet omnis victoria, in tuis progressibus majorem graciam recepisti, te paterne rogamus et hortamur attente quatinus, servans in hac parte humiliter et devote ea que tui predecessores duces Britanie servaverunt, a petitione predictorum homagii et fidelitatis ac minis hujusmodi, pro reverencia Dei et apostolice Sedis et nostra, de cetero desistas omnino, quinimmo eosdem episcopum, clerum et populum habere velis pro dicta reverencia oportunis favoribus commendatos. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno tercio. »

1810 Avignon, 3 juin 1365.

Andruino cardinali legato, ut vicariatum civitatis Imolensis Bertrando et Azzoni, fratribus de Alidosiis, restituere et castrum Consilicis, cum ejus arce, in manus Petrocini, archiepiscopi Ravennatensis, in provincia Romandiolae vicarii, ponere diutius non differat. (Reg. 247, fol. 109 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Circa principium mensis aprilis proxime preteriti, per apostolica scripta tue circumspectioni precipiendo mandavimus quod, cum tunc super restitutione vicariatus civitatis Imolensis dilectis filiis nobilibus viris Bertrando et Azzoni, fratribus de Alidosiis, militibus Imolensibus, in civitate Imolensi pro ecclesia Romana vicariis, cum tuo ac venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, apostolice Sedis legati, facienda consilio, venerabili fratri nostro Aymerico, episcopo Bononiensi, in terris Romane ecclesie, in partibus Italie consistentibus, thesaurario, et dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum ad eandem ecclesiam in dictis partibus spectantium pro nobis et dicta ecclesia receptori generalibus, certam fecissemus commissionem, prout in nostris inde confectis litteris, quarum copiam tibi misimus, plenius continebatur, dictam restitutionem, cum a prefatis commissariis pro dicto consilio requisitus existeres, indilate faceres expediri. Cum autem, prout audivimus, dicta restitutio nimium differatur, propter quod, ipsa in suspenso manente, turbationes et dissensiones civium Imolensium et aliorum de illis partibus sunt exorte et oriri periculosius probabiliter formidantur, nos dilationem ipsam, propter grande quod exinde potest verisimiliter provenire periculum, et querelas et susurria, que hinc inde propter hoc ad nostram audienciam, non absque multo nostro tedio, sepius perferuntur, merito habentes molesta, volumus et districtius tibi injungimus quod, de hujusmodi tuo consilio, si illud forsitan non dedisti, ut omne cesset in hac parte periculum et status dicte civitatis ad pristinam quietem reducatur celeriter, et nos hujusmodi melenconias non sentiamus ulterius, te non differas expedire, ac operam efficacem impendas quod status dicte civitatis, que quoad turbatas mentes dictorum civium fluctuare dicitur, ponatur celeriter et firmiter in tranquillo, similem operam impensurus quod castrum Consilicis cum ejus arce, Imolensis diocesis, ponatur in manus venerabilis fratris nostri Petrocini, archiepiscopi Ravennatensis, in provincia Romandiole pro nobis et ecclesia predicta vicarii generalis. Datum Avinione, III nonas junii, anno tercio. »

1811 Avignon, 3 juin 1365.

Aymerico, episcopo Bononiensi, in terris Romanae ecclesiae in partibus Italiae consistentibus thesaurario et Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum ad eamdem ecclesiam in dictis partibus spectantium receptori generalibus, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 110 recto.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, in terris Romane ecclesie in partibus Italie consistentibus thesaurario et dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum ad eandem ecclesiam in dictis partibus spectantium receptori generalibus.* Dudum videlicet II —. Datum Avinione, III nonas junii, anno tercio. »

1812 Avignon, 3 juin 1365.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiolae pro ecclesia Romana vicario generali, ut Lito, episcopo Imolensi, seu ejus gentibus, castrum Consilicis, dictae diocesis, quod ad manus suas nomine Romanae ecclesiae receperat, restitui faciat sine mora. (Reg 247, fol. 110 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennati, in provincia Romandiole pro nobis et ecclesia Romana vicario generali.* Dudum per alias —. Datum Avinione, III nonas junii, anno tercio. »

1813 Avignon, 3 juin 1365.

Danieli de Carreto, praeceptori domus Niciae, hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provinciae Romandiolae pro

ecclesia Romana rectori, scribit de eodem. (Reg. 247, fol. 111 recto.)

« *Dilecto filio Danieli de Carreto, preceptori domus Nicie hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, provincie Romandiole pro nobis et ecclesia Romana rectori.* Ad nostrum pervenit —. Dat. ut supra. »

1814 Avignon, 3 juin 1365.

Guichardum, episcopum Sedunensem, hortatur ad Guillelmum de Leuca, physicum, canonicum Sedunensem, quem in carceribus suis detinet, Stephano Galopini, canonico Lausannensi, libere assignandum, ut, de causis propter quas dictus Guillelmus incarceratus est, fiat in Romana curia justitiae complementum. (Reg. 247, fol. 111 recto.)

« *Venerabili fratri Guischardo, episcopo Sedunensi.* Fidedigna relatio ad —. Dat. Avinione, III nonas junii, anno tercio. »

1815 Avignon, 5 juin 1365.

Cum inter Antonium de Turre, militem, dominum Castellionis in Valesio, Sedunensis dioecesis, ex una parte, et Jacobum Tanelli, Guichardi, Sedunensis episcopi, nepotem, ex altera, ratione cujusdam hommagii quod idem Antonius a dicto Jacobo asserebat sibi deberi, gravis querela sit exorta, praefato episcopo mandat pontifex ut Antonio de Turre occasione praemissorum nullam de coetero inferat novitatem, ipsumque hortatur ad Bisuntinum archiepiscopum de dicto negotio judicem eligendum, ut omnis guerrae materia cesset. (Reg. 247, fol. 112 recto.)

« *Venerabili fratri Guichardo, episcopo Sedunensi.* Gravem querelam dilecti —. Datum Avinione, nonis junii, anno tercio. »

1816 Avignon, 5 juin 1365.

Littera de securo conductu pro Stephano Galopini, canonico Lausannensi, capellano suo, quem ad civitatem et dioecesim Sedunensem, ad recipiendum Guillelmum de Leuca, physicum, canonicum Sedunensem, eumque ad Romanam curiam conducendum destinat. (Reg. 247, fol. 269 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. patriarchis etc., capitulis quoque et conventibus .. etc., necnon nobilibus viris ducibus etc.* Cum dilectum filium —. Datum Avinione, nonis junii, anno tercio. »

1817 Avignon, 6 juin 1365.

Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ut, cessante persecutione Societatum quae terras Romanae ecclesiae impugnant, Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, summam duodecim millium florenorum auri solvere non differat. (Reg. 247, fol. 113 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, proventuum Romane ecclesie in partibus Italie debitorum receptori generali.* Quia dilectus filius —. Datum Avinione, VIII idus junii, anno tercio. »

1818 Avignon, 6 juin 1365.

Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, de eodem scribit, ut dilationem dictae solutionis supportare velit. (Reg. 247, fol. 113 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* Ea que nobis —. Datum Avinione, VIII idus junii, anno tercio. »

1819 Avignon, 6 juin 1365.

Cum societas Anichini de Bongardo in Lombardiam ventura sit ad colligatos Romanae ecclesiae pugnandos, Ægidio, cardinali legato mandat ut det omnem operam quam poterit ut societas Anglicorum eisdem colligatis succurrat et serviat. (Reg. 247, fol. 113 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Quia intelleximus pluries —. Dat. Avinione, VIII idus junii, anno tercio. »

1820 Avignon, 6 juin 1365.

In e. m. Andruino, tituli Sancti Marcelli praesbitero cardinali, apostolicae Sedis legato, « sed loco *fraternitas* dicatur *circunspectio.* » (*Ibid.*, fol. 113 verso.)

1821 Avignon, 6 juin 1365.

Edwardo, regi Angliae, ut censum in quo ecclesiae Romanae tenetur solvere amplius non differat. (Reg. 247, fol. 112 verso. — Rainaldi; *Annales Ecclesiastici*, VII, 116.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illus-*

tri. Si discretionem eximiam et benignam patienciam sancte Romane ecclesie, matris tue, quas retroactis temporibus, dum implicatus propter bella que gerebas expensarum oneribus gravabaris, erga tuam celsitudinem supportatione materne pietatis adhibuit, te in solutione census mille marcharum sterlingorum, in quo pro tuis regnis Anglie et Hibernie ipsi teneris ecclesie, quamquam ipsa foret in indigencia constituta multiplici, expectando, in libra regie considerationis appendas; nos, et fratres nostri ejusdem ecclesie cardinales, certa reddimur opinione securi quod tu, sicut princeps prudens, justus et gratus atque magnificus, liberalitatem ipsius ecclesie prudenter agnosces, et debita gratitudine recognosces. Nosti siquidem, fili carissime, quod censum husjusmodi ab anno nativitatis dominice millesimo trecentesimo trigesimo tercio, die septima mensis julii citra, prefate ecclesie non solvisti, et quod ipsa ecclesia, sentiens tuam magnitudinem in actibus bellicis involutam, cessationem solutionis ejusdem census cum multa patiencia supportavit, expectans tempus quo ipsum posses commode solvere ut teneris. Et quia tempus tue tranquillitatis ac prosperitatis advenit, quo per Dei gratiam regnas feliciter et habes habundanciam facultatum, celsitudinem tuam requirimus et rogamus attente quatinus ea, in quibus pro dicto censu ecclesie prefate teneris, velis benigne solvere, prout serenitatem tuam decet, solutionem continuaturus hujusmodi temporibus successuris, quibus auctor pacis et largitor felicitatis optatam quietem et prosperitatis augmentum regie dignetur celsitudini elargiri. Super quo et nonnullis urgentibus et magnis necessitatibus, quibus ecclesia predicta presentialiter premitur, eidem serenitati vive vocis oraculo latius exponendis, dilectum filium Johannem, abbatem monasterii Sancti Bavonis Gandensis, ordinis sancti Benedicti, Tornacensis diocesis, apostolice Sedis nuncium, latorem presentium, ad tuam presentiam destinamus, cui super hiis velis fidem credulam adhibere. Datum Avinione, VIII idus junii, anno tercio. »

1822 Avignon, 9 juin 1365.

Carolo, Francorum regi, de suis Carolique, Romanorum imperatoris, propositis, expeditionem comitivarum contra Turchos illarumque transitum per regna Alamanniae et Hungariae tangentibus, scribit, ei notificans seipsos Arnulphum, dominum de Audrehem, marescallum Franciae, apud regem Hungariae, ad obtinendum ejus in hac parte consensum, de proximo destinaturos; dictum etiam Carolum hortatur ut de praefata expeditione cum comitivis existentibus in Francia studeat concordare. (Reg. 247, fol. 114 recto. — Rainaldi, *Annales Ecclesiastici*, VII, 110.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francorum illustri, salutem etc.* Sicut novit regia celsitudo, carissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, ut christianissimus princeps, nuper ad apostolicam Sedem accedens, nobis sui sancti propositi quod habet ad pacem et tranquillitatem tocius populi christiani et specialiter regni tui et ad depressionem infidelium exaltationemque catholice fidei et recuperationem etiam Terre Sancte et alias ad bonum publicum archana detexit nosque, cum ipso super hiis votis ardentibus concurrentes et pluries conferentes, communi voluntate decrevimus ut, ad pravarum comitivarum devastancium dictum regnum et nonnullas alias partes ejusdem christiani populi totalem exterminationem, de toto dicto populo prius efficaciter intendatur, ita quod volu[n]tarii pergant vel inviti cogantur ad partes Turchorum vel aliorum infidelium proficisci; prefatusque imperator, credens indubie quod carissimus in Christo filius noster Ludovicus, rex Ungarie illustris, per suum regnum gentibus dictarum comitivarum transitum tutum dabit, offert easdem gentes a terminis tui regni usque ad ingressum dicti regni Ungarie propriis expensis, quantum ad victualia pro hominibus dumtaxat, ita quod ipse gentes de earum animalibus sibi providere habeant, conducturum, sic tamen quod gentes ipsas ad suum conductum non recipiet, donec de voluntate prefati regis Ungarie habeatur certitudo plenaria et fidancia oportuna; pro quibus habendis nos et imperator prefatus dilectum filium nobilem virum Arnulfum, dominum de Audenham, marescallum tuum, ad jamdictum regem Ungarie, pro habendo ejus in hac parte consensu ac fidancia dictis gentibus tribuenda, providimus de proximo destinandum. Si vero idem rex Ungarie in transitu dictarum gentium per idem suum regnum minime consentiret, ordinavimus nos et imperator prefatus quod gentes ipse per mare ad partes ultramarinas Orientis per Venetorum et aliorum de partibus Italie navigia, quod tamen erit tardius et difficilius, conducantur et pro expensis conductionis hujusmodi imperator jamdictus magnifice offert medietatem omnium proventuum sui regni Boemie, obventurorum tribus annis proxime secuturis. Quare premissa tue serenitati duximus intimanda ut interim sic te cum ipsis gentibus in tuo regno existentibus studeas concordare ipsosque ad recessum disponere, quod, redeunte marescallo prefato, gentes ipse versus Alamaniam, si dictus rex Ungarie ad hoc consenserit, alioquin versus

Italiam arripiant iter suum. Datum Avinione, V idus junii, anno tercio. »

1823 Avignon, 9 juin 1365.

Johannae, reginae Siciliae, de colligatione contra Societates, una cum Carolo, Romanorum imperatore, et universitatibus civitatum Italiae, quarum nuntii apud Bononiam in congressu associandi sunt, facienda. (Reg. 247, fol. 114 verso.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri, spiritum consilii sanioris.* Sicut jam venit —. Dat. Avinione, V idus junii, anno tercio. »

1824 Avignon, 9 juin 1365.

Archiepiscopo Ravennatensi, nobilibus de Carraria, marchionibus Estensibus, de la Scala et de Gonzaga super eodem. (*Ibid.*, fol. 115 recto.)

1825 Avignon, 9 juin 1365.

Venetiarum et Januensi ducibus, populo Romano et universitatibus civitatum Perusinae, Senensis, Florentinae, Pisanae, Aretinae et Cortonensis, de eodem. (*Ibid.*, fol. 115 recto.)

1826 Avignon, 10 juin 1365.

Andruino cardinali legato, ut de colligatione contra comitivas facienda nobiles et alios, de quibus viderit expedire, convocare non differat. (Reg. 247, fol. 115 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato.* Carissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator semper augustus, ac Boemie rex, velut princeps christianissimus, nuper ad Sedem apostolicam accedens, nobis sui sancti propositi quod habet ad pacem et tranquillitatem totius populi christiani et ad depressionem infidelium, exaltationemque catholice fidei archana detexit, nosque, cum ipso super hiis votis ardentibus concurrentes, et pluries conferentes, communi voluntate decrevimus ut ad pravarum comitivarum, devastancium nonnullas partes ecclesie et imperii Romani, totalem exterminationem prius efficaciter intendatur; ita quod voluntarii pergant vel inviti cogantur ad partes Turchorum vel aliorum infidelium proficisci, et ad hoc nos et prefatus imperator mutuam fecimus unionem. Quare volumus et mandamus tibi quatinus venerabilem fratrem nostrum Egidium, episcopum Sabinensem, apostolice Sedis legatum, ac excellentem principissam Johannam, reginam Sicilie illustrem, et dilectos filios populum Romanum, necnon singulos magnates et gubernatores, ac communia civitatum partium Italie, de quibus tue circumspectioni videbitur, statim ad hujusmodi colloquium, ad propriorem diem que ad hoc competenter statui poterit, studeas convocare, et illos, qui ad hoc per se vel suos ambaxiatores convenient, ex parte nostra et dicti imperatoris, qui super hoc tibi scribit, ad faciendam colligationem predictam ac providendum celeriter et efficaciter in predictis studeas exhortari; tuque, pro parte civitatem Bononiensem et ejus comitatum contingente, offeras quod rationabile fuerit, promittas et tribuas cum effectu, nobis quid super hiis deliberatum et per quoslibet qui ad hoc convenient oblatum fuerint rescripturus. Datum Avinione, IIII idus junii, anno tercio. »

1827 Avignon, 12 juin 1365.

Faydito, episcopo Ruthenensi, ut quoscumque delinquentes, in civitate et dioecesi Ruthenensi confugientes, capi faciat indilate. (Reg. 247, fol. 117 recto)

« *Venerabili fratri Faydico, episcopo Ruthenensi.* Cupientes ut malorum —. Dat. Avinione, II idus junii, anno tercio. »

1828 Avignon, 12 juin 1365.

Edwardo, principi Aquitaniae, ut Galtero de Roffinhaco, domicello, Sarlatensis dioecesis, in partibus Alverniae nunc existenti, quaedam bona, in principatu Aquitaniae sita et ad manum suam posita, gratiose faciat restitui. (Reg. 247, fol. 117 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, principi Aquitanie, salutem etc.* Ad dilectum filium nobilem virum Galterum de Roffinhaco, domicellum, Sarlatensis diocesis, gerentes dilectionis affectum, pro ipso libenter tue nobilitati dirigimus preces nostras. Cum itaque, sicut audivimus, dudum dicto Galtero in partibus Alvernie de nostro mandato pro bono publico, videlicet ad tractandum quod gentes cujusdam societatis, tunc illam patriam destruentes, inde recederent, existente, quedam bona, in tuo principatu Aquitanie consistencia, tibi dudum per carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, genitorem tuum, propter grata servicia, sibi per eundem Galterum exhibita, regia liberalitate donata, ad manum tuam fuerint

posita et adhuc etiam teneantur, nobilitatem eandem rogamus attente quatinus, ejusdem Galterii obsequia hujusmodi benigna et grata mente considerans, facias ipsi Galtero bona ipsa gratiose restitui ac ipsum suscipias propensius commendatum. Dat. Avinione, II idus junii, anno tercio. »

1829 Avignon, 13 juin 1365.

Johanni de Harewello, archidiacono Wigorniensi, cancellario Aquitaniae, ut pro Galtero de Roffinhaco, domicello Sarlatensis dioecesis, apud Edwardum, Aquitaniae principem, partes suas interponat. (Reg. 247, fol. 118 recto.)

« *Dilecto filio Johanni de Harewello, archidiacono Wigorniensi, cancellario Aquitanie.* Pro dilecto filio —. Datum Avinione, idus junii, anno tercio. »

1830 Avignon, 13 juin 1365.

Guidoni, archiepiscopo Januensi, ut contra marchiones Malaspinae, qui castra ecclesiae Lunensis dimittere nolunt, procedat. (Reg. 247, fol. 117 verso.)

« *Venerabili fratri Guidoni, archiepiscopo Januensi.* Ad nostrum pervenit auditum quod nobiles viri Guillelmus et Galeoctus, marchiones Malaspine, fratres, nolunt cum venerabili fratre nostro Bernabone, episcopo Lunensi, cum quo habent diversas discordias, aliter concordare nisi castra ecclesie Lunensis, que detinent occupata, eis sub vicariatus vel alio titulo remaneant, data eidem episcopo annuatim certa pecunie quantitate. Nos igitur, talem concordiam non habentes acceptam, volumus et tue fraternitati precipiendo mandamus quatinus contra ipsos marchiones, juxta potestatem tibi per apostolicas litteras traditam, procedas, prout fuerit rationis. Datum Avinione, idus junii, anno tercio. »

1831 Avignon, 13 juin 1365.

Archiepiscopo Pisano, ut processus et sententias Guidonis, archiepiscopi Januensis, judicis et executoris in hac parte a Sede apostolica deputati, contra dictos marchiones factos et latas, effectualiter exequatur. (Reg. 247, fol. 118 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Pisano.* Ad nostrum pervenit —. Datum ut supra. »

1832 Avignon, 13 juin 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi vicario imperiali, ut dictis marchionibus in detentione dictorum castrorum nullum praebeat auxilium. (Reg. 247, fol. 118 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi.* Ad nostrum pervenit —. Dat. ut supra. »

1833 Avignon, 13 juin 1365.

Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro Romana ecclesia vicario, de receptione Bechini de Marano, militis, nuntii ipsius et responsione oraculo vivae vocis ei facta. (Reg. 247, fol. 118 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et ecclesia Romana vicario.* Dilectus filius nobilis —. Datum Avinione, idus junii, anno tercio. »

1834 Avignon, 13 juin 1365.

In c. m. Guidoni de Polenta, militi, in civitate Ravennat[ensi] pro ecclesia Romana vicario. (Reg. 247, fol. 118 recto.)

1835 Avignon, 14 juin 1365.

Carolo, regi Franciae, Arnaldum, dominum de Rocafolio, militem Nemausensis dioecesis, de cujusdam causae, in parlamento regio pendentis, expeditione commendat. (Reg. 247, fol. 118 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Arnaldus, dominus de Rocafolio, miles Nemausensis diocesis, in curia regia habeat, prout asserit, quamdam causam, que, ut dicit, licet sit expedibilis, tamen nimis longo tempore, non absque gravi suo dispendio, extitit protelata, nos, ad ipsum militem gerentes sincere devotionis affectum ac cupientes eum ab hujusmodi dispendio ac oneribus et expensis cause predicte per expeditam ministrationem justicie relevari, serenitatem tuam rogamus attente quatinus velis precipere hujusmodi causam, quantum patietur justicia, celeriter expedire, eundem militem habendo in sua justicia commen-

datum. Datum Avinione, XVIII kal. junii, anno tercio (1). »

1836 Avignon, 14 juin 1365.

Symoni de Bussiaco, militi, praesidenti in curia parlamenti Franciae, de eodem scribit. (Reg. 247, fol. 118 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Symoni de Bussiaco, militi, presidenti in curia parlamenti Francie.* Cum dilectus filius —. Dat. ut supra. »

1837 Avignon, 14 juin 1365.

In e. m. Johanni, episcopo Belvacensi, « sed ubi dicitur *nobilitatem* dicatur *fraternitatem*. » (*Ibid.*, fol. 118 verso.)

1838 Avignon, 16 juin 1365..

Edwardo, Aquitaniae principi, Arnaldum, archiepiscopum Auxitanum, camerarium suum, Auxitanamque ecclesiam commendat, ut locum de Socio, dictae dioecesis, ad dictam ecclesiam spectantem, ipsiusque loci incolas, quos archiepiscopus praedictus, summi pontificis insistens obsequiis, per se ipsum dirigere nequit, opprimi vel gravari non permittat. (Reg. 247, fol. 118 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, principi Aquitanie.* Venerabilem fratrem Arnaldum —. Datum Avinione, XVI kal. julii, anno tercio. »

1839 Avignon, 17 juin 1365.

Claromontensi et Sancti Flori episcopis inhibet ne illis, qui Johannem de Villamuro, militem Montisalbanae dioecesis, detinent carceratum, absolutionis beneficium impendant, donec idem miles ab ipsis fuerit relaxatus. (Reg. 247, fol. 119 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. Claromontensi et Sancti Flori episcopis, salutem etc.* Licet per alias nostras litteras vobis duxerimus committendum quod gentes comitivarum existencium in regno Francie, que, ut dicitur, inde volunt recedere et ad partes infidelium proficisci, a sentenciis, quas protulimus et proferri fecimus in eosdem et quas ipsos incurrisse declaravimus, sub certis juramentis et condicionibus absolvatis, tamen volumus et mandamus quod illis, qui dilectum filium nobilem virum Johannem de Villamuro, militem Montisalbanae diocesis, detinent carceratum, absolutionis beneficium nullatenus impendatis, donec idem miles non per excessivam, sed per congruam redemptionem pecuniariam, si sine ea relaxari non possit, fuerit relaxatus; alioquin aliter absolvendi eosdem detentores dicti militis vobis tenore presentium adimimus potestatem. Datum Avinione, XV kal. julii, anno tercio. »

1840 Avignon, 17 juin 1365.

Michaeli, episcopo Cenomannensi, gentes comitivarum quae regnum Franciae perturbant, a sententia excommunicationis, contra eas lata, sub certis modo, forma et conditionibus absolvendi facultatem concedit. (Reg. 247, fol. 283 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Michaeli, episcopo Cenomannensi.* Patris misericordiarum qui —. Datum Avinione, XV kal. julii, anno tercio. »

1841 Avignon, 17 juin 1365.

In e. m. Claromontensi et Sancti Flori episcopis « mutuo numero singulari in pluralem. » (Reg. 247, fol. 283 recto. De curia.)

1842 Avignon, 17 juin 1365.

In e. m. Heliae Raymundi, ordinis Fratrum Praedicatorum, poenitentiario suo « mutuo plurali numero in singularem et ubi dicitur *fraternitatis* dicatur *discretionis*. » (Reg. 247, fol. 283 recto. De curia.)

1843 Avignon, 18 juin 1365.

Andruino cardinali legato, ut sociales Italiae ad proficiscendum contra Turchos per regnum Hungariae vel per mare inducat. (Reg. 247, fol. 116 recto. — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis*, II, p. 428.)

« *Eidem.* [*Dilecto filio Andruino, tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice Sedis legato*]. Per alias

(1) La lettre du pape fait sans doute allusion au procès qui se déroulait alors devant le Parlement de Paris entre Arnaud de Roquefeuille et le vicomte de Narbonne. Il s'agissait de la succession de Jean de Narbonne, chevalier, et de Catherine de Roquefeuille, fille dudit Arnaud, morts en laissant deux fils en bas-âge. Un arrêt du Parlement du 6 septembre 1365 termina le procès. On en trouvera le détail aux Arch. Nat. dans le Reg. X^{1a} 20, fol. 164ro. Le nom de Simon de Buci, auquel le pape écrivit sur le même sujet, figure au bas de l'arrêt.

litteras tue circumspectioni scribimus quod nos et carissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator semper augustus, adversus detestabiles comitivas, destruentes terras ecclesie et imperii Romanorum fecimus unionem et quod tu omnes dominantes in Italia ad uniendum se contra comitivas easdem pro nostra et imperatoris prefati parte requirere non postponas. Ut autem intentionem imperatoris ejusdem tam de comitivis, que sunt in regno Francie, quam in Italia tua prudentia non ignoret, reseramus quod imperator ipse nepotibus suis de Francia, videlicet carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, et fratribus ejus, per hujusmodi comitivas molestatis nimium, sicut nosti, compatiens ac sperans quod carissimus in Christo filius noster Ludovicus, rex Ungarie illustris, per suum regnum gentibus dictarum comitivarum transitum tutum dabit, offert easdem gentes a terminis predicti regni Francie usque ad ingressum dicti regni Ungarie propriis expensis, quantum ad victualia pro hominibus dumtaxat, ita quod ipse gentes de eorum animalibus sibi providere habeant, conducturum, sic tamen quod gentes ipsas ad suum conductum non recipiet, donec de voluntate prefati regis Ungarie habeantur certitudo plenaria et fidancia oportuna, pro quibus habendis transmittitur de presenti, et prefatus rex Francie dicitur esse in tractatu jam quasi firmato cum eisdem comitivis quod ex toto recedant de suo regno prefato, ad illud nullatenus reversure, solumque dicte voluntas et fidancia regis Ungarie, ut asseritur, expectantur. Si vero idem rex Ungarie in transitu dictarum gentium per idem suum regnum minime consentiret, oportebit quod gentes ipse per mare ad partes ultramarinas per Venetorum et aliorum de partibus Italie navigia, quod tamen erit tardius et difficilius, conducantur, et pro expensis conductionis hujusmodi imperator jamdictus magnifice offert medietatem omnium proventuum sui regni Boemie. obventurorum tribus annis proxime secuturis, ordinabiturque, certis cautelis adhibitis, quod eedem gentes non dampnificent terras, per quas facient iter suum. Quare tractes in dicto colloquio ut pro parte tua et aliorum colligandorum tractetur cum societatibus, que sunt in dicta Italia, quod ad easdem partes Turchorum per iter Ungarie, quod reputatur melius, si prefatus rex Ungarie ad hoc consenserit, velint dirigere gressus suos, tuque dicti regis in hac parte consensum et fidanciam pro parte nostra et omnium colligandorum celeriter ordines procurari. Alioquin de ipsarum comitivarum marino transitu procuretur. Quod si recedere nec per terram nec per mare voluerint, ad earum expugnationem per eorumdem colligandorum potenciam intendatur, attendaturque diligenter omni cautela, qua fieri poterit, ne societas Anglicorum cum societate Anichini faciat unionem. Quicquid autem factum fuerit in predictis studeas nobis sepius successivis temporibus intimare. Datum Avinione, XIIII kalendas julii, anno tertio. »

1844 Avignon, 18 juin 1365.

Ægidio cardinali legato de extirpatione socialium, ut impediat ne societates Anichini de Bongardo et Anglicorum invicem se uniant. (Reg. 247, fol. 116 verso. — Theiner, *Codex diplomaticus etc.*, II, 428.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, apostolice Sedis legato.* Fraternitatem tuam audivisse —. Datum Avinione, XIIII kal. julii, anno tercio. »

1845 Avignon, 18 juin 1365.

Petro, regi Aragonum, de reformatione pacis inter ipsum et Januenses scribit ipsumque rogat ut Raphayno de Caresinis, nuntio Januensi, de securo conductu per regnum suum provideat. (Reg. 247, fol. 120 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri.* Dudum ad nostram deducto noticiam quod inter tuos et dilecti filii nobilis viri Laurencii Celsi, ducis Venetiarum subditos, mutue illate fuerunt injurie et offense, propter quas, nisi super eis de oportuno provideretur remedio, de gravi scandalo timebatur, te et dictum ducem paterne duximus requirendos ut, cum nos essemus parati pro mutua super hiis concordia laborare, nuncios proprios cum sufficientibus mandatis ad nostram presentiam mitteretis. Verum, licet tua serenitas dilectum filium Franciscum Rome, legum doctorem, et idem dux dilectum filium Raphaynum de Caresinis, notarium suum, super hiis ad Sedem apostolicam duxerint destinandos, tamen, quia ipse Franciscus, qui dicebat a te habere super hiis certum et limitatum mandatum, quod transgredi non valebat, concordare minime potuerunt, idem Raphaynus ad prosequendum tecum hujusmodi negotium deliberavit ad regiam presentiam proficisci. Nos igitur, hoc habentes acceptum, celsitudinem tuam rogamus attente eique paterne consulimus quatinus dictum Raphaynum suscipias pro nostra et apostolice Sedis reverencia commendatum, sibi in veniendo, stando et redeundo per regnum tuum tribuas securum conductum ac eum tractes favorabiliter et benigne, et ad ea que super hiis rationis

extiterint, more justi et prudentis principis, inclineris, ne ex contrario, quod absit, oriatur scandalum aliquod, ex quo tue sublimitati tuisque subditis dampna et pericula cumulentur. Datum Avinione, XIIII kalendas julii, anno tercio. »

1846 Avignon, 18 juin 1365.

Johanni de Comitibus, duci Pisarum, in favorem Raynerii de Ripafracta, prioris saecularis ecclesiae Sancti Sixti Pisanae, ambaxiatoris ejus, qui ad ejus praesentiam revertitur. (Reg. 247, fol. 284 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Comitibus, duci Pisarum.* Dilecto filio nobili —. Dat. Avinione, XIIII kal. julii, anno tercio. »

1847 Avignon, 19 juin 1365.

Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, Cartus. ord., Avinionensis dioecesis, officium visitationis in ecclesia, civitate et dioecesi Arelatensi, tam in capite quam in membris, committit. (Reg. 247, fol. 284 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Leugis, priori domus Vallis Benedictionis, Cartusiensis ordinis, Avinionensis diocesis.* Dudum de tuis —. Dat. Avinione, XIII kal. julii, anno tercio. »

1848 Avignon, 19 juin 1365.

Johanni, marchioni Montisferrati, ut quosdam homines terrae Salugiae, qui ad alias Vercellensis dioecesis terras se transtulerunt, bonis suis gaudere permittat. (Reg. 247, fol. 120 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, marchioni Montisferrati.* Nuper pro parte venerabilis fratris nostri.. episcopi Vercellensis nobis fuit expositum quod dudum, tempore quo guerre inter te et ipsum episcopum vigebant, quam plures homines, tam nobiles quam rustici, habitatores terre Salugie, Vercellensis diocesis, de dicta terra se transtulerunt ad habitandum in certis aliis terris ecclesie Vercellensis, et quod noviter castellanus tuus, in dicta terra Salugie consistens, predictos homines, fructus, redditus et proventus bonorum suorum, in territorio dicte terre consistencium, percipere non permittit, in gravem ipsorum episcopi et ecclesie offensam et hominum predictorum non modicum detrimentum. Quare fuit nobis pro parte dicti episcopi humiliter supplicatum quatinus eisdem episcopo et ecclesie ac hominibus in predictis providere de oportuno remedio dignaremur. Igitur nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, pro nostra et apostolice Sedis reverencia, justicieque intuitu ac tui honoris obtentu, ipsos homines libere permittas et permitti facias bonis ipsorum predictis ac eorum fructibus gaudere libere sicut prius. Datum Avinione, XIII kal. julii, anno tercio. »

1849 Avignon, 20 juin 1365.

Cum Arnaldo de Cervola, militi Sarlatensis dioecesis, decimae proventuum ecclesiasticorum regni Franciae portionem, eo casu quo gentes societatum extra dictum regnum duxerit, sint concessae, Carolo, regi Franciae, de ista portione secundum dictarum gentium numerum taxanda pontifex scribit eique notificat se praefatis Arnaldo et gentibus indulgentiam transfretantibus in passagio generali largitam concessurum fore, (Reg. 247, fol. 120 verso. — Prou, *Relat. polit. d'Urbain V*, p. 128, n° LIV).

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Ad noticiam tue serenitatis deducimus per presentes quod ad supplicationem ambaxiatorum tuorum, quos nuper ad Romanam curiam destinasti, supplicantium pro parte tua concessimus et voluimus quod nobilis vir Arnaldus de Cervola, miles Sarlatensis diocesis, eo casu quo comitivas extra regnum tuum et ad partes infidelium ducet, sicut obtulit se ducturum, de decima proventuum ecclesiasticorum dicti regni, secundum numerum gentium quas ducet sub suo ducatu, habeat portionem; et quia nos, utpote non valentes de gentibus eisdem et aliis, quibus debebit dicta decima exhiberi, informationem oportunam habere, hujusmodi portionem taxare seu declarare, prout equum existeret, non possemus, contentamur et volumus quod tua sublimitas tuique consiliarii, qui de hiis informari plenarie poterunt, taxationem seu declarationem faciant memoratam, nosque illis, qui deputabuntur ad levationem dicte decime, dabimus in mandatis quod eandem portionem, que per te vel eosdem consiliarios taxata fuerit, dicto Arnaldo seu procuratoribus suis congruis temporibus debeant exhibere, concedemusque quod idem Arnaldus et illi, qui ad dictas terras infidelium secum ibunt, habeant illam indulgenciam quam concessimus transfretantibus in passagio generali; legatum autem apostolice Sedis qui pro dictis gentibus petebatur concedemus, cum sciemus certitudinaliter gentes pre-

dictas ad dictas partes infidelium transituras. — Datum Avinione, XII kalendas julii, anno tercio.

1850 Avignon, 21 juin 1365.

Archiepiscopo Ravennatensi et rectori Romandiolae mandatur ut exequantur conditiones pacis initae inter R. E. et Bernabonem de Vicecomitibus erga omnes adhaerentes ipsi. (Reg. Vat. 247, fol. 121 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, vicario nostro, et dilecto filio Danieli de Carreto, pro nobis et E. R. rectori in provincia Romandiole, solutem etc.* Cupientes quod pas... discretioni vestre per apostolica scripta districte precipimus... quatinus omnes et singulos qui se in guerra, que dudum inter dictos Ecclesiam ejusque colligatos, ex una, et dictum Bernabonem, ex altera parte, viguit, immiscuerunt actualiter et publice cum personis et terra seu terris eorum vel gentibus aut subditis vel qui fuerunt in prefati servicio Bernabonis, quique infra duos menses, a die celebracionis contractus dicte pacis, secundum ejusdem contractus tenorem pro parte dicti Bernabonis pro suis adherentibus nominati et per dilectum filium nostrum Andruinum tituli S. Marcelli presbiterum cardinalem, A. S. legatum, dicti Bernabonis adherentibus declarati fuerunt ad omnia et singula dictorum adherentium possessiones, bona et jura in provincia Romandiole existentia, quibus occasione dicte guerre spoliati fuerunt, integraliter et sine difficultate vel mora restituatis et restitui faciatis cum effectu, et super fructibus dictorum bonorum medio tempore perceptis faciatis justicie complementum, omnes etiam processus contra eos per quoscunque quacumque auctoritate et super quibuscumque culpis, excessibus et delictis, ac sententias, condempnationes et banna contra eos lata et data a tempore quo idem Bernabos gentes suas misit contra civitatem Bononiensem usque ad diem declarationis dicti legati, si infra eosdem duos menses nominati, ut premittitur, extiterunt, faciatis de quibuscumque libris et actis, in quibus scripta sunt vel reperiantur, cancellari et totaliter aboleri, et ipsorum conventiones et pacta eis integraliter observari, prout in dicte pacis capitulis continetur, ipsamque pacem per omnia observantes et facientes a nostris et Ecclesie subditis observari, adherentes predictos benigne pertractetis et faciatis ab aliis Ecclesie subditis et officialibus pertractari attente caventes, ne contra eos fiat indebita seu noxia novitas, per quam juste allegari possit fractio dicte pacis. Datum Avinione, XI kalendas julii, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato,* mutato numero plurali in singularum. »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinalis, A. S. legato.* »

1851 Avignon, 21 juin 1365.

Eisdem mandatur ut restituant Gasperto de Ubaldinis, fratribus ejus et aliis de genere de Ubaldinis bona, possessiones et jura juxta capitula pacis peractae cum Bernabone de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 247, fol. 121 verso.)

« *Venerabili fratri Petrocino* etc., *salutem etc.* Quamvis per alias... nichilominus vobis specialiter per apostolica scripta mandamus quatinus dilectos filios nobiles viros Gaspertum de Ubaldinis et fratres ejus, ac omnes et singulos de genere de Ubaldinis, qui per dictum legatum secundum formam earumdem nostrarum litterarum sunt vel fuerunt declarati fuisse adherentes et sequaces Bernabonis predicti ad omnia et singula eorum bona, possessiones et jura ad eos spectantia in provincia Romandiole juxta formam capitulorum predictorum restituatis et restitui faciatis realiter et cum effectu, ac eis in quibuscumque juribus suis a quocumque petendis et recuperandis summarie et de plano ac sine strepitu et figura judicii faciatis et fieri faciatis cum effectu debitum et expeditum justicie complementum ipsaque pacis capitula, quantum eos concernunt vel concernere possunt in omnibus et per omnia plenarie observetis et faciatis per alios observari... Datum ut supra in proxima. »

1852 Avignon, 21 juin 1365.

Eisdem mandatur item pro Francisco de Ordelaffis, milite Forliviensi, et suis complicibus. (Reg. Vat. 247, fol. 121 verso.)

« *Eisdem.* Quamvis ut supra usque nobilem virum Franciscum de Ordelaffis, militem Forliviensem, et suos familiares et complices qui per dictum legatum etc. usque complementum ipsique Francisco conventiones et pacta per venerabilem fratrum Egidium, episcopum Sabinensem, A. S. legatum, cum eodem Francisco hactenus habita secundum formam capitulorum dicte pacis observare plenarie studeatis et faciatis ab aliis observari ipsaque pacis capitula etc. usque in finem. »

1853 Avignon, 22 juin 1365.

Andruino, cardinali, A. S. legato, mandatur ut respondeat litteris circa principium mensis martii ipsi missis de exclusione Joannis de Olegio, militis Mediolanensis et vicarii pro Ecclesia civitatis Firmanae, a pace tacta inter Ecclesiam Romanam et Bernabonem de Vicecomitibus. Miratur papa quod de litteris praesentatis legato non fuit responsum dicto Joanni. (Reg. Vat. 247, fol. 122 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Circa principium. — Datum Avinione, X kalendas julii, anno tercio. »

1854 Avignon, 22 juin 1365.

Eidem cardinali mandatur ut cognoscat et definiat an castrum Lugi pertineat ad Romanam Ecclesiam vel ad ecclesiam Ravennatensem ante finem octo annorum per quos, secundum tenorem pacis factae cum Bernabone de Vicecomitibus (1), legatus illud teneret in manus suas. (Reg. Vat. 247, fol. 123 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, X kalendas julii, anno tercio. »

1855 Avignon, 22 juin 1365.

Eidem mandatur ut a pecunia quam debet recipere Bernabo de Vicecomitibus ab Ecclesia Romana deducantur 4500 florenorum auri quae non fuerunt soluta archiepiscopo Ravennatensi ratione census castri Lugi, Imolensis dioecesis. Dictos florenos recipiat in deductione 8000 debitorum pro servitio communi tam a quondam Fortanerio, cardinali, quam praedecessoribus ejus. (Reg. Vat. 247, fol. 122 recto.)

« *Eidem.* Ad nostrum pervenit. — Datum Avinione, X kalendas julii, anno tercio. »

1856 Avignon, 22 juin 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus mandatur ut solvantur Andruino, legato S. A., praedicta 4500 florenorum, ut supra narratur. (Reg. Vat. 247, fol. 122 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem, etc.* Venerabilis fratris nostri Petrocini. — Datum Avinione, X kalendas julii, anno tercio. »

1857 Avignon, 24 juin 1365

Rogerio de Pinibus commendatur Ademarius de Monteauroso, domicellus Vivariensis dioecesis. (Reg. Vat. 247, fol. 123 verso.)

« *Dilecto filio Rogerio de Pinibus, magistro Hospitalis S. Johannis Jérosolimitani, salutem, etc.* Dilectum filium nobilem virum Ademarium de Monteauroso, domicellum Vivariensis diocesis, latorem presentium, qui ad partes ultramarinas profiscitur contra hostes fidei bellaturus, sincerati tue attentius commendamus. Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno tercio. »

1858 Avignon, 27 juin 1365.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut provideat pro conservatione pacis actae cum Bernabone de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 247, fol. 123 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli prubitero cardinali, A. S. legato, salutem, etc.* Nuper dilectus filius noster vir Bernabos de Vicecomitibus, miles Mediolanensis, diversas querelas contentas in cedula, quam mittimus interclusa, nobis destinare curavit, petens super eis apostolica scripta tibi dirigi, ut provideas super ipsis. Nos igitur pacem dudum per Romanam Ecclesiam ac ejus colligatos et eorum adherentes factam cum Bernabone prefato et adherentibus suis cupientes inviolabiliter observari, et hiis que possent dictam pacem rumpere aut alia generare scandala nostris et tuis remediis obviari, cum offense contente in dicta cedula, si veritas suffragetur relatis, nobis multum displiceant, volumus et mandamus quod super eisdem contentis ne crescant in penis per concordationem partium vel alias, prout melius, pro conservatione dicte pacis poteris studeas providere. Datum Avinione, V kalendas julii, anno tercio. »

1859 Avignon, 30 juin 1365.

Camerario S. A. datur cognitio exclusiva appellationum porrectarum de causis temporalibus. (Reg. Vat. 247, fol. 286, verso. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Etsi de cunctorum commoditate fidelium cogitare ex debito pastoralis

(1) La paix fut conclue par le cardinal à Bologne, le 13 mars 1364; voir l'instrument notarié qui la relate dans A. Theiner, *Codex*, t. II, p. 411, doc. 387.

officii teneamur, de illis tamen qui etiam temporaliter sunt Romane Ecclesie immediate subjecti tanto diligencius cogitare nos convenit, quanto fortius ad ipsorum propulsanda gravamina ipsa subjectio nos astringit.

« Nuper siquidem multorum relatio fidedigna ad nostrum perduxit auditum quod appellationes et eciam nullitates, quas a dilectis filiis rectore et judicibus et aliis officialibus quibuscumque comitatus nostri Venaysini, nobis et R. E. immediate subjectis, ad A. S. per quoscumque interponi contingit, sic faciliter admittuntur et sine ulla remissione indifferenter apud ipsam Sedem diversis auditoribus committuntur, et in tantum eciam interdum sine ulla expeditione juris ordinem observando adeo protrahuntur, quod impotencium et pauperum jura depereunt, effectus justicie retardatur et alia multa exinde inconvenientia subsecuntur, volentes igitur hujusmodi dispendiis, quantum cum Deo possumus, obviare, pro commodo et utilitate incolarum comitatus predicti presencium auctoritate statuimus et eciam ordinamus quod noster et A. S. camerarius, qui est et erit pro tempore, de omnibus et singulis causis hujusmodi, tam appellationum et nullitatum, sive a diffinitivis seu interlocutoriis sentenciis sive ab aliis gravaminibus interjectis sive aliis quibuscumque, que per simplicem querelam vel alias quomodocunque ad Sedem introducuntur eandem, etiamsi a sentencia diffinitiva vel interlocutoria aut gravamine conservatorum et judicum personis et universitatibus dicti comitatus deputatorum vel succonservatorum subdelegatorum ab eis vel ipsorum aliquo existeret appellatum, sive sint sive non sint de sui natura apud Sedem ipsam cognoscende et terminande per se vel alium seu alios cognoscere possit et debeat easque simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, audire et fine debito terminare, et terminatas eciam executioni debite demandare, ipsasque etiam causas possit, si sibi videbitur, ad eos, a quibus appellatum fuerit, remittere cognoscendas, et tam eas quam appellationum seu nullitatum causas, quas ab eo vel commissariis suis forsan contigerit interponi, tam in Romana curia quam extra illam, aliis committere, et eciam delegare, nullique alii apud Sedem ipsam causas hujusmodi sine nostro speciali et expresso mandato, faciente plenam et expressam de statuto et ordinacione nostris hujusmodi mentionem, aliquatenus committantur, inhibentes districtius dilectis filiis .. curie Camere Apostolice et causarum palacii apostolici auditoribus, et eorum cuilibet, ne de cetero de hujusmodi causis coram eis pendentibus vel de illis quas sine mandato hujusmodi eis committi contingeret in futurum se nullatenus intromittant, nec in illis presumant procedere quoquo modo, sed illas ad prefatum Camerarium sine difficultate remittant per eum in statu, in quo coram eis ad presens existunt, resumendas, ac audiendas, ut premittitur, et fine debito terminandas, aut remittendas vel committendas, prout superius est expressum, quas nos ex nunc tenore presencium ad ejus audienciam revocamus, prenominatoque camerario premissa omnia exercendi et executioni debite demandandi, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, non obstantibus apostolicis vel aliis constitucionibus, necnon statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque, et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Nulli ergo, etc. Datum Avinione, II kalendas julii, anno tercio. »

1860 Avignon, 2 juillet 1365.

Carolo, regi Franciae, scribitur ut componat cum abbate et conventu monasterii Aureliaci, O. S. B., S. Flori dioecesis, de subsidio imposito pro redemptione Joannis, regis Franciae, in Anglia detenti. (Reg. Vat. 247, fol. 125 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Cum dilecti filii abbas et conventus. — Datum Avinione, VI nonas julii, anno tercio. »

1861 Avignon, 4 juillet 1365.

Gastoni, comiti Fuxi, mandatur ut conventiones dudum per regem Franciae ac priorem prioratus de Galano, O. S. B., Auxitanae dioecesis, super jurisdictionem castri et villae de Galano habitas velit facere observari. (Reg. Vat. 247, fol. 127 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, salutem, etc.* Ad prioratum de Galano. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1862 Avignon, 4 juillet 1365.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut protegat Jacobum natum quondam Joannis de Lafracta, canonicum Bononien-

sem, gravatum variis oppressionibus, injuriis et damnis ex parte Aymerici, episcopi Bononiensis, modo quo judices, quibus receptio probationum commissa fuit, eamdem recipiant, et audiant testes et notarii tradant documenta absque dilatione. (Reg. Vat. 247, fol. 125 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem, etc.* Nuper dilectus Jacobus natus. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1863 Avignon, 4 juillet 1365.

Aymerico, episcopo Bononiensi, mandatur ut se abstineat ab omni lesione seu impedimento erga praefatum Jacobum ita quod ex sui vel gentium suarum facto vel culpa judices, quibus processus remittuntur, nullatenus impediantur. (Reg. 247, fol. 126 recto.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, salutem, etc.* Ex dilecti filii Jacobi. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1864 Avignon, 4 juillet 1365.

Praedicto Jacobo conceditur securus conductus. (Reg. Vat. 247, fol. 126 recto.)

« *Venerabilibus fratribus .. patriarchis...., etc.* Cum dilectus filius Jacobus. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1865 Avignon, 4 juillet 1365.

Gastonem, comitem Fuxi, rogat ut restituat loca de Florentino et Cadelonio, detenta ab Alienori, comitissa Fuxi et matre ejus, Petro Raymundi, comiti Convenarum, sed prius reponenda in manibus episcopi Lomberiensis et abbatis Galliaci, O. S. B., Albiensis dioecesis, pro custodia, donec quaestio possessionis terminata esset, secundum tenorem pacis firmatae. (Reg. Vat. 247, folio 127 verso; Reg. Vat. 244 D, fol. 2, n. 5.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, salutem, etc.* Nuper pro parte dilecti filii. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1866 Avignon, 4 juillet 1365.

Alienori, comitissae Fuxi, mandatur ut ponat dicta loca in manibus episcopi et abbatis praedictorum. (Reg. Vat. 247, fol. 128 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 1, n. 4.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Alienori, comitisse Fuxi, salutem, etc.* Nuper pro parte dilecti filii. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1867 Avignon, 4 juillet 1365.

Petro Raymundi, comiti Convenarum, mandatur ut fidem adhibeat plenariam relatis a Galhardo de Benqua, licenciato in legibus, ambaxiatore ejus. Praeterea notum fit papam scripsisse Gastoni, comiti Fuxi, et Alienori, comitissae Fuxi, ejus genitrici, pro observantia pacis firmiter duraturae. (Reg. Vat. 244 E, fol. 70, n. 154; Reg. Vat. 247, fol. 127 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Raymundi, comiti Convenarum, salutem, etc.* Dilectum filium Galhardum. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1868 Avignon, 4 juillet 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, notum fit Guillelmum Atberti, canonicum Mimatensem, clericum Camerae Apostolicae, subrogatum esse Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, in receptione proventuum ad R. E. in partibus Italiae spectantium. (Reg. Vat. 247, fol. 127 recto; Reg. Vat. 244 E, fol. 2, n. 6.)

« *Venerabili fratri episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Dilecti filii Stephani. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, in provincia Romandiole pro nobis et E. R. vicario generali.* »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato.* »

1869 Avignon, 4 juillet 1365.

Francisco de Carraria commendatur dictus Guillelmus Atberti. (Reg. Vat. 247, fol. 127 verso; Reg. Vat. 244 E, fol. 2, n. 7.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, salutem, etc.* Dilecti filii Stephani. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

« *Eodem modo nobili viro Canisegnorio de la Scala.* »

« *Eodem modo nobili viro Nicolao marchioni Estensi, in civitate nostra Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Guidoni de Polenta, militi, in civitate Ravennatensi pro nobis et E. R. vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Galeocto de Malatestis, militi, in civitate Ariminensi pro nobis et E. R. vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Johanni de Olegio, militi Mediolanensi, pro nobis et E. R. in civitate Firmana vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Lodulpho de Camerino, militi,* sed non dicatur mandantes. »

« *Eodem modo nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi Mantuano.* »

« *Eodem modo nobili viro Guidoni de Gonzaga, militi Mantuano.* »

« *Eodem modo nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi.* »

1870 Avignon, 4 juillet 1365.

Guillelmus Atberti, canonicus Mimatensis, clericus Camerae Apostolicae, subrogatur praedicto abbati S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 247, fol. 287 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, proventuum ad Romanam Ecclesiam in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem, etc.* Fidei puritas, circumspectionis industria. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1871 Avignon, 4 juillet 1365.

Eidem conceditur facultas recipiendi « omnia et singula fructus, redditus et proventus ac census et jura fiscalia » ad nos et Ecclesiam Romanam in civitate Bononiensi et ejus districtu spectantia. (Reg. Vat. 247, fol. 288 verso. De curia.)

« *Eidem.* Cum te ad partes Italie. — Datum ut supra. »

1872 Avignon, 4 juillet 1365.

Eidem conceditur facultas inquirendi de administratione et gestis collectorum et succollectorum pecuniarum ad Apostolicam Cameram pertinentium, eorum officia reformandi, eos suspendendi ab officiis et ponendi alios loco ipsorum ac puniendi de excessibus et criminibus commissis. Teneantur nichilominus collectores et succollectores ad reddenda computa Camerae Apostolicae. (Reg. Vat. 247, fol. 289 recto. De curia.)

« *Eidem.* De sinceritate tue fidei. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tertio. »

1873 Avignon, 4 juillet 1365.

Eidem conceditur plena facultas utendi litteris mandatis abbati S. Victoris Massiliensis a papa, praedecessoribus ejus vel gentibus Camerae. (Reg. Vat. 247, fol. 289 recto. De curia.)

« *Eidem.* Cum nos de tue discretionis. — Datum ut supra. »

1874 Avignon, 4 juillet 1365.

Petrus de Podioalto, domicellus Avinionensis dioecesis, socii et familiares ejus stando et redeundo sine armis ad civitatem Avinionensem et diversa loca episcopatus Avinionensis affidantur, per duos menses, pro tractatu concordiae de castro de Lersio, Avinionensis dioecesis, fiendae cum Anglico, episcopo Avinionensi. (Reg. Vat. 247, fol. 289 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro de Podioalto, domicello Avinionensis diocesis, salutem, etc.* Cum pro tractatu concordie. — Datum Avinione, IIII nonas julii, anno tercio. »

1875 Sorgues, 9 juillet 1365.

Albrico Radulfi de Lingonis conceditur facultas exigendi fructus ecclesiae Bellicensis vacantis per obitum Guillelmi episcopi. (Reg. Vat. 247, fol. 289 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Albrico Radulfi de Lingonis, primicerio ecclesie Virdunensis, A. S. nuncio, salutem.* Nuper ad apostolatus nostri deducto. — Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, VII idus julii, anno tercio. »

1876 Avignon, 14 juillet 1365.

Petrus de Monteauroso constituitur nuncius et collector in Claromontensi, Aniciensi, Mimatensi et S. Flori ci-

vitatibus et dioecesibus una cum Petro Gervasii, canonico Aniciensi. (Reg. Vat. 247, fol. 292 verso. De curia.)

« *Dilio filio Petro de Monteauroso, canonico Mimatensi, A. S. nuncio, salutem, etc.* Attendentes fidelitatis et industrie. — Datum Avinione, II idibus julii, anno tercio. »

1877 Avignon, 14 juillet 1365.

Guillelmo Atberti conceditur facultas ut ipsi faciant monstras cum equis et armis rectores, potestates, conestabiles et stipendarii qui deputati sunt ad tutamen vel custodiam terrarum Ecclesiae. (Reg. Vat. 247, fol. 293 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, clerico Apostolice Camere, proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem, etc.* Ad noticiam nostram perduxit relatio. — Datum Avinione, II idus julii, anno tercio. »

1878 Avignon, 16 juillet 1365.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut conservet in suis libertatibus Sicardum de Scuria subjectum et vassallum Romanae Ecclesiae. (Reg. Vat. 247, fol. 129 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 34, n. 84.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Per diversas litteras antiquorum summorum pontificum, predecessorum nostrorum, evidenter noscitur apparere famaque publica in partibus Albiensibus roborat quod castrum de Scurria, Albiensis diocesis, ad R. E. pertinuit ab antiquo, prout pertinet de presenti, et quod fuit tentum et recognitum in feudum, sub certo annuo censu, ab Ecclesia memorata, in dicto etiam castro et ejus pertinenciis in signum subjectionis solvitur annuatim beato Petro et R. E. census unius denarii per quamlibet personam majorem. XII. annis, qui census capitagium nuncupatur, et hoc in libris censualibus ejusdem Ecclesie reperitur. Et licet nobiles dicti castri tanquam Ecclesie predicte immediate subjecti ac homines ejusdem castri et suarum pertinenciarum debuerint, prout debent ac consueverunt esse, ab omnibus subsidiis, financiis, focagiis et exactionibus per reges Francie, qui fuerint pro tempore, ac eorum officiales in partibus illis impositis liberi et immunes, tamen dilecti filii nobilis viri Sicardi de Scuria, domicelli, domini dicti castri, pro eo nostri et Ecclesie memorate vassalli expositione didicimus quod iidem officiales prefatum Sicardum et homines dicti castri suarumque pertinenciarum ad solvendum diversa subsidia, financias, focagia et alia onera contra justiciam per eorum potenciam quandoque hactenus coegerunt, per hoc eos gravantes indebite ac sepedicte Ecclesie prejudicium et injuriam facientes, nuperque inter alia memoratus Sicardus nobis exposuit quod gentes cujusdam ville seu bastide, vocate Dantes, edificate in territorio dicti castri, eorumdem officialium regiorum fulti presidio, mediam leucam ejusdem territorii de prefato feudo existentem, occuparunt et detinent occupatam pérsoneque habitantes ibidem asserentes, licet minus vere, a dicti census prestatione se liberas, illum solvere contradicunt, et in hoc ab eisdem officialibus defenduntur, super quibus idem nobilis nostrum presidium postulavit. Quare celsitudinem tuam requirimus et affectuose rogamus quatinus dictum nostrum et ejusdem Ecclesie, matris tue, subditum et vassallum necnon homines pro dicto feudo subjectos eidem velis, consideracione justicie ac ob reverenciam beati Petri et nostram, in suis libertatibus conservare, super hiis ad eosdem officiales oportunas litteras concedendo. Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno tercio. »

1879 Avignon, 16 juillet 1365.

Joanni, episcopo Belvacensi, commendatur praedictus Sicardus. (Reg. Vat. 247, folio 130 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 34, n. 83.)

« *Venerabili fratri Joanni, episcopo Belvacensi, salutem, etc.* Pro dilecto filio nobili viro Sicardo. — Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno tercio. »

1880 Avignon, 16 juillet 1365.

Edwardo, Aquitaniae principi, scribitur ut plenam remissionem concedat Seguino de Badafol, militi Sarlatensis dioecesis, ejusque complicibus, qui cum gentibus regis Francie habuerunt tractatum de dimittendo locum Anse, Lugdunensis dioecesis. (Reg. Vat. 247, folio 130 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 42, n. 103. — M. Prou, *Etude sur les relations politiques du pape Urbain V avec les rois de France Jean II et Charles V*, Paris, 1888, p. 132, n. LVII.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Sicut ad tuam noticiam non ambigimus pervenisse, nobilis vir Seguinus de Badafol, miles Sarlatensis diocesis, subditus tuus, licet

tibi dudum inobediens, qui capitaneus cujusdam societatis armigere gentis existens, nonnullas terras regni Francie occupavit et multipliciter molestavit, per hoc carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie illustrem, graviter offendendo, tractatum habuit eciam in Romana curia cum gentibus dicti regis de dimittendo locum Anse, Lugdunensis diocesis, constitutum in regno prefato, quem detinet occupatum, et de non offendendo amplius dictos regem et regnum, ac de non militando de cetero in hujusmodi detestabilibus comitivis, dummodo offense per eum dictis regi et regno illate, tam per eundem regem quam per te sibi et suis complicibus totaliter remittantur, nosque, premissis auditis, ac gerentes in votis quod iidem Seguinus et complices a patratione tantorum scelerum, que patrant assidue, resipiscant, ac de prefati regis et tua benignitate paternam sumentes fiduciam, nunciis ejusdem Seguini spem indubiam dedimus quod per prelibatum regem et te hujusmodi remissionem fieri faceremus.

« Quare, cum dicta remissio per easdem gentes dicti regis, in casu quo idem Seguinus premissa faciat, liberaliter sit promissa, et nos pro ea apud regem intercedamus eundem et non dubitemus quod per eum fiet omnino, nobilitatem eandem requirimus et rogamus attente quatinus dictam tuam plenam remissionem eisdem Seguino ac complicibus, prout tibi subsunt, velis concedere graciose et litteras super ea facere tradi dilecto filio Johanni de Sistarico, cursori nostro, presentium portitori. Datum Avinione, XVII kalendas augusti, anno tercio. »

1881 Avignon, 17 juillet 1365.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis mandatur ut ad curiam, deinde ad dictum monasterium accessurus sit post adventum Guillermi Atberti, qui ipsi subrogatus fuit. (Reg. Vat. 247, fol. 130 verso.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasteri S. Victoris Massiliensis O.S.B., proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem, etc.* Ad monasterium tuum. — Datum Avinione, XVI kalendas augusti, anno tercio. »

1882 Avignon, 19 juillet 1365.

Guillelmo Atberti conceditur facultas exigendi rationes de bonis confiscatis ab Inquisitoribus haereticae pravitatis in Italia et recipiendi duas partes ex mobilibus et medietatem ex immobilibus quae pertinent ad Cameram Apostolicam. (Reg. Vat. 247, fol. 297 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Atberti, canonico Minatensi, clerico Camere nostre, proventuum ad R. E. spectantium receptori generali, salutem, etc.* Relatu fidedigno percepto. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

1883 Avignon, 19 juillet 1365.

Guillelmo Amarinti facultas exigendi census debitos a personis castri de Scurria, Albiensis dioecesis, jure superiori dominii et muncupatos capitagia (unius denarii) quae non solverunt aliquae utriusque sexus majores 12 annis. (Reg. Vat. 247, fol. 298 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, priori ecclesie de Brosa, Ruthenensis diocesis, A. S. nuncio, salutem.* Cum castrum de Scurria. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

1884 Avignon, 19 juillet 1365.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut decimam exigant pro impugnatione infidelium a comitivis facienda. (Reg. Vat. 247, fol. 295 recto. De curia. — Prou, *op. cit.*, p. 133, n. LVIII.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem, etc.* Quamvis ad ecclesias.... Sane, sicut in regno Francie et circumstantibus partibus est omnibus manifestum, ipso regno (*sic*), quod multo tempore fluctuaverat guerrarum turbinibus, de guerris ipsis, favente Domino, pace facta, multe gentes armorum de diversis nationibus in multis agminibus congregate, que se comitivas appellant, in eodem regno multis temporibus hostiliter remanserunt ; ac nulli ex eis adhuc sine intermissione committunt.

« Verum, cum post diversos tractatus cum eisdem gentibus habitos, capitanei et ductores dictarum gentium et quidam nobiles obtulerint ac solenniter promiserint easdem gentes non solum de prefato regno educere, sed conducere ad partes Turchie vel aliorum infidelium ultramarinorum, contra eos pro fide catholice pugnaturas, ac petierunt sibi dari aliquod pecuniale subsidium pro tanto itinere et prosecucione tam ardui negocii, auctore Domino, prosperandi, nos, tam

pro tranquillitate regni prefati, quod gerimus in visceribus caritatis, ut hujusmodi infestis gentibus expurgetur, quam favore sacre fidei et pro impugnacione infidelium predictorum, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, precibus inclinati, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum, secundum reductionem seu restrinctionem, dudum per nos de ipsa decima in Lugdunensi, Remensi, Senonensi, Turonensi et Rothomagensi provinciis ac in eorum, necnon Bituricensi et Claromontensi civitatibus et diocesibus consistentium factam, ab omnibus archiepiscopis et episcopis, ceterisque personis ecclesiasticis quibuscunque, exemptis vel non exemptis, predicti regni, quantacunque prefulgeant dignitate, seu cujuscunque sint preeminencie, condicionis, aut status, religionis vel ordinis, quibus et eorum alicui nulla privilegia vel indulgencias, sub quacunque verborum forma vel expressione concessa volumus suffragari, preterquam a venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas, ac quecunque, qualiacunque et quotcunque beneficia ecclesiastica in dicto regno obtinentibus ac im posterum obtenturis et a dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani ... aliisque personis aliorum militarium ordinum, necnon hiis quorum facultates ad integram hujusmodi decime, supportatis aliis oneribus consuetis, non suppetunt, ultra quam juxta suarum hujusmodi facultatum exigenciam commode possint, ac illis qui nichil possunt solvere de decima supradicta, super quorum impotencia vestras conscientias oneramus, quos cardinales, ac magistrum, et fratres ac personas aliorum militarium ordinum, et impotentes pro parte vel toto ab ejusdem prestatione decime exemptos et liberos fore decernimus et immunes, exigendam et colligendam per vos et singulos vestrum in singulis vestris civitatibus et diocesibus, prout in dicto regno consistunt, quos ad hoc auctoritate presentium deputamus, necnon per alios archiepiscopos eorumque suffraganeos dicti regni, et eorum singulos, in singulis civitatibus et diocesibus eorundem ad hoc similiter per alias nostras litteras deputatos, de omnibus fructibus, redditibus et proventibus ecclesiasticis dictarum personarum ecclesiasticarum, exemptarum et non exemptarum, secundum modum et morem ac consuetudinem in exactione et collectione hujusmodi in vestris civitatibus et diocesibus hactenus observatos, pro dictis capitaneis, doctoribus et nobilibus, de eorundem fratrum nostrorum consilio, usque ad biennium duximus concedendam, solvendam quolibet anno dicti biennii in duobus terminis infrascriptis ; siquidem solutionis medietatis decime hujusmodi primi anni terminum primum fore statuimus festum Omnium Sanctorum proximo venturum, secundum vero terminum festum Resurrectionis dominice, ex tunc proximo secuturum ; in alio anno sequenti hujusmodi terminis observandis.

« Quocirca universitatem vestram monemus ... quatinus vos et singuli vestrum ... levetis et etiam exigatis in predictis terminis quolibet anno dicti biennii decimam supradictam . . . Et, ne de moneta, in qua decime predicte solutio fiet et fieri debebit valeat hesitari ... ipsa decima ad monetam currentem communiter et etiam exigatur juxta constitutionem super hoc editam in concilio Viennensi, ita quod pretextu alicujus cambii debitores et solutores dicte decime non graventur ... Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bituricensi et episcopo Claromontensi.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bituricensi et episcopo Claromontensi.* »

1885 Avignon, 19 juillet 1365.

Archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis mandatur item. (Reg. Vat. 247, fol. 320 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis, salutem, etc.* Quamvis ad ecclesias. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Tholosano et .. Auxitano archiepiscopis eorumque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi, et .. Avinionensi, ac .. Vivariensi et .. Aniciensi episcopis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Albiensi, et .. Mimatensi, ac .. S. Flori et .. Castrensi episcopis.* »

1886 Avignon, 19 juillet 1365.

Reginam Siciliae rogat ut temperet dolorem conceptum ratione abortus. (Reg. Vat. 247, fol. 131 verso. — Cerasoli, *Archivio storico per le provincie napoletane*, t. XX (1895), p. 203, n. 55.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri.* Spiritum consilii sanioris ... Sicut de tuis gaudiis paternis tibi congaudemus affectibus, sic e contra cum mentem tuam meroribus lacerari percipimus condolemus. Letati siquidem fuimus cum dudum leta sperares te habituram prolem in tuo regno Sicilie successuram, et certe condoluimus, cum fide digna relatione percepimus spem istam hac vice tue subtractam magnitudini extitisse. Verum, quia intelleximus ex hoc te relicta modestia reginalis gravitatis immoderato dolore torqueri, prudentem magnitudinem tuam exhortamur in Domino et rogamus quatinus in hiis et aliis desideria tua semper divine voluntati conformans, et considerans hoc non esse novum, et sepe multis accidere conceptum dolorem qui te cruciat populum tuum tristificat, Deum procul dubio provocat et reginali honori derogat, temperare festinas, longanimitate precipua pertransiens hoc adversum et quod tibi non est hac vice concessum concedetur forsan per Dei gratiam in futurum. Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

1887 Avignon, 19 juillet 1365.

Petro, regi Cypri, mandatur ut percepit cum letitia recessum suum e Venetiis cum copiosa comitiva pro Christi servitio bellatorum. Agatur bellum Dominicum magnanimiter et devote cum comilitonibus quos e diversis nationibus fidelium congregavit. (Reg. Vat. 247, fol. 131 verso, et Reg. Vat. 244 E, fol. 70, n. 156.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem, etc.* Recessum tuum. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

1888 Avignon, 19 juillet 1365.

Cisterciensibus in generali capitulo celebrando conceduntur indulgentiae septem annorum et septem quadragenarum omnibus praesentibus in dicto capitulo vel legitimo impedimento veniendi detentis. (Reg. Vat. 247, fol. 130 verso.)

« *Dilectis filiis .. Cisterciensibus Cabilonensis diocesis, et ceteris abbatibus ac diffinitoribus, necnon aliis fratribus ordinis Cisterciensis in generali capitulo eorum Cistercii in proximo celebrando.* Ordinis vestri. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno tercio. »

1889 Avignon, 20 juillet 1365.

Senescallo Provinciae et vicario civitatis Arelatensis mandatur ut provideant de excessibus a Judaeis perpetratis in civitate Arelatensi. (Reg. Vat. 247, fol. 298 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris .. senescallo Provincie ac vicario civitatis Arelatensis, salutem.* Dudum, sicut ad nostram debuit pervenire noticiam, ecclesias et personas ecclesiasticas civitatis Arelatensis per dilectum filium Johannem de Leugis, priorem domus Vallisbenedictionis, ordinis Cartusiensis, Avinionensis diocesis, fecimus visitari (1) ac inquiri de hiis que forsan scandalum in populo generarent, et super quibus esset per nostri officii debitum providendum. Cum itaque idem visitator, prout per suam fidelem relationem didicimus, repererit per facti notorium quod Judei passim inter christianos in eadem civitate morantur per eorum divicias multa et ampla hospicia, etiam juxta ecclesias, occupantes, ex quorum vicinitate multa indecentia et scandalosa in populo non carentia animarum periculo oriuntur. Quodque signum apparens seu notabile, quo discerni a christianis valeant, minime deferunt, et quibusdam ecclesiis a quibus tenent hospicia de ipsorum annuis pensionibus seu loqueriis satisfacere pretermittunt et quod ipsorum Judeorum cimiterium adeo cimiterio christianorum vicinum existit quod unum ab altero vix potest in certa parte discerni.

« Nos super hiis oportuna adhibere remedia intendentes nobilitatem vestram monemus et requirimus et hortamur per apostolica scripta vobis mandantes quatinus eosdem Judeos unum certum locum clausum et a cohabitacione fidelium, quanto commodius fieri poterit, separatum, ultra quem eis transire non liceat reducere ac eos ad signum, quod eminus apparere valeat, in superioribus vestibus deferendum, necnon satisfacere ecclesiis ipsis et aliis quibus tenentur et ad divi-

(1) A la suite de la visite apostolique faite par le prieur de nouveaux statuts furent donnés à l'église d'Arles en juillet 1369; U. Chevalier, *Gallia Christiana novissima, Arles*, n. 2890.

dendum et distinguendum eorum cimiterium ita quod illud protendere seu transire non liceat et ab aliis eorum excessibus, ex quibus inter fideles generatur scandalum, per penas congruas studeatis, sic in premissis acturi quod de prompta devocione ac obediencia commendari merito valeatis et nos non cogamur aliud super hiis remedium adhibere. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno tercio. »

1890 Avignon, 20 juillet 1365.

Archiepiscopo Arelatensi inhibetur ne usque ad unum annum, a data praesentium computandum, procurationes recipiat, cum ecclesiae et personae graventur occasione visitationis auctoritate apostolica factae. (Reg. Vat. 247, fol. 298 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, salutem, etc.* Cum nos hyeme, etc., proxime preterita. — Datum ut supra. »

1891 Avignon, 20 juillet 1365.

Joanni de Leugis conceditur facultas uniendi ruralem ecclesiam S. Petri de Intermontibus, Arelatensis dioecesis, « censuariam seu pensionariam annuatim in septem coronatorum », parochiali ecclesiae S. Petri de Tranquetallis, ejusdem dioecesis, a monasterio S. Ægidii, O. S. B., Nemausensis dioecesis, dependenti ac in facultatibus tam tenuibus reductae quod rector illius, non valens sustentari, raro in ea residet. (Reg. Vat. 247, fol. 299 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Leugis, priori domus Vallebenedictionis, Cartusiensis ordinis, Arelatensis diocesis, salutem, etc.* Ex tua exposicione. — Datum ut supra. »

1892 Avignon, 20 juillet 1365.

Eidem mandatur ut assignet congruam portionem vicario ecclesiae de Furcis, Arelatensis dioecesis, ad archiepiscopum Arelatensem et praepositum ac capitulum ecclesiae Arelatensis communiter pertinentis; qui vicarius erit perpetuus et curam animarum habebit. (Reg. Vat. 247, fol. 299 verso. De curia.)

« *Eidem.* Nuper ex tua fideli relatione. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno tercio. »

1893 Avignon, 22 juillet 1365.

Galeaz de Vicecomitibus rogat ut abstineat ab invasione territorii castrorum diversorum pertinentium in Pedemontium partibus ad Joannam, reginam Siciliae, cum preces papae non audivit aut auditas minime exaudivit. (Reg. Vat. 247, fol. 131 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem, etc.* Nuper cum ambaxiatores tui. — Datum Avinione, XI kalendas augusti, anno tercio. »

1894 Avignon, 22 juillet 1365.

Joannem de Pepulis rogat ut partes suas interponat penes praedictum Galeaz de eodem negocio. (Reg. Vat. 247, fol. 132 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Pepulis, militi Bononiensi, salutem etc.* Sicut potest tua nobilitas. — Datum Avinione, XI kalendas augusti, anno tercio. »

« *Eodem modo nobili viro de Mandello, militi Mediolanensi.* »

1895 Avignon, 23 juillet 1365.

Petro, regi Cypri, mandatur ut conservet commendatos in ipsorum libertatibus et consuetudinibus servatis tempore Hugonis, genitoris ejus, mercatores loci Montispessulani, Magalonensis dioecesis, qui per telonearios seu gabellatores gravati sunt. (Reg. Vat. 247, fol. 132 verso.)

« *Dilecto in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem, etc.* Ad locum Montispessulani. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno tercio. »

1896 Avignon, 23 juillet 1365.

Bernabonem de Vicecomitibus rogat ut interponat partes suas modo quo ignis bellicus accensus in terris Saluciarum, ad Joannam, reginam Siciliae, spectantibus, ulterius non procedatur. (Reg. Vat. 247, fol. 132 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem, etc.* Quamvis ex parte marchionatus Saluciarum. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno tercio. »

1897 Avignon, 23 juillet 1365.

Joanni, episcopo Astensi, gratias agit de eo quod se reddidit favorabilem terris praedicti marchionatus Saluciarum. (Reg. Vat. 247, fol. 133 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Astensi, salutem, etc.* Ex relatione officialium excellentis principisse Johanne regine Sicilie. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno tercio. »

1898 Avignon, 25 juillet 1365.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut revocet manum regiam positam super bonis Joannis de Piano. (Reg. Vat. 247, fol. 133 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 94, n. 199.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Johannis de Piano, domicelli S. Papuli diocesis, consanguinei nostri, nobis fuit expositum quod quondam Ludovicus, comes Claromontensis, camerarius Francie, olim habebat jus percipiendi perpetuo pro se suisque heredibus et successoribus in thesauro regio Parisiensi libras quingentas turonensium annuatim, et quod eidem pro se et suis heredibus et successoribus im perpetuum, per modum cambii, de mandato clare memorie Philippi, regis Francie, avi tui, pro predictis libris quingentis certa castra, loca et ville in senescallia Tholosana et Albiensi et inter alia locus de Exilio, judicature Lauregesii, dicte diocesis, assignata et tradita solenniter extiterunt, dicto jure perceptionis hujusmodi per eumdem Ludovicum regie curie totaliter resignato, quodque deinde prefatus Ludovicus predictum locum de Exilio vendidit quondam Guillelmo de Piano, ipsius Johannis genitori, qui et idem Johannes illud tanquam proprium longo tempore pacifice possederunt ; sed quod nuper, vigore quarumdam litterarum tuarum per commissarios regios castra, terras et villas per clare memorie reges Francie, predecessores tuos, a tempore clare memorie Philippi Pulcri, regis Francie, citra donata et inter cetera dictus locus de Exilio sunt ad manum regiam revocata in magnum ipsius Johannis prejudicium et gravamen . . . Datum Avinione, VIII kalendas augusti, anno tercio. »

1899 Avignon, 25 juillet 1365.

Joanni, episcopo Belvacensi, ut partes suas interponat penes regem Franciae pro nobili viro Joanne de Piano, domicello S. Papuli dioecesis, consanguineo papae. (Reg. Vat. 244 D, fol. 93, n. 198; Reg. Vat. 247, fol. 133 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem, etc.* Pro dilecto filio. — Datum Avinione, VIII kalendas augusti, anno tercio. »

1900 Avignon, 26 juillet 1365.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis mandatur ut persolvat ultra salarium per Cameram Apostolicam debitum magistro Joanni de Lignano, utriusque juris doctori, actu legenti Bononie decretales, centum florenos aureos pro isto anno et singulis annis, quibus leget Bononie, alios centum florenos. (Reg. Vat. 247, fol. 133 verso.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod salarium. — Datum Avinione, VII kalendas augusti, anno tercio. »

1901 Avignon, 27 juillet 1365.

Praeposito et archipresbytero ecclesiae Arelatensis mandatur ut percipiant quartam partem decimae in civitate et dioecesi Arelatensi secundum constitutionem editam in concilio Viennensi ad monetam currentem, in scriptis redigi faciant omnes pecunias receptas et de eisdem rationem reddant illis quos papa ad hoc deputaverit. (Reg. Vat. 247, fol. 300 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. preposito et .. archipresbitero ecclesie Arelatensis, salutem, etc.* Dudum, cum Arelatensem ecclesiam O. S. A. in spiritualibus et temporalibus multipliciter deformatam fecissemus auctoritate apostolica visitari, inter alias deformaciones ipsius repertum est canonicos ejusdem ecclesie in dormitorio, quod longo jam tempore corruerat, non dormire ac claustrum ipsorum non esse clausum et plures ruinas fore in diversis officinis capituli ecclesie memorate, cumque ad dictorum dormitorii et officinarum reparacionem ipsius capituli non sufficiant facultates, Nos quartam partem decime omnium proventuum ecclesiarum civitatis et diocesis Arelatensis, a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Arelatensi ceterisque personis ecclesiasticis, quibuscumque exemptis et non exemptis, etiam hospitalis S. Johannis Jerosolimitani predictarum civitatis et diocesis, quantacumque prefulgeant dignitate seu cujuscumque sint preeminencie, condicionis aut status religionis vel ordinis, qui-

bus et eorum alicui nulla privilegia et indulgentias sub quacumque verborum forma vel expressione concessa volumus suffragari, preterquam a ... cardinalibus monasteria, prioratus, dignitates, officia, canonicatus et prebendas ac quecumque, qualiacumque et quotcumque beneficia ecclesiastica in dictis civitate et diocesi obtinentibus ac im posterum obtenturis . . . necnon hiis quarum facultates ad integram solutionem hujusmodi quarte partis decime supportatis aliis oneribus consuetis non suppetunt, ultra quam juxta suarum hujusmodi facultatum exigenciam commode possint ac illis qui de ipsa decima nichil solvere possunt, super quorum impotencia approbatione vestras consciencias oneramus, quos cardinales et personas impotentes pro parte vel toto ab ejusdem prestacione quarte partis decime exemptos et liberos fore decernimus ... Datum Avinione, VI kalendas augusti, anno tercio. »

1902 Avignon, 27 juillet 1365.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, mandatur ut restituat castrum Uzonis, Iporiensis dioecesis, Joanni marchioni Montisferrati, avunculo ejus, quod suae gentes occupant violando pacem inter ipsos firmatam. In contractu pacis enim continetur expresse « quod donec nos cum consensu quatuor bonorum virorum a te dictoque marchione eligendorum super questionibus, que inter te et marchionem eundem vertebantur, prout adhuc vertuntur, pronunciemus, alter vestrum contra alterum ac ejus vassallos et subditos guerram seu dissensionem aliquam, per se vel alium, facere seu movere possit, et, si contrarium faceret, querele sic contrafacientis nulle sint et eidem denegatur audientia super ipsis et penam ducentorum milium florenorum pro qualibet vice incurrat, parti alteri applicandam, et ipso facto sit majoris excommunicationis sentencia innodatus et tota sua terra supposita ecclesiastico interdicto »; sententia et interdictum promulgata fuerunt a Marco de Viterbio, O. F. M. ministro generali. (Reg. Vat. 247, fol. 134 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem, etc.* Nuper pro parte. — Datum Avinione, VI kalendas augusti, anno tercio. »

1903 Avignon, 29 juillet 1365.

Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, ac Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, committuntur potestas et jurisdictio super civitate Imolensi et castro ejus usque ad beneplacitum papae, ad obviandum periculis quae oriri possint ex discordia tumultuosa inter cives et nobiles viros Azzonem et Bertrandum de Alidosiis, fratres, milites Imolenses, vicarios papae in eadem civitate; cum super restitutione vicariatus aliqua dubia emersissent de quibus consilium non fuit datum ab Andruino, legato S. A. (Reg. Vat. 247, fol. 301 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, ac Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, derico Camere nostre, proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptoribus generalibus, salutem, etc.* Dudum in civitate Imolensi. — Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno tercio. »

1904 Avignon, 1er août 1365.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, etc., inhibetur ne percipiatur procuratio ad tres annos et quoad ejus suffraganeos, si fiat visitatio, ultra medietatem. (Reg. Vat. 247, fol. 302 recto. De curia; Fierens, *Lettres d'Urbain V*, p. 714, n. 1572.)

« *Venerabilibus fratribus ... archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, et dilectis filiis abbatibus, archidiaconis, archipresbiteris et aliis quibuscunque tam civitatis ac diocesis et provincie Remensis quam aliunde undecunque, quibus in ecclesiis, monasteriis, prioratibus et aliis quibusvis locis ecclesiasticis cum cura vel sine cura earundem civitatis, diocesis et provincie competit visitationis officium quoquo modo, salutem, etc.* Scientes, quod dolenter referimus, ecclesias et monasteria, prioratus et alia loca ecclesiastica civitatis, diocesis et provincie Remensis, propter guerras que hactenus viguerunt in eis, et alia multa ipsorum onera fore miserabiliter aggravata, et visitationes per nonnullos ad quos spectant sepe fieri plus ad questum quam utilitatem eorundem ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum et locorum ac etiam animarum, et propterea eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus et locis paterno compatientes affectu et ad relevationem suorum onerum, prout possumus, intendentes, discretioni vestre auctoritate apostolica tenore presentium inhibemus ne tu, frater archiepiscope, si quecunque ecclesias, monasteria, prioratus et loca ecclesiastica cum cura vel sine cura tue provincie seu tuorum suffraganeorum usque ad tres, et tam tu quam vos, fratres episcopi suffraganei, quascunque ecclesias sine cura vestrarum civitatum et diocesium usque ad duos annos, a data presentium numerandos, si interim vos visitare seu per alium facere visitari contigerit, aliquam procurationem recipiatis ab eis seu per-

sonis et rectoribus eorundem. Quod si infra annum proximum vos, archiepiscope et suffraganei, ac vos, filii abbates, archidiaconi, archipresbiteri et alii quibus visitatio predicta competit, ut preferuntur, vestras cathedrales aliasque ecclesias quibus cura imminet animarum necnon monasteria, prioratus et loca ecclesiastica quecunque cum cura civitatis, diocesis et provincie predictarum, forsan visitabitis, ab ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratibus et locis visitatis pro procuratione unius diei, sive in victualibus sive in pecunia, ultra medietatem quantitatum pro procurationibus visitationis hujusmodi taxatarum per felicis recordationis Benedicti pape XII, predecessoris nostri, constitutionem que incipit : *Vas electionis*, etiam a volentibus minime recipere presumatis ; alioquin contrarium facientes penis et sententiis in dicta constitutione contentis decernimus subjacere. Ceterum, quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vel alia impedimenta legitima vestrum singulis commode presentari, volumus quod per te, frater archiepiscope, dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum tuoque communitum sigillo, vobis, predictis suffraganeis, transmittatur, cui per vos et ceteros alios, ad quos spectat, adhiberi volumus velut originalibus plenam fidem tuque, archiepiscope, presentes, vos vero, suffraganei, earum transumptum in vestris ecclesiis cathedralibus et aliis ecclesiis et locis insignibus vestrarum civitatum et diocesium, de quibus expedire videbitis, faciatis solempniter publicari. Datum Avinione, kalendis augusti, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Rothomagensi, .. Turonensi, .. Bituricensi, .. Senonensi, .. Lugdunensi, .. Auxitano, .. Tholosano, .. Narbonensi, .. Arelatensi, .. Aquensi et .. Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis.* »

1905 Avignon, 1er août 1365.

Item mandatur infrascriptis. (Reg. Vat. 247, fol. 303 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Mimatensi, etc., salutem.* Scientes quod dolenter. — Datum Avinione, kalendis augusti, anno tercio. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Aniciensi.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Ruthenensi.* »

1906 Avignon, 4 août 1365.

Guillelmo Atberti conceditur facultas conferendi tabellionatum sex clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis et duobus laicis etiamsi sint conjugati. (Reg. Vat. 247, fol. 303 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, proventuum ad R. E. spectantium in partibus Italie receptori generali, salutem, etc.* Ne contractuum memoria deperiret. — Datum Avinione, II nonas augusti, anno tercio. »

1907 Avignon, 5 août 1365.

Hugoni de Keverley mandatur ut deliberavit abstinere de gratiis expectativis erga tres nepotes et unum consanguineum suos, commendatos a nobili viro Rogerio de Belloforti, domicello Lemovicensis dioecesis, cum sint in juvenili aetate constitui. Si tamen illi studiis litterarum insistant et profecerint scientia, moribus et aetate, papa intendit se pro tempore reddere gratiosum. (Reg. Vat. 247, fol. 135 recto.)

« *Dilecto filio Hugoni de Keverley, militi Lichefeldensis diocesis, salutem, etc.* Dilectus filius nobilis vir Rogerius. — Datum Avinione, nonis augusti, anno tercio. »

1908 Avignon, 5 août 1365.

Ludovico, episcopo Valentinensi, mandatur ut provideat de securo conductu Seguino de Badafol. (Reg. Vat. 247, fol. 134 verso; Prou, *op. cit.*, p. 137, n. LIX.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi, salutem, etc.* Cum nobilis vir Seguinus de Badafol, miles Sarlatensis diocesis, et ejus complices qui se comitivam appellant, castrum Anse, Lugdunensis diocesis, occupatum tenentes, jam diu tractaverunt castrum dimittere prelibatum et de regno Francie recedere ac hujusmodi comitivam dissolvere et totaliter separare, et propterea ipse Seguinus et quidam ex eisdem complicibus ad nostram presentiam sint venturi, fraternitatem tuam hortamur attente quatinus, considerans ex hoc grande bonum patrie Lugdunensis, ad quam te affectionem habere credimus specialem et omnium circumstantium partium provenire, eisdem Seguino et complicibus, quos dilecti filii .. decanus Lugdunensis et gubernator dalfinatus Viennensis tibi duxerint nominandos unacum dicto gubernatore ac dilecto filio nobili

viro Guidone de Prohynis, milite Ruthenensis diocesis, qui eisdem Seguino et complicibus dabunt pro regia parte conductum, velis usque ad Romanam curiam vel alium locum ad dictam veniendo curiam, in quo se tutos reputabunt de securo conductu ob nostram et A. S. reverenciam providere. Datum Avinione, nonis augusti, anno tercio. »

1909 Avignon, 5 août 1365.

Mandatur infrascriptis item. (Reg. Vat. 247, fol. 304 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis et .. episcopis ... quibus presentes pervenerint, salutem, etc.* Cum nobilis vir (ut supra usque) venturi, universitatem vestram monemus et hortamur attente et nichilominus sub excommunicationis pena vobis districte mandamus quatinus eisdem Seguino et complicibus nullam inferatis injuriam vel offensam, quinimmo eis ac illis qui eos conducent et associabunt cum ab eis vel ipsorum aliquo fueritis requisiti velitis pro bono publico ac ob reverentiam A. S. et nostram de securo conductu per terras, passus et loca vestra liberaliter providere. Datum Avinione, nonis augusti, anno tercio. »

1910 Avignon, 8 août 1365.

Joannam, reginam Siciliae, rogat ut legatum suum (Albornotium) benigne recipiat ejusque exhortationibus acquiescat. (Reg. Vat. 247, fol. 135 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 204, n. LVI.)

« *Excellenti principisse Johanne, regine Sicilie illustri.* Spiritum consilii sanioris. . . Ad regnum tuum Sicilie diuturnis hactenus intestinarum dissensionum turbinibus et exterarum hostilitatum impetibus agitatum multimodisque propterea collapsionis et deformationis detrimentis obnoxium nostre considerationis circa ipsius regni relevationem et reformationem intuitum dirigentes, et ad hoc secundum cor nostrum ydoneam cupientes reperire personam, tandem post multe discussionis indaginem per nos ipsos et cum fratribus nostris sepius habitam, ad venerabilem fratrem nostrum Egidium, episcopum Sabinensem, in nonnullis Italie partibus Apostolice Sedis legatum, cujus affectus fervidus ad bonum publicum promovendum alta providentia, zelus justicie, solicitudo assidua ac magnalium experientia tibi ac vicinis remotisque populis clare patent, direximus oculos nostre mentis, ipsumque licet nostris et Romane Ecclesie precipuis et arduis negotiis occupatum, admodumque utilem et necessarium adeo quod ipsius absencia a terris eidem Ecclesie immediate subjectis, in quibus degit ad presens, magna nostra et ipsarum terrarum detrimenta procul dubio generabit ad dictum regnum et ejus terras ultra et citra farum, de fratrum nostrorum consilio, dudum providimus destinandum, commisso sibi plene legationis officio in eisdem, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem idem legatus adeo periculosis nullatenus omittendis negotiis hucusque fuerit prepeditus quod ad dictum regnum nondum potuit se transferre et, prout nobis nuper notificavit, ad illud proponat, Deo duce, de proximo proficisci, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente mandantes quatinus affectum nostrum et ejusdem Ecclesie, quem ad te dictumque regnum gerimus, debita devotione ac gratitudine recognoscens dictum legatum, cujus affectionem quam habet ad te et dictum regnum per experienciam jam probasti ob reverenciam dicte Sedis et nostram ac suorum meritorum excellentiam, immo potius nos in ipso benigne recipiens debitaque honorificentia prosequens et pertractans ejus salutaribus monitis ac exhortationibus et mandatis acquiescas et pareas cum effectu, ac ea que tibi super hiis ex nostra parte vive vocis ministerio suggeret credas indubie illaque sic devote suscipias et efficaciter exequaris quod nos tue bone intentionis propositum ad reformationem digni regni ac devotionis sinceritatem erga nos et Sedem eandem filialemque tuam obedientiam possimus per effectum operis dignis in Domino laudibus commendare. Datum Avinione, VI idus augusti, anno tercio. »

« *Carissimo in Christo filio Jacobo, regi Majoricarum illustri, salutem.* Ad regnum Sicilie ut supra. »

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem, etc.* Ad regnum Sicilie ut supra. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Marie, juniori imperatrici Constantinopolitane illustri,* ut supra. »

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, prepositis ceterisque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis regni Sicilie citra et ultra farum constitutis, salutem, etc.* Ad regnum Sicilie ut supra. »

« *Dilectis filiis nobilibus viris universis baronibus,*

militibus et aliis nobilibus regni Sicilie citra et ultra farum, salutem, etc. Ad regnum Sicilie, ut supra. »

« *Eodem modo dilectis filiis universitatibus civitatum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum regni Sicilie citra et ultra farum,* sed ubi dicitur nobilitatem dicatur universitatem. »

1911 Avignon, 9 août 1365.

Guillelmus Atberti conceditur facultas quittantiam dandi Petro Gattula, civi Gaietano, thesaurario Marchiae Anconitanae, qui duodecim annis reddidit fidelem et plenariam rationem de bonis ab ipso administratis Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 247, fol. 304 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Alberti, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem, etc.* Per relationem gentium Camere nostre. — Datum Avinione, V idus augusti, anno tercio. »

1912 Avignon, 9 août 1365.

Eidem item conceditur quoad quoscumque thesaurarios et vicethesaurarios in terris R. E. partium Italiae constitutos. (Reg. Vat. 247, fol. 304 verso. De curia.)

« *Eidem.* De tua fide probata. — Datum Avinione, V idus augusti, anno tercio. »

1913 Avignon, 9 août 1365.

Electionem Raymundi Berengarii in magistrum hospitalis S. Joannis Jerosolimitani habet acceptam, instante Joanne de Eredia, priore S. Ægidii et castellano Empostae. (Reg. Vat. 247, fol. 136 recto.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani magistro, salutem, etc.* Plurium fidedignorum significatione didicimus. — Datum Avinione, V idus augusti, anno tercio. »

1914 Avignon, 9 août 1365.

Conventui praedicti Hospitalis mandatur ut pareant magistro nuper electo. (Reg. Vat. 247, fol. 136 verso.)

« *Dilectis filiis conventui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem, etc.* Obitus quondam Rogerii de Pinibus. — Datum Avinione, V idus augusti, anno tercio. »

1915 Avignon, 13 août 1365.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut studeat revocare a proposito quaerendi quaedam civitates et castra, quae non debet concedi, imperatorem Constantinopolitanum. (Reg. Vat. 247, fol. 137 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem, etc.* Inter alia . . . Nosque . . . ad reformandum dictum regnum [Sicilie] et presertim ad reintegrandum bona demenialia venerabilem fratrem nostrum Egidium, episcopum Sabinensem, A. S. legatum, providimus ad dictum regnum de proximo accessurum, verum quia clare memorie Roberto, imperatore Constantinopolitano, viam universe carnis ingresso, nonnulla civitates et castra de hujusmodi demaniis existentia, que idem imperator tenebat ad manus excellentis principisse Johanne, regine Sicilie illustris, redierunt, carissimus in Christo filius noster Philippus, imperator Constantinopolitanus illustris, eadem civitates et castra a prefata regina sibi concedi cum instancia sepius postulavit ; quod ipsa, cui hoc non licebat nec eciam expediebat provide concedere denegavit ; propter quod ipse imperator apud nos super hoc similiter institit per suum nuncium specialem, nosque sibi responsionem dedimus, prout dare debuimus, negativam, ex quibus idem imperator, ut dicitur, turbatus sincerum amorem erga dictam reginam non gerere verbis et actibus, prout audivimus, contestatur et piam magnitudinem tuam contra reginam eandem ad extorquendum ab ea dicta civitates et castra exquisitis modis nititur provocare.

« Quare mansuetudinem regiam, quam ad recuperandum prosperitatem dicti regni non ambigimus affici et que prefate Sedis beneplacitis filialiter se coaptat quanto affectuosius possumus deprecamur quatinus premissa solita tua gravitate considerans, eidem imperatori super hujusmodi sua intencione non foveas, quinimmo cum a proposito querendi dicta civitates et castra, que nec debet nec potest habere, presertim cum pro dicto censu sint, prout audivimus, specialiter deputata, studeas tuis fraternis et providis suasionibus revocare, ac inducere quod cum eadem regina fraterna caritate se gerat eique ac prefato legato in recuperacione aliorum demaniorum prompte assistat auxiliis et favoribus oportunis. Est enim verisimile quod, si memoratus imperator ab hujusmodi injusta peti-

cio[ne] desistat, et eidem regine et legato in premissis foveat, ut prefertur, alios detentores demaniorum similium ea retinere pudebit, et quos pudor non inducet unita potencia, favente Domino, superabit. Datum Avinione, idibus augusti, anno tercio. »

1916 Avignon, 15 août 1365.

Joannae, Britanniae ducissae, profecturae de proximo ad curiam, conceditur securus conductus. (Reg. Vat. 247, fol. 138 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne ducisse Britanie, salutem, etc.* Quia tua nobilitas nuper nobis notificare curavit. — Datum Avinione, XVIIII kalendas septembris, anno tercio. »

1917 Avignon, 17 août 1365.

Carolo, regi Francie, scribitur de transitu societatum ultra mare contra infideles. (Reg. Vat. 247, fol. 138 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Ad litteras, quas nuper nobis regia celsitudo transmisit presentibus respondemus quod societates, que contra infideles ire voluerint ultra mare in partibus illis invenient venerabilem fratrem nostrum Petrum, patriarcham Constantinopolitanum, natione Caturcensem, virum affabilem ac grate conversationis, de quo merito poterunt contentari, nec expedit nec esset honestum ad hoc alium deputari ; gentibus aut hujusmodi societatum indulgentiam que datur transfretantibus in dicte terre subsidium et quod a quibuslibet locorum ordinariis possint recipere signum crucis per apostolicas litteras concessimus quas cum presentibus destinamus. Ceterum super negotiis dictarum societatum quasdam litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli, Romanorum imperatoris, semper augusti, nuper recepimus, quarum copiam presentibus interclusam transmittimus, ut quid habeas in hac parte peragere possis consulcius providere. Datum Avinione, XVI kalendas septembris, anno tercio. »

1918 Avignon, 19 août 1365.

Archiepiscopum Aquensem ejusque suffraganeos hortatur ut constitutionem *Item cum nonnulli claves sancte matris* a Carolo II, rege Siciliae, promulgatam faciant exequi contra sustinentes excommunicationem multis annis. (Reg. Vat. 247, fol. 305 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis, salutem, etc.* Ad nostri apostolatus auditum perduxit. — Datum Avinione, XIIII kalendas septembris, anno tercio. »

1919 Avignon, 19 août 1365.

Senescallo et ceteris officialibus comitatus Provinciae et Forcalquerii mandatur ut adversus excommunicatos per eorum ordinarios vel judices a S. A. delegatos ipsis nominatos procedant secundum tenorem constitutionum editarum a Carolo II, rege Siciliae, *Si pro causis temporalibus* et *Item cum illis quos Sacrosancta.* (Reg. Vat. 247, fol. 305 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobi viro .. senescallo ac ceteris officialibus comitatus Provincie et Forcalquerii, salutem, etc.* Multorum fidedignorum relatibus. — Datum Avinione, XIIII kalendas septembris, anno tercio. »

1920 Avignon, 20 août 1365.

Ludovico, duci Andegavensi, mandatur ut se abstineat de gravaminibus illatis burgensibus loci Montispessulani quibus fuit impositum mutuum et de novitate facta Bernardo Franco, cujus hospitium seu operatorium per suos officiales est clausum. (Reg. Vat. 247, fol. 139 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri regis Francie illustris fratri et locumtenenti in partibus Occitanis, salutem, etc.* Tua potest nobilitas. — Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno tercio. »

1921 Avignon, 20 août 1365.

Geraldo Mercaderii facultas conceditur exigendi fructus ecclesiae Vivariensis per obitum Ademarii episcopi vacantis. (Reg. Vat. 247, fol. 306 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Geraldo Mercaderii, archipresbitero de Belayco, Caturcensis diocesis, scriptori nostro, A. S. nuncio.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno tercio. »

1922 Avignon, 21 août 1365.

Edwardo, principi Aquitaniae, commendatur Fayditus, episcopus Ruthenensis et germanus Guillelmi tituli S. M. in

Transtiberim presbiteri cardinalis (qui in suis et suorum negociis apud S. A. utiliter promovendis ferventer est dispositus laborare et laborat assidue), accessurus Petragoricis et cum ipso locuturus de certis arduis negociis tangentibus statum suum et communem utilitatem. (Reg. Vat. 247, fol. 139 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Audivimus nuper. — Datum Avinione, XII kalendas septembris, anno tercio. »

1923 Avignon, 22 août 1365.

Eidem mandatur ut praedicto Faydito inhibuit expresse praestare juramentum, cum praeter Romanum pontificem nulli debetur. (Reg. Vat. 247, fol. 139 verso.)

« *Eidem.* Post confectas litteras. — Datum Avinione, XI kalendas septembris, anno tercio. »

1924 Avignon, 23 août 1365.

Joanni, duci Bituricensi et Alverniae, mandatur ut faciat restitui terras Guillelmo, comiti Bellifortis. (Reg. Vat. 247, fol. 140 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Bituricensi et Alvernie, salutem, etc.* Intelliximus nuper, fili dilecte, quod propter mandatum regium dudum factum quod castra, terre et bona, que olim fuerunt de demanio regio et a tempore clare memorie Philippi pulcri, regis Francie, citra ad manus quorumcunque donationis titulo devenerunt, ad ipsum demanium revocentur, tua nobilitas quasdam terras quas dilectus filius nobilis vir Guillelmus, comes Bellifortis, tenet infra tuum ducatum Alvernie, ad manum tuam seu regiam recepisti ; quare, cum, prout audivimus, idem comes non donationis, sed emptionis titulo acquisiverit terras ipsas et sic sub dicta revocatione non veniant nobilitatem eandem affectuose rogamus quatinus tam consideracione justicie quam ob reverenciam A. S. et nostram dictum comitem habens in hoc intime commendatum, si dictam acquisitionem per emptionem, ut prefertur, inveneris esse factam, sibi libere restitui facias dictas terras. Datum Avinione, X kalendas septembris, anno tercio. »

1925 Avignon, 23 août 1365.

Ægidio, Sabinensi episcopo, commendantur Raymundus Chabaudi, Cariloci, et Laurentius, de Berra de Saletis, Aptensis et Regensis dioecesium, prioratuum priores, deputati ad administrandam ecclesiam Cassinensem quae retenta fuit ad manus apostolicas. (Reg. Vat. 247, fol. 140 verso.)

« *Venerabili fratri episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Cum ecclesia Cassinensis. — Datum Avinione, X kalendas septembris, anno tercio. »

1926 Avignon, 23 août 1365.

Carolo de Duracio pupillo et ejus gubernatoribus mandatur ut solvant praedictis administratoribus ecclesiae Cassinensis pecunias debitas pro hospitali quod occupat. (Reg. Vat. 247, fol. 140 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo de Duracio, pupillo et ejus gubernatoribus, salutem, etc.* Cum ecclesiam. — Datum ut supra. »

1927 Avignon, 23 août 1365.

Raymundum de Baucio ejusque fratres hortatur ut Joanni de Eredia, castellano Empostae, et Ademario de Agrifolio, militi, marescallo romanae curiae, credant de discordia sedanda cum domina de Curtidone, Avinionensis dioecesis. (Reg. Vat. 247, folio 140 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Raymundo, principi Aurasicensi, ejusque fratribus, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, X kalendas septembris, anno tercio. »

1928 Avignon, 23 août 1365.

Dominae de Curtidone mandatur item. (Reg. Vat. 247, fol. 140 recto.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri .. domine de Curtidone, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum ut supra. »

1929 Avignon, 23 août 1365.

Raymundo de Baucio commendantur Raymundus Chabaudi, Cariloci, et Laurentius, de Berra de Saletis, Aptensis et Regensis dioecesis, priores O. S. B., ita ut ipsos defendat a latrunculis qui territorium et vassallos ecclesiae Cassinensis damnificant. (Reg. Vat. 247, fol. 140 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Sicilie camerario, salutem etc.* Cum ecclesiam. — Datum ut supra. »

1930 Avignon, 23 août 1365.

Franciscum de Baucio rogat ut persolvat triginta uncias argenti debitas pro hospitio ecclesiae Cassinensis in civitate Neapolitana quod longo tempore tenuit. (Reg. Vat. 247, fol. 141 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem, etc.* Cum ecclesiam. — Datum ut supra. »

1931 Avignon, 23 août 1365.

Nicolao de Cantelmis commendantur dicti priores. (Reg. Vat. 247, fol. 141 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao de Cantelmis, militi Neapolitano, salutem, etc.* Cum ecclesiam. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Alexandro Brancacio, militi Neapolitano.* »

« *Eodem modo nobili viro Anthonio de Salucio, domicello Teanensis diocesis.* »

« *Eodem modo dilectis filiis fratri Johanni Guidocti, preceptori domus S. Anthonii Florentini, pro nobis et E. R. in provinciis Campanie Maritimeque rectori,* mutatis mutandis. »

« *Dilecto filio nobili viro Matheo de Celano, domicello Marsicanensis diocesis, salutem, etc.* Cum ecclesiam, item.

« *Eodem modo nobili viro Antonio, comiti Caserte.* »

1932 Avignon, 26 août 1365.

Sancio Vaquerii facultas percipiendi bona mobilia et credita Guillelmi abbatis monasterii S. Romani de Blavia, O. S. A., Burdegalensis dioecesis, nuper extra curiam defuncti. (Reg. Vat. 247, fol. 307 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste secularis ecclesie S. Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, A. S. nuncio.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno tercio. »

1933 Avignon, 30 août 1365.

Joannam, reginam Siciliae, hortatur ut favorem praestet praedictis prioribus (n. 1925) de administratione ecclesiae Cassinensis gravatae ab justitiariis ejus. (Reg. Vat. 247, fol. 142 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 359, n. 57.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Cum ecclesiam Cassinensem. — Datum Avinione, III kalendas septembris, anno tercio. »

1934 Avignon, 1er septembre 1365.

Reginae Siciliae commendatur Petrus Gactula, civis Gaietanus, thesaurarius in Marchia Anconitana, qui revertitur ad partes Italiae. (Reg. Vat. 247, fol. 143 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine illustri Sicilie, salutem, etc.* Cum dilectus. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Nicolao de Alifia, militi, regni Sicilie cancellario* mutato serenitatem in nobilitatem. »

1935 Avignon, 1er septembre 1365.

Gometio Garsiae de Albornotio commendatur de gestis contra hostes Romanae Ecclesiae. (Reg. Vat. 247, fol. 143 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gometio Garsie de Albornotio, curie vicarie regni Sicilie rectori, salutem, etc.* Litteras tuas quamplures recepimus gesta per te ac alios nobiles in imminentibus E. R. guerris et discriminibus continentes. Nos itaque scientes quod tu cum gente carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, iidemque nobiles et alii Ecclesie prefate devoti et stipendiarii potentibus et furentibus hostibus ipsius Ecclesie potenter et magnanimiter occurristis, ac credentes indubie quod tandem exposcentibus causis utilibus cum hostibus ipsis prudenter et fideliter concordastis, et quod in hiis omnibus venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, Apostolice Sedis legati, directionem et consilium habuistis, proinde tuas eorumdemque nobilium fidem, prudenciam et strenuitatem multipliciter in Domino commendamus. Datum Avinione, kalendis septembris, anno tercio. »

1936 Avignon, 1er septembre 1365.

Guillelmo Atberti mandatur ut examinet rationes Petri Gattule, civis Gaietani, thesaurarii Marchiae Anconitanae ac in eadem et aliis provinciis in Italia consistentibus vicethesaurarii generalis de quolibet semestri. (Reg. Vat. 247, fol. 308 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Atberti, canonico Mima-*

tensi, clerico Camere nostre, proventuum ad R. E. in partibus Italie spectantium receptori generali, salutem, etc. Quia multiplicationes et inveterationes computorum. — Datum Avinione, kalendis septembris, anno tercio. »

1937 Avignon, 1er septembre 1365.

Guillelmo Alberti mandatur ut quittet Petrum Gattulae, civem Gaietanum, thesaurarium Marchiae Anconitanae ac vicethesaurarium generalem in eadem et ceteris aliis provinciis et terris R. E. in Italia consistentibus, de quolibet semestri. (Reg. Vat. 247, fol. 308 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Alberti receptori generali, salutem, etc.* Quia multiplicationes. — Datum Avinione, kalendis septembris, anno tercio. »

1938 Avignon, 2 septembre 1365.

Amedaeum, comitem Sabaudiae, rogat ut amoveat ex castro et villa Viviaci, ad abbatem et conventum monasterii Insulae Barbarae Lugdunensis dioecesis, O. S. B., capitaneum ab ipso deputatum, « cum iidem abbas et conventus offerant se paratos diligenter et caute dictum castrum, sicut fecerunt hactenus, custodire, ita quod ex defectu custodie nec tibi nec gentibus tuis et patrie circumstanti periculum poterit imminere ». (Reg. Vat. 247, fol. 134 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem, etc.* Habet expositio. — Datum ut supra. »

1939 Avignon, 2 septembre 1365.

Andruino, S. A. legato, notum fit quid agendum sit de castris sitis in Reginensi dioecesi. (Reg. Vat. 247, fol. 143 recto.)

« *Dilecto filio Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem, etc.* Dilectus filius Egidius de Ulcheyo, camerarius tuus, lator presentium, negotium castrorum Herberie et S. Martini de Robertis necnon Borzani et Montisrichi, Reginensis diocesis, prout a te habuit in mandatis, apud nos extitit solicite prosecutus, Nosque pro majori securitate dicta castra de filio nobili viro Andrea de Morano, milite Lugdunensis diocesis, de fidelitate ac circumspectione multiplici nobis noto, quem propter hoc ad partes illas transmittemus in brevi, ordinavimus assignari. Super facto vero lige, de qua dilectus filius nobilis vir Bernabos de Vicecomitibus miles Mediolanensis, in civitate Mediolanensi imperiali vicarius, nobis scripsit dicto camerario oretenus respondimus, cujus super hiis relatis adhibeas plenam fidem. Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tercio. »

1940 Avignon, 2 septembre 1365.

Bernaboni de Vicecomitibus fit notum idem ac supra. (Reg. Vat. 247, fol. 143 verso et Reg. Vat. 244 E, fol. 104, n. 248.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem, etc.* Dilectus filius Egidius. — Datum ut supra. »

1941 Avignon, 2 septembre 1365.

Salvatico et Feltrino de Boiardis et universitati castri Herberiae, Reginensis dioecesis, mandatur ut assignent ipsum castrum jam dicto Andreae « tenendum, gubernandum et custodiendum usque ad nostre beneplacitum voluntatis ». (Reg. Vat. 247, fol. 143 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Salvatico et Feltrino de Boiardis, domicellis Reginensibus, ac universitati castri Herberie, Reginensis diocesis, salutem, etc.* Ad obviandum scandala. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tercio. »

« *Eodem modo dilectis filiis nobili viro Guidoni de Manfredis, domicello Reginensi, et universitatibus castrorum Borzani et Montisrichi Reginensis diocesis.* »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris universis de domo Robertorum, civibus Reginensibus, ac universitati castri S. Martini de Robertis Reginensis diocesis.* »

1942 Avignon, 2 septembre 1365.

Nicolaum, marchionem Estensem, hortatur ut partes suas interponat de assignatione dicto Andreae castrorum Herberiae, S. Martini de Robertis, Borzani et Montisrichi. (Reg. Vat. 247, fol. 144 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi et ejus districtu pro nobis et E. R. vicario, salutem, etc.* Ad obiandum periculis. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tercio. »

« *Eodem modo nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* »

1943 Avignon, 2 septembre 1365.

Salvaticum et Feltrinum de Boiardis hortatur ut assignent castrum Herberiae sine formidine quia « ad manus nostras et ejusdem Ecclesie semper tenebitur, donec de ipsq cum vestro et vestrorum amicorum beneplacito aliter disponetur ». (Reg. Vat. 247, fol. 144 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Salvatico et Feltrino de Boiardis, domicellis Reginensibus, salutem, etc.* Per alias nostras litteras vobis et universitati. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno tercio. »

« *Eodem modo nobili viro Guidoni de Manfredis, domicello Reginensi,* sed loco castri Hirberie ponatur castrorum Borzani et Montisrichi. »

« *Eodem modo nobilibus viris universis de domo Robertorum, civibus Reginensibus,* sed loco castri Hirberie ponatur castri S. Martini de Robertis. »

1944 Avignon, 3 septembre 1365.

Carolo, regi Francie, commendantur clerus Francie oneribus gravatus nimis et specialiter personae ecclesiasticae civitatis et diocesis Aurelianensis. (Reg. Vat. 244 E, fol. 99, n. 232 et Reg. Vat. 247, fol. 145 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Serenitati regie credimus esse notum quod diebus non longe preteritis, pro excludendis de tuo regno detestabilibus comitivis, illud hostili vexatione turbantibus, decimam biennalem proventuum ecclesiarum dicti regni consistentium in lingua gallicana duximus concedendam, et jam nostre littere super hoc confecte ad partes, ad quas debebant dirigi, sunt transmisse. Igitur cum rationi congruat et nostre intencionis extiterit ac existat, quod ecclesie, ac monasteria et persone ecclesiastice dicti regni, presertim partium earumdem, cum sint in suis facultatibus nimium extenuate, aliis per te vel gentes tuas oneribus non graventur, pietatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus circa dictarum personarum gravamina oculos tue benignitatis extendens, sic efficaciter de ipsa respiratione et alleviatione ab oneribus eisdem provideas quod exinde Altissimo reddaris acceptior dicteque persone divinis obsequiis sedulius sint intente, nosque ad annuendum tuis votis honestis et prosperitatem dicti regni affectuosius promovendum reddamur futuris temporibus promptiores, specialiter autem clerum civitatis et diocesis Aurelianensis hostili oppressione afflictum et in facultatibus diminutum, super alleviatione predicta, tue pie celsitudini specialiter commendamus. Datum Avinione, III nonas septembris, anno tercio. »

1945 Avignon, 3 septembre 1365.

Joannem, episcopum Belvacensem, hortatur ut adhibeat favores suos super his quae regi Franciae scribuntur. (Reg. Vat. 247, fol. 145 recto; Reg. Vat. 247 E, fol. 99, n. 233.)

« *Dilecto fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem, etc.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo. — Datum ut supra. »

1946 Avignon, 3 septembre 1365.

Episcopo Parisiensi mandatur ut citet ad comparendum in curia infra triginta dies Amanevum de Aureola, O. F. M., qui, se gerens pro capellano papae et poenitentiario, in civitate Parisiensi et locis vicinis confessiones audit, absolvit et dispensat de irregularitatibus. Insuper inhibeat Amanevo ne talia attemptet sub poena excommunicationis et incarcerationis. Remittat papae informationem de perpetratis ab ipso fratre. (Reg. Vat. 247, fol. 309 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, III nonas septembris, anno tercio. »

1947 Avignon, 3 septembre 1365.

Episcopis et inquisitoribus haereticae pravitatis per regnum Franciae constitutis jubetur ut procedant contra begardos seu beguinos post informationem traditam Parisiensi episcopo. (Reg. Vat. 247, fol. 309 recto. De curia. — Raynaldi, *Annales ad annum* 1365, § 17; P. Frederico, *Corpus documentorum hereticae pravitatis Neerlandiae*, Gand, 1889-1896, t. I, p. 206, n. 208; J. M. Vidal, *Bullaire de l'Inquisition française*, Paris, 1913, p. 375, n. 257.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis inquisitoribus heretice pravitatis per regnum Francie constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem, etc.* Super custodiam gregis... Sane ad audientiam nostram fidedigna relatione pervenit quod quidem filii Belial utriusque sexus, qui begardi seu beguini vulgariter nuncupantur, et sub ovina pelle lupinam feritatem abscondunt multis erro-

ribus detestabilibus involuti in diversis civitatibus, castris, villis et locis regni Francie latitantes, nonnullos fideles, presertim simplices a via veritatis avertere et secum in gehennam trahere moliuntur. Nos igitur cupientes quod adversus talium nefandorum versutiam periculosam nimium oportunis remediis celeriter occurratur, discretioni vestre, presentium tenore, districte precipiendo mandamus quatinus, receptis presentibus, omni mora sublata, contra begardos eosdem ac credentes ipsorum erroribus, necnon fautores, defensores et receptatores eorum, cum omni diligentia, appellatione postposita, vestri officii debitum exequi studeatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Sic itaque super hiis vos reddatis solicitos et intentos quod, preter retributionem divinam, nostram et Apostolice Sedis gratiam mereamini uberius obtinere. Ut autem de talium locis, vita, conversatione ac erroribus sitis plene informati et contra eos procedere melius valeatis, quandam informationem super hiis nobis traditam venerabili fratri nostro .. episcopo Parisiensi sub bulla nostra transmittimus, cujus copiam singuli vestrum recipiant ab eodem. Datum Avinione, III nonas septembris, anno tercio. »

1948 Avignon, 3 septembre 1365.

Episcopo Parisiensi mandatur ut communicet episcopis et inquisitoribus praedictis informationem praesentibus interclusam. (Reg. Vat. 247, fol. 145 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi, salutem, etc.* Contra quosdam viros detestabiles. — Datum Avinione, III nonas septembris, anno tercio. »

1949 Avignon, 3 septembre 1365.

Stephano, episcopo Vabrensi, mandatur ut libere persolvantur Petro de Thesano, archidiacono Agathensi, in senio constituto, decimae novales perceptae usque ad diem quintam mensis julii praeteriti, ipsi concessae a quondam Petro, episcopo Vabrensi, et consistentes in pertinentiis castri S. Saturnini Vabrensis dioecesis. (Reg. Vat. 247, fol. 145 verso.)

« *Venerabili fratri, .. episcopo Vabrensi, salutem, etc.* Nuper dilectus filius Petrus. — Datum Avinione, III nonas septembris, anno tercio. »

1950 Avignon, 5 septembre 1365.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani, commendatur Reginaldus de Nantholio, prior Aquitaniae, directus ad praesentiam ejus. (Reg. Vat. 247, fol. 146 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 42, n. 105.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem, etc.* Cum dilectus filius Reginaldus. — Datum Avinione, nonis septembris, anno tercio. »

1951 Avignon, 6 septembre 1365.

Joannam, reginam Siciliae, rogat ut provideat de securo conductu Petro, olim archiepiscopo Neapolitano, ad ecclesiam Ebredunensem translato. (Reg. Vat. 247, fol. 146 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 360, n. 58.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Cum venerabilem fratrem nostrum Petrum. — Datum Avinione, VIII idus septembris, anno tercio. »

1952 Avignon, 7 septembre 1365.

Gauselmo Cocardi, canonico Aniciensi, conceditur facultas hac vice primaria conferendi decanatum, sacristiam, canonicatus et alia beneficia ecclesiastica ecclesiae collegiatae de Quesiaco, Mimatensis dioecesis, de personis oriundis ex dicta dioecesi et alia beneficia vel officia ecclesiastica ubicumque obtinentibus. (Reg. Avin. 163, fol. 49 recto. De curia ; Reg. Vat. 255, fol. 7 recto; Reg. Vat. 247, fol. 309 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Gauselmo Cocardi, canonico Aniciensi, familiari nostro, salutem, etc.* Dudum nos ad divini cultus. — Datum Avinione, VII idus septembris, anno tercio. »

1953 Avignon, 7 septembre 1365.

Eidem item conceditur in ecclesia collegiata de Bedoesco, Mimatensis diocesis. (Reg. Vat. 247, fol. 310 verso. De curia.)

« *Eidem, salutem, etc.* Dudum nos. — Datum ut supra. »

1954 Avignon, 7 septembre 1365.

Eidem facultas recipiendi resignationes, et ad officia et beneficia quae obtinebunt promovendi ab ipso in dictis eccle-

siis de Quesiaco et de Bedoesco; beneficia et officia sic resignata non apud S. A. vacabunt, sed pertinebunt ad collatores eorum. (Reg. Vat. 247, fol. 311 recto. De curia.)

« *Eidem, salutem, etc.* Dudum nos. — Datum ut supra. »

1955 Avignon, 11 septembre 1365.

Carolo, regi Franciae, commendatur Petrus Raymundi de Ruppistagno, miles, senescallus Bellicadri. (Reg. Vat. 247, fol. 147 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo regi Francie illustri, salutem, etc.* Dilectum filium nobilem virum Petrum. — Datum Avinione, III idus septembris, anno tercio. »

1956 Avignon, 11 septembre 1365.

Joannem, episcopum Belvacensem, rogat ut assistat favorabiliter apud regem praefatum senescallum. (Reg. Vat. 247, fol. 147 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem, etc.* Dilectum filium. — Datum ut supra. »

1957 Avignon, 11 septembre 1365.

Joannam, reginam Siciliae, hortatur ut inducat Franciscum de Baucio, ducem Andriae, ad restituendum castrum de Graigniano, et Guillelmum, comitem Angloni, territorium Saratellae et Siverani, quae pertinent ad magistrum et conventum Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani, in manibus Gaucherii de Bastida Rolandi, praeceptoris domus de Salegio, Arelatensis diocesis. (Reg. Vat. 244 E, fol. 116, n. 283; Reg. Vat. 247, fol. 147 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 361, n. 59.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Nuper pro parte. — Datum Avinione, III idus septembris, anno tercio. »

1958 Avignon, 11 septembre 1365.

Franciscum de Baucio hortatur ad restituendum predictum castrum de Gragniono. (Reg. Vat. 247, fol. 147 verso; *Instr. miscell.*, n. 6232.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem, etc.* Nuper pro parte. — Datum ut supra. »

1959 Avignon, 11 septembre 1365.

Guillemum, comitem Angloni, hortatur ad restituendum territorium Saratellae et Siverani. (Reg. Vat. 247, fol. 148 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo comiti Angloni, salutem, etc.* — Datum ut supra. »

1960 Avignon, 11 septembre 1365.

Archiepiscopo Cantuariensi mandatur ut bona, credita et fructus beneficiorum ubique consistentium Raymundi Pelegrini, canonici Londoniensis, olim multis annis in regno Angliae collectoris, qui non reddidit rationem, sequestrare studeat. (Reg. Vat. 247, fol. 311 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi, salutem, etc.* Cum quondam Raymundus. — Datum Avinione, III idus septembris, anno tercio. »

1961 Avignon, 11 septembre 1365.

Item mandatur Joanni de Cabrespina canonico Narbonensi, A. S. nuncio. (Reg. Vat. 247, fol. 312 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni de Cabrespina, canonico Narbonensi, A. S. nuncio, salutem, etc.* Cum quondam Raymundus. — Datum ut supra. »

1962 Avignon, 12 septembre 1365.

Petrus Bonihominis, civis Narbonensis, fit in Marchia Anconitana depositarius pro Ecclesia Romana cum salario unius ducatus auri pro singulis diebus et pro familia ejus. Ipsi conceditur facultas recipiendi summas pecuniarum ad manus thesaurarii Marchiae Anconitanae et vicethesaurarii generalis in aliis terris E. R. in Italia consistentibus necnon solvendi salaria, provisiones et stipendia debita officialibus, provisionatis, castellanis roccharum et stipendiariis dictae provinciae Marchiae. (Reg. Vat. 247, fol. 312 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Bonihominis, civi Narbonensi, pro nobis et R. E. in provincia Marchie Anconitane depositario, salutem, etc.* De tuis fidelitate ac industria. — Datum Avinione, II idus septembris, anno tercio. »

1963 Avignon, 13 septembre 1365.

Rodulfo de Lupeyo, gubernatori dalphinatus Viennensis,

mandatur ut officiales suos se abstineant de attemptatis ab illis contra exemptionem ab omni jurisdictione qua gaudet Guido de Caylano, prior de Asperis, O. S. B., Vapincensis dioecesis, super locis de Asperis et de Monte Brando. (Reg. Vat. 247, fol. 148 recto; Prou, *op. cit.*, p. 137, n. LX.)

« *Dilecto filio nobili viro Rodulfo de Lupeyo, militi, gubernatori Dalphinatus Viennensis, salutem, etc.* Nuper pro parte dilecti filii Guidonis de Caylano, prioris prioratus de Asperis, O. S. B., Vapincensis diocesis, a monasterio Aureliaci immediate dependentis, nobis fuit conquerenter expositum quod, quamvis idem prior sit dominus solus et in solidum locorum de Asperis et de Monte Brando, ac membrorum et subditorum prioratus ejusdem, cum omnimoda jurisdictione, ac mero et justo imperio, sitque exemptus ab omni jurisdictione quorumcunque preterquam E. R. et dilecti filii .. abbatis monasterii predicti, nichilominus tamen officiarii et gentes tui, contra justicie debitum, ac in lesionem non modicam ecclesiastice libertatis, et ipsius prioris ac prioratus prejudicium et gravamen, compellunt subditos dicti prioratus, per capcionem personarum et sequestracionem bonorum, ad solvendum eisdem, pro quolibet foco, medietatem unius floreni auri et ad tradendum omnia nomina et numerum focorum habitantium in jurisdictione prioratus ejusdem. »

« Quare, pro parte dicti prioris, fuit nobis humiliter supplicatum ut eidem in predictis providere de oportuno remedio dignaremur. »

« Nos, igitur, dictorum prioris et prioratus indempnitati consulere et libertatem conservare ecclesiasticam cupientes, nobilitatem tuam rogamus attente mandantes quatinus ab hujusmodi et aliis quibuscunque gravaminibus dicto priori et subditis ejus et dicti prioratus inferendis abstineas, et officiales et gentes tuos facias abstinere in hac parte, taliter provisurus quod non oporteat nos aliud remedium adhibere. Datum Avinione, idibus septembris, anno tercio. »

1964 Avignon, 13 septembre 1365.

Petro Domandi, A. S. nuncio, facultas conceditur exigendi bona mobilia et credita abbatis monasterii de Thalemondo, O. S. B., Lucionensis dioecesis, nuper extra curiam defuncti. (Reg. Vat. 247, fol. 312 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Domandi, preposito ecclesie Pictavensis, A. S. nuncio, salutem, etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, idibus septembris, anno tercio. »

1965 Avignon, 15 septembre 1365.

Petro, regi Cypri, commendatur Guillelmus de Maseriis, domicellus, frater Philippi de Maseriis, concellarii sui, veniens ad presentiam ejus. (Reg. Vat. 247, fol. 149 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro regi Cipri illustri salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Guillelmum. — Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno tercio. »

1966 Avignon, 15 septembre 1365.

Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, et Guillelmo Atberti mandatur ut persolvant 12.000 florenorum auri Francisco de Carraria; si eamdem summam vel ejus partem congruam non habeant, Nicolaus, Hugo et Albertus marchiones Estenses solvebunt ipsi Francisco de pecunia census R. E. debiti. (Reg. Vat. 247, fol. 149 recto; *Instrumenta miscellanea*, n. 2428; originale (1).)

« *Dilectis filiis Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, ac Guillelmo Atberti, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, proventuum in partibus Italie ad E. R. spectantium receptatoribus generalibus, salutem, etc.* Dudum per alias nostras diversas litteras. — Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno tercio. »

1967 Avignon, 15 septembre 1365.

Nicolaum, Hugonem et Albertum marchiones Estenses hortatur ad solutionem praedictae summae. (Reg. Vat. 247, fol. 149 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto marchionibus Estensibus nostris in civitate Ferrariensi vicariis, salutem, etc.* Quia Romana Ecclesia. — Datum ut supra. »

1968 Avignon, 17 septembre 1365.

Petrum, regem Cypri, hortatur ut revocet ad gratiam sum Philippum de Jubilino, militem, dominum de Azoto, consanguineum suum. (Reg. Vat. 247, fol. 150 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem, etc.* Audivimus, fili carissime. — Datum Avinione, XV kalendas octobris, anno tercio. »

(1) Tergo scribitur : *1365, die 23 octobris, in Ancona presentata fuit presens bulla domino abbati Massiliensi.*

1969 Avignon, 17 septembre 1365.

Raymundum, archiepiscopum Nicosiensem, hortatur ut laboret super reconciliatione dicti Philippi cum rege Cypri. (Reg. Vat. 247, folio 150 verso.)

« *Venerabili fratri Ramundo, archiepiscopo Nicosiensi, salutem, etc.* Scribimus carissimo in Christo filio. — Datum ut supra. »

1970 Avignon, 17 septembre 1365.

Joanni, duci Bituricensi, mandatur ut restituantur terrae sequestratae (v. *supra*, n. 1924) Guillelmi, comitis Bellifortis, et de proximo perventurae ad Marquesium de Caniliaco, domicellum, ejusdem comitis filium et nepotem Raymundi, episcopi Praenestini, pro honorabili matrimonio contrahendo, cum specialis affectionis affectum gerit erga gentem de Caniliaco, Mimatensis dioecesis, ex qua oriundus est. (Reg. Vat. 247, fol. 149 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Bituricensi, salutem, etc.* Nuper tue nobilitati scripsisse. — Datum Avinione, XV kalendas octobris, anno tercio. »

1971 Avignon, 19 septembre 1365.

Jordanus de Haya fit procurator fiscalis. (Reg. Vat. 247, fol. 313 verso; *Instr. miscell.*, n. 2429.)

« *Dilecto filio Jordano de Haya, canonico Bajocensi, procuratori nostro fiscali, salutem, etc.* De tue fidelitatis ... te nostrum et E. R. ac officialium, rectorum terrarum ejusdem Ecclesiae, et eciam subditorum nostrorum procuratorem, syndicum vel actorem et eciam defensorem in omnibus causis, litibus, questionibus seu demandis, eciam ex officio seu alias criminaliter aut civiliter pro nobis aut nostro nomine seu dicte E. R. vel officialium aut rectorum vel subditorum predictorum, conjunctim vel divisim, aut in contrarium motis vel movendis, in judicio vel extra, contra quoscumque coram quibuscumque, quacumque auctoritate, judicibus, auditoribus, commissariis aut quamlibet jurisdictionem, cognitionem spiritualem vel temporalem habentibus specialiter vel generaliter deputatis vel deputandis constituimus ac facimus per presentes ac in premissis et eorum quolibet agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, promovendi, accusandi, litem seu lites contestandi, ponendi seu articulandi, respondendi, sentencias audiendi, et ab eis et quolibet gravamine appellandi et apostolos obtinendi, et appellationes prosequendi et quoscumque judices vel commissarios ac auditores et litteras quascumque graciam vel justiciam continentes impetrandi et obtinendi et impetrantibus talia, si tibi visum fuerit, contradicendi, suspectos dandi et judices ac loca recusandi, beneficium restitucionis in integrum ac absolucionis etiam ad cautelam a quacumque sentencia a jure vel homine seu statuto ex quacumque causa prolata vel proferenda et quodcumque aliud remedium proponendi, petendi et obtinendi ceteraque faciendi, petendi, requirendi et obtinendi que verus et legitimus procurator, syndicus, defensor sive actor, etiam si majora vel graviora fuerint, quam aliqua de superius expressatis, etiam si mandatum exigant speciale quandocunque et ubicunque et adversus quoscunque facere debet et potest, necnon substituendi alium vel alios procuratores ad omnia et singula, de quibus aliqualis mencio seu intellectus supra habetur, vel que in aliqua parte seu verbo predictorum intelligi vel interpretari poterunt, cum emergentibus, dependentibus et connexis et quolibet eorumdem et incidentium circa illa qui substituti et eorum quilibet rato manente mandato nostro hujusmodi consimilem habeant potestatem, eosque revocandi et loco ipsorum alium seu alios surrogandi quotiens oportunum fuerit seu videris expedire, usque ad A. S. beneplacitum plenam, generalem ac liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem et mandatum speciale ex certa sciencia ratum habentes et habituri et gratum quicquid circa premissa et eorum quodlibet, conjunctim vel divisim, per te vel substituendum aut substituendos predictos actum exiterit sive gestum, eciam relevantes te et substituendos ab omni onere satisdandi pro te et quolibet substituendorum predictorum promittimus rem ratam habere, judicio sisti et judicatum solvi cum suis clausulis universis sub juris renunciacione qualibet et cautela et revocando quoscunque alios procuratores fiscales, si qui per nos hactenus seu per predecessores nostros fuerint constituti, omnia et singula per te hactenus habita sive gesta nostro seu dicte R. E. officialium, rectorum et subditorum predictorum, seu alterius eorumdem nomine ratificamus, approbamus, et rata et grata ac firmitatem perpetuam volumus et promittimus per presentes. Datum Avinione, XIII kalendas octobris, anno tercio. »

1972 Avignon, 19 septembre 1365.

Actiones graciarum refert reginae Siciliae de oblatis pro transitu ad Urbem. (Reg. Vat. 247, fol. 150 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 361, n. 60.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie*

illustri, salutem, etc. Litteras reginales nuper nobis per ambaxiatores tuos existentes in Romana curia presentatas, in quibus de transitu nostro ad Urbem, quem futurum audiveras tue leticie jubilum reserasti benigne recepimus et cum immensa nostre mentis exhylaratione ipsarum notavimus intellectum, letamur siquidem, carissima filia, de tua pro hujusmodi transitu oblatione magnifica, sed multo magis in tui filialis affectus, quem in hoc et aliis nobis devotissima exhibes, promptitudine delectamur oblationem itaque acceptantes eandem proinde tue liberalitati copiosas graciarum referimus actiones. Nec tua celsitudo miretur, si quod in hac parte audisti ex fama volatili tibi, si verum foret, prius non duximus reserandum, nam, licet sit nostri propositi dictam Urbem, Deo previo, visitare, tamen cum incertum fuerit et sit tempus adimpletionis ipsius propositi, id tibi nequivimus nec possumus intimare, sed cum tempus afferuit quod de oblatis provideas reginalem magnitudinem requiremus. Datum Avinione, XIII kalendis octobris, anno tercio. »

1973 Avignon, 22 septembre 1365.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut exequatur litteras ipsi scriptas pro Thoma Laurentie, canonico ecclesiae Gerboredi, Belvacensis dioecesis, de quibus nil fecit, « sed respondit quod hoc negocium ignorabat »; alioquin, ulterius papa intendit de oportuno remedio providere. (Reg. Vat. 247, fol. 151 recto et Reg. Vat. 244 E, fol. 100, n. 234.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem.* Dudum tue fraternitati. — Datum Avinione, X kalendas octobris, anno tercio. »

1974 Avignon, 22 septembre 1365.

Joanni, electo Tullensi, mandatur ut assignet 8.000 florenorum auri Perozio Corsini, Angelo Joannis, Laurentio Fruosini, Nicolao Bini, Bartholo Johannis et Alexandro de Paradisis, factoribus societatis Albertorum antiquorum, tradenda gentibus Camerae Apostolicae. (Reg. Vat. 247, fol. 329 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Tullensi, A. S. nuncio, salutem, etc.* Cum dilectus filius Thomas Monis, mercator Florentinus. — Datum Avinione, X kalendas octobris, anno tercio. »

1975 Avignon, 22 septembre 1365.

Praefatis factoribus mandatur ut recipiant jam dictam summam. (Reg. Vat. 247, fol. 330 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Perozio Corsini, Angelo Johannis, Laurentio Fruosini, Nicolao Bini, Bartholo Johannis et Alexandro de Paradisis, factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florentia in partibus Flandrie et Brabantie commorantibus, salutem, etc.* Per alias nostras damus litteras. — Datum ut supra. »

1976 Avignon, 22 septembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut in exponendis ab Ægidio de Ulcheyo relatibus adhibeat plenam fidem de negocio ligae cum Bernabone de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 247, fol. 151 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Dilectus filius Egidius de Ulcheyo. — Datum Avinione, X kalendas octobris, anno tercio. »

1977 Avignon, 24 septembre 1365.

Magistrum Hospitalariorum hortatur ut conferat aliquam praeceptoriam Raymundo de Orto, nepoti quondam Petri Planterii, in conventu Rodi degenti, quem ab recordationem ejusdem Petri multum diligit. (Reg. Vat. 247, fol. 151 verso; Reg. Vat. 244 D, fol. 42, n. 104.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem, etc.* Dilectum filium Raymundum de Orto. — Datum Avinione, VIII kalendas octobris, anno tercio. »

1978 Avignon, 24 septembre 1365.

Edwardo, Aquitaniae principi, commendatur Petrus de Panaco, dominus de Copiaco, miles Ruthenensis dioecesis. (Reg. Vat. 247, fol. 151 v°.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Dilectum filium nobilem virum Petrum. — Datum Avinione, VIII kalendas octobris, anno tercio. »

1979 Avignon, 24 septembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut praestet consilium et auxilium gentis armigerae Petrocino, archiepiscopo

Ravennatensi, in provincia Romandiolae vicario generali, et Danieli de Carrecto Hospitalis S. Joannis Jerosilimitani, ejusdem provinciae rectori, pro conservatione status pacifici jam dictae provinciae. (Reg. Vat. 247, fol. 151 verso et Reg. Vat. 244 E, fol. 73, n. 169.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Statum pacificum et tranquillum. — Datum Avinione, VIII kalendas octobris, anno tercio. »

1980 Avignon, 24 septembre 1365.

Andruino, legato S. A., item mandatur (Reg. Vat. 247, fol. 152 recto et Reg. Vat. 244 E, fol. 73, n. 169.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem, etc.* Statum pacificum et tranquillum. — Datum ut supra. »

1981 Avignon, 24 septembre 1365.

Vicecomitem de Claromonte rogat ut unam duodenam grossam de trabibus seu truncis quercium concedat pro monasterio S. Benedicti de Montepessulano, Magalonensis dioecesis, et gratias agit de eisdem trabibus datis pro monasterio S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 247, fol. 152 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro .. vicecomiti de Claromonte, Viennensis diocesis, salutem, etc.* Tua liberalitas quam jam sumus experti. — Datum Avinione, VIII kalendas octobris, anno tercio. »

1982 Avignon, 25 septembre 1365.

Guillelmo de Lordaco mandatur ut tradat 5.000 florenorum auri Stoldo de Altovitis et Bonacurso Lapi, mercatoribus Florentinis, R. curiam sequentibus, sociis et procuratoribus Andreae Seguini et Francisci Soderini, mercatorum de Florentia. (Reg. Vat. 247, fol. 317 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Lordaco, canonico Agennensi, A. S. nuncio.* Cum dilecti filii Stoldus. — Datum Avinione, VII kalendas octobris, anno tercio. »

1983 Avignon, 25 septembre 1365.

Andreae Seguino et Francisco Soderini praefatis mandatur ut recipiant a dicto Guillelmo de Lordaco summam florenorum quinque millia. (Reg. Vat. 247, fol. 317 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Andree Seguino et Francisco Soderini, sociis, mercatoribus Florentinis, salutem, etc.* Per alias nostras damus litteras. — Datum ut supra. »

1984 Avignon, 25 septembre 1365.

Magistro Hospitalariorum commendatur Petrus Bossonis, praeceptor domus de Nobiano Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani, Lodovensis dioecesis, per eum ad R. E. destinatus, ut remittat illum ad dictam praeceptoriam personaliter gubernandam. (Reg. Vat. 247, fol. 153 recto.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem, etc.* Dilectum filium Petrum .— Datum Avinione, VII kalendas octobris, anno tercio. »

1985 Avignon, 26 septembre 1365.

Joannae, reginae Siciliae, commendatur Sixtus de Alifia, nuncius ipsius reginae, ut circa tangentia statum suum ei plenam fidem adhibeat. (Reg. Vat. 247, fol. 152 recto; Reg. Vat. 244 E, fol. 116, n. 282; Cerasoli, *loco citato*, p. 362, n. 61.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Dilectus filius Sixtus. — Datum Avinione, VI kalendas octobris, anno tercio. »

1986 Avignon, 26 septembre 1365.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, qui litteris ipsi mandatis non paruit, notum fit quod commissa fuit cuidam cardinali justitia ministranda de castris Vinerii et Belhiaci, Lugdunensis dioecesis, cum justam excusationem non habeat et abbas et monasterium Insulae barbarae sint potentes et prompti ad custodiam dictorum castrorum; alioquin eis non poterit justitiam denegare. (Reg. Vat. 247, fol. 152 verso; Reg. Vat. 244 E, fol. 148, n. 354.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem, etc.* Litteras tue nobilitatis. — Datum Avinione, VI kalendas octobris, anno tercio. »

1987 Avignon, 26 septembre 1365.

Reginam Siciliae rogat ut utatur consiliis cardinalis Albornotii, in regno degentis. (Reg. Vat. 244 D, fol. 12, n. 31 ;

Reg. Vat. 247, fol. 153 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 363, n. 62.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Sepe hactenus displicenter audivimus quod, licet tui consiliarii sint providi et fideles, tanta tamen est inter eos partialitas quod interdum bona consilia per alios contrarios ex simultate vel invidia impugnantur et in suo valituro impediuntur effectu. Et propterea nos considerantes te sano et provido consilio, in tuis agendis arduis sepius indigere tibi paterne consulimus quod venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, Apostolice Sedis legati, nunc in tuo regno degentis, utaris consiliis eisque absque dubio erunt sana filialiter acquiescas. Datum Avinione, VI kalendas octobris, anno tercio. »

1988 Avignon, 26 septembre 1365.

Eidem scribitur ut solvatur salarium debitum Jacobo Ceva, legum doctori, in Romana curia advocato, qui prosequitur negocia ejus continuis laboribus. (Reg. Vat. 247, fol. 153 verso; Reg. Vat. 244 E, fol. 12, n. 32; Cerasoli, *loco citato*, p. 363, n. 63.)

« *Eidem.* Dudum pro dilecto filio Jacobo. — Datum ut supra. »

1989 Avignon, 27 septembre 1365.

Reginam Siciliae hortatur ut, si concordiam faciat cum Frederico de Aragonia, detentore insulae Siciliae, inducat ipsum ad restituenda bona quae pertinent ad Petrum de Antiochia, comitem Capizii, filium quondam Frederici. (Reg. Vat. 247, fol. 153 verso; Reg. Vat. 243 D, fol. 13, n. 34; Cerasoli, *loco citato*, p. 364, n. 64.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Cum, prout ex dilecti filii nobilis viri Petri de Antiocha. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno tercio. »

1990 Avignon, 27 septembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, de eadem restitutione. (Reg. Vat. 247, fol. 153 verso; Reg. Vat. 244 D, fol. 149, n. 342.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Cum prout etc. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno tercio. »

1991 Avignon, 27 septembre 1365.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ut favoribus gratiosis prosequatur Rodulphum, abbatem monasterii Grandissilvae, Tolasanae dioecesis, quoad quaedam negotia monasterii expedienda. (Reg. Vat. 247, fol. 154 r° et Reg. Vat. 244 E, fol. 74, n. 171.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Grata nobis dilecti filii Rudolphi. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno tercio. »

1992 Avignon, 27 septembre 1365.

Joanni Warewelle, archidiacono in ecclesia Wigorniensi, commendantur praedicta negotia expedienda. (Reg. Vat. 247, fol. 154 recto.)

« *Dilecto filio Johanni Warewelle, archidiacono in ecclesia Wigorniensi, salutem, etc.* Dilecto filio nobili viro Edwardo. — Datum ut supra. »

1993 Avignon, 27 septembre 1365.

Edwardum, principem Aquitaniae, hortatur ut remedium apponat injuriis et gravaminibus illatis Stephano, episcopo Vabrensi, a Thoma de Wentruhal, milite, senescallo Ruthenensi, qui « jura, libertates et immunitates ecclesie Vabrensis multipliciter ledere et minuere nititur, temporalitatem dictorum episcopi et ecclesie ad manus suas recipiendo indebite ac gentes armigeras in magno numero in terra dicte ecclesie ponendo et eis magna stipendia de bonis dicte ecclesie assignando, clericos quoque et personas ecclesiasticas ad seculare suum judicium trahendo, et eidem episcopo et dicte ecclesie subditis, tam clericis quam laicis, injurias inferendo et inferri per alios permittendo ». (Reg. Vat. 247, fol. 154 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem, etc.* Nuper pro parte venerabilis fratris. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno tercio. »

1994 Avignon, 27 septembre 1365.

Praedictum senescallum rogat ut emendet excessus praefatos. (Reg. Vat. 247, fol. 154 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome de Wentruhal, militi, senescallo Ruthenensi, salutem, etc.* Gravi nuper pro parte. — Datum ut supra. »

1995 Avignon, 27 septembre 1365.

Anglico, episcopo Avinionensi, datur quittatio de 18.603 florenorum auri communium, quolibet floreno computato pro 24 solidis monete currentis in Romana curia, in diversis monetis seu petiis auri, hic non expressis, pro construendis edificiis ecclesiae ac domorum ecclesiae de Bedoesco, Mimatensis dioecesis, in collegiatam erectae. (Reg. Vat. 247, fol. 318 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Avenionensi, salutem, etc.* Quia dudum pro construendis. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno tercio. »

1996 Avignon, 28 septembre 1365.

Bartholomaeo de Borwachs, gubernatori Calesii, mandatur ut impartiatur per mare liberum transitum Petro, episcopo Ulixbonensi, nuncio S. A. et misso ad regem Angliae. (Reg. Vat. 247, fol. 156 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 86, n. 182; Fierens, *op. cit.*, p. 736, n. 1617.)

« *Dilecto filio nobili viro Bartholomeo de Borwachs, militi, loci Calesii pro carissimo in Christo filio nostro Edwardo, rege Anglie illustri, gubernatori, salutem, etc.* Cum venerabilem fratrem. — Datum Avinione, IIII kalendas octobris, anno tercio. »

1997 Avignon, 28 septembre 1365.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalariorum, mandatur ut nulli personae committat « regimen duorum prioratuum vel duarum magnarum administrationum et praeceptoriarum nec etiam ultra duas praeceptorias minores; alioquin, circa hoc aliud remedium curabimus adhibere ». Eidem scribit quod habuit letitiam specialem de assumptione ejus in magistrum quam nuntiaverunt Bertrandus Flote, S. Stephani de Manopolo, et Petrus Boyssoni, de Nobiano domorum praeceptores. (Reg. Vat. 247, fol. 159 verso.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem, etc.* Sicut alias tue circumspectioni scripsisse. — Datum Avinione, IIII kalendas octobris, anno tercio. »

1998 Avignon, 29 septembre 1365.

Reginam Siciliae rogat ut faciat restitui terras comiti Avellini. (Reg. Vat. 247, fol. 158 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 365, n. 65.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem.* Preces quas dudum tue serenitati pro dilecto filio nobili viro Raymundo, comite Avellini, super restitutione terrarum sui comitatus eidem facienda direximus, tenore presentium repetentes, eisdem adicimus quod si aliquas ex ipsis terris carissimo in Christo filio nostro Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, carissime in Christo filie nostre Marie, imperatricis Constantinopolitane illustri, consorti sue ac sorori tue, pro ejus dote forsitan assignasti, loco illarum alias terras feudales equivalentes, si que ad te seu tuam curiam sint reverse seu revertentur im posterum velis eisdem imperatori et imperatrici nostrarum precum intuitu assignare et easdem terras dicti comitatus prefato comiti facere relaxari, nos enim quicquid favoris et gratie in hac parte prefato comiti feceris habebimus valde gratum. Datum Avinione, III kalendas octobris, anno tercio. »

1999 Avignon, 29 septembre 1365.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, scribitur de restitutione terrarum praedictarum. (Reg. Vat. 247, fol. 158 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem, etc.* Preces quam dudum pro dilecto filio. — Datum ut supra. »

2000 Avignon, 29 septembre 1365.

Ægidio Albornotii scribitur de eodem. (Reg. Vat. 247, fol. 158 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Scribimus carissime in Christo. — Datum Avinione, III kalendas octobris, anno tercio. »

2001 Avignon, 29 septembre 1365.

Carolum, regem Franciae, rogat ut liberationi Beraldi dalphini Alverniae, a rege Angliae detenti, efficacem operam dare velit. (Reg. Vat. 247, fol. 159 recto.)

« *Carissimo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Ad dilectum filium nobilem virum. — Datum Avinione, III kalendas octobris, anno tercio. »

2002 Avignon, 29 septembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut mittat peritos

in dictamine litterarum ad curiam. (Reg. Vat. 247, fol. 159 recto; Reg. Vat. 244 D, folio 140, n. 323; Fierens, *op. cit.*, p. 737, n. 1619.)

« *Venerabili fratri Egidio episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Quia curia nostra indiget viris peritis in dictamine litterarum et alias aptis ad nostre cancellarie et etiam secretarie servitia exercenda et in regno Sicilie, ubi tua fraternitas consistit ad presens, plus quam alibi solet esse copia talium dictatorum, volumus et mandamus quod te talibus viris, presertim juvenibus, qui stilum dicte curie facilius capere valeant, te informes et aliquos ex ipsis ad nos studeas destinare. Nos enim eis statim de expensis et successu temporis de officiis et beneficiis, prout digni fuerint, taliter providere curabimus, quod poterunt merito contentari ; super quo dilectus filius magister Nicholaus de Auximo, notarius et secretarius noster, de nostra consciencia plenius tibi scribit. Datum Avinione, III kalendas octobris, anno tercio. »

2003 Avignon, 7 octobre 1365.

Raymundo Nauloni et Jacobo de Sala mandatur ut exigant bona mobilia et credita .. episcopi Regensis nuper extra curiam defuncti. (Reg. Vat. 247, fol. 322 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Raymundo Nauloni, archidiacona Aquensi, et Jacobo de Sala, rectori de Bubalibus, Mimatensis diocesis, A. S. nunciis, salutem etc.* — Datum Avinione, nonis octobris, anno tercio. »

2004 Avignon, 25 octobre 1365.

Reginae Siciliae commendatur Cicharellus de Populo de regimine terrarum ecclesiae Cassinensis. (Reg. Vat. 247, fol. 160 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 76, n. 162; Cerasoli, *loco citato*, p. 365, n. 62.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* De fide et circumspectionis industria dilecti filii nobilis viri Cicharelli de Populo domicelli castri Vinealium, Treventine diocesis, obtinentes in Domino fiduciam specialem, sibi regimen terrarum et castrorum ecclesie Cassinensis, quam ad nostras manus presentialiter tenemus, duximus in temporalibus committendum, quare serenitatem tuam rogamus attente quatinus dictum Cicharellum tam in predicto regimine quam in negotiis quondam Johannis Gantelmi, domini sui, quem sincere dileximus, et etiam suis propriis, cum tuus existat subditus, habere velis ob nostram et A. S. reverenciam oportunis favoribus commendatum. Datum Avinione, VIII kalendas novembris, anno tercio. »

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi.* De fide etc. ut supra. » (Reg. Vat. 247, fol. 160 recto; Reg. Vat. 244 D, fol. 76, n. 163.)

2005 Avignon, 26 octobre 1365.

Reginae Siciliae scribitur ut ordinationem papae circa officia regni observet. (Reg. Vat. 247, fol. 160 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 366, n. 67.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dudum sublimem statum tuum, quem tunc premebat, prout premit, multa tenuitas facultatum paterne meditationis memoria recensentes duximus statuendum quod cedentibus vel decedentibus magistro judiciario, cancellario, logotheta et prothonotario, magno comestabulo, magno camerario, amirato et magno senescallo tui regni Sicilie, nulli ad eorum officia, donec insula Sicilie necnon civitates, castra, ville et loca proventus, jurisdictiones et jura quecunque ad demanium dicti regni, seu regiam Cameram spectancia, sed per occupationes, seu concessiones et donationes indebitas olim per te minus provide factas, de ipsis quas S. A. revocavit, ab eodem demanio separata de facto ad ipsum demanium seu regiam cameram reducta, et ipsi realiter reunita, et regnum predictum in suis juribus reintegratum existerent de cetero assumerentur. Sed prefata officia integra vel divisa tu tuique in dicto regno successores per personas ydoneas per te vel successores eosdem deputatas, ad tuum vel ipsorum beneplacitum vel ad tempus faceretis cum propriis sumptibus exerceri. Illi quoque qui presiderent officiis supradictis, donec eis preessent, solis stipendiis seu emolumentis, quocumque nomine nuncuparentur, et in quibuscumque consisterent, que seu quanta exercentibus officia tempore clare memorie Roberti, regis Sicilie, avi tui, erant dari solita forent contenti, nec suam potestatem seu jurisdictionem ultra quam solerent alii, qui tempore dicti regis exercebant, dicta officia presumerent exercere. Contrarium vero premissorum facere presumentes excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto, a qua ab alio quam R. pontifice, nisi in mortis articulo, non possent abso-

lutionis beneficium obtinere, et nichilominus ea que per eos contra nostri ordinationem hujusmodi forent attemptata, nullius essent roboris vel momenti, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Cum itaque nuper audiverimus quod aliquod ex dictis officiis quorum nullum post dictam nostram ordinationem vacavit, creditur firmiter de proximo vacaturum, et quod jam apud tuam sublimitatem instatur pro ipso in casu vacationis ejusdem per te in capite concedendo. Nos volentes, prout expedire credimus, quod dicta nostra ordinatio firmiter observetur, te ad cautelam previsam reddimus et attentam quod contra ordinationem eandem nullatenus venire presumas ; alioquin penam in ipsa constitutione contentam te non dubitas incursuram. Datum Avinione, VII kalendas novembris, anno tercio. »

2006 Avignon, 26 octobre 1365.

Ægidio, A. S. legato, mandatur ut faciat observari ordinationem de stipendiis officialium quorumdam curiae regiae Siciliae ita ut sint secundum normam stabilitam tempore regis Roberti. (Reg. Vat. 247, fol. 323 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem,* etc. Dudum sublimem. — Datum Avinione, VII kalendas novembris, anno tercio. »

2007 Avignon, 26 octobre 1365.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut reputat et declaret pro adhaerente E. R. nobilem virum Joannem de Olegio, militem Mediolanensem, civitatis Firmanae et ejus districtus pro E. R. vicarium et gubernatorem, nisi rationabilis causa subsit quam papae statim intimet; faciat insuper ipsi Joanni restitui bona quae inchoationis guerrae Bononiensis tempore tenebat. (Reg. Vat. 247, fol. 163 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum dilectus filius noster vir Johannes. — Datum Avinione, VII kalendas novembris, anno tercio. »

2008 Avignon, 28 octobre 1365.

Reginae Siciliae scribitur ut sit benevola erga Nicolaum de Alifia, militem, cancellarium regni « tali infirmitate gravatum quod ejus comitante senectutis gravedine victurum longo tempore non speratur » et filios ejus. (Reg. Vat. 247, fol. 161 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 367, n. 68.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Expositione percepimus displicenti. — Datum Avinione, V kalendas novembris, anno tercio. »

2009 Avignon, 28 octobre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut apud dictam reginam commendet ipsum Nicolaum. (Reg. Vat. 247, fol. 161 verso et Reg. Vat. 244 E, fol. 107, n. 256.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Expositione. — Datum ut supra. »

2010 Avignon, 29 octobre 1365.

Carolo, regi Francorum, scribitur ut infrascriptis remedia procuret. (Reg. Vat. 247, fol. 162 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Manet in nostre mentis archano firme repositum quod tu tanquam filius benedictionis et gratie qui, progenitorum tuorum vestigia clara sequens, ecclesias ecclesiasticasve personas benigno favore protegis et favorabili protectione custodis, preces nostras pro eis digne directas promptus exaudis et operosus adimples. Habet siquidem dilecti filii Roberti de Rupeforti, priori prioratus conventualis de Rivis, Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis, ad nos noviter gravis perlata querela quod officiales et ministri dilecti filii nobilis viri .. ducis Alvernie, se temeritati detestabilium excessuum involventes, in eam prorupisse dicuntur furoris audaciam quod prioratum ipsum certis adinventis coloribus occuparunt et occupatum adeo tenuerunt quod monachi prioratus ipsius soliti se divinis obsequiis exercere ex incommodis occupacionis ejusdem vite necessariis destituti vacaverunt et vacant clamoribus et querelis ac subsequenter prefatum priorem, pro eo quod super hiis presumpsit ad culmen tue serenitatis recurrere pro remedio justicie obtinendo, ausu sacrilego preparatis insidiis interficere satagerunt, quibus adhuc spirantibus minarum et cedis in priorem eundem, dictus prior in mortis dubio positus non audet in prefato prioratu residere secure nec in illus partibus prosequi causam ejus.

« Habet eciam dicta querela quod iidem officiales adijicientes afflictiones afflictis a dicto prioratu certam summam pecunie pretextu quarumdam impositionum regiarum, ut asserunt ab olim factarum in Alver-

nie partibus, pro tempore quo venerabilis frater Guido, episcopus Portuensis, dictum prioratum, ex apostolica dispensatione obtinuit, extorquere nituntur... Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tercio. »

2011 Avignon, 29 octobre 1365.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut partes suas interponat penes regem Franciae pro priore prioratus de Rivis, Cluniacensis ordinis, Claromontensis dioecesis, qui multis molestiis, injuriis et damnis dicitur affligi. (Reg. Vat. 247, fol. 162 verso; Reg. Vat. 244 D, fol. 127, n. 287.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem, etc.* Pro recommendacione. — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tercio. »

2012 Avignon, 29 octobre 1365.

Ægidio, Sabinensi episcopo, facultas conservandi pecunias Camerae Apostolicae collectas in partibus Marchiae Anconitanae, ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia ac Campaniae et Maritimae, atque terris R. E. immediate subjectis, sed ad consignandum eidem Camerae. Nullatenus se intromittat de proventibus castri Corneti qui sunt pro provisione frumenti destinati hospicio papae. (Reg. Vat. 247, fol. 333 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Licet hodie. — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tercio. »

2013 Avignon, 29 octobre 1365.

Eidem facultas exigendi proventus pecuniarum perceptarum a collectoribus, censibus exceptis, in defensionem terrarum Ecclesiae Romanae, ponendi thesaurarios seu receptores, notarios et officiales atque eos amovendi. (Reg. Vat. 247, fol. 334 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, ac in terris ultra provinciam Romandiole consistentibus R. E. immediate subjectis nostro et R. E. in temporalibus vicario generali, salutem, etc.* Circa securitatem. — Datum Avinione, IIII kalendas novembris, anno tercio. »

2014 Avignon, 30 octobre 1365.

Episcopo Niciensi mandatur ut juxta hospitale S. Eligii Niciensis cimiterium proprium, in quo pauperes in dicto hospitali morientes sepeliantur, consacret, cum rector parochialis ecclesiae, in cujus parochia consistit, cimiterium recuset concedere et consecrare. (Reg. Vat. 247, fol. 326 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri . . episcopo Niciensi, salutem, etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, III kalendas novembris, anno tercio. »

2015 Avignon, 30 octobre 1365.

Lamperto, episcopo Spirensi, mandatur ut fructus et jura ad mensam ecclesiae Argentinensis spectantia percipiat, cum vacet per obitum Joannis. (Reg. Vat. 247, fol. 325 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri episcopo Spirensi, A. S. nuncio, salutem, etc.* Nuper ad apostolatus nostri deducto. — Datum ut supra. »

2016 Avignon, 30 octobre 1365.

Archiepiscopo Remensi, ac Cameracensi, Morinensi, Tornacensi et Atrebatensi episcopis notum fit revocatas fuisse dispensationes sub forma generali de matrimoniis contrahendis a Clemente VI et Innocentio VI; idcirco mandatur ut moneant Margaritam, natam Ludovici comitis Flandriae, quatinus non valeat contrahere matrimonium cum Edmundo, filio Edwardi regis Angliae. (Reg. Vat. 247, fol. 326 verso; Prou, *op. cit.*, p. 138, n. LXI; Fierens, *op. cit.*, p. 379, n. 1624.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi, ac .. Cameracensi, .. Morinensi, .. Tornacensi et .. Atrebatensi episcopis, salutem, etc.* Dudum, cum ad nostrum pervenisset auditum quod nonnulle dispensaciones per felicis recordationis Clementem VI et Innocencium VI, Romanos pontifices, predecessores nostros, nonnullis imperatoribus, regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus aliisque nobilibus et plebeis diversarum partium, in ipsorum predecessorum confectis super hiis litteris nominatis, pro bono pacis seu pro scandalis evitandis, sub ea forma et verborum generalitate fuerant concesse, ut ipsi et eorum filii et nepotes utriusque sexus, tam nati quam eciam nascituri, matrimonium cum personis aliis, eorum nominibus non expressis, secundo vel tercio aut quarto consanguinitatis et affinitatis seu consanguinitatis aut affinitatis gradibus, aut aliquo vel aliquibus ipsorum graduum sibi attinentibus, seu inter quos orta foret spiritualis cognatio, aut quos in contrahendis matrimoniis publice honestatis justicia im-

pediret, licite contrahere possent, ex quibus dispensationibus seu earum aliqua, prout multorum fidedignorum assertione percepimus, grandia oriri scandala probabiliter timebantur, nos, cupientes hujusmodi scandalis, prout ad nostrum spectabat et spectat officium, oportunis remediis obviare, omnes dispensaciones hujusmodi quibuscunque personis, cujuscunque preeminencie vel status existerent, etiam si imperiali, regali vel alia quacunque dignitate fulgerent, per predictos seu quosvis alios predecessores nostros, Romanos pontifices, generaliter et sine expressione aliarum hujusmodi personarum, sub quacunque verborum forma concessas, quarum vigore contracta matrimonia non existerent, etiam si de ipsis matrimoniis contrahendis essent forsitan prestita juramenta que per nostras litteras relaxavimus, quarum quidem litterarum eorundem predecessorum tenores haberi volumus in eisdem nostris litteris pro expressis, auctoritate apostolica, revocavimus et nullius esse voluimus roboris vel momenti, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac volentes revocacionem et decretum nostra hujusmodi ex tunc ligare omnes et singulos, quibus dispensationes hujusmodi forent concesse, et quos concernere vel tangere, te qui earum vigore insimul matrimonium contrahere possent, ac si eis personaliter intimate seu publicate fuissent, constitutione quacumque contraria non obstante, prout in nostris litteris inde confectis, quas in Atrebatensi, Cameracensi et Tornacensi civitatibus et diocesibus, et aliis locis mandavimus publicari, plenius continetur.

« Cum autem nuper ad audientiam nostram, relatibus fidedignis, pervenerit quod dilectus filius nobilis vir Edmundus, natus carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, nate dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis Flandrie, in tercio et quarto gradibus consanguinitatis attingens, ac pretendens, ut dicitur, hujusmodi dispensationis apostolice gratiam se habere, quam si haberet, extitit, ut predicitur, revocata, cum dicta Margarita hujusmodi matrimonium intendit de facto contrahere, et ad hoc per se vel suos dat operam juxta posse, in anime sue periculum, ac perniciosum exemplum, et scandalum plurimorum, nos, attendentes quod, si ad ipsum matrimonium, super quo nostra dispensatio petita extitit, quam nos ex eisdem causis expresse denegavimus, procederetur de facto, gravissima scandala et pericula, quibus ex officii nostri debito obviare tenemur, ex eo verisimiliter sequerentur, et propterea volentes hujusmodi periculis et scandalis oportunis remediis obviare, fraternitati vestre, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel aliquis vestrum, per vos, vel alium seu alios, infra tres dies, a presentacione présentium vobis facta seu earum noticia computandos, dictam Margaritam personaliter, si commode poterit reperiri et sine periculo adiri, alioquin per publicum edictum, in vestris cathedralibus ecclesiis, proponendum, ex parte nostra, monere et ei sub excommunicationis pena, quam, si secus fecerit, preter sentenciam in contrahentes matrimonium scienter in gradu prohibito promulgatam, a jure eo ipso eam incurrere volumus, et terram ejus, si quam habet, subesse ecclesiastico interdicto, mandare curetis quod dictum matrimonium contrahere non presumat.... Datum Avinione, III kalendas novembris, anno tercio. »

2017 Avignon, 30 octobre 1365.

Archiepiscopo Cantuariensi mandatur ut moneat sub excommunicationis poena praedictum Edmundum ne matrimonium contrahat cum Margarita jam dicta. (Reg. Vat. 247, fol. 328 recto. De curia; Fierens, *op. cit.*, p. 742, n. 1625.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi, salutem etc.* Dudum cum ad nostrum pervenisset auditum. — Datum Avinione, III kalendas novembris, anno tercio. »

2018 Avignon, 4 novembre 1365.

Reginam Siciliae rogat ut exequatur contentum in presentibus litteris de occupatione bonorum Joannis Gantelmi. (Reg. Vat. 247, fol. 164 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 368, n. 69.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illutsri, salutem etc.* Sicut tuam serenitatem credimus non latere olim inter dilectum filium nobilem virum Johannoctum Extendardum, condominum Casalisnovi, militem Sipontine diocesis, ex una parte, ac quondam Johannem Gantelmi, dominum civitatis Bivinensis, occasione occupationis castri Argentii, S. Agathe diocesis, ad dictum Johannem tunc spectantis, ac raptus Sancie, nate Johannis ejusdem, per prefatum Johannoctum attemptatorum gravi discordia suscitata contra dictum Johannoctum et nonnullos suos in hac parte complices et fautores nonnulli graves processus excom-

munications in personas Johannocti et complicum prefatorum, ac interdicti in terras eorum continentes sententias habiti extiterunt quodque tandem super premissis secuta fuit concordia intervenientibus certis pactis, et inter alia quod memoratus Johannes de duabus partibus civitatum, terrarum, castrorum et bonorum suorum omnium que habebat in tuo regno Sicilie, seu de tanta ipsarum civitatum, terrarum, castrorum et bonorum quantitate, que equivalenter duabus partibus predictis posset et valeret disponere et ordinare pro suo libito voluntatis, et quod ipsius Johannis ordinatio et dispositio teneret et perpetuo valeret, et illi in quos dicte civitates, castra, terre et alia pro predictis duabus partibus per ordinationem seu dispositionem ipsius Johannis forent translata, seu quolibet devoluta nullo unquam tempore per dictum Johannoctum ac ejus et Sancie predicte filios et heredes vel alium quemcunque molestentur, sed ea firma perpetuo et irrevocabiliter tenerent et haberent. Nos eosdem Johannoctum et complices cum conditione quod premissa servare et implere deberent absolvi mandavimus a sententiis supradictis. Ita tamen quod si contra premissa quodlibet veniretur, dictos Johannoctum ac complices in omnes et singulas penas et sententias in dictis contentas processibus recidere volumus ipso facto, et easdem terras, ut prius, fore supposita ecclesiastico interdicto. Volumus etiam quod dilectus filius Guillelmus, tituli S. Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, super hiis auditor et judex a S. A. deputatus contra prefatos Johannoctum et complices ad aggravationem dictorum processuum et penarum ac sententiarum posset procedere, sicut prius, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur.

« Cum autem, sicut executores testamenti memorati Johannis inter quos sunt aliqui ex fratribus nostris R. E. cardinalibus peticio nobis exhibita continebat in premissis pactis excellentie tue voluntas intervenerit et consensus, ac etiam confirmatio oportuna et ipse Johannes pro tercia parte suorum bonorum immobilium filiis prelibatorum Johannocti et Sancie dictam civitatem Bivinensem, et certam pecunie quantitatem et quibusdam aliis consanguineis suis, castra, terras et alia sua bona que in prefato regno habebat pro quibus iidem consanguinei certis monasteriis per ipsum Johannem in castro Tarasconis, Avinionensis diocesis, fundatis et alias pro executione dicti testamenti tenentur solvere magnas pecunie quantitates legaverit in suo hujusmodi testamento, sed idem Johannoctus contra hujusmodi pacta et suum proprium juramentum per ipsum super eisdem pactis prestitum, sicut fertur, et apostolicam voluntatem et mandata tuamque confirmationem hujusmodi temere venire presumens vigore quarumdam litterarum tuarum de quarum emanatione miramur nisi forte fuerint surrepticie impetrate, dicta castra et terras occupavit et detinet occupata in anime sue prejudicium et eorundem legatariorum et monasteriorum prejudicium et non modicum detrimentum. Quare per executores eosdem nobis extitit supplicatum ut super hiis contra ipsum Johannoctum et complices memoratos ad declarationem incursionis dictarum sententiarum, et alias, prout suaderet justicia, procedi facere dignaremur.

« Nos autem premissa prius ad te perferre volentes ut de oportuno justicie remedio, sicut ad sublimitatem tuam spectat, studeas celeriter providere, te paterne rogamus et hortamur attente mandantes quatinus provide cogitans quod fidelis et obsequiosus idem Johannes, dum ageret in humanis, extitit excellentie reginali quantaque pro fidelitate ipsa penas et obprobria in persona et bonis sustinuerit detrimenta, tam horum consideratione quam propter justicie debitum quod teneris exequi in subjectos hujusmodi litteras studeas revocare jam dictum Johannoctum per oportuna remedia compellendo, quod ab hujusmodi occupatione omnino desistat, ac eadem castra, terras et bona libere regi et gubernari permittat per officiales quos iidem executores ad eorum gubernationem et regimen deputarunt ; alioquin contra dictos Johannoctum et complices ad executionem penarum et sententiarum, in quas recidisse noscuntur, et ad ipsarum aggravationem faciemus procedi, prout justitia suadebit. Datum Avinione, II nonas novembris, anno tercio. »

2019 Avignon, 4 novembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut partes suas interponat de executione testamenti praedicti Joannis Gantelmi. (Reg. Vat. 247, fol. 165 recto et Reg. Vat. 244 E, fol. 101, n. 237.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato.* In favorem justitie. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Gometio Garsie de Albornotio, militi, regenti curiam vicarie regni Sicilie,* sed loco fraternitatem dicatur nobilitatem. »

ANNUS QUARTUS

2020 Avignon, 7 novembre 1365.

Marchionibus Estensibus mandatur ut solvant Ægidio, episcopo Sabinensi, et Andruino cardinali, S. A. legatis, ac Aymerico, episcopo Bononiensi, thesaurario generali in partibus Italiae, censum debitum R. E. pro civitate et districtu Ferrariensi ita quod satisfaciatur de 6000 florenorum Guidoni de Gonzaga et Ludovico ac Francisco, ejus fratri, militibus Mantuanis, pro stipendiis seu provisione temporis quo olim R. E. serviverunt. (Reg. Vat. 248, fol. 1 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto, fratribus, marchionibus Estensibus, pro nobis et E. R. in civitate Ferrariensi et ejus districtu vicariis, salutem, etc.* Quia dilecti filii nobiles viri Guido de Gonzaga. — Datum Avinione, VII idus novembris, anno quarto. »

2021 Avignon, 7 novembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, ac Aymerico episcopo Bononiensi mandatur ut satisfactio impendatur Guidoni de Gonzaga, Ludovico et Francisco, ejus filiis, militibus Mantuanis, de stipendiis 6.693 florenorum auri. (Reg. Vat. 248, fol. 173 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, et Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legatis, ac Aymerico, episcopo Bononiensi, pro nobis et R. E. in partibus Italie thesaurario generali, salutem, etc.* Quia dilecti filii. — Datum Avinione, VII idus novembris, anno quarto. »

2022 Avignon, 9 novembre 1365.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut faciat observari compositionem initam cum communitatibus senescalliae Bellicadri de solutione subsidii pro redemptione Joannis, regis Franciae. (Reg. Vat. 248, fol. 3 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Dilectorum filiorum communitatum, civitatum et locorum tue senescallie Bellicadri expositione nuper audivimus quod dudum universitates ipse, tum ex nephandarum societatum incursibus facultatum lapsus plurimum deplorantes, certarum imposicionum tunc eis pro redempcione clare memorie Johannis, regis Francie, patris tui, factarum oneribus importabiliter premerentur, et pro ipsarum communitatum parte recursus ad patrem tuum haberetur, eundem ab eo pie compassionis in ipsas communitates intuitum dirigente, obtinuisse se dicunt prefatas imposiciones tolli totaliter et loco ipsarum 40.000 motonorum per eas anno quolibet usque ad sex annos regie curie debere persolvi, que quidem 70.000 motonorum primo anno compositionis hujusmodi integraliter ipsi regie curie se asserunt persolvisse, anno vero sequenti, dum predicte communitates tum propter incursus hujusmodi tum propter epidimie pestem, que magnam partem ipsarum exhauserat, ad solutionem integram prefate quantitatis pecunie se cernerent penitus impotentes, a venerabili fratri nostro . . episcopo Meldensi et dilecto filio Petro Scatisse, thesaurario Francie, qui potestatem in hac parte habere a magnitudine regia dicebantur, compacientibus ob premissa et alias racionabiles causas, depresso statui communitatum ipsarum, de summa integra supradicta diminucionem 20.000 motonorum per eorum litteras, quas ratas haberi per majestatem tuam promiserunt, obtinuisse se dicunt, quarum litterarum vigore dicto anno et duobus aliis sequentibus prefata tantum 50.000 motonorum regie Camere persolverunt, nichilque ultra proinde petitum ab eis extitit vel exactum. Nunc autem prefate communitates, quamvis parate sint pro presenti anno dicta 50.000 motonorum solvere regie curie supradicte, tamen per certas litteras a regia nuper curia emanatas ad solucionem prefatorum 20.000 motonorum pro quolibet trium annorum ellapsorum et integra 70.000 motonorum pro presenti anno per regium thesaurarium, sicut asserunt, compelluntur, ob quod dolent, clamant et ejulant se non posse sufficere ad premissa.

Nos igitur . . . hec majestati regie nostris litteris enarranda curavimus ipsam affectuose precantes quatinus . . . in premissis cum prefatis communitatibus graciose et clementer agas et transeas, quod tibi exinde apud Deum premium et apud mundum laus regie libe-

ralitatis et benignitatis accrescat, eedemque communitates, que nunc, ut nosti, ex mansione et transitatu societatum hujusmodi rapinas et destructiones bonorum suorum multaque alia paciuntur onera in habundanti tua benignitate respirent et de premissis petitis ab eis remaneant consolate. Datum Avinione, V idus novembris, anno quarto. »

2023 Avignon, 9 novembre 1365.

Andruino, legato S. A., mandatur ut provideat de officio vicariatus Flumanarum vel potestatis civitatis Bretenoriensis Hugoni de Zennariis civi Ravennatensi, instante Nicolao marchione Estensi. (Reg. Vat. 248, fol. 6 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, etc. salutem, etc.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai. — Datum Avinione, V idus novembris, anno quarto. »

2024 Avignon, 10 novembre 1365.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis mandatur ut solvantur pecuniae debitae Guidoni de Gonzagua et Ludovico ac Francisco ejus filiis (v. *supra*, n. 2021). (Reg. Vat. 248, fol. 1 verso; Reg. Vat. 244 F, fol. 162, n. 398.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monast. S. Victoris Massiliensis, proventuum R. E. in partibus Italie debitorum receptori generali.* Sicut per alias litteras dudum. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quarto. »

2025 Avignon, 10 novembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut ipse et Andruinus, cardinalis, colligationem et pacta renovent cum colligatis Ecclesiae contra sociales. (Reg. Vat. 248, fol. 4 recto; Theiner, *Codex*, t. II, p. 429, n. 407.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Multa grandiaque pericula statui R. E. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto fratri Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali. A. S. legato* mutatis mutandis. »

2026. — Vacat.

2027 Avignon, 11 novembre 1365.

Andruino cardinali mandatur ut foveat nobiles viros de Malatestis, de Polenta, de Alidosiis et de Barbiano necnon Joannem Alberghetini, militem Faventinensem, et alios nobiles et incolas provinciae Romandiolae modo quo Ægidius, legatus S. A., eos fovebat. (Reg. Vat. 248, fol. 4 verso.)

« *Dilecto filio Andruino tituli, etc.* Pro majori tutela civitatis Bononiensis. — Datum Avinione, III idus novembris, anno quarto. »

2028 Avignon, 12 novembre 1365.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut commissionem causae de dissidio consistente inter regiam curiam qui captivavit malefactores in territorio S. Thomae de Lupera prope muros Parisienses et universitatem studii concedere non valeat, quia via pacis fructuosior erit. (Reg. Vat. 248, fol. 5 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Solita benignitate litteras regalis excellencie nuper recepimus contentaque in eis de tribulacione universitatis studii Parisiensis, occasione captionis quorumdam malefactorum per regiam curiam facte in pertinenciis seu territorio S. Thome de Lupera prope muros Parisienses, perlegimus displicenter, super quibus habita deliberacione matura considerantes, fili carissime, quod turbata multitudo diversarum precipue nationum melius mansuetudine ducitur quam asperitate vincatur, et quod tui progenitores incliti, quorum virtutum grandium gloriosus emulator existis, in similibus turbacionibus exercuerunt clemenciam, non rigorem, quodque ex universitate ipsa in toto orbe famosa non solum tuo regno, sed universali Ecclesie viri producuntur eminentes sciencia, vita preclari et moribus adornati et quod ex ipsius dispersione, quod absit, generale Christianitatis fieret detrimentum, quodque temporis malicia edocet ut noxiis novitatibus aditus precludatur, commissionem cause per te petitam non duximus concedendam, extimantes quod erit fructuosior via pacis, ad quam clemenciam regiam paterne inducimus et hortamur et super tali via universitati prefate ac venerabili fratri nostro . . episcopo Parisiensi ut hujusmodi sit concordie mediator scribimus secundum tenores, quos inclusos presentibus destinamus. Datum Avinione, II idus novembris, anno quarto. »

2029 Avignon, 12 novembre 1365.

Stephano, episcopo Parisiensi, mandatur ut interponat partes suas de dissidio praedicto. (Reg. Vat. 248, fol. 5 recto.)

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Parisiensi, salutem, etc.* Turbatione dilectorum filiorum universitatis studii Parisiensis. — Datum ut supra. »

2030 Avignon, 12 novembre 1365.

Universitati studii Parisiensis scribitur ut pareant episcopo Parisiensi de concordia faciènda cum curia regia et a solitis lectionibus et studio non cessent. (Reg. Vat. 248, fol. 5 recto.)

« *Dilecti filiis universitati studii Parisiensis, salutem, etc.* Sicut in vestre quietis. — Datum Avinione, II idus novembris, anno quarto. »

2031 Avignon, 12 novembre 1365.

Reginae Siciliae rogat ut solvantur Jacobo Ceva, legum doctori, prosequenti negotia ejus in curia, gagia sua de quibus propter incuriam officialium ejus minime satisfactum fuerit. (Reg. Vat. 248, fol. 6 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 370, n. 70.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Propter continuate diligentie studium. — Datum Avinione, II idus novembris, anno quarto. »

2032 Avignon, 15 novembre 1365.

Reginae Siciliae mandatur ut, declinans cuncta sinistra consilia, si qua forte a suo bono proposito avertere molirentur, Ægidii, legati S. A., consiliis acquiescat, cum fuerit scriptum papae illam totaliter esse dispositam ad ea quae reformationem et utilitatem regni deformati et collapsi expedientia videbantur. (Reg. Vat. 248, fol. 7 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Affectibus nostris. — Datum Avinione, XVII kalendas decembris, anno quarto. »

2033 Avignon, 15 novembre 1365.

Ægidio, episcopo Sabinensi, scribit de receptione sibi facta in regno Siciliae et de modo agendi apud reginam Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 7 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 371, n. 71.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Jocundam tue fraternitatis receptionem factam per carissimos in Christo filios nostros Jacobum, regem Majoricarum, et Johannam, reginam Sicilie, illustres ac comites et barones regni Sicilie ex tuis litteris accepimus jocundanter, nec dubitamus eos illius visione letari quem venerantur consideratione mittentis et operant ex misso se fructum optabilem percepturos credimusque quod ipsa regina suique subditi sint bene dispositi ad ea que reformationem et utilitatem dicti regni producere dinoscentur ut infirmantium obediencia cum periti medici, solercia concurrente, sanitas subsequatur optata. Tua igitur prudentia officium solite solicitudinis magnanimiter exerceat in commissis et favores apostolicos, quos utiles fore putaverit, quosque nos benigne prebere curabimus, non sinat jugiter postulare ; ceterum, eidem regine per nostras litteras suademus quod tuis consiliis et mandatis, sicut nostris propriis, acquiescat. Datum Avinione, XVII kalendas decembris, anno quarto. »

2034 Avignon, 15 novembre 1365.

Regine Sicilie commendat legatum. (Reg. Vat. 248, fol. 7 recto; Cerasoli, *loco citato*, p. 371, p. 72.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Affectibus nostris admodum advenit acceptum quod tu tuique subditi venerabilem fratrem nostrum Egidium, episcopum Sabinensem, A. S. legatum, immo nos et A. S. in ipso, prout ex suarum litterarum tenore percepimus, filiali reverencia et multiplici honorificentia recepistis, sed illud redditur nobis acceptius et magna perfundit leticia mentem nostram quod, prout eedem littere continebant, idem legatus te repperit totaliter fore dispositam ad ea que reformationem et utilitatem deformati et collapsi tui regni expediencia videantur, tuam igitur serenitatem, cui Deus donum prudencie et gratiam bone voluntatis impendit, rogamus et hortamur paterne quatinus provide declinans cuncta sinistra consilia, si qua forte — quod absit — te a tuo bono proposito avertere molirentur prefati legati, sicut nostris propriis, consiliis et mandatis acquiescas, firmiter salutiferum fructum ex illis, auctore Domino, receptura. Datum Avinione, XVII kalendas decembris, anno quarto. »

2035 Avignon, 16 novembre 1365.

Eidem reginae scribitur de restitutione castrorum et bonorum Bernardo de Guardia, militi Tutellensis dioecesis, ab ipsa concessorum et ad manum suae curiae positorum, instantibus Guillelmo, tituli S. M. in Transtiberim, Guillelmo, S. M. in Cosmedin, Nicolao, S. M. in Via lata, Petro, S. M. Novae, et Hugone, S. M. in Porticu cardinalibus, promotoribus negotiorum suorum in curia Romana. (Reg. Vat. 248, fol. 8 verso; Cerasoli, *loco citato*, p. 372, n. 73.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem, etc.* Licet preces quas dilecti filii nostri Guillelmus. — Datum Avinione, XVI kalendas decembris, anno quarto. »

2036 Avignon, 16 novembre 1365.

Justiciariis civitatis Tullensis mandatur ut 1.500 florenorum auri restituant Guillelmo, tituli S. Laurentii in Lucina presbitero cardinali, et prioratui Flavignei, O. S. B., Tullensis dioecesis, in majori parte destructo, cujus damna ad dictam summam ascendunt et eamdem percipiant super 14.000 francis auri depositis ab eis apud ecclesiam S. Gengulphi, quia pertinebant ad Bernardonum de Sulhaco, Caturcensis dioecesis, caporalem gentium armorum, incendiatorem et spoliatorem notorium ac aliorum criminum labe respersum. (Reg. Vat. 248, fol. 8 verso, et Reg. Vat. 244 F, fol. 164, n. 405.)

« *Dilectis filiis justiciariis civitatis Tullensis, salutem, etc.* Pertulit ad nos dilecti filii Guillelmi. — Datum Avinione, XVI kalendas decembris, anno quarto. »

2037 Avignon, 19 novembre 1365.

Andruino, legato S. A., mandatur ut de castro Imolensis civitatis, « salvo quod ad ejus succursum et defensionem, si per castellanum seu custodes ipsius in casu oportuno fuerit requisitus, se non intromittat nisi si et prout Ægidius, episcopus Sabinensis, duxerit ordinandum, et quod in dictam civitatem non reducas extitios nec alios intromittat, per quos possit ejus status turbari seu in ipsa novitas exoriri. Quinimmo ea que ipse legatus tam de dictis restitutione et reformatione quam custodia dicti castri disposuerit per se et alios inviolabiliter observentur ». Insuper favoribus prosequatur Licum, episcopum Imolensem, et fratres ejus, quos papa dilexit etiam in minoribus constitutus. (Reg. Vat. 248, fol. 9 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, etc. salutem, etc.* Sicut ad tue circumspectionis noticiam. — Datum Avinione, XIII kalendas decembris, anno quarto. »

2038 Avignon, 22 novembre 1365.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut exigat a clero in legatione sua et provincia Romandiolae decimam, cum Bernabo de Vicecomitibus non valeat pucunias quasdam persolvere. (Reg. Vat. 248, fol. 174 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino A. S. legato, salutem, etc.* Ecclesie Romane necessitatibus. — Datum Avinione, X kalendas decembris, anno quarto. »

2039 Avignon, 23 novembre 1365.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut det assensum pactis factis a quibusdam cum gentibus armigeribus virtute quorum solveretur pecunia decimarum pro obtinendo recessu ex partibus Gallicanis. De terminis solutionis decimarum quaedam praescripta sunt. (Reg. Vat. 248, fol. 175 recto. De curia; Prou, *op. cit.*, p. 144, n. LXIII; Fierens, *op. cit.*, p. 750, n. 1639.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem, etc.* Dudum cum in regno Francie (1) . . . Verum cum dicte gentes armigere pro magna parte jam recesserint de partibus gallicanis et ad partes senescalliarum Tholose, Carcassone et Bellicadri, que de dicto regno existunt, declinaverint et exire velle dictum regnum se asserunt, si eis pecunia dictarum decimarum pro eorum necessitatibus de proximo solveretur, et cum nonnullis personis concordaverint quod eisdem capitaneis et ductoribus certam magnam pecunie summam traderent, et ipse persone reciperent et haberent pecunias totius decime supradicte dictorum duorum annorum, si ad hoc noster interveniret assensus, nobisque pro parte prefati regis ac incolarum dictarum senescalliarum fuerit humiliter supplicatum ut in hac parte nostrum prestare consensum hujusmodi dignaremur, nos pro liberacione citiori regni prefati consensum prestitimus prelibatum.

« Sed quia, sicut nuper audivimus, hujusmodi nostre littere, super imposicione dicte decime confecte, non fuerunt aliquibus ex dictis archiepiscopis et episcopis, quos tamen ignoramus, ante dictum festum Omnium Sanctorum, seu tali tempore quod ipsarum posset executio commode fieri, presentate, propter quod, quoad tales, fuit dictus terminus circunductus, nos, volentes in hac parte debite providere, presentium tenore statuimus et ordinamus quod dictus primus terminus, quoad illos qui ob defectum dicte presentacionis ea-

(1) V. *supra*, n. 1884, jusqu'à *committunt*.

rundem litterarum seu alias non solverunt, in eo sit in kalendis mensis marcii proxime secuturis, et quod illi, qui jam pro dicto preterito termino solverunt, intelligantur pro ipso futuro termino kalendarum marcii persolvisse ; terminum vero predictum Resurrectionis videlicet dominice proxime future prorogamus et esse volumus in kalendis augusti proxime secuturis, in sequenti anno super dicta solucione ejusdem decime similibus terminis observatis ; et hii qui in solucione dicte decime defecerint in hujusmodi terminis per nos prorogatis seu de novo prefixis, illas penas et sentencias incurrant, quas non solvendo in predictis terminis per nos in prioribus assignatis litteris incurrissent, et demum tam ipsi quam illi qui ante dictum terminum festi Omnium Sanctorum fuerunt super solucione dicte decime infra competentem terminum et alias canonice moniti, et solvere ipsam decimam non curarunt, propter quod quasvis sentencias incurrerunt, postquam satisfecerint, sicut vigore dictarum litterarum absolvi poterant, absolvantur et cetera observentur que in dictis prioribus litteris continentur.

« Ceterum, quia justum est et debitum quod prefata pecunia dicte decime, que jam pro medietate est dictis gentibus persoluta et reliquam medietatem oportet infra breve tempus de necessitate persolvi, celeriter restituatur eis qui solverunt et mutuarunt eandem, fraternitati vestre, presentium auctoritate, mandamus quatinus vos et singuli vestrum, infra unum mensem post singulos dictorum terminorum, omnem pecuniam, quam in singulis predictis terminis exegeritis de decima supradicta venerabili fratri nostro Raymundo, episcopo Penestrino, ad Romanam curiam caute ac fideliter cum moderatis expensis ejusdem decime transmittatis, alioquin illos ex vobis qui in hoc defecerint excommunicacionis sentenciam, a qua per alium quam per Romanum pontificem, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant, incurrere volumus ipso facto... Datum Avinione, VIIII kalendas decembris, anno quarto. ».

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Turonensi, ejusque suffraganeis,* sed loco .. episcopo Penestrino ponatur episcopo Cenomanensi. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bituricensi et .. episcopo Claromontensi,* sed in fine dicatur tibi, frater episcope, transmittatur cui, adhiberi per te volumus, etc. usque ad finem. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis* usque Sed quia, sicut nuper audivimus, hujusmodi nostre littere super impositione dicte decime confecte vobis adhuc minime presentate fuerunt, propter quod est dictus primus terminus circumductus, nos volentes, etc. ut supra in prima usque ad finem. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Auxitano ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis in regno Francie constitutis,* usque ordinamus quod dictus primus terminus sit in festo Purificationis B. M. proximo secuturo, terminum vero predictum Resurrectionis dominice, etc., usque Et demum cum satisfecerint sicut vigore dictarum primarum litterarum absolvi poterant, etc., usque ad finem. »

« *Eodem modo ut in proxima .. Albiensi, .. Mimatensi, .. S. Flori et .. Castrensi episcopis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi, et .. Avinionensi ac .. Vivariensi et .. Aniciensi episcopis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Lugdunensi, ac .. Matisconensi, .. Cabilonensi, .. Eduensi et .. Lingonensi episcopis.* »

2040 Avignon, 23 novembre 1365.

Raymundo, episcopo Praenestino, committitur receptio pecuniarum decimae impositae contra societates ab archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis. (Reg. Vat. 248, fol. 178 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, salutem etc.* Dudum cum in regno Francie. — Datum Avinione, VIIII kal. decembris, anno quarto. »

Avignon, 23 novembre 1365.

Item committitur Michaeli, episcopo Cenomanensi, de pecuniis recollectis ab archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis. (Reg. Vat. 248, fol. 177 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Michaeli, episcopo Cenomanensi, salutem etc.* Dudum cum in regno Francie. — Datum, Avinione, VIIII kalendas decembris, anno quarto. »

2041 Avignon, 23 novembre 1365.

Raymundo, Praenestino episcopo, mandat ut personae ecclesiasticae solvant 5.000 florenorum ab ipso mutuo traditorum et exhibitorum Societatibus quae minabantur co-

mitatui Venaysino. (Reg. Vat. 248, fol. 179 recto. De curia; Denifle, *La désolation*, t. I, p. 487, n. 1.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, salutem etc.* In notionem publicam cunctorum de circumstantibus partibus non est dubium devenisse quod innumerabiles gentes armigere, que comitive vocantur, de finibus Gallicanis egresse, contra infideles, ut asserunt, profecture, partes senescalie Bellicadri repleverint et comitatum Venaysini, ad nos et Romanam Ecclesiam pertinentem, intrare hostiliter, (quod statim et faciliter facere poterant, nisi per incolas dicti comitatus eis daretur aliquod pecuniale subsidium) minabantur, propter quod nos ad evitanda gravissima pericula et dampna maxima dicti comitatus que ex hostilitate dictarum gentium erant indubie secutura 5000 florenorum auri pro dicto comitatu et ejus incolis mutuo per te fecimus recipi et dictis gentibus exhiberi, prout similiter fecerunt incole partium vicinarum... Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quarto. »

2042 Avignon, 24 novembre 1365.

Gauffrido, episcopo Venetensi, mandatur districte ut Alanum faciat gaudere canonicatu et archidiaconatu Venetensis ecclesiae; alioquin S. A. eum puniet. (Reg. Vat. 248, fol. 11 recto.)

« *Venerabili fratri Gauffrido, episcopo Venetensi, salutem, etc.* Consideracio tui pontificalis officii illam nobis de te confidenciam promittebat, ut tu, mandatis apostolicis, prout teneris, obtemperans, foveres justiciam, presertim ministratam in Romana curia, a qua tui honoris et status insignia recepisti, nec contra eam tam graviter, sicut diceris, oberrares.

« Continet enim querela dilecti filii Alani, canonici et archidiaconi Venetensis, quod tu sentencias pro ipso in diversis causis super canonicatu et archidiaconatu tue ecclesie Venetensis in nostro palatio apostolico ventilatis contra quondam Johannem de Locomonachorum, ipsorum canonicatus et archidiaconatus detentorem, prolatas et processus auctoritate nostra super ipsarum executione habitos irreverenter contempnens, ipsum Alanum in dicta executione impedire multipliciter presumpsisti et inter alia, dicto Johanni de Locomonachorum viam universe carnis ingresso, Jocelinum de Rokam, fratrem tuum, in dictis canonicatu et archidiaconatu intrudere non pavisti, de quibus postmodum per eundem Jocelinum cum quondam Johanne Compegorge pro hospitali S. Johannis Venetensis permutacione in manibus tuis facta et eodem Johanne per te in dictis canonicatu et archidiaconatu intruso, prefatus Alanus coactus est denuo contra intrusum eundem in prefato palatio litigare, sed pro se et contra prefatum Johannem diffinitivam sentenciam reportavit, quo vita functo tu in ejus locum de facto alium surrogasti, ac dictos canonicatum et archidiaconatum ad manum tuam temerarie posuisti, et eorum fructus et proventus occupasti et occupas de presenti, facto per te contra dictos processus generali mandato cum gravium appositione penarum quod nullus de dictis fructibus et proventibus eidem Alano audeat respondere.

« Postremoque, dum idem Alanus vigore processuum prefatorum corporalem possessionem canonicatus et archidiaconatus predictorum intrasset, per nonnullos subditos tuos, de tui sciencia et mandato, vel rati habitacione fuit a prefata possessione dejectus, suis dilaniatus vestibus et superpelicio, quod gerebat, ejusdem Alani executore ac notario et testibus pro dicte possessionis receptione vocatis ad locum tutum fugientibus pre timore, ac insuper, ut ipsum Alanum infamares, et in hujusmodi suis beneficiis impedires, eum non confessum nec convictum et alias injuste excommunicasti et excommunicatum fecisti publice nunciari, que, si vera sint, tanto magis displicent cordi nostro, quanto per ea nostram Dei et indignacionem S. A. deberes amplius formidare, propter que nos ... fraternitatem tuam rogamus ... mandantes quatinus diligenter considerans quantum tibi onus incumbat diligenti justiciam ipsamque in singulis ministrandi et ministratam per dictam Sedem reverenter et prompte, prout ad te pertinet, exequendi, quantumve pondus immineat personas ecclesiasticas confovendi, prefatum Alanum predictorum suorum canonicatus et archidiaconatus possessione gaudere ac fructus ex eis percipere pacifice et quiete tam ob reverenciam dicte sedis et nostram quam justicie contemplacione permittas, non adiciens amplius detestabilem in hac parte contemptum, si dicte Sedis punicionem, quam continere non possemus, requirente justicia nolueris experiri. Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quarto. »

2043 Avignon, 24 novembre 1365.

Archiepiscopo Lugdunensi, et Matisconensi, Cabilonensi, Æduensi et Lingonensi episcopis mandatur ut decima recollecta transmittatur infra unum mensem Raymundo episcopo Praenestino. (Reg. Vat. 248, fol. 177 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Lugdunensi, et .. Matisconensi, .. Cabilonensi, .. Eduensi et*

.. *Lingonensi episcopis, salutem etc.* Dudum etc. — Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quarto. »

2044 Avignon, 25 novembre 1365.

Decano S. Agricoli Avinionensis, et Narbonensis ac Biterrensis sacristis ecclesiarum mandatur ut faciant exhiberi de 2 florenis aureis, pro expensis suis et de securu conducto, Nicolao Lebrehon, nuncio apostolico. (Reg. Vat. 248, fol. 184 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. decano S. Agricoli Avinionensis, et Narbonensis ac Biterrensis sacristis ecclesiarum, salutem etc.* Cum dilectum filium Nicolaum Lebrehon. — Datum Avinione, VII kalendas decembris, anno quarto. »

2045 Avignon, 25 novembre 1365.

Eisdem item mandatur pro Thoma de Brynthon O. S. B., decretorum doctore, Norwicensis dioecesis, poenitentiaro papae, nuncio S. A. (Reg. Vat. 248, fol. 184 verso. De curia.)

« *Eisdem.* Cum dilectum filium Thomam. — Datum ut supra. »

2046 Avignon, 26 novembre 1365.

Rectori et universitati studii civitatis Tolosanae mandatur ut faciant cito statuta et papae transmittant de qualitate pannorum et foderaturis pro statu studentium decentibus, cum papa singulari affectione prosequatur studium quo audivit et ordinarie legit jura canonica. (Reg. Vat. 248, fol. 12 recto.)

« *Dilectis filiis .. rectori et universitati studii civitatis Tholosane, salutem etc.* Cunctorum quos cure nostre commisit. — Datum Avinione, VI kalendas decembris, anno quarto. »

2047 Avignon, 29 novembre 1365.

Andruino, A. S. legato, item de supplicationibus universitatis civitatis Cesenatensis. (Reg. Vat. 248, fol. 12 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, etc. salutem etc.* Accedentes ad nostram presentiam. — Datum Avinione, III kalendas decembris, anno quarto. »

2048 Avignon, 29 novembre 1365.

Andruino, legato S. A., mandat ut se informet de supplicationibus exhibitis ab ambaxiatoribus universitatis civitatis Forliviensis, modo quo valeat providere de responsis. (Reg. Vat. 248, fol. 12 recto.)

« *Dilecto filio Andruino etc. salutem etc.* Accedentes ad nostram presentiam. — Datum Avinione, III kalendas decembris, anno quarto. »

2049 Avignon, 2 décembre 1365.

Andruino, tituli S. Marcelli presbytero cardinali, conceditur facultas dandi licentiam adeundi sepulchrum Dominicum et alia oratoria Terrae Sanctae 200 personis. (Reg. Avin. 163, fol. 54 recto, n. 1. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum te dudum ad partes. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2050 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum 10 personis patientibus defectu natalium, cum sint de presbytero et soluta vel in adulterio genitae. (Reg. Avin. 163, fol. 54 recto, n. 2. De curia.)

« *Eidem, salutem etc.* Nos volentes. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2051 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem conceditur facultas absolvendi de casibus reservatis poenitentiariis minoribus in Romana curia residentibus. (Reg. Avin. 163, fol. 54 recto, n. 3. De curia.)

« *Eidem, salutem etc.* Nos ut personas. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2052 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem conceditur facultus retinendi penes ipsum Cluniacensis ac Praedicatorum, Minorum et aliorum quorumcumque ordinum monachos et fratres, non obtenta licentia nec petita superioribus. (Reg. Avin. 163, fol. 54 recto, n. 4. De curia.)

« *Eidem, salutem, etc.* Discretioni tue. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2053 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem conceditur facultas conferendi tabellionatum decem clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis. (Reg. Avin. 163, fol. 43 recto. De curia; Reg. Vat. 255, fol. 3 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbytero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum te dudum ad Lombardie. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2054 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum 20 personis patientibus defectu natalium, cum sint de soluto et soluta genitae. (Reg. Avin. 163, fol. 43 recto. De curia; Reg. Vat. 255, fol. 3 recto. De curia.)

« *Dilecto filio... salutem etc.* Cum te dudum ad partes Lumbardie. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2055 Avignon, 2 décembre 1365.

Eidem item conceditur de personis 15 genitis de subdiacono vel archidiacono et soluta vel conjugata. (Reg. Avin. 163, fol. 43 verso. De curia; Reg. Vat. 255, fol. 3 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino... salutem etc.* Cum te dudum ad Lombardie. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno quarto. »

2056 Avignon, 4 décembre 1365.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut faciat observari capitula pacis initae cum rebellibus Forliviensis civitatis, qui non servant confinia praescripta et sub specie revidendi bona sua territorium dictae civitatis frequentant. Negocia sua per suos factores et procuratores gerat ita ut officiales et fideles E. R. in secura quiete remaneant. (Reg. Vat. 248, fol. 14 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, etc., salutem, etc.* Audivimus nuper quod licet. — Datum Avinione, II nonas decembris, anno quarto. »

2057 Avignon, 5 décembre 1365.

Eidem legato mandatur ut faciat destrui vel tradi Nicolae, marchioni Estensi, bastidam quam tenet seu custodiri facit ad tutelam civitatis Mutinensis secundum pacta pacis olim factae in illis partibus. (Reg. Vat. 248, fol. 16 recto.)

« *Eidem.* Per alias litteras nostras tue circumspectionis. — Datum Avinione, nonis decembris, anno quarto. »

2058 Avignon, 5 décembre 1365.

Audeberto de Gorsis, A. S. nuncio, mandatur ut de debitis, solutis et ad Cameram Apostolicam transmissis pro tricesima, quae fuit imposita in regno Franciae a Clemente VI, rationem habeat et pecunias collectas recipiat mandandas ad Cameram. (Reg. Vat. 248, fol. 187 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Audeberto de Gorsis, canonico Bituricensi, bacalario in decretis, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum felicis recordationis Clemens. — Datum Avinione, nonis decembris, anno quarto. »

2059 Avignon, 5 décembre 1365.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut emendet celeriter de injuriis factis a Galasio de Piis marchionibus Estensibus super quibusdam villis Mutinensis districtus. (Reg. Vat. 248, fol. 15 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Ex dilectorum filiorum nobilium virorum Nicolai, Alberti et Hugonis fratrum, marchionum Estensium, querulosa insinuacione nuper accepimus quod, licet in quadam questione ab olim inter eos, tanquam imperiales vicarios civitatis Mutinensis, et commune civitatis ipsius, ex una, et dilectum filium nobilem virum Galasium de Piis, militem Mutinensem, ex altera parte, super quibusdam villis Mutinensis districtus mota, de qua in te, tanquam arbitratorem per easdem partes, fuerat compromissum, tu per tuum laudum declarasses et pronunciasses prefatas villas ad vicarios et commune prefatos pleno jure spectare, dictumque Galasium non debere se intromittere de eisdem prefatis vicariis et communi tribuendo licenciam easdem villas recipiendi, possidendi et regendi de cetero tanquam suas, et dilectus filius nobilis vir .. potestas dicte civitatis, eorumdem marchionnum et communis nomine, prefatas villas vigore tui laudi hujusmodi per quendam officialem suum cum quibusdam ministris ad manus suas recipi procurasset, tamen dilecti filii nobiles viri..., nati Galacii supradicti, cum

eorum complicibus, armata manu, villas easdem hostiliter occuparunt et prefatos officialem et ministros injuriose ceperunt et verberaverunt ac animalibus, armis et rebus aliis spoliarunt, et ad castrum Carpi, Mutinensis diocesis, duxerunt ignominiose captivos, et tandem sic lesos et spoliatos libere relaxarunt, propter quod dicti marchiones asserentes pacem olim inter eos et dilectum filium nobilem virum Bernabonem de Vicecomitibus, militem, in civitate Mediolanensi imperialem vicarium, et adherentes ipsius, cujus dictus Galasius et nati ejus adherentes existunt, etiam tuo ministerio reformatam, ex hiis per Galasium et natos eosdem notorie fore tractatam, et fractores in penam fractionis dicte pacis indubie incurrisse, cum ipsi sint, prout nosti, cum R. E. colligati, super hiis nostre provisionis remedia postularunt.

« Nos, igitur, excessus hujusmodi merito detestantes, super satisfactione condigna premissorum dampnorum et injuriarum facienda per Galasium et ejus natos predictos dampna passis eisdem Bernaboni predicto scribimus secudum formam presentibus interclusam.

« Volumus igitur et tue circumspectioni mandamus precipiendo quod, si est ita, super emendacione celeri et condigna injuriarum et dampnorum hujusmodi apud dictos Bernabonem et Galasium interponas efficaci studio partes tuas ; alioquin, si per eos steterit, quod non credimus, quominus emendatio ipsa fiat dictis marchionibus, ad recuperacionem et defensionem jurium eorum auxilium, in quo eis vigore colligationis tenetur prefata Ecclesia, cum te requisierint, non differas impartiri. Datum Avinione, nonis decembris, anno quarto. »

2060 Avignon, 10 décembre 1365.

Aymerico Pellicerii, S. A. nuncio, mandatur ut exigat bona mobilia et credita Guillelmi, episcopi Appamiarum, extra curiam Romanam defuncti. (Reg. Vat. 248, fol. 173 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, IIII idus decembris, anno quarto. »

2061 Avignon, 10 décembre 1365.

Raymundum, patriarcham Anthiocensem, hortatur ut non commoretur in dioecesi Caturcensi, videlicet terra sue originis, sed regat ecclesiam Agennensem, in qua nec adhuc anno et satis ultra jam elapso curavit pontificalia exercere necnon missam celebravit solemnem. (Reg. Vat. 248, fol. 17 recto.)

« *Venerabili fratri Raymundo, patriarche Anthiocensi, administratori ecclesie Agennensis auctoritate apostolica deputato, salutem etc.* Quamvis persone tue. — Datum Avinione, IIII idus decembris. anno quarto. »

2062 Avignon, 10 décembre 1365.

Joanni, episcopo Astensi, mandatur ne offendat terras comitatus Pedemontis subjectas Joannae reginae Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 17 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Astensi, salutem etc.* Quamvis non ignoremus. — Datum Avinione, IIII idus decembris, anno quarto. »

2063 Avignon, 12 décembre 1365.

Archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis mandatur ut publicetur constitutio promulgata II idus januarii, anno quarto pontificatus quae incipit *Ad Romanae curiae statum securum* et dirigitur contra societates quae capiunt, detinent vel spoliant accedentes ad curiam Romanam seu recedentes ex ea. (Reg. Vat. 248, fol. 190 recto. De curia. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 490, note 1 (extraits).)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Ad noticiam deducimus per presentes quod hodie. — Datum Avinione, II idus decembris, anno quarto. »

2064 Avignon, 23 décembre 1365.

Hugoni, episcopo Biterrensi, mandatur ut tractet pacem inter abbatem monasterii S. Anianae, Magalonensis dioecesis, et Carolum de Artesio, comitem Pedenacii. (Reg. Vat. 248, fol. 20 verso ; Reg. Vat. 244 F, fol. 64, n. 157.)

« *Venerabili fratri Hugoni, episcopo Biterrensi, salutem etc.* Sicut tua fraternitas non ignorat. — Datum Avinione, X kalendas januarii, anno quarto. »

2065 Avignon, 23 décembre 1365.

Guidoni de Rupe, A. S. nuncio, mandatur ut bona mobilia et credita Gullielmi Caprarii, cantoris ecclesiae Turonensis, defuncti extra curiam, quae fuerunt reservata diu

ante infirmitatem ex qua decessit, exigat. (Reg. Vat. 248, fol. 188 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guidoni de Rupe, canonico Turonensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, X kalendas januarii, anno quarto. »

2066 Avignon, 28 décembre 1365.

Edwardo, principi Aquitaniae, mandatur ut bene agat erga Petrum de Panaco, militem Ruthenensis dioecesis, qui fuit apud ipsum et officiarios ejus super excessibus delatus. (Reg. Vat. 247, fol. 21 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Petrus de Panaco, dominus de Copiaco, miles Ruthenensis diocesis, coram te ac tuis officiatis super certis excessibus fuisset delatus, eum, quem et suos antecessores fama laudabilis honestabat, nobilitati tue confidenter duximus commendandum, sed tu, extimans nos non fuisse de veritate hujusmodi assertorum excessuum informatos, peticionem dicti militis tibi seu tuis officiatis traditam, in qua sua assertive proponebat horrenda facinora, nobis ad nostram informacionem in tuis interclusam litteris destinasti, offerens nichilominus te nostra consideracione dicto militi facturum graciam de qua posset racionabiliter contentari.

« Nos, igitur, de hujusmodi tua filiali oblatione tibi grates referentes, sed de contentis in dicta peticione non immerito admirati, de ipsis nos curavimus informare ac reperimus quod idem Petrus, tanquam vir non astutus, sed simplex nobilis, de sua innocencia tua justicia et nostra recommendacione confisus super eisdem excessibus non advocatum seu alias litteratum et acutum virum, sed unum suum illeteratum scutiferum, ad tuam curiam destinavit, qui scutifer ad quemdam clericum declinans, sibi super hiis fecit peticionem formari idemque clericus asseruisse refertur in meliori et pinguiori forma super predictis se peticionem hujusmodi formaturum, cui assercioni scutifer idem simpliciter annuens, et an bene vel male pro suo domino ageretur, amplius non discernens, eam tibi seu officiatis eisdem presentavit, prout per eundem clericum tradita sibi fuit.

« Cum itaque prefatus nobilis asserat, et nos credamus verisimiliter quod ipse et sui non commiserint crimina in dicta peticione narrata, licet forsan de aliquibus excessibus in culpa fuerint aliquali, non tamen in tui honoris seu patrie detrimentum, sed zelo justicie et pro dicte patrie libertate persequendo predones, qui sub vocabulo societatum eandem patriam predabantur, loca occupabant, ecclesias et domos incendebant, viros et mulieres capiebant, torquebant et eciam occidebant, et alia innumera flagicia omnibus notoria committebant, ex qua persecucione et patrie defensione non tuam formidabant punicionem, sed laudem et indulgenciam, per nos omnibus contra detestabiles sociales hujusmodi pejores ethnicis pugnaturis concessam, sperabant indubie promereri, nobilitatem eandem iterato et affectuosius deprecamur quatinus premissa claramque famam dicti nobilis et suorum antecessorum pie consideras, sic erga eum et suos, qui dederunt operam in premissis, eciam nostrorum interventu precaminum, benigne agas, quod ex hiis que bona intencione fecerunt infamiam et penam, quod absit, minime patiantur ; quod si aliquam infamiam et penam occasione premissorum sustinere haberent, fidelitatis et probitatis suorum progenitorum intuitu nostrorum precaminum interventu clementer velis easdem sibi remittere graciose. Datum Avinione, V kalendas januarii, anno quarto. »

2067 Avignon, 3 janvier 1366.

Ægidio, legato S. A., mandatur ut exequatur contenta in interclusa littera directa Joannae, reginae Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 23 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Licet in omnibus que ad reformationem. — Datum Avinione, III nonas januarii, anno quarto. »

2068 Avignon, 4 janvier 1366.

Iterum rogat reginam Siciliae ut consiliis Ægidii, legati S. A., acquiescat, « videlicet quod attente abstineas ab indebitis gravaminibus subjectorum, et in hoc progenitorum tuorum modos laudabiles in terris, ac circa te habeas viros honestate pollentes, fide preclaros, decoratos prudencia et avaritiam detestantes, apud quos non sit personarum acceptio nec partialitas seductiva, quique te ament, justiciam diligant et generale bonum dicti regni omnimodis studiis procurare non sinant ». De solutione census R. E. debiti « solitas gratias non speret te obtenturam amplius de cetero ». Plenam fidem adhibeat nobilibus viris Neapoleoni de filiis Ursi, comiti Manupelli, ac Landulpho Crispano, militi

Neapolitano, ambaxiatoribus suis, praesentium latoribus. (Reg. Vat. 248, fol. 22 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 373, n. 74.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Frequenter, carissima filia, intuitum. — Datum Avinione, II nonas januarii, anno quarto. »

2069 Avignon, 8 janvier 1366.

Inhibet ne torneamentum fiat inter nobiles Burgundiae et Sabaudiae ac Sociales. (Reg. Vat. 248, fol. 23 verso. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 491, n. 1.)

« *Venerabilibus .. archiepiscopo Lugdunensi, ac .. Cabilonensi et Bellicensi episcopis ac dilectis filiis .. eorum vicariis in spiritualibus, salutem, etc.*

« Ad nostrum supervenit auditum quod quidam nobiles de comitatibus Burgundie et Sabaudie seu aliunde in certo numero cum totidem viris armigeris comitivarum, que in illis partibus commorantur, in eisdem partibus concertare usque ad alterius partis totalem victoriam juramentis seu fide data, sive modis aliis firmaverunt, ex quo si fieret humani sanguinis sparsio ac succumbentium confusio, et tam occisorum quam occidentium animarum pericula et multa alia scandala et discrimina procul dubio provenirent.

« Nos... mandamus quatinus quilibet vestrum per se vel alium seu alios per publicum edictum proponendum in suis cathedralibus et aliis suarum civitatum et diocesium ecclesiis et locis publicis, de quibus viderit expedire, ex parte nostra, prohibeat universis et singulis eisdem nobilibus et armigeris et aliis quibuscunque quod, non obstantibus ipsis juramentis, dictum certamen non committant nec committentibus prebeant licenciam, obsequium, loca, custodiam, equos, arma, victualia et alias consilium, auxilium vel favorem nec etiam ad videndum hujusmodi certamen seu dirum spectaculum accedant, sub pena excommunicationis reservate et interdicti. Datum Avinione, VI idus januarii, anno quarto. »

2070 Avignon, 8 janvier 1366.

Philippo, duci Burgundiae, nota fit praedicta prohibitio. (Reg. Vat. 248, fol. 24 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, duci Burgundie, salutem, etc.* Ad nostrum, etc. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* » (Reg. Vat. 248, fol. 24 verso.)

2071 Avignon, 9 janvier 1366.

Carolum, regem Francie, rogat ut confirmet receptionem in burgenses, mansionarios et regnicolas Franciae factam a Ludovico, duce Andegavensi, locumtenente regis in partibus Occitanis, de personis Nicolai Jacobi, militis, et Benedicti Nerozi de Albertis antiquis, mercatorum Florentinorum, atque eorum posteris. (Reg. Vat. 244 G, fol. 68, n. 564. — Reg. Vat. 248, fol. 24 recto. — *Prou, op. cit.*, p. 146, n. LXIV.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Gratum habemus. — Datum Avinione, V idus januarii, anno quarto. »

2072 Avignon, 9 janvier 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut auxiliis et favoribus habeat specialiter commendatos mercatores Albertorum antiquorum de Florentia, pro quibus scripsit Carolo regi Franciae. (Reg. Vat. 244 G, fol. 79, n. 598. — Reg. Vat. 248, fol. 24 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Dilectos filios .. mercatores. — Datum Avinione, V idus januarii, anno quarto. »

2073 Avignon, 10 janvier 1366.

Petro Begonis mandatur ut concordiam stabiliat inter Guichardum, episcopum Sedunensem, et nobiles viros Antonium de Turre, dominum Castellionis in Valesio, et Joannem ejus fratrem, milites Sedunensis dioecesis. (Reg. Vat. 248, fol. 25 verso.)

« *Dilecto filio Petro Begonis, archidiacono de Aura in ecclesia Convenarum, A. S. nuncio, salutem, etc.* Pastoralis officii. — Datum Avinione, IIII idus januarii, anno quarto. »

2074 Avignon, 10 janvier 1366.

Guichardum praedictum rogat ut reformet pacem cum praedictis nobilibus. (Reg. Vat. 248, fol. 26 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 127, n. 723.)

« *Venerabili fratri Guichardo, episcopo Sedunensi,*

salutem, etc. Pastoralis officii. — Datum Avinione, IIII idus januarii, anno quarto. »

2075 Avignon, 10 janvier 1366.

Item suadetur jam dictis nobilibus. (Reg. Vat. 248, fol. 26 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 128, n. 724.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Antonio de Turre, domino Castellionis in Valesio, et Johanni ejus fratri, militibus Sedunensis diocesis, salutem etc.* Pastoralis officii. — Datum ut supra. »

2076 Avignon, 12 janvier 1366.

Geraldo Aymerici, priori provinciali Provinciae O. eremitarum S. A., conceditur facultas surrogandi ydoneum loco fratris provinciae Tolosanae ad legendum Parisius librum Sententiarum, cum deputatus a diffinitoribus ultimi capituli obiit et prior generalis in remotis sit. (Reg. Vat. 248, fol. 192 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Geraldo Aymerici, O. fratrum heremitarum S. Augustini, sacre theologie professori, priori provinciali Provincie ejusdem ordinis, salutem etc.* Ad audientiam nostram. — Datum Avinione, II idus januarii, anno quarto. »

2077 Avignon, 12 janvier 1366.

Inhibetur sub poena excommunicationis et bonorum privationis ne impediatur accessus ad curiam Romanam et ne omnes universitates, principes, barones, nobiles vel plebei per duas dietas propinqui loco, in quo dicta curia residet, faveant praedonum incursibus vel eis minime se opponant. (*Instr. miscell.*, n. 2437; originale pergamenum (1). De curia.)

« Ad perpetuam rei memorian. Ad Romane curie statum securum. — Datum Avinione, II idus januarii, anno quarto. »

2078 Avignon, 12 janvier 1366.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut faciant publicari processus habitos contra comitivas qui molestabunt patriam seu partes infra duas dietas a curia distantes. (Reg. Vat. 248, fol. 190 recto. — Denifle, *La désolation*, t. II, p. 489 (extraits).)

« *Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Ad noticiam vestram. — Datum Avinione, II idus januarii, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Rothomagensi, .. Turonensi, .. Senonensi, .. Bituricensi, .. Lugdunensi, .. Narbonensi, .. Tholosano, .. Bisuntino, .. Tarantasiensi et .. Viennensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac .. Mimatensi, .. Vivariensi, .. Aniciensi, .. Uticensi, .. Nemausensi et .. Auracisensi episcopis,* mutatis mutandis. »

2079 Avignon, 12 janvier 1366.

Edwardum, principem Aquitaniae, rogat ut recipiat homagium a Joanna, ducissa Britanniae, pro vicecomitatu Lemovicensi, secundum formam adhibitam a viro suo defuncto Carolo. (Reg. Vat. 248, fol. 25 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Intelleximus relatione fideli. — Datum Avinione, II idus januarii, anno quarto. »

2080 Avignon, 13 janvier 1366.

Eidem gratias agit de revocatione sequestri temporalitatis Stephani, episcopi Vabrensis, acti a senescallo Ruthenensi. (Reg. Vat. 248, fol. 25 recto.)

« *Eidem.* Venerabilis frater noster Stephanus. — Datum Avinione, idibus januarii, anno quarto. »

2081 Avignon, 13 janvier 1366.

Amedaeum, comitem Sabaudiae, rogat ut tribuat auxilium Petro Begonis, nuncio, pro pace praefata (v., n. 2073) firmanda et ei sua consilia tribuat. (Reg. Vat. 248, fol. 27 recto; Reg. Vat. 244 G, fol. 128, n. 725.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, vel ejus locumtenenti, salutem etc.* Cum pro reformanda concordia. — Datum Avinione, idibus januarii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecte in Christo filie nobili mulieri Bone de Borbonio, comitisse Sabaudie.* »

(1) Verso scribitur : instrumentum quo patet bullam in valvis majoris ecclesiae Avinionensis affixam fuisse die 15 januarii 1366, a magistro Jordano de Haya, canonico Bajocensi, procuratori fiscali, de mandato Camerarii.

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro .. comiti Gebennensi.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Gebennensi,* sed loco nobilitatis dicatur fraternitatis. (Reg. Vat. 244 F, fol. 58, n. 144.) »

« *Eodem modo venerabili .. episcopo Lausanensi.* »

2082 Avignon, 13 janvier 1366.

Joannam, reginam Sicilie, hortatur ut petitionibus a Raymundo episcopo Forojuliensi praesentandis acquiescat. (Reg. Vat. 248, fol. 27 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 374, n. 75.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster Raymundus. — Datum Avinioni, idibus januarii, anno quarto. »

2083 Avignon, 13 janvier 1366.

Eidem hortatoria ut inter ipsam et Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, pax vera et pura dilectio perpetuis temporibus indissolubiliter habeantur. (Reg. Vat. 248, fol. 27 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 66, n. 561. — Cerasoli, *loco citato*, p. 375, n. 76.)

« *Carissime etc. salutem etc.* Ea que ad statum prosperum. — Datum Avinione, idibus januarii, anno quarto. »

2084 Avignon, 13 janvier 1366.

Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, hortatur ad extirpandam discordiam quamcumque cum Joanna regina Siciliae et ad audiendum Ægidium episcopum Sabinensem, qui, si quid inter ipsum et reginam turbationis erit, prudentia sua tollet. Plenam fidem adhibeat Napoleoni de Ursis, comiti Manupelli, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 27 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Evangelica lectione. — Datum ut supra. »

2085 Avignon, 13 janvier 1366.

Ægidio, legato S. A., mandatur ne ex parte reginae Siciliae aliquid rationabile deficiat quin dilectio praedicta habeatur cum imperatore Constantinopolitano. (Reg. Vat. 248, fol. 28 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Ea que ad statum prosperum. — Datum Avinione, idibus januarii, anno quarto. »

2086 Avignon, 15 janvier 1366.

Bernaboni de Vicecomitibus mandatur ut restitutio plenaria facta sit Petro Gibellini de Romanis, legum doctori, Gratianopolitanae dioecesis, qui, mense octobris proxime praeteriti accedens e civitate Bononiensi ad curiam Romanam, fuit in territorio Reginensi « omnibus suis libris, pecuniis, equis, vestimentis, jocalibus et rebus aliis ascendentibus ad valorem non modice quantitatis pecunie per gentes quorumdam tuorum vicinorum amicorum » spoliatus. (Reg. Vat. 248, fol. 28 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 83, n. 207.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem.* Inter cetera que tue nobilitati. — Datum Avinione, XVIII kalendas februarii, anno quarto. »

2087 Avignon, 15 janvier 1366.

Item mandatur Andruino, legato A. S. (Reg. Vat. 248, fol. 28 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 83, n. 207.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Quamvis tua sinceritas. — Datum ut supra. »

2088 Avignon, 16 janvier 1366.

Andruino, S. A. legato, notum fit nobilem virum Andream de Moyria, dominum de Malhan, militem Lugdunensis dioecesis, missum esse ad ipsum pro informando de negocio castri Hirberiae et aliorum castrorum Reginensis dioecesis ita ut inter colligatos et Bernabonem de Vicecomitibus non possit quaestio oriri. (Reg. Vat. 244 F, fol. 53, n. 128. — Reg. Vat. 248, fol. 29 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Ne occasione castri Hirberie. — Datum Avinione, XVII kalendas februarii, anno quarto. »

2089 Avignon, 16 janvier 1366.

Bernaboni de Vicecomitibus commendatur praefatus Andreas de Moyria. (Reg. Vat. 248, fol. 29 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.* Desiderantes pacem inter R. E. — Datum Avinione, XVII kalendas februarii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, salutem etc.* Desiderantes pacem inter R. E. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario.* »

2090 Avignon, 17 janvier 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut contra Florentinos statim litteris justitiae non utatur et amicabilius inducat ad restitutionem agendam de castris et proventibus ecclesiae Aretinae. (Reg. Vat. 248, fol. 29 recto.)

« *Dilecto filio Andruino ... salutem etc.* Circumspectio tua, ut credimus, non ignorat. — Datum Avinione, XVI kalendas februarii, anno quarto. »

2091 Avignon, 20 janvier 1366.

Carolum regem Franciae rogat ut liberet Armandum vicecomitem Podemniaci, cujus Guillelmus dominus de Grisaco, miles Mimatensis dioecesis, est genitor et vassallus, ab onere veniendi statim ad regiam praesentiam, eundi in Angliam et ibidem manendi obsidem, donec aliud duxerit ordinandum celsitudo sua. (Reg. Vat. 248, fol. 30 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Affectum sincerissime dilectionis. — Datum Avinione, XIII kalendas februarii, anno quarto. »

2092 Avignon, 20 janvier 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, commendatur praedictus vicecomes. (Reg. Vat. 248, fol. 30 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 79, n. 597.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Quantum sit nobis cordi negocium. — Datum ut supra. »

2093 Avignon, 20 janvier 1366.

Episcopo Cameracensi mandatur ut componat pacem inter Ludovicum, Flandriae, et Albertum, Hanoniae comitem, invicem dissidentes. (Reg. Vat. 248, fol. 31 verso. — Fierens, *op. cit.*, p. 769, n. 1673.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Cameracensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Quamvis audiverimus et credamus te. — Datum Avinione, XIII kalendas februarii, anno quarto. »

2094 Avignon, 21 janvier 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut auxilium praestet populo civitatis Senensis, cum ipsi suspicentur iniquam societatem Anglicorum ad eorum territorium redituram. (Reg. Vat. 244 G, fol. 105, n. 665. — Reg. Vat. 248, fol. 32 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectos filios populum. — Datum Avinione, XII kalendas februarii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato.* »

2095 Avignon, 23 janvier 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut praecipiat Nicolao, Hugoni et Alberto marchionibus Estensibus quod 12.000 florenorum de censu E. R. ab ipsis debito persolvant Francisco de Carraria, qui liberavit captivos olim tempore victoriae obtentae ad instantiam suam. (Reg. Vat. 248, fol. 33 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 65, n. 160.)

« *Dilecto filio Andruino A. S. legato, salutem etc.* Sicut tua circumspectio. — Datum Avinione, X kalendas februarii, anno quarto. »

2096 Avignon, 23 janvier 1366.

Archiepiscopo Bisuntino mandatur ut moneant nobiles viros Symonem de S. Albano, militem, et Hugonem de Binaut, dominum Bisuntinae dioecesis, ad restituenda jocalia argentea et alias species, quae spectant monasterio S. Germani Autissiodorensis et reportabantur ex Parisius ad Autissiodorum a civibus Avinionensibus. (Reg. Vat. 248, fol. 33 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino, salutem etc.* Ad audientiam nostram fidedigna. — Datum Avinione, X kalendas februarii, anno quarto. »

2097 Avignon, 26 janvier 1366.

Edwardo, principi Aquitaniae, commendatur Joanna, ducissa Britanniae. (Reg. Vat. 248, fol. 36 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Cum dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2098 Avignon, 26 janvier 1366.

Capitulo ecclesiae Laudunensis mandatur ut faciant assignari Bartholomaeo Spiafamis, mercatori Lucano, Parisius commoranti, executori testamenti Albizi de Luca, canonici Laudunensis, summas pecuniarum provenientium ex praebenda quam obtinebat in eadem ecclesia pro fundatione et sustentatione collegii pauperum scolarium in civitate Paduana. (Reg. Vat. 248, fol. 36 recto. — Fierens, *op. cit.*, p. 770, n. 1677.)

« *Dilectis filiis .. capitulo ecclesie Laudunensis, salutem etc.* Quia, sicut fidedignorum expositione didicimus. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2099 Avignon, 26 janvier 1366.

Episcopum Laudunensem rogat ut partes suas interponat executioni praedictae litterae. (Reg. Vat. 248, fol. 35 verso. — Fierens, *op. cit.*, p. 771, n. 1678.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Laudunensi, salutem etc.* Cupientes ut pia. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2100 Avignon, 26 janvier 1366.

Gabrieli Adurno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis mandatur ut assistent exhortationibus Amedaei, comitis Sabaudiae, pro pace condenda inter ipsos et Bernarbonem de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 248, fol. 36 verso et Vat. 244 G, fol. 10, n. 440.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac consilio et communis civitatis Januensis, salutem etc.* Pro removendis vexationibus. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2101 Avignon, 26 janvier 1366.

Bernabonem de Vicecomitibus rogat ut faciat concordari ad locum Pedimontium et diem per comitem Sabaudiae statuendos pro pace firmanda cum Januensibus, opere marchionum de Carrecto sequacium suorum. (Reg. Vat. 248, fol. 36 verso et 244 G, fol. 11, n. 441.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.* De civitatis Januensis oppressionibus. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2102 Avignon, 26 janvier 1366.

Gabrieli Alaramo et Henrico marchionibus de Carrecto mandatur item ac supra. (Reg. Vat. 248, fol. 37 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Gabrieli Alaramo et Henrico, marchionibus de Carrecto, salutem etc.* Pacem vestram. — Datum ut supra. »

2103 Avignon, 26 janvier 1366.

Agapito, episcopo Brixiensi, mandatur ut assistat Amedaeo, comiti Sabaudiae, in negocio pacis jam dictae. (Reg. Vat. 428, fol. 37 recto.)

« *Venerabili fratri Agapito, episcopo Brixiensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Quia vulgaris fama pronunciat. — Datum Avinione, VII kalendas februarii, anno quarto. »

2104 Avignon, 27 janvier 1366.

Stephano, episcopo Venciensi, mandatur ut mittat inquisitionem ipsi commissam de Guillelmo Amedaei, praeposito Niciensi, apud S. A. graviter diffamato, et nondum transmissam. (Reg. Vat. 248, fol. 37 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 81, n. 203.)

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Vinciensi, salutem etc.* Dudum fraternitati tue duximus. — Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno quarto. »

2105 Avignon, 27 janvier 1366.

Lugdunensi, Tarantasiensi archiepiscopis ac Maurianensi, Gratianopolitano, Bellicensi, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Augustensi, Yporiensi et Taurinensi episcopis man-

datur ut solvant decimam recollectam Amedaeo, comiti Sabaudiae, in passagio generali transfretaturo vel gentibus ejus. (Reg. Vat. 248, fol. 194 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc., salutem etc.* Sicut dudum vestre fraternitati significare. — Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno quarto. »

2106 Avignon, 27 janvier 1366.

Ægidio, card. S. Martini in montibus, conceditur facultas recipiendi praedictam decimam pro duobus annis impositam, quitandi et aggravandi sententias contra non solventes. (Reg. Vat. 248, fol. 195 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Egidio, tituli S. Martini in montibus presbitero cardinali, salutem etc.* Hodie venerabilis frater. — Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno quarto. »

2107 Avignon, 27 janvier 1366.

Edwardo, principi Aquitaniae, commendati fuerunt nobilis vir Ademarius de Agrifolio, Romanae curiae marescallus, ejusque domus et progenies; nunc eum rogat ut suscipiat commendatum Joannem de Agrifolio, domicellum, Ademarii emancipatum filium ac dominum terrae de Gramato, Caturcensis dioecesis, familiarem et specialem servitorem papae, qui contraxerit matrimonium cum nobili muliere Anna, filia Bertrandi de Terrida militis. (Reg. Vat. 248, fol. 37 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 103, n. 246.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Sicut per alias nostras. — Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno quarto. »

2108 Avignon, 27 janvier 1366.

Senescallo Caturcensi scribitur ut gratiosis favoribus prosequatur negocia praefati Joannis de Agrifolio. (Reg. Vat. 248, fol. 38 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 102, n. 244.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome de Walkefare, militi, senescallo Caturcensi, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Johannem. — Datum ut supra. »

2109 Avignon, 27 janvier 1366.

Joanni de Harewell commendantur negocia eadem. (Reg. Vat. 248, fol. 38 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 102, n. 245.)

« *Dilecto filio Johanni Harewell, archidiacono Wigorniensi, dilecti filii nobilis viri Edwardi Aquitanie et Wallie principis cancellario, salutem etc.* Cum nos dilecto filio nobili viro Edwardo. — Datum ut supra. »

2110 Avignon, 27 janvier 1366.

Amedaeo, episcopo Grassensi, mandatur ut nulli civi civitatis dictae vel forensi occasione suae familiaritatis, nisi solum suis familiaribus domesticis continuis commensalibus, permittat quod acutum gladium possit ferre, ita quod observetur statutum jam dictae civitatis non servatum a civibus. (Reg. Vat. 248, fol. 38 verso.)

« *Venerabili fratri Amedeo, episcopo Grassensi, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, VI kalendas februarii, anno quarto. »

2111 Avignon, 28 janvier 1366.

Petrum de Aragonia O. F. M. monet ut reportetur ad locum Montispessulani brachium beati Ludovici, episcopi et confessoris, quod detulit in Cataloniam. (Reg. Vat. 248, fol. 38 verso. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, p. 398, n. 968; Wadding, *ad annum* 1366, § 12.)

« *Dilecto filio Petro de Aragonia O. F. M., salutem etc.* Sacras reliquias brachii beati Ludovici, episcopi et confessoris, tue devotioni preclare tradidimus ut in tuo itinere, quo eras tunc in Cataloniam profecturus, ad locum Montispessulani deferres et ibidem faceres cum veneratione reponi, prout tibi duximus injungendum. Verum, sicut ex burgensium dicti loci questione percepimus, tu hujusmodi mandatum nostrum et locum preteriens memoratum brachium in Cataloniam detulisti, de quo iidem burgenses non modicum sunt turbati. Licet igitur estimemus quod hoc ex devotione fecisti, ut aliquibus probis personis in dicto sancto devotionem habentibus idem brachium demonstrares, tamen, quia jam illis potuisti satisfecisse et istorum conquerentium debes turbationem auferre confestim, religiosam discretionem tuam rogamus attente mandantes quatinus prefatum brachium ad dictum locum Montispessulani non differas reportare, factum per nos tibi in hac parte mandatum efficaciter impleturus. Datum Avinione, V kalendas februarii, anno quarto. »

2112 Avignon, 29 janvier 1366.

Gubernatoribus terrae domini de Mercorio constitutae

in dioecesi Mimatensi mandatur ut se abstineant ab offensis episcopo Mimatensi ejusque gentibus illatis. (Reg. Vat. 248, fol. 39 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris gubernatoribus terre dilecti filii nobilis viri .. domini de Mercorio, salutem etc.* Cum displicencia multa percepimus quod gentes dilecti filii nobilis viri domini de Mercorio, cujus terram de diocesi Mimatensi vos regitis, in loco de Toracio dicte diocesis constitute, que una nobiscum debent honores et jura Mimatensis ecclesie conservare fideliter et a ledentibus illam defendere quibusdam servientibus venerabilis fratris nostri Guillelmi, episcopi Mimatensis, arma licite deferentibus in dicto loco duabus vicibus abstulerunt ac alie gentes dicti domini existentes in loco de Salgue, dicte diocesis, quendam portitorem litterarum dilecti filii .. officialis ejusdem episcopi, litteris ipsis violenter ablatis, in carcerem posuerunt... Datum Avinione, IIII kalendas februarii, anno quarto. »

2113 Avignon, 30 janvier 1366.

Guillelmo, comiti Bellifortis, mandatur ut revocetur ordinatio bajuli sui. (Reg. Vat. 248, fol. 39 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo, comiti Bellifortis, salutem, etc.* Continet fidedigna signification nostro apostolatui nuper facta quod Arnaudus de Sostela, bajulus tuus in terra seu baylivia tua S. Stephani de Vallefrancisca, ex parte tua, fecit publice proclamari quod sub certa pena nullus subditus tuus presumat aliquem de baylivia predicta ad judicium trahere extra ipsam nec facere excommunicationis vel interdicti sententiis innodari, et si quis fecisset contrarium infra certum terminum absolutionem ab hujusmodi sententiis apportaret... Datum Avinione, III kalendas februarii, anno quarto. »

2114 Avignon, 30 janvier 1366.

Episcopo Claromontensi commendantur nobiles viri Helyas de S. Exuperio, miles, et Gaubertus, natus ejusdem, domicellus familiaris papae, in agendis ipsorum ac in receptione homagii. (Reg. Vat. 248, fol. 40 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Claromontensi, salutem etc.* Dilectos filios nobiles viros Helyam. — Datum Avinione, III kalendas februarii, anno quarto. »

2115 Avignon, 2 février 1366.

Egidio, legato S. A., repetit litteras ipsi, reginae Siciliae et nunciis apostolicis existentibus in civitate Senensi de providendo statui civitatis Januensis. Sollicitet eamdem reginam, et, si quid utile in dictae civitatis Januensis negotiis sibi videatur, rescribat papae. (Reg. Vat. 248, fol. 40 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 118, n. 700.)

« *Venerabili fratri Egidio episcopo Sabinensi, A. S. legato.* Nuper ad providendum statui. — Datum Avinione, IIII nonas februarii, anno quarto. »

2116 Avignon, 2 février 1366.

Joannae, reginae Siciliae, repetit litteras de providendo statui civitatis Januensis propter pericula maris et terrae quae interclusae sunt. (Reg. Vat. 244 G, fol. 118, n. 701. — Reg. Vat. 248, fol. 40 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 375, n. 77.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Nuper ad providendum. — Datum ut supra. »

2117 Avignon, 4 février 1366.

Post deliberationem in consistorio habitam decernitur quod decima omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum in Mediolanensi, Novariensi, Vercellensi, Cumanensi, Pergamensi, Brixiensi, Cremonensi, Parmensi, Placentinensi, Laudensi, Papiensi, Terdonensi, Bobiensi, Albensi et Aquensi civitatibus et diocesibus quae sunt de provinciis et partibus legationis Andruini, tituli S. Marcelli presbyteri cardinalis, usque ad unum annum solvetur, nam in dicto consistorio idem Andruinus fecit proponi quod onera expensarum pro defensione terrarum Ecclesiae non valebat supportare nisi per S. A. super his provideretur. Termini solutionis erunt tales : medietas in festo nativitatis beati Joannis Baptistae, medietas altera in festo nativitatis dominicae. Decima exigetur ad monetam in dictis civitatibus et dioecesibus communiter currentem, juxta constitutionem Clemente V editam in concilio Viennensi, ita quod debitores praetextu cambii non graventur quodque calices, libri et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel alias occasione exactionis praedictae, nullatenus capiantur. De decima nihil solvebunt cardinales obtinentes vel obtenturos infra annum beneficia, vel praeceptores et fratres hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani. (Reg. Avin. 163, fol. 44 recto. De curia. — Reg. Vat. 255, fol. 3 verso. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Dignum censemus. — Datum Avinione, II nonas februarii, anno quarto. »

2118 Avignon, 4 février 1366.

Episcopis praenotatis committitur solutio hujusmodi decimae. (Reg. Avin. 163, fol. 45 recto. De curia. — Reg. Vat. 255, fol. 4 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus Mediolanensi archiepiscopo ac Novariensi... etc.* Dignum censemus. — Datum Avinione, II nonas februarii, anno quarto. »

2119 Avignon, 5 février 1366.

Benoniensi et Astensi episcopis, ac Joanni, abbati monasterii S. M. Florentinae, Bononiae commoranti, mandatur ut compellant episcopos, collectores et succollectores ad consignandum legato Andruino vel eis, aut alii a legato vel ab eis commisso, decimam praedictam collectam et de omnibus gestis rationem recipiant. (Reg. Avin. 163, fol. 47 recto. De curia. — Reg. Vat. 255, fol. 5 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Bononiensi et Astensi episcopis, ac dilecto filio Johanni, abbati monasterii S. M. Florentine, Bononie commoranti, salutem etc.* Nuper ex propositis — Datum Avinione, nonis februarii, anno quarto. »

2120 Avignon, 5 février 1366.

Andruino, S. Marcelli presbytero cardinali, mandatur ut provideat de sex florenis auri, pro suis expensis et familiarium suorum, nobili viro Andreae de Morya, domino de Malhan, militi Lugdunensis dioecesis, destinato pro sedanda discordia circa castra Reginensis dioecesis et de proventibus civitatis Bononiensis, omni exceptione postposita. (Reg. Vat. 248, fol. 41 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 13, n. 448.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Sicut per alias litteras. — Datum Avinione, nonis februarii, anno quarto. »

2121 Avignon, 5 février 1366.

Arnulpho, domino de Audenham, mandatur ut interponat partes suas super tractandis pace vel longis treuguis inter Petrum, Castellae, et Petrum, Aragonum reges, et consilia ac auxilia praestet Guillelmo, episcopo Cicestrensi, nuncio S. A. (Reg. Vat. 248, fol. 45 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnulpho, domino de Audenham, militi, marescallo Francie, salutem etc.* Gerentes in votis quod. — Datum Avinione, nonis februarii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro de Bellojoco.* »

« *Eodem modo nobili viro Bertrando de Cleykin, comiti Longaville.* »

2122 Avignon, 5 février 1366.

Joannam, Aquitaniae principissam, rogat ut apud virum suum interponat partes suas modo quo praedictae pax vel treuguae tractatae sint. (Reg. Vat. 248, fol. 47 verso.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, Aquitanie et Wallie principisse, salutem etc.* Dum animarum pericula. — Datum Avinione, nonis februarii, anno quarto. »

« *Eodem modo carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi.* »

2123 Avignon, 5 février 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut singulis diebus, quibus Andrea de Morya (c. *supra*, n. 2120) negotium sibi commissum prosequetur, solvat salarium sex florenorum pro suis et familiarium suorum expensis. « Nec miretur . . . de impositione hujusmodi oneris, quia ante commissionem administrationis bonorum fiscalium dicte civitatis [Bononie] per nos tibi factam, si hoc contigisset, fecissemus. » (Reg. Vat. 248, fol. 41 verso.)

« *Dilecto filio Andruino ... salutem etc.* Sicut per alias litteras. — Datum Avinione, nonis februarii, anno quarto. »

2124 Avignon, 6 février 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut condignis favoribus prosequatur duos filios quondam Joannis Caldarini, doctoris decretorum, Bononiensis. (Reg. Vat. 248, fol. 47 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 13, n. 449.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Sicut tua circumspectio. — Datum Avinione, VIII idus februarii, anno quarto. »

2125 Avignon, 16 février 1366.

Andruino, A. S. legato, scribit quod post mortem Mathaei de Narnia, potestatis Imolensis, commisit papa regimen dictae civitatis Stephano abbati S. Victoris Massiliensis donec Ægidius, episcopus Sabinensis, disposuerit de potestate; mandatur ut Munsus de Sabatinis, civis Bononien-

sis, cui Andruinus potestatem commisit, exerceat regimen sub obedientia dicti abbatis et observet statuta ejusdem civitatis. (Reg. Vat. 244 G, fol. 122, n. 709. — Reg. Vat. 248, fol. 48 recto.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Intencio nostra super civitatis Imolensis regimine. — Datum Avinione, XIIII kalendas marcii, anno quarto. »

2126 Avignon, 16 février 1366.

Raymundo de Baucio scribitur de occupatione castri Curtenonis, Avinionensis dioecesis, et de captione Catherinae de Baucio. (Reg. Vat. 248, fol. 48 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 21, n. 46. — Cerasoli, *loco citato*, p. 376, note 1.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno camerario regni Sicilie, salutem etc.* Credimus ad tuam noticiam jam fore deductum processum factum auctoritate apostolica contra principem Aurasicensem et Bertrandum, ejus fratrem, occasione occupationis castri Curtenonis, Avinionensis diocesis, et captionis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Catherine de Baucio, consanguinee tue, domine dicti castri, ideo circa hoc explicandum non insistimus de presenti, verum, quia nuper dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, specialiter procurante, ipsi princeps et Bertrandus restituerunt dictam Catherinam et etiam dictum castrum munitum tamen armatis hominibus, propter quod restitutionem ipsius liberam minime reputamus. Nos ad absolutionem excommunicationis, qua ipsi occupatores ligati, et relaxationem interdicti, cui eorum terre subjecte fore noscuntur non processimus, sicut nec procedere debebamus. Et propterea pro libera restitutione castri predicti ac securitate juris quod in dicto castro ad te dicitur pertinere, et pro hujusmodi negotii expeditione felici, quod quanto celerius poteris ad partes istas studeas te conferre. Nos enim, si veneris et expediat tibi libenter nostris consiliis, favoribus et auxiliis assistemus, et ne carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, impediat iter tuum, ecce quod per alias nostras litteras eidem scribimus, ut tibi veniendi licentiam largiatur. Datum Avinione, XIIII kalendas marcii, anno quarto. »

2127 Avignon, 16 février 1366.

Reginae Siciliae scribitur ut licentiam impartiatur Raymundo de Baucio veniendi in partibus istis. (Reg. Vat. 244 F, fol. 21, n. 47. — Reg. Vat. 248, fol. 49 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 376, n. 78.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quamvis dilecta. — Datum ut supra. »

2128 Avignon, 17 février 1366.

Petro, regi Cypri, mandatur ut favoribus prosequatur Arnaldum, praefectum ecclesiae Famagustanae, decretorum doctorem et auditorem poenitentiariae apostolicae, necnon Guillelmum de Quiniballo, rectorem ecclesiae S. Stephani Tolosani, fratrem et vicarium atque alios familiares, quia mittuntur ad gubernandam ecclesiam, cum ex certis causis Arnaldus non possit accedere de praesenti ad praelibatam ecclesiam. (Reg. Vat. 248, fol. 49 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 105, n. 254.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem etc.* Ecclesia Famagustana. — Datum Avinione, XIII kalendas marcii, anno quarto. »

2129 Avignon, 18 février 1366.

Petro, regi Aragonum, scribitur ut favoribus commendet Petrum Tholoni, praeceptorem Barchinonae, Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani, ne offendatur a consanguineis et amicis Vitalis Alcherii, praeceptoris Majoricensis, olim depositi a regimine prioratus Cataloniae. (Reg. Vat. 248, fol. 49 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri, salutem etc.* Cum prout audivimus dilecti filii. — Datum Avinione, XII kalendas marcii, anno quarto. »

2130 Avignon, 18 février 1366.

Episcopo Conseranensi mandatur ut faciat restitui scolastriam ecclesiae S. Petri de Solano, Conseranensis dioecesis, quam ipse contulit alteri, Bernardo de Lobaverio, qui ex testimonio Ægidii, tituli S. Martini in montibus, adhuc vivit in curia romana. (Reg. Vat. 248, fol. 49 verso.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Conseranensi, salutem etc.* Fidedigna relatione ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, XII kalendas marcii, anno quarto. »

2131 Avignon, 20 février 1366.

Ludovicum, ducem Andegavensem, rogat ut faciat statim relaxari quosdam presbyteros loci de Lunello, Magalonensis dioecesis, infra ecclesiam dicti loci captos et carceribus mancipatos a subjugario regio Nemausensi et insuper restitui ipsis res ablatas. (Reg. Vat. 248, fol. 50 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris fratri ac locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc.* Significatio fidedigna nuper. — Datum Avinione, X kalendas marcii, anno quarto. »

2132 Avignon, 20 février 1366.

Guillelmo, abbati S. Florentii Andegavensis, cancellario Ludovici ducis Andegavensis, mandatur ut studeat procurare debitam et celerem emendationem praedictorum excessuum. (Reg. Vat. 248, fol. 50 verso.)

« *Dilecto filio Guillelmo, abbati S. Florentii Andegavensis, dilecti filii nobilis viri Ludovici ducis Andegavensis cancellario.* Super quodam excessu. — Datum ut supra. »

2133 Avignon, 20 février 1366.

Stephano, episcopo Venciensi, mandat ut sub poena excommunicationis infra viginti dies a receptione praesentium destinet ad curiam processum fiendum contra Guillelmum Amedaei (v. *supra*, n. 2104), cum ex relatione nobilis viri Andoroti Badati, domicelli Niciensis, litterae apostolicae sibi fuerunt praesentatae. (Reg. Vat. 248, fol. 50 recto.)

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Venciensi, salutem etc.* De mense januarii proxime preterito tibi per nostras litteras clausas scripsisse. — Datum Avinione, X kalendas marcii, anno quarto. »

2134 Avignon, 22 février 1366.

Episcopo Mimatensi mandatur ut publicetur constitutio contra societates (*Ad Romanae curiae statum*, II idus januarii anno secundo), licet « omnia loca, civitates et diocesis Mimatensis infra duas dietas hujusmodi non existant, quia tamen sunt juxta dictas duas dietas et alias prope curiam memoratam, nos . . . hujusmodi constitutionem et inhibitionem et omnia in eis contenta ad dictas civitatem et diocesim Mimatensem duximus extendendam ». (Reg. Vat. 248, fol. 195 recto.)

« *Venerabili .. episcopo Mimatensi, salutem etc.* Nuper adversus quosdam viros. — Datum Avinione, VIII kalendas marcii, anno quarto. »

2135 Avignon, 23 février 1366.

Officialibus et subditis Amedaei, comitis Sabaudiae, mandatur ut provideant de securo conductu Petro, episcopo Ulixbonensi, S. A. nuncio, ad Carolum imperatorem Romanorum destinato. (Reg. Vat. 248, fol. 84 recto.)

« *Dilectis filiis universis et singulis .. officialibus et subditis dilecti filii nobilis viri Amedei comitis Sabaudie, salutem etc.* Cum nos venerabilem fratrem. — Datum Avinione, VII kalendas marcii, anno quarto. »

2136 Avignon, 24 février 1366.

Guidoni de Rupe mandatur ut assignet 8.000 francorum auri de collectis ab ipso in civitate Parisiensi Nicolao Bini et Alexandro Jacobi de Paradisis mercatoribus Florentinis. (Reg. Vat. 248, fol. 198 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guidoni de Rupe, canonico Turonensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum dilectus filius Thomas Monys de Albertis, mercator Florentinus, Romanam curiam sequens et ibidem procurator et factor Albertorum antiquorum de Florencia. — Datum Avinione, VI kalendas marcii, anno quarto. »

2137 Avignon, 24 février 1366.

Praedictis Nicolao et Alexandro conceditur facultas quitandi Guidonem de Rupe. (Reg. Vat. 248, fol. 198 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Nicolao Bini et Alexandro Jacobi in civitate Parisiensi commorantibus ac ibidem procuratoribus et factoribus societatis Albertorum antiquorum de Florentia, salutem etc.* Per alias nostras damus litteras. — Datum Avinione, VI kalendas marcii, anno quarto. »

2138 Avignon, 26 février 1366.

Petro, regi Castellae, commendatur Eblo de Mederio, clericus Camerae Apostolicae, ut possit percipere per procuratorem fructus canonicatus, praebendae et praestimoniorum, quae multis annis in ecclesia Abulensi obtinuit, cum sine speciali favore regiae celsitudinis non possit eos recipere. (Reg. Vat. 248, fol. 55 verso. — Fierens, *op. cit.*, p. 779, n. 1693.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Castelle illustri, salutem, etc.* Cum, prout audivimus, dilectus filius Eblo de Mederio. — Datum Avinione, IV kalendas marcii, anno quarto. »

2139 Avignon, 26 février 1366.

Episcopo Xanctonensi mandatur ut faciat in publica forma tradi processum et sententiam actos a curia sua de divortio Henrici, domini loci de Berbezillo, militis Xanctonensis dioecesis, cum Ysabella de Vivona, Pictaviensis dioecesis, quae nupsit alteri viro. (Reg. Vat. 248, fol. 55 verso.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Xanctonensi, salutem etc.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Henrici. — Datum Avinione, IIII kalendas marcii, anno quarto. »

2140 Avignon, 26 février 1366.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis mandatur ut praeficiat in potestatem Imolensis civitatis Mansum de Sabatinis (v. *supra*, n. 2125) vel alium idoneum, donec Ægidius, legatus S. A., ordinet aliud. (Reg. Vat. 248, fol. 55 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 72, n. 175.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, proventuum R. E. in partibus Italie debitorum receptori generali, salutem etc.* Super dispositione regiminis civitatis Imolensis. — Datum Avinione, IIII kalendas marcii, anno quarto. »

2141 Avignon, 26 février 1366.

Raymundo Berengarii magistro Hospitalis S. J. Jerosolimitani scribitur ut de praeceptoria provideat Aymerico de Ripa, professori ejusdem ordinis. (Reg. Vat. 248, fol. 56 recto.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani magistro.* Gratum habentes. — Datum Avinione, IIII kalendas marcii, anno quarto. »

2142 Avignon, 1er mars 1366.

Marco Cornario, duci Venetiarum, mandatur ut de galeis, navibus et aliis navigiis provideat Amedaeo, comiti Sabaudiae, qui cum multitudine gentis armigerae se proponat contra Turchos de proximo transfretare. (Reg. Vat. 244 G, fol. 113, n. 688. — Reg. Vat. 248, fol. 56 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Marco Cornario, duci Venetiarum, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Amedeus. — Datum Avinione, kalendis marcii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac consilio et communi civitatis Januensis,* mutato numero singulari in plurali. »

2143 Avignon, 2 mars 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut destinet ad camerarios R. E. et sacri Collegii res et bona quondam Fortanerii cardinalis, olim patriarchae Gradensis et administratoris ecclesiae Ravennatensis, quae 12.000 florenis et ultra obligata fuit pro communi servitio et quinque aliis servitiis. (Reg. Vat. 248, fol. 58 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 1, n. 1.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Nuper litteras tuas recepimus. — Datum Avinione, VI nonas marcii, anno quarto. »

2144 Avignon, 2 mars 1366.

Joanni de Luru, decano ecclesiae Lugdunensis, mandatur ut personaliter accedat ad dominum de Sancto Treverio, militem Lugdunensis dioecesis, et ipsum inducat ad relaxationem nobilis viri Joannis de S. Aredio, domicelli Lemovicensis dioecesis, nepotis Helyae episcopi Ostiensis, quem detinet captivum. (Reg. Vat. 248, fol. 58 recto et 244 G, fol. 22, n. 470.)

« *Dilecto filio Johanni de Luru, decano ecclesie Lugdunensis ,salutem etc.* Dilecto filio nobili viro .. domino. — Datum Avinione, VI nonas marcii, anno quarto. »

2145 Avignon, 2 mars 1366.

Humberto, domino de Villars, scribitur ut pro relaxatione dicti domicelli studium sollicitudinis interponat. (Reg. Vat. 248, fol. 58 et Vat. 244 G, fol. 22, n. 470.)

« *Dilecto filio nobili viro Humberto, domino de Villars, militi Lugdunensis diocesis, salutem etc.* Dilecto etc. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Johanni de Grolee, militi Lugdunensis diocesis.* »

« *Eodem modo nobili viro locumtenenti dilecti filii nobilis viri Amedei comitis Gebennensis.* »

« *Eodem modo nobili viro Ludovico de Bellojoco militi Matisconensis diocesis.* »

« *Eodem modo venerabili fratri Ludovico episcopo Valentinensi,* mutatis mutandis. »

2146 Avignon, 2 mars 1366.

Domino de Sancto Treverio mandatur ut relaxet dictum domicellum et suos familiares, cum sit innocens et nulli deceat venientes ad Romanam curiam vel recedentes ab ea capere vel detinere sub poena interdicti; adhibeat etiam fidem nobilibus viris Humberto Marini et Petro Merspini, domicellis papae, servientibus armorum, praesentium latoribus. (Reg. Vat. 248, fol. 58 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 23, n. 472.)

« *Dilecto filio nobili viro .. domino de S. Treverio, militi Lugdunensis diocesis, salutem etc.* Admodum displicenter. — Datum Avinione, VI nonas marcii, anno quarto. »

2147 Avignon, 3 mars 1366.

Infrascriptis mandatur ut assistent nunciis praedictis. (Reg. Vat. 244 G, fol. 23, n. 473.)

« *Universis et singulis ecclesiarum prelatis ac nobilibus et universitatibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Cum nos dilectos filios. — Datum Avinione, V nonas marcii, anno quarto. »

2148 Avignon, 3 mars 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut credat latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 59 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 82, n. 606.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Dilecto filio Petro, abbati monasterii S. Georgii majoris de Venetiis, Castellane diocesis, A. S. nuncio, latori presentium, quedam negocia per eum tue circumspectioni vive vocis oraculo exponenda commisimus, cui in narrandis tibi per ipsum adhibeas plenam fidem. Datum Avinione, V nonas marcii, anno quarto. »

2149 Avignon, 7 mars 1366.

Arnaldo de Vernolio, A. S. nuncio, mandatur ut exigat fructus portionis ecclesiae Burgensis et praestimoniorum in dioecesi Burgensi, pro fructibus parochialis ecclesiae de Termino, Avinionensis dioecesis, ac cujusdam capellaniae sitae in ecclesia S. Juliani Arelatensis, qui debentur Camerae Apostolicae. (Reg. Vat. 248, fol. 201 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Arnaldo de Vernolio, canonico Burgensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum dilectus filius Arnaldus de Fabrica. — Datum Avinione, nonis marcii, anno quarto. »

2150 Avignon, 8 mars 1366.

Berengario, abbati Lesatensi, committitur ut concordiam componat inter Geraldum, dominum de Graynhano, et Jacobum, episcopum Tricastrinensem. (Reg. Vat. 248, fol. 60 recto.)

« *Dilecto filio Berengario, abbati monasterii Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Rivensis diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* Pastoralis officii . . . Sane moleste admodum nuper accepimus quod inter venerabilem fratrem nostrum Jacobum, episcopum Tricastrinensem, ex una, et dilectum filium nobilem virum Geraldum, dominum de Graynhano, militem Diensis diocesis, ex parte altera, . . . gravis est discordia suscitata, ex qua, nisi celeriter obvietur, eidem mala plurima tam animarum quam corporum rerumque lapsus provenire verisimiliter formidantur.

« Nos . . . te ad partes et presenciam dictorum discordantium propterea providimus providendum . . . Datum Avinione, VIII idus martii, anno quarto. »

2151 Avignon, 8 mars 1366.

Praefato Jacobo scribitur ut credat indubie nuncio apostolico ad eum misso. (Reg. Vat. 248, fol. 61 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 129, n. 727.)

« *Venerabili fratri Jacobo, episcopo Tricastrinensi, salutem etc.* Pastoralis officii. — Datum Avinione, VIII idus martii, anno quarto. »

2152 Avignon, 8 mars 1366.

Assignantur sex floreni auri diebus singulis Berengario, abbati praedicto, necnon securus conductus et evectiones oportunae. (Reg. Vat. 248, fol. 61 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 130, n. 729.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis ad quos presentes littere pervenerint salutem etc.* Cum dilectum filium Berengarium. — Datum ut supra. »

2153 Avignon, 8 mars 1366.

Item (v. n. 2151) mandatur Geraldo Ademarii, domino

loci de Graynhano, militi Tricaricensis dioecesis. (Reg. Vat. 244 G, fol. 130, n. 728. — Reg. Vat. 248, fol. 61 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Geraldo Ademarii, domino loci de Graynhano, militi Tricaricensis diocesis, salutem etc.* Pastoralis officii. — Datum ut supra. »

2154 Avignon, 8 mars 1366.

Reginam Siciliae rogat ut assistat auxiliis et favoribus abbatem et conventum monasterii S. Clementis in Piscaria, O. S. B., Theatinae dioecesis, quibus graves molestias comites, barones, nobiles et singulares personae regni Siciliae inferunt. (Reg. Vat. 248, fol. 62 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 377, n. 79.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Nuper pro parte dilectorum filiorum abbatis. — Datum Avinione, VIII idus marcii, anno quarto. »

2155 Avignon, 9 mars 1366.

Episcopo Cameracensi mandatur ut instantius prosequatur negocium pacis reformandae inter Albertum, ducem Bavariae, gubernatorem comitatuum Hannoniae, Hollandiae et Zelandiae, ex una, et Johannem, comitem Licii, ac Guidonem et Angelbertum de Angia, fratres, parte ex altera. (Reg. Vat. 248, fol. 63 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 25, n. 477. — Fierens, *op. cit.*, p. 786, n. 1701.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Cameracensi, salutem etc.* Dolemus, venerabilis frater. — Datum Avinione, VII idus marcii, anno quarto. »

2156 Avignon, 9 mars 1366.

Carolo, regi Franciae, commendatur nobilis mulier Anna Assagnina, comitissa de Aquisio, uxore quondam Thomae de Marchia, omnibus bonis suis dotalibus destituta. (Reg. Vat. 248, fol. 64 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Ad dilectam in Christo filiam. — Datum Avinione, VII idus marcii, anno quarto. »

2157 Avignon, 9 mars 1366.

Item scribitur Joanni, Bituricensi duci. (Reg. Vat. 248, fol. 64 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Bituricensi et Alvernie duci, salutem etc.* Ad dilectam. — Datum ut supra. »

2158 Avignon, 14 mars 1366.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut indubiam fidem det magistro Guillelmo Noeleti, utriusque juris professori, cantori ecclesiae Bajocensis, papae capellano et sacri palatii apostolici causarum auditori, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 64 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 146, n. lxv.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Super certis negociis. — Datum Avinione, II idus marcii, anno quarto. »

2159 Avignon, 14 mars 1366.

Item mandatur Joanni, episcopo Belvacensi. (Reg. Vat. 248, fol. 65 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Super certis negociis. — Datum ut supra. »

2160 Avignon, 14 mars 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut restituat bona, possessiones et jura ad Franciscum de Ordelaffis, militem Forliviensem, suosque familiares et complices pertinentia. Rescribat papae si qua subsit rationabilis quare id fieri non debeat vel non possit. Studeat perfici negotium commissum Andreae de Morya (v. *supra*, n. 2120). (Reg. Vat. 248, fol. 65 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 111, n. 680.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Dudum cum provincia Romandiole. — Datum Avinione, II idus marcii, anno quarto. »

2161 Avignon, 15 mars 1366.

Petro, archiepiscopo Narbonensi, mandatur sub poena excommunicationis ut solvat 4.000 florenorum auri restitutorum a gentibus regis Franciae, cui fuerunt data pro mutuo, Joanni Guarrigiae, canonico Narbonensi, S. A. nuncio, vel alteri ad hoc deputato per eum seu alii ordinato a thesaurario papae. Haec pecunia fuit deposita in ecclesia Narbonensi. Teneat secretas litteras papae, donec ipsa pecunia fuerit in loco Montispessulani, Magalonensis dioecesis, aut in alio tuto loco. Intimet gentibus Camerae Apostolicae quicquid de praemissis fecerit. (Reg. Vat. 244 G, fol. 27, n. 482, — Reg. Vat. 248, fol. 65 verso.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Narbonensi, salutem etc.* Ad nostrum auditum. — Datum Avinione. idibus marcii, anno quarto. »

2162 Avignon, 17 mars 1366.

Gabrieli Adurno duci et consilio ancianorum civitatis Januensis mandatur ut faciant armari duas galeas pro passagio ultra mare nobilis viri Florimundi domini de Sparra, militis Burdegalensis dioecesis, cum aliis nobilibus. (Reg. Vat. 248, fol. 66 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci et consilio ancianorum civitatis Januensis, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Florimundus. — Datum Avinione, XVI kalendas aprilis, anno quarto. »

2163 Avignon, 18 mars 1366.

Reginae Siciliae commendatur nobilis vir Jacobus Lercarius, natus quondam Godefredi Lercarii, militis, domicellus Januensis, lator praesentium, pro quibusdam suis negociis cum regina tractandis. (Reg. Vat. 248, fol. 67 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 380, n. 82.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum. — Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno quarto. »

2164 Avignon, 18 mars 1366.

Ægidio, A. S. legato, commendatur idem Jacobus. (Reg. Vat. 244 F, fol. 59, n. 146. — Reg. Vat. 248, fol. 67 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Jacobum. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Sicilie camerario,* sed loco fraternitati dicatur nobilitati. »

2165 Avignon, 18 mars 1366.

Reginam Siciliae rogat ut justitiae complementum fiat mercatoribus Narbonensibus de pannis ipsis sequestratis. (Reg. Vat. 248, fol. 66 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 378, n. 80.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.*

« Querulosa expositione dilectorum filiorum .. consulum civitatis Narbonensis nostris est auribus sepius inculcatum quod dudum, cum nonnulli mercatores civitatis ejusdem cum tribus galeis pannis diversis valoris ut asseritur 36.000 florenorum auri et aliis mercimoniis oneratis, quas ad partes regni Cipri ducere proponebant, ad partes ducatus tui Calabrie, maris impellente procella, passi naufragium applicassent, ruptis galeis eisdem et pannis predictis in civitate Cotronensi ducatus predicti pro custodia repositis, tu et clare memorie Ludovicus rex Sicilie, vir tuus, mandastis sequestrari pannos hujusmodi, et mercatores predictos innocentes et naufragos, quibus erat adhibenda humanitas, carceribus mancipari, tandemque mercatoribus liberatis eisdem dicti panni fuerunt pro majori parte per gentes tuas venditi, ac tuis et ejusdem regis tuique regni usibus applicati. Et, licet de pannis predictis 331 pannos viliores et destructos mercatores prefati post obitum dicti regis sibi asserant restitutos, et super residuis tua serenitas mercatoribus ipsis commissarios deputarit pro justicia ministranda, nosque litteras nostras exhortatorias direximus pro eisdem, tamen infra duos annos non potuerunt in tua curia consequi justicie complementum. Quare prefati consules, ad nos recursum habentes, petierunt iterato et instancius, sicut alias petierant, eis super premissis de oportuno remedio provideri. Nos, igitur, qui nulli possumus nec debemus justiciam denegare, licet dictorum consulum et mercatorum causam et causas hujusmodi tangentes, ut dicitur, nonnullos etiam pupillos et viduas dicte civitatis Narbonensis, tam contra serenitatem tuam quam alios quoscunque, quos hujusmodi tangit negocium conjunctim et divisim super omnibus et singulis premissis dilecto filio magistro Thome de Paxtone, legum doctori, cappellano nostro et sacri nostri palatii causarum auditori, audiendas commiserimus, et fine debito terminandas cum omnibus emergentibus, dependentibus et connexis, etiam cum potestate citandi extra curiam, et ad partes, prout ei visum fuerit expedire, cupientes tamen honori et saluti tue consulere more patris, preces nostras mittimus iteratas, serenitatem eandem exhortando paterne quatinus consules et mercatores predictos tua circumspectio de predictis pacatos reddi faciat et contentos, ut concordia perveniat et sopiat etiam lis, alioquin cum consules et mercatores iidem causas predictas voluerint prosequi non poterit eis justicia denegari. Datum Avinione, XV kalendas aprilis, anno quarto. »

2166 Avignon, 20 mars 1366.

Joanni, electo Tullensi, A. S. nuncio, mandatur ut exigat bona mobilia et credita Simonis, abbatis S. Symphoriani extra muros civitatis Metensis, reservata. (Reg. Vat. 248, fol. 202 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Tullensi, salutem etc.* Dudum dispositionem bonorum mobilium. — Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno quarto. »

2167 Avignon, 20 mars 1366.

Carolo, regi Francie, scribitur ut benigne recipiat ambaxiatores communitatum senescalliarum Tolosae et Carcassonae, qui ipsi exponebunt gravamina eis illata a regiis officialibus. (Reg. Vat. 248, fol. 67 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pro subditorum tuorum. — Datum Avinione, XIII kalendas aprilis, anno quarto. »

2168 Avignon, 21 mars 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, legato S. A., commendatur ambaxiatores consulum civitatis Narbonensis. (Reg. Vat. 248, fol. 67 recto. — Reg. Vat. 244, fol. 57, n. 141.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem.* In favorem dilectorum. — Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, regni Sicilie magno camerario.* »

2169 Avignon, 21 mars 1366.

Reginam Siciliae rogat ut removeas ab officio capitaneatus nobilem virum Alexandrum Brancacium, militem Neapolitanum, qui nimium gravavit ecclesiam Cassinensem et vassallos necnon subditos ejus. (Reg. Vat. 248, fol. 67 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 379, n. 81.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quantum ecclesiam Cassinensem. — Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno quarto. »

2170 Avignon, 21 mars 1366.

Ægidium, episcopum Sabinensem, rogat ut negocium gravaminum illatorum ab officialibus reginalibus ecclesiae Cassinensi habeat commendatum penes Joannam, reginam Siciliae. (Reg. Vat. 244 F, fol. 57, n. 142. — Reg. Vat. 248, fol. 67 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Pro amotione gravaminum. — Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, regni Sicilie magno camerario,* mutato verbo fraternitatem in nobilitatem. »

2171 Avignon, 28 mars 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut libertati restituat nobilem virum Bertrandum de Alidosiis, militem Imolensem, vicarium in dicta civitate, et omnes amicos et familiares ejus, qui fuerunt capti per officiales ejus, non obstantibus expositis ab auditore ejus de causis dictae captionis. (Reg. Vat. 248, fol. 68 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 1, n. 2.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum admiratione non modica nuper audivimus. — Datum Avinione, V kalendas aprilis, anno quarto. »

« De mandato domini pape michi relato per dominum. E. dedi copiam domino Agoni. »

2172 Avignon, 30 mars 1366.

Carolo, regi Francie, scribit ut celeri provisione adhibeat remedium oneribus a gentibus regiis illatis communitati S. Flori « qui per predonicos et hostiles incursus vexati sunt plurimum et in facultatibus diminuti », quamvis ecclesiae S. Flori subsint. (Reg. Vat. 248, fol. 68 recto et 244, fol. 30, n. 490.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pias gravatorum querelas. — Datum Avinione, III kalendas aprilis, anno quarto. »

2173 Avignon, 30 mars 1366.

Joannem, episcopum Belvacensem, rogat ut apud regem Franciae interponat partes suas pro dicta communitate, (Reg. Vat. 248, fol. 68 verso et Vat. 244 G, fol. 30, n. 491.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi,*

salutem etc. Carissimo in Christo filio nostro Carolo. — Datum ut supra. »

2174 Avignon, 2 avril 1366.

Publicantur processus die jovis sancti consueti publicari. (Reg. Vat. 248, fol. 204 recto. De curia.)

« Datum et actum Avinione, in palatio apostolico, IIII nonas aprilis, anno quarto. »

2175 Avignon, 5 avril 1366.

Reginae Siciliae commendatur archiepiscopus Neapolitanus, accedens ad ecclesiam suam, cui promotus est. (Vat. 248, fol. 69 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 112, n. 272. — Cerasoli, *loco citato*, p. 380, n. 83.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Puritatem conscientie. Datum Avinione, nonis aprilis, anno quarto. »

2176 Avignon, 6 avril 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut in officiis suis retineat vel concedat melior Petro Rostagno et Raymundo de Campoalbaldo, laicis Ebredunensi et Mimatensi. (Reg. Vat. 248, fol. 69 verso.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Intelleximus fidedignis relatibus. — Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno quarto. »

2177 Avignon, 7 avril 1366.

Reginam Siciliae rogat ut faciat exhiberi decimam doanae Neapolitanae Petro, Ebredunensi, olim Neapolitano archiepiscopo, debitam. (Reg. Vat. 248, fol. 70 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 381, n. 84.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cupientes quod venerabilis frater noster Petrus. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

2178 Avignon, 7 avril 1366.

Raymundo de Baucio commendatur Petrus, Ebredunensis archiepiscopus, de eodem negocio. (Reg. Vat. 248, fol. 70 recto, et Reg. Vat. 244 G, fol. 135, n. 738.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno camerario regni Sicilie, salutem etc.* Cupientes quod venerabilis frater noster Petrus. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Gurello Zurullo, militi Neapolitano.* »

2179 Avignon, 7 avril 1366.

Ludovico, regi Hungariae, scribitur ut provideat de securo conductu Joanni domino de Riparia, primo camerario Caroli Franciae regis, pugnaturo contra Turchos et alios infideles. (Reg. Vat. 248, fol. 70 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Johannes. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

2180 Avignon, 7 avril 1366.

Petro, regi Cypri, de eodem scribitur. (Reg. Vat. 248, fol. 70 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem etc.* Cum dilectum. — Datum ut supra. »

2181

« *Eodem modo nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario,* sed loco serenitatem dicitur nobilitatem. »

« *Eodem modo nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* »

2182 Avignon, 7 avril 1366.

Andruino, S. A. legato, de eodem scribitur. (Reg. Vat. 248, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Cum dilectus. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani.* »

2183 Avignon, 7 avril 1366.

Decano S. Agricoli Avinionensis, et Narbonensis ac Bi-

terrensis sacristis ecclesiarum mandatur ut faciant exhiberi duo florenos pro expensis suis et securus conductus Bartholomaeo de Benevento, O. F. M., poenitentiario papae, ad certas partes destinato. (Reg. Vat. 248, fol. 205 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. decano S. Agricoli Avinionensis, et .. Narbonensis ac Biterrensis sacristis ecclesiarum salutem etc.* Cum dilectus filius Bartholomeus. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

2184 Avignon, 7 avril 1366.

Bonae, comitissae Sabaudiae, scribit ut de securo conductu et favore provideat magistro Nicolao Lebrahon, O. F. eremitarum S. Augustini, sacrae paginae professori et poenitentiario S. A., qui compositurus est concordiam inter Guichardum, episcopum Sedunensem, et nobiles viros Antonium de Turre, dominum Castellionis in Valesio, et Joannem, ejus fratrem, milites Sedunensis dioecesis. (Reg. Vat. 248, fol. 80 recto.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Bone, comitisse Sabaudie.* Cum dilectum filium. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo nobilibus viris .. locumtenentibus dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie,* singulari numero mutato in pluralem. »

2185 Avignon, 7 avril 1366.

Simonecto de Pontevitreo, domino de Acromonte, domicello Gebennensis dioecesis, scribit ut consiliis assistat dictum Nicolaum Lebrahon. (Reg. Vat. 248, fol. 80 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Simonecto de Pontevitreo, domino de Acromonte, domicello Gebennensis diocesis, salutem etc.* Ex relatione. — Datum ut supra. »

2186 Avignon, 7 avril 1366.

Conceditur stipendium quatuor florenorum auri pro expensis sibi et familiae suae necessariis diebus singulis solvendum praedicto Nicolao Lebrahon ; de securo conductu et evectionibus provisurum est ab omnibus archiepiscopis et episcopis etc. (Reg. Vat. 248, fol. 80 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis etc.* Cum dilectum filium. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

2187 Avignon, 7 avril 1366.

Item notum fit ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justiciariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, bailivis, officialibus ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quorumcumque civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum quorumcumque locorum et aliis universis et singulis ad quos praesentes litterae pervenerint. Cum dilectum filium. — Datum ut supra. (Reg. Vat. 248, fol. 81 verso.)

2188 Avignon, 7 avril 1366.

Marco Cornario, duci Venetiarum, item mandatur. (Reg. Vat. 248, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Marco Cornario, duci Venetiarum, salutem etc.* Cum dilectus filius. — Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac consilio antianorum civitatis Januensis,* mutato numero singulari in pluralem. » (Reg. Vat. 248, fol. 71 recto.)

2189 Avignon, 9 avril 1366.

Aubrico Radulphi, A. S. nuncio, ac Joanni Gallopini, Lausanensis, et Joanni Rosseti, Cabilonensis ecclesiarum canonicis, mandatur ut exigant bona mobilia et credita Alamandi, episcopi Gebennensis, extra curiam defuncti. (Reg. Vat. 248, fol. 205 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Aubrico Radulphi, primicerio Verdunensis, A. S. nuncio, et Johanni Gallopini, Lausanensis, capellano nostro, ac Joanni Rosseti, Cabilonensis ecclesiarum canonicis, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, V idus aprilis, anno quarto. »

2190 Avignon, 9 avril 1366.

Bonam, comitissam Sabaudiae, rogat ut de securo conductu provideat et auxilium et favorem impendat nunciis S. A. commissis ad recipienda bona mobilia et credita quondam praedicti episcopi Gebennensis. (Reg. Vat. 244 G, fol. 85, n. 614. — Reg. Vat. 248, fol. 81 verso.)

« *Dilecte in Christo filie Bone, comitisse Sabaudie, salutem etc.* Cum mittamus ad partes Gebennensis. — Datum Avinione, V idus aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris .. lo-*

cumtenentibus dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, mutato numero singulari in pluralem. »

2191 Avignon, 9 avril 1366.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut faciat homagium archiepiscopo Ebredunensi pro medietate civitatis Ebredunensis quod gubernator Dalfinatus Viennensis recusat praestare. (Reg. Vat. 248, fol. 71 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 147, n. LXVI.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem, etc.* Cum, prout fidedigna relatione percepimus, dalphynus Viennensis, qui est pro tempore, tenet in feudum ab ecclesia Ebredunensi medietatem civitatis Ebredunensis ac quedam terras et castra, pro quibus tenetur homagium facere archiepiscopo Ebredunensi, pro tempore existenti, quod dilectus filius .. gubernator Dalphynatus Viennensis absque tuo speciali mandato prestare recusat, serenitatem tuam rogamus attente quatinus, pro honore tuo ac jure dicte ecclesie conservandis, eidem gubernatori ad tuam presentiam, ut dicitur, de proximo profecturo precipias quod debitum incumbens in hac parte prelibato Dalphyno exequi non omittat. Datum Avinione, V idus aprilis, anno quarto. »

« *Dilecto filio nobili viro .. comiti Stamparum, salutem etc.* Cum, prout ... tuam igitur nobilitatem affectuose rogamus quatinus in hujusmodi negocio apud dictum regem efficaciter promovendo velis operam adhibere. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi,* sed loco nobilitatem dicatur fraternitatem. »

2192 Avignon, 10 avril 1366.

Bonae, comitissae Sabaudiae, scribitur ut liberet nobilem virum Joannem de S. Aredio, a domino de S. Treverio, milite Lugdunensis dioecesis, captum, cum recederet e curia Romana; notum facit quod servientes armorum et domicelli papae, videlicet nobiles viri Humbertus Martini et Petrus Merspini reversi sunt, cum Joannem non potuerint invenire. (Reg. Vat. 248, fol. 71 recto.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri Bone, comitisse Sabaudie, salutem etc.* Diebus non longo preteritis. — Datum Avinione, IIII idus aprilis, anno quarto. »

2193 Avignon, 13 avril 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, mandatur ut foveat Bernardum, archiepiscopum Neapolitanum, de recuperatione decimae doanae Neapolitanae. (Reg. Vat. 248, fol. 71 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem.* Cum venerabilis frater noster Bernardus. — Datum Avinione, idibus aprilis, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno camerario regni Sicilie,* sed loco fraternitatem dicatur nobilitatem. » (Reg. Vat. 248, fol. 72 recto.)

« *Eodem modo nobili viro Nicolao de Alifia, militi, regni Sicilie cancellario.* »

2194 Avignon, 13 avril 1366.

Joannes Bridoardi, laicus Æduensis dioecesis, constituitur provisor vinorum pro usu hospitii pontificalis ad beneplacitum. (Reg. Vat. 248, fol. 207 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Bridoardi, laico Eduensis diocesis, salutem etc.* Grata et utilia. — Datum Avinione, idibus aprilis, anno quarto. »

2195 Avignon, 13 avril 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut interponat efficax studium super controversiis quas Petrus, episcopus S. Flori, ex una parte, et consules ejusdem civitatis, ex altera, compromiserunt in praesidentes camerae parlamenti regii. (Reg. Vat. 248, fol. 72 recto et Vat. 244 G, fol. 31, n. 493.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Cum sicut accepimus. — Datum Avinione, idibus aprilis, anno quarto. »

2196 Avignon, 14 avril 1366.

Carolo, regi Franciae, commendatur nobilis vir Joannes de Armaniaco, natus Joannis comitis Armaniaci, qui non « habet unde statum decentem valeat retinere »; adhibeat plenam fidem abbati Cluniacensi, praesentium latori. (Reg. Vat. 248, fol. 74 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 147, n. LXVII.)

« *Dilecto in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Regia serenitas. — Datum ut supra. »

2197 Avignon, 14 avril 1366.

Raymundo de Agouto, senescallo Provinciae, mandatur ut galeae armatae in Provincia nullam noxiam novitatem faciant contra civitatem Januensem. (Reg. Vat. 248, fol. 74 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 112, n. 273.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, Provincie senescallo.* Ex litteris dilectorum filiorum nobilis viri .. ducis et .. consilii duodecim ancianorum civitatis Januensis accepimus quod alique galee in Nicia et Tolono seu aliis locis tue provincie dicuntur armari, de quibus ipsi dux et consilium dubitant ne sub alio ficto colore armentur forsitan contra eos. Cum itaque, si hoc esset, exinde terris ejusdem Provincie guerra et alias dampnum et periculum procul dubio redundarent, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus tam ab illis qui faciunt hujusmodi galeas armari quam ab armantibus galeas easdem sufficientem et effectualem recipias cautionem vel aliter provideas quod contra Januenses et eorum subditos directe vel indirecte nullam facient noxiam novitatem. Super hoc quod feceris tam nobis ad nostram consolationem quam eisdem duci et consilio ad eorum suspicionem tollendam tuis litteris rescripturus. Datum Avinione, XVIII kalendas maii, anno quarto. »

2198 Avignon, 15 avril 1366.

Andruino, legato S. A., mandatur ut sit attentior de colligatione tractanda in partibus Tusciae. (Reg. Vat. 248, fol. 74 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Quia in colligatione omnibus terris R. E. ac Italie toti perutili necessaria et salubri quam longo tempore fecimus, prout facimus in partibus Tuscie per certos nuncios A. S. tractari, multa impedimenta prestita extiterunt, de quibus plurimum doluimus et dolemus, Nos summis desideriis cupientes quod colligatio ipsa omnino ad conclusionem perducatur optatam, ne, quod Deus advertat, nobis et dicte Ecclesie, quod per nos vel nostros deficiat, valeat imputari, nunciis eisdem scribimus secundum formam presentibus interclusam, quod ad noticiam tuam deducimus, ut nostram intencionem agnoscens plenarie, pro parte tua, sis attencior, ut nostris satisfiat desideriis et mandatis. Datum Avinione, XVII kalendas maii, anno quarto. »

2199 Avignon, 16 avril 1366.

Bernaboni de Vicecomitibus remittit nuncium tractaturum de pace inter ipsum et Januenses, cui adhibeat fidem. (Reg. Vat. 248, fol. 82 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario.* Admodum displicenter accepimus quod nec venerabilis frater notser Agapitus, episcopus Esculanus, A. S. nuncius, nec dilectus filius nobilis vir Amedeus, comes Sabaudie, in negotio pacis per eos inter te et tuos adherentes, ex una parte, ac Januenses, ex altera perficere potuerunt, propter quod nos, considerantes quod in successu temporum mutantur sepius voluntates, dictum episcopum ad te et dilectum filium nobilem virum Galeaz de Vicecomitibus, fratrem, qui contra dictos Januenses tecum, ut dicitur, partem facit et utriusque vestrum adherentes ac Januenses eosdem remittimus de presenti pacem predictam, ex parte nostra, iterum tractaturum et, prestante Domino, perfecturum ideoque prefati nuncii consiliis et persuasionibus, ymo nostris, super hiis tibi faciendis velis devote acquiescere et fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, XVI kalendas maii, anno quatro. »

« *Eodem modo nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario,* mutatis mutandis. » (Reg. Vat. 248, fol. 83.)

2200 Avignon, 16 avril 1366.

Gabrieli Adorno, duci, ac consilio ancianorum et communi civitatis Januensis item mandatur. (Reg. Vat .248, fol. 83 recto.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adorno, duci, ac .. consilio ancianorum et communi civitatis Januensis, salutem etc.* Vestram quietem et pacem. — Datum ut supra. »

2201 Avignon, 16 avril 1366.

Universis et singulis nobilibus civitatis et Ripariae Januensis item mandatur. (Reg. Vat. 248, fol. 83 recto.)

« *Dilectis filiis et singulis nobilibus civitatis et Riparie Januensis ad quos presentes littere pervenerint salutem etc.* Admodum displicenter accepimus. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobilibus viris .. marchionibus de Careto.* » (Reg. Vat. 248, fol. 83 verso.)

2202 Avignon, 16 avril 1366.

Guidoni de Rupe mandatur ut exigat bona mobilia et credita Roberti, episcopi Nannetensis, nuper extra curiam defuncti. (Reg. Vat. 248, fol. 215 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guidoni de Rupe, canonico Turonensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, XVI kalendas maii, anno quarto. »

2203 Avignon, 17 avril 1366.

Reginae Siciliae nunciat se recepisse Nerium de Senis, ejus ambaxiatorem, et scripsisse Ægidio, Sabinensi episcopo, de expeditione graciosa. (Reg. Vat. 248, fol. 75 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 381, n. 85.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Nerium. — Datum Avinione, XV kalendas maii, anno quarto. »

2204 Avignon, 17 avril 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut faciat restitui castra Vetrallae et Vici Francisco de Vico, si ad illum pertineant. (Reg Vat. 248, fol. 75 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectum filium Nerium de Senis, ambaxiatorem carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, latorem presentium, super negociis castrorum Vetralle ac Vici benigne audivimus et super hiis, que nobis exposuit, et, eo quod de dicto castro Vetralle tua fraternitas nobis scripsit, cum fratribus nostris collationem habuimus oportunam, de quorum consilio tibi rescribimus quod arcem dicti castri cum juribus et pertinenciis suis dilecto filio nobili viro Francisco de Vico, prefecto Urbis, ad quem eam pertinere scripsisti, restitui facias indilate ipsumque Franciscum ad devotionem et fidelitatem R. E., in quibus persistendo non solum sibi et suis faciemus ministrari expeditam justiciam, sed eos prosequemur condignis honoribus et favoribus exhorteris. Verum quia de dicto castro Vici nichil scripsisti, de ipso non potuimus aliquid ordinare, volumus tamen quod tua circumspectio, ad quem seu quos castrum ipsum pertineat summarie te informet, et illi seu illis ad quem seu quos, in toto seu parte, idem castrum ac ejus arcem et burgum pertinere reppereris, illa facias restitui cum omnibus juribus et pertinenciis suis, nisi aliud obstaret, propter quod non esset dicta restitucio facienda, de quo nos non differes informare. Et quia, ut ex tua significatione et aliorum fidedigna relacione letanter accepimus, quod ipse prefectus fidelitatem intemeratam et reverenciam filialem erga Ecclesiam prefatam exhibuit et exhibere non cessat, volumus, prout dignum existit, quod eum ac dilectum filium Ludovicum de Vico, ejusdem prefecti patruum, et alios de genere ipsorum recipias in speciales filios et devotos ac habeas favorabiliter commendatos. Datum Avinione, XV kalendas maii, anno quarto. »

2205 Avignon, 18 avril 1366.

Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, et Hugoni de Bonavillari ac Astorgio de Clarayraco mandatur ut recipiant rationem administrationis Cionis Vannis Abadinghi de Florentia, olim thesaurarii sive depositarii in civitate Bononiensi pro Camera Apostolica constituti. (Reg. Vat. 248, fol. 216 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, et Hugoni de Bonavillari, archidiacono Manhuaci in ecclesia Auxitana, ac Astorgio de Clarayraco, priori prioratus de Monasteriis, O. S. B., Regensis diocesis, salutem etc.* De vestre fidei. — Datum Avenione, XIIII kalendas maii, anno quarto. »

2206 Avignon, 18 avril 1366.

Gastoni, comiti Fuxi, scribitur ut fidem adhibeat Raymundo de Bearnio, priori Pampilonensis dioecesis, O. S. A., praesentium latori, de omissione cohabitationis cum nobili muliere Agnete, consorte sua. (Reg. Vat. 248, fol. 75 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, salutem etc.* Dudum admodum displicenter audito. — Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno quarto. »

2207 Avignon, 18 avril 1366.

Eidem mandatur ut inducat nobilem virum Rogerium Bernardi de Fuxo, vicecomitem Castriboni, consanguineum suum, ad desistendum de injuriis quas ecclesiae Urgellensi intulit, praesertim ad destructionem turris constructae in

territorio ejusdem ecclesiae. (Reg. Vat. 248, fol. 75 verso, et Vat. 244 G, fol. 31, n. 495.)

« *Eidem.* Injurias, offensas et dampna. — Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno quarto. »

2208 Avignon, 18 avril 1366.

Praedicto Rogerio mandatur ut dirutionem praefatae turris exequatur et injuriis ecclesiae Urgellensi se abstineat cum Petrus episcopus sit ipsi consanguineus. (Reg. Vat. 248, fol. 75 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Rogerio Bernardi de Fuxo, vicecomiti Castriboni, salutem etc.* Optamus te devote advertere. — Datum Avinione, XIIII kalendas maii, anno quarto. »

2209 Avignon, 19 avril 1366.

Ægidio, Sabinensi episcopo, A. S. legato, mandatur ut demandet executioni debitae constitutionem Clementis papae VI (*Urget nos apostolice servitutis*), datam Avinione VII kalendas junii, anno nono, qua limites territorii civitatis Beneventanae praefixae fuerunt. Rectorem et thesaurarium ejusdem civitatis inducat in possessionem locorum ad dictum territorium pertinentium et dominii ac jurisdictionis. (Reg. Vat. 248, fol. 217 recto. — Reg. Vat. 255, fol. 1 verso. — Reg. Avin. 163, fol. 40 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A .S. legato, salutem etc.* Exigit debitum nostri officii. — Datum Avinione, XIII kalendas maii, anno quarto. »

2210 Avignon, 20 avril 1366.

Reginae Siciliae commendatur Amelius Bonifacii, civis Massiliensis, cui ipsa concessit redditus et jura pro pecuniis debitis, non obstante quod officiales sui receperint eadem vigore mandati generalis super revocatione donationum et alienationum bonorum et jurium demanalium in comitatu Provinciae. (Reg. Vat. 248, fol. 76 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 381, n. 86.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectus filius Amelius Bonifacii. — Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quarto. »

2211 Avignon, 20 avril 1366.

Guillelmo, Appamiarum episcopo, mandatur ut statim faciat liberari Joannem de Vilota, laicum dioecesis Lemovicensis, quem injuste tenet captivum. (Reg. Vat. 248, fol. 76 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Appamiarum, salutem etc.* Fidedigna relatio nostro auditui reseravit quod, cum dilectus filius Johannes de Vilota, laicus Lemovicensis diocesis, quasdam litteras recommendatorias pro consanguineis et familiaribus bone memorie Guillelmi, episcopi Appamiarum, tui predecessoris, a curia Romana tibi directas, fraternitati tue cum reverencia presentasset, tu, recommendacionem hujusmodi recipiens in offensam, dictum Johannem non expressa causa fecisti statim capi et carceribus mancipari, ipsumque detines captivatum, et tunc quidam tui familiares in dilectum filium Petrum de Laymaria, archidiaconum Appamiarum, dicto Johanni in presentacione litterarum hujusmodi, ex quibus ipse tangebatur, fiducialiter assistentem, facientes impetum evaginaverunt gladios super eum : *Moriantur Lemovicenses* altis vocibus clamantes, quia in eorum despectum dictus episcopus presidet, que verba carent omnimoda veritate, cum te de consensu et beneplacito fratrum nostrorum cardinalium de genere sancte memorie Clementis pape VI ad ecclesiam Appamiarum duxerimus promovendum, que omnia Atho, canonicus ecclesie tue Appamiarum, qui dictum Guillelmum episcopum, dum viveret, prout accepimus, persecutus est odio capitali, prout suos persequitur maligne dicitur suggessisse. Nos, igitur, de hiis, si vera sint, mirati ac etiam et turbati, cum sis vir maturus et prudens et modestiam tuam in propriis familiaribus conveniat apparere, fraternitatem tuam hortamur attente mandantes quatinus dictum Johannem statim facias penitus liberari et ab offensis prefati archidiaconi et aliorum consanguineorum et familiarium dicti tui predecessoris, quas dissimulare equanimiter non possemus, abstineas et per gentes tuas facias penitus abstineri, quinimmo eos ob reverenciam A. S. et nostram, ac memoriam predecessoris ejusdem, qui vir bonus extitit, habeas in caritatis visceribus efficaciter commendatos prefatumque Athonem, si talium vel similium malorum suggestor existit, prout fidedignorum testimonio sumus plenarie informati, cum tibi et tuis scandalum suscitet, a tua familiaritate abicere non omittas, super hiis talem emendationem facturus quod honori tuo provide consulas, et nos proinde contentari non cogamur aliud in hac

parte remedium adhibere. Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quarto. »

2212 Avignon, 20 avril 1366.

Philippo, duci Burgundiae, mandatur ut credat abbati monasterii Cluniacensis ad se revertenti. (Reg. Vat. 248, fol. 26 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 148, n. lxviii.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, duci Burgundie, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris [fratri], salutem, etc.* Nobilitatis tue. — Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quarto. »

2213 Avignon, 22 avril 1366.

Raymundo, archiepiscopo Nicosiensi, mandatur ut, inspecta dispensatione super tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradibus quae concessa fuit ab Innocentio VI in matrimonio contracto inter Philippum de Ybellino, dominum de Azoto, consanguineum Petri, regis Cypri, et nobilem mulierem Alisiam, infantissam Majoricensem, neptem ejus, reducat dictum Petrum ad benivolentiam regis Cypri, si de jurisperitorum consilio inveniat dispensationem sufficientem. (Reg. Vat. 248, fol. 77 recto.)

« *Venerabili fratri Raymundo, archiepiscopo Nicosiensi.* Materiam rancoris quem. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno quarto. »

2214 Avignon, 24 avril 1366.

Archambaudum, episcopum Catalaunensem, inducit ad tractandam concordiam cum nobili viro Archambaldo, comite Petragoricensi, consanguineo ejus. « Si locus non occurrat commodior in Romana curia, ubi peritorum et amicorum utriusque partis est copia, dicta concordia poterit tractari, magis enim placeret nobis hujusmodi discordiam per viam concordie quam per judicium terminari. » (Reg. Vat. 248, fol. 78 verso.)

« *Venerabili fratri Archambaudo, episcopo Cathalaunensi, salutem etc.* Discordiam que inter te. — Datum Avinione, VIII kalendas maii, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabili fratri Sicardo, episcopo Agathensi.* »

2215 Avignon, 24 avril 1366.

Decano et capitulo ecclesiae Laudunensis commendatur magister Petrus de Chintrio, canonicus ejusdem ecclesiae, scriptor et familiaris papae, praesentium lator, qui pro recuperandis bonis et juribus suis ad partes illas se confert. (Reg. Vat. 248, fol. 77 verso.)

« *Dilectis filiis .. decano et .. capitulo ecclesie Laudunensis, salutem etc.* Cum dilectus filius magister Petrus. — Datum Avinione, VIII kalendas maii, anno quarto. »

« *In eodem modo dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Cathalaunensis.* »

2216 Avignon, 26 avril 1366.

Carolo, regi Francie, scribitur ut velit liberare capitulum ecclesiae Turonensis a controversia quae vertit in curia parlamenti cum bailivio et officialibus Turonensibus de exemptione temporali ecclesiae. (Reg. Vat. 248, fol. 78 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Eo libentius, fili carissime. — Datum Avinione, VI kalendas maii, anno quarto. »

2217 Avignon, 26 avril 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, commendatur praefatum negocium. (Reg. Vat. 248, fol. 77 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Scientes te libertatis ecclesie zelatorem. — Datum ut supra. »

2218 Avignon, 27 avril 1366.

Reginam Siciliae rogat ut acquiescat consiliis Ægidii, Sabinensis episcopi, cujus ordinationes « ex culpa vel defectu quorumdam sibi assistentium non fuerunt executioni debite demandate, sed deducte potius in neglectum ». (Reg. Vat. 248, fol. 84 verso. — Reg. Vat. 244, fol. 77, n. 588. — Cerasoli, *loco citato*, p. 382, n. 87.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quantam nos erga reginalem excellenciam. — Datum Avinione, V kalendas maii, anno quarto. »

2219 Avignon, 29 avril 1366.

Archiepiscopo Burdegalensi mandatur ut, « cum multi in suis civitate, diocesi et provincia fore dicantur, qui bene

intelligere ac proferre noverunt linguam Wallicam », vocatis Alexando Dalby, natione anglico, decano S. Joannis Castrie Lichefeldensis dioecesis, quem Edwardus, Walliae princeps, petivit promoveri ad ecclesiam Bangorensem, et quinque vel sex viris honestis, praesertim clericis, seu laicis linguam Wallicam scientibus, utrum ipse Alexander eamdem linguam bene et sufficienter ac expedite intelligat et proferat ac intelligibiliter possit wallico praedicare, infra duos menses, se informet et papae notificet. (Reg. Vat. 248, fol. 219 recto.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Burdegalensi, salutem etc.* Quia dilectus filius. — Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto. »

2220 Avignon, 29 avril 1366.

Revocantur donationes et concessiones demaniorum regni Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 219 verso-225 verso.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Quanto regnum Sicilie et terra citra farum. Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto. »

2221 Avignon, 29 avril 1366.

Edwardo, principi Aquitaniae, scribitur ne officiales suos Pictavienses impediant capicerium ecclesiae Pictaviensis ut recipiant valorem antiquae monetae pro supportandis oneribus suis. (Reg. Vat. 248, fol. 85 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Vallie principi, salutem etc.* Dilecto filio Johanne de Loberto, capicerio ecclesie Pictavensis, significante, percepimus quod, licet census annui, quos capicerius ecclesie Pictavensis, qui est pro tempore, pro capiceriatus dicte ecclesie supportandis oneribus et specialiter in luminaribus cere et olei, prout ad eundem spectat capicerium, in prefata ecclesia ministrandis a diversis personis ecclesiasticis percipere consuevit in moneta antiqua turonensium parvorum vel alia currente pro dicte antique monete extimacione solvi consueverint, a tempore et per tempus cujus inicii seu contrarii memoria hominum non existit, nonnulle tamen ex ipsis personis, officialibus et gentibus tuis Pictavensibus suggesserunt quod, si in moneta antiqua vel pro ejus extimacione prefati census solverentur, tue monete nunc currenti derogaretur, propter quod ipse persone dictorum officialium frete potencia et favore monetam predictam antiquam seu equivalentem de currenti prefata ipsi capicerio solvere contradicunt in grave dicti capiceriatus seu servicii luminarium ejusdem ecclesie prejudicium et gravamen. Cum autem capicerius prefatus, ut nobis exposuit, monetam tuam currentem paratus sit recipere, dummodo in equipollenti valore monete antique supradicte solucio sibi fiat et in magnum ipsius cedat detrimentum, si monetam antiquam seu ejus valorem non percipiat adeo quod consueta et debita non valeret dicti capiceriatus onera supportare, Nos attendentes quod tam debitores ipsi quam res pro qua ipsa moneta antiqua solvi petitur forum ecclesiasticum sorciuntur et quod olim in causa per capicerium, qui tunc erat in palacio apostolico, contradictoribus suis mota, solucionem in moneta forti predicta debere fieri tribus pro capicerio ipso latis sentenciis in judicio contradictorio est obtentum, quodque tibi ex predictis nullum penitus prejudicium generatur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus premissis in consideracionem deductis capicerium prefatum seu procuratores ipsius velis, ob Dei et S. A. ac nostram reverenciam commendatos habere, et officiales gentesque tuas ne in receptione valoris monete antique predicte ipsos capicerium et procuratores impediant cohibere eidemque capicerio seu ejus procuratori concedere super hoc litteras oportunas dictis tuis officialibus atque gentibus, ne ipsos impediant, dirigendas. Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto. »

2222 Avignon, 29 avril 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut faciat exequi litteras datas III kalendas maii de statu regni Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 225 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Quanto regnum Sicilie. — Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto. »

2223 Avignon, 29 avril 1366.

Reginam Siciliae rogat ut assistat Ægidio, Sabinensi episcopo, pro executione ordinationum Clementis VI et Innocentii VI editarum contra detentores demaniorum, bonorum et jurium ad curiam Siciliae spectantium, cum « labentem statum regni . . . ante assumptionem nostram ad pontificatus officium propriis oculis vidimus ». (Reg. Vat. 248, fol. 85 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 383, n. 88.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie*

illustri, salutem etc. Etsi felicis recordationis Clementis VI. — Datum Avinione, III kalendas maii, anno quarto. »

2224 Avignon, 30 avril 1366.

Edwardum, principem Aquitaniae et Walliae, rogat ut relaxari faciat Ademarium de Veyraco captum a Robino Quin et restitui pecunias pro redemptione ejus solutas. (Reg. Vat. 248, fol. 86 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 55, n. 135. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 495, n. 4.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Ad aures nostras deduxit nuper significatio fidedigna quod gentes nobilis viri Robini Quin, natione anglici, tuis obsequiis cum nonnullis gentibus armigeris insistentis, dilectum filium Ademarium de Veyraco, de tuo principatu oriundum, canonicum Bituricensem, dilecti filii nobilis viri Bertrandi de Veyraco, domicelli Tutellensis diocesis, magistri ostiarii nostri, fratrem, non ex aliqua rationabili causa, sed ut ab eo extorquerent pecunias, ceperunt et detinent captivatum, impositis eis pro sua redemptione summa 1.200 florenorum auri, ac certis equis, pannis, aureis eidem Robino seu ipsis captoribus exhibendis, quare cum talia enormia que, ut credimus, si nota tibi forent, absque nostra requisitione tua nobilitas minime sustineret te latere putemus, eandem nobilitatem requirimus et rogamus attente quatinus prefatum canonicum velis facere libere relaxari omni financia, quam ipse canonicus ex pena carceris vel alia aut terroribus forsan fecisset, eidem libere remissa et, si solvisset, etiam restituta ad hec dictos Robinum et gentes suas oportunis remediis compellendo. Datum Avinione, II kalendas maii, anno quarto. »

2225 Avignon, 30 avril 1366.

Carolum, regem Franciae, rogat item ac supra (n. 2022) sub altera data. (Reg. Vat. 248, fol. 86 verso. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 488, n. 5.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectorum filiorum communitatum. — Datum Avinione, II kalendas maii, anno quarto. »

2226 Avignon, 1er mai 1366.

Carolo, imperatori Romanorum, mandatur ut provideat de damnis illatis Hugoni, praeposito monasterii S. Fidis, loci in Sleztat O. S. B., Argentinensis dioecesis, in eo quod « universitas dicti loci de Sleztat prefatum prepositum et fratres dicti monasterii molestiis multis afficiunt, ac jura ipsorum presertim quoddam teloneum ad prefatum monasterium pertinens occupare, ac quidam incole quorumdam aliorum locorum tue majestati nominandorum quandam silvam eorum incidere propria auctoritate presumunt ». Insuper rogat ut excambium bonorum factum cum praedecessoribus ejusdem Caroli adimpleatur, cum pro bonis imperatoribus concessis nullum assignatum fuit monasterio virtute permutationis. (Reg. Vat. 248, fol. 87 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, imperatori Romanorum semper augusto, salutem etc.* Porrecte nobis noviter. — Datum Avinione, kalendis maii, anno quarto. »

2227 Avignon, 3 mai 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut visitet, corrigat et reformet monasteria S. Benedicti de Padolirone et Nonantulense, O. S. B., Mantuanae et Mutinensis dioecesis, E. R. immediate subjectis, in quibus abbates non resident et numerus competens ministrorum et monachorum non existit, licet bonas et amplas facultates habeant. (Reg. Vat. 248, fol. 229 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Decet ex provisione salubri. — Datum Avinione, V non maii, anno quarto. »

2228 Avignon, 3 mai 1366.

Ægidio, Sabinensi episcopo, mandatur ut Nicolao de Buscareto, domicello Senogaliensis dioecesis, propter delicta contra E. R. magis verbis quam factis, ab ipso in insulam Rodi in exilium destinato et ibi seu in ulterioribus partibus remanenti, exilium in partibus Siciliae concedat et ipsi faciat restitui possessiones et bona confiscata. (Reg. Vat. 248, fol. 88 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem, etc.* Magna servicia que dilectus filius nobilis vir. — Datum Avinione, V nonas maii, anno quarto. »

2229 Avignon, 3 mai 1366.

Archiepiscopo Rothomagensi mandatur ut faciat restitui Joanni Michaelis, viventi in curia Romana, decanatum ru-

ralis ecclesiae de Brachiaco, Rothomagensis dioecesis, collatum auctoritate ordinaria alteri propter mortem Joannis. (Reg. Vat. 248, fol. 88 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Rothomagensi, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, V nonas maii, anno quarto. »

2230 Avignon, 4 mai 1366.

Edwardo, Aquitaniae principi, scribitur ut credere velit archiepiscopo Tolosano ad ipsum destinato de concordia stabilienda cum Gastone, comite Fuxi. (Reg. Vat. 248, fol. 89 verso, et Vat. 244 G, fol. 35, n. 502.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie ac Wallie principi, salutem.* Inter te et dilectum filium nobilem virum Gastonem comitem Fuxi. — Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Gastoni, comiti Fuxi,* mutatis mutandis. » (Reg. Vat. 248, folio 90 recto. — Reg. Vat. 244 G, folio 35, n. 502.)

2231 Avignon, 4 mai 1366.

Joanni, comiti Armaniaci, scribitur ut interponat partes suas ad firmandam pacem praedictam. (Reg. Vat. 248, fol. 90 recto, et Vat. 244 G, fol. 35, n. 503.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Armaniaci, salutem etc.* Inter dilectos filios nobiles viros Edwardum. — Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Arnaldo Savage, militi.* »

« *Eodem modo nobili viro Thome de Felton, militi, senescallo Aquitanie.* »

« *Eodem modo nobili viro Thome de Hereford, militi.* »

« *Eodem modo nobili viro Johanni Chandos, vicecomiti S. Salvatoris.* »

« *Eodem modo nobili viro Stephano de Cesyngton, militi.* »

« *Eodem modo nobili viro Arnaldo de Ispania, militi, domino de Montespano.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Appamiarum,* sed loco nobilitatem ponatur fraternitatem. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Olorensi.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Lascurrensi.* »

« *Eodem modo dilecto filio Johanni de Harmell, cancellario nobilis viri Edwardi Aquitanie et Wallie principis,* sed loco fraternitatem dicatur circumspectionem. »

« *Eodem modo dilecto filio Roberto de Walskam, archidiacono Laudanensi.* »

2232 Avignon, 4 mai 1366.

Providetur Gaffredo, archiepiscopo Tolosano, de decem florenis auri pro expensis sibi et suae familiae necessariis et de securo conductu ac evectionibus, cum ad Vasconiae et certas alias partes mittatur. (Reg. Vat. 248, fol. 90 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis etc.* Cum venerabilem fratrem nostrum. — Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto. »

2233 Avignon, 4 mai 1366.

Gaffredo praedicto securus conductus conceditur. (Reg. Vat. 248, fol. 91 recto.)

« *Eidem nuncio fuit concessa littera de securo conductu in forma consueta.* »

2234 Avignon, 4 mai 1366.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut faciat exsequi litteras regias concessas Guigoni de Levicio, domino de Rupe. (Reg. Vat. 248, fol. 91 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dudum, prout accepimus, tua serenitas, nostris precibus inclinata, dilecto filio nobili viro Guigoni de Levicio, domino de Rupe, militi Albiensis diocesis, concessionem cognitionis causarum primarum appellationum locorum de Senegacio, et de Podiobegone, et de castro Novobonafos, ac bastide Montisfortis et de Casteneto, Carcassonensis et Tholosanae senescalliarum, per bone memorie Johannem, episcopum Belvacensem, tunc locumtenentem clare memorie Philippi, regis Francorum, avi tui, quondam Philippo, ipsius Guigonis genitori, et ejus filiis et heredibus factam et per eundem Philippum primo et demum per clare memorie Johannem, regem Francie, tunc ducem Normannie, genitorem tuum, locumtenentem dicti Philippi regis, confirmatam de benignitate regia confirmavit, confectis regiis litteris super ea. Cum autem, prout audivimus, dilecti filii nobiles viri

.. senescalli dictarum senescalliarum eisdem litteris ex eo obedire recusent, quia non transierunt per Cameram computorum, serenitatem tuam rogamus attente quatinus, ne idem Guigo ejusdem tue confirmacionis frustretur officium, dictas litteras per eandem cameram transire facias ac taliter expediri quod iidem senescalli causam non habeant in hac parte obedienciam denegandi. Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto. »

2235 Avignon, 4 mai 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut commendet regi Franciae dictum Guigonem de Levicio. (Reg. Vat. 248, fol. 91 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Negocium dilecti filii nobilis viri Guigonis. — Datum ut supra. »

2236 Avignon, 4 mai 1366.

Archiepiscopo Tolosano mandat ut concordiam vel ad minus treugas inducat inter principem Aquitaniae et Gastonem comitem Fuxi. (Reg. Vat. 248, fol. 88 verso, et Reg. Vat. 244 G, fol. 34, n. 501. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 494, n. 4.)

« *Venerabili fratri Gaffredo, archiepiscopo Tholosano, Apostolice Sedis nuncio, salutem etc.* Exigit nostri pastoralis officii debitum . . . Sane nuper dolenter accepimus quod inter dilectos filios nobiles viros Edwardum, Aquitanie et Wallie principem, ex una, et Gastonem, comitem Fuxi, ex altera parte, pacis emulo procurante, gravis est discordia suscitata, ex qua, nisi celeriter obvietur eidem, mala plurima tam animarum quam corporum provenire verisimiliter formidantur.

« Nos . . . ad partes et presentiam dictorum discordancium propterea providimus destinandum, quocirca fraternitati tue per apostolica scripta committimus, et mandamus quatinus ad partes easdem, de quibus expedire videris, te personaliter conferens . . . Datum Avinione, IIII nonas maii, anno quarto. »

2237 Avignon, 5 mai 1366.

Episcopo Gratianopolitano mandatur ut faciat citari ad comparendum coram Arnaldo, camerario papae, nobiles viros Petrum de Domena et Rodulphum de S. Georgio, ejus fratrem, milites Gratianopolitanae dioecesis, qui « nonnulla libros, pecunias, vassellam, equos, supellectitia et alia rerum et bona mobilia » ad Alamandum, episcopum Gebennensem, tempore sui obitus pertinentia. (Reg. Vat. 248, fol. 230 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Gratianopolitano, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum Avinione, III nonas maii, anno quarto. »

2238 Avignon, 5 mai 1366.

Bernardo Cariti mandatur ut assignet Petro de Ecclesia, mercatori loci Montispessulani, Magalonensis dioecesis, commoranti in loco de Brugis, Tornacensis dioecesis, et procuratori Bernardi Franchi, mercatoris ejusdem loci Montispessulani, 6.000 florenorum auri transmittendorum Camerae Apostolicae. (Reg. Vat. 248, fol. 230 verso. De curia. — Fierens, *op. cit.*, p. 809, n. 1757.)

« *Dilecto filio Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, Apostolice Sedis nuncio, salutem etc.* Cum dilectus Bernardus Franchi. — Datum Avinione, III nonas maii, anno quarto. »

2239 Avignon, 5 mai 1366.

Praedicto Petro de Ecclesia mandatur ut recipiat a Bernardo Cariti dictos florenos. (Reg. Vat. 248, fol. 230 verso. De curia. — Fierens, *op. cit.*, p. 810, n. 1758.)

« *Dilecto filio Petro de Ecclesia mercatori Montispessulano, Magalonensis diocesis, in loco de Brugis, Tornacensis diocesis, commoranti, ibidem procuratori et factori dilecti filii Bernardi Franchi, mercatoris dicti loci Montispessulani, salutem etc.* Per alias nostras damus litteras. — Datum ut supra. »

2240 Avignon, 5 mai 1366.

Audeberto de Gorsis, A. S. nuncio, mandatur ut assignet 2000 francorum auri in civitate Bituricensi Juliano Francisci, mercatori Florentino, factori societatis Albertorum antiquorum de Florentia. (Reg. Vat. 248, fol. 231 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Audeberto de Gorsis, canonico Bituricensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum dilectus Tho-

mas Monys. — Datum Avinione, III non maii, anno quarto. »

2241 Avignon, 5 mai 1366.

Dicto Juliano conceditur facultas recipiendi 2000 praedictorum florenorum. (Reg. Vat. 248, fol. 231 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Juliano Francisci, mercatori Florentino, factori societatis Albertorum antiquorum de Florentia, salutem etc.* Per alias nostras. — Datum Avinione, III nonas maii, anno quarto. »

2242 Sorgues, 7 mai 1366.

Aubrico Radulphi, Joanni Galopini et Geraldo de Calma mandatur ut faciant capi eosque teneri sub fida custodia praefatos Petrum de Domena et Rodulphum de S. Giorgio (v. n. 2237). (Reg. Vat. 248, fol. 232 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aubrico Radulphi, primicerio Virdunensis, A. S. nuncio, et Johanni Galopini, Lausanensis, capellano nostro, et Geraldo de Calma, decano Valentine ecclesiarum, salutem etc.* Ad audientiam nostram. — Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis, nonis maii, anno quarto. »

2243 Sorgues, 7 mai 1366.

Guillelmo, episcopo Gebennensi, mandatur ut praestet auxilium commissariis deputatis contra Petrum, dominum de Domena, et Rodulphum de S. Georgio, milites Gratianopolitanae dioecesis, qui detinent bona quondam Alamandi, episcopi Gebennensis, reservata S. A. (Reg. Vat. 248, fol. 91 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 83, n. 608.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Gebennensi, salutem etc.* Fidedigna relatione. — Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, nonis maii, anno quarto. »

2244 Sorgues, 7 mai 1366.

Capitulo Gebennensis ecclesiae item. (Reg. Vat. 248, fol. 92 recto.)

« *Dilectis filiis capitulo ecclesie Gebennensis, salutem etc.* Fidedigna relatione. — Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, nonis maii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro .. gubernatori Dalfinatus Viennensis,* mutatis mutandis. » (Reg. Vat. 244 D., folio 104, n. 227.)

2245 Sorgues, 8 mai 1366.

Monasterium Cluniacensem rogat ut restringantur expensae quoad victualia et vinum ita ut debita persolvi possint. (Reg. Vat. 248, fol. 92 recto. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 607, n. 6.)

« *Dilectis filiis .. conventui monasterii Cluniacensis Matisconensis diocesis, salutem etc.* Honorem et conservationem . . . Nostis siquidem, filii, quod redditus et proventus monasterii vestri prefati, qui in responsionibus pecunialibus monasteriorum et locorum ordinis vestri consistunt, propter mortalitates et guerras que fere ubique terrarum longis retroactis viguerunt temporibus, sunt nimium diminuti ac frumentum, vinum et alia victualia sunt multo plus solito cariora adeo quod, licet sitis numero pauciores quam olim essetis, tamen hujusmodi redditus non sufficiunt ad expensas que fiunt nisi congruo adhibito moderamine temperentur. Quare discretionem vestram, quam decet temperancie virtute pollere ac compati miserabili statui dicti monasterii in debitorum oneribus pregravati rogamus et hortamur attente mandantes quatinus non allegando solita que servari non possunt, sed quid pro modernis temporibus sit possibile prudentius attendentes expensas amplas in dictis victualibus presertim in vino, quod nimis est carum, et nichilominus indiscrete et intemperate, prout audivimus relatibus fidedignis, consumitur vobis solitas ministrari sic velitis restringere ac parsimonia honesta moderari quod hujusmodi debita possint persolvi et a futurorum cumulo precaveri ac vos propriis necessitatibus sufficienter et decenter provideri volumus, de discretione ac modesto convictu aliasque de religionis observancia mereamini commendari. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, VIII idus maii, anno quarto. »

2246 Sorgues, 8 mai 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut adhibeat plenam fidem Joanni Nixonis, archidiacono Belnensi in ecclesia Æduensi, auditori causarum apostolici palatii et capellano papae, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 92 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 108, n. 261.)

« *Dilecto filio Andruino . . . salutem etc.* Dilectum filium Johannem. — Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, VIII idus maii, anno quarto. »

2247 Sorgues, 10 mai 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut stet in partibus legationis suae Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 92 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Quamvis nostris affectibus foret acceptum quod semper in terris immediate subjectis R. E. morareris, tamen considerato quod regnum Sicilie tua fructuose presentia nimium indiget precipue ut ordinata ibidem per tuam circumspectionem, prout possibile redditur, suos effectus recipiant et processus nostros quos nuper contra detentores terrarum, bonorum et jurium demanialium ejusdem regni tibi transmisimus et limitationis territorii Beneventani negocium, super quo hiis diebus venerabilis frater noster .. archiepiscopus Beneventanus litteras apostolicas tibi portasse debuit, exequaris, contentaremur, quod pro hiis et aliis utilibus et necessariis, saltem per totum primum annum tue legationis in dicto regno traheres moram tuam, nisi pro necessitate dictarum terrarum videres aliud oportere, quod circumspecte deliberationi tue fraternitatis duximus relinquendum. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, VI idus maii, anno quarto. »

2248 Sorgues, 17 mai 1366.

Carolo, regi Franciae, scribit ut benigne suscipiat ambaxiatores et capitulares ad ipsum destinatos a populo et rectoribus civitatis Tolosanae. (Reg. Vat. 248, fol. 93 recto.)

« *Carissimo in Christo filio, Carolo regi Francie illustri, salutem etc.* Illibate fidelitatis constantia. — Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, XVI kalendas junii, anno quarto. »

2249 Sorgues, 17 mai 1366.

Reginam Siciliae rogat ut cum consilio Ægidii, episcopi Sabinensis, extirpentur abusus vigentes in regno. (Reg. Vat. 248, fol. 93 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 384, n. 89.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad ea que ad alleviandas tuorum gravium onerum sarcinas et tue ac per consequens regni tui utilitatis augmentum cedere extimantur inter nostrarum multiplicitatem curarum quibus solicitamur assidue jactantes, prout tempus nobis conceditur, sepius cogitatum super oneribus ipsis ac tuis multiplicibus detrimentis, ex quibus propter nonnullorum cupiditatem per exquisitos modos tuas subtrahencium facultates deducta es ad nimiam tenuitatem reddituum tibi et dicto regno magni productivam periculi, multorum fide dignorum relatibus informati super infrascriptis per tuam prudentiam, qua te decoravit Altissimus, presertim isto tempore quo venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, A. S. legati, habes presentiam, ac super hiis et aliis tuis agendis potes et debes ejus communicare consilium et habere favorem, credimus efficaciter providendum, videlicet quod provisiones annuas quas nonnullis qui, ut dicitur, non merentur easdem, et tu ex eis gravaris nimium, facias diligentissime recenseri, et eas que fuerint rationabiles et utiles ac commode poterunt substineri conserves, illas vero que omnino indebite vel inutiles reputabuntur totaliter casses, revoces et annulles, alias vero modereris et minuas, prout tu et idem legatus etiam cum aliorum proborum consilio videritis expedire, quodque cum quidam dampnosus abusus in tua curia inolevisse dicatur, scilicet quod cum provisionatis ac castellanis et aliis officialibus, provisiones, salaria per tuam curiam debent solvi, aut propter incuriam aut forte maliciam et sepius propter defectum pecuniarum eis de tua thesauraria non solvitur, sed illis certi tui redditus deputantur per eos ab illorum debitoribus exigendi, datis super hoc reginalibus litteris oportunis ipsique sepius a subditis recipiunt multo plus quam habere debeant, gravant subditos et quandoque occupant et prejudicialiter negligunt tua jura, quodque castellanie hujusmodi nonnullis eas tenentibus presertim potentibus tanto tempore dimittuntur quod ipsi exquisitis coloribus eas sibi usurpant et recuperari non possunt de facili de manibus eorundem, ideoque videtur statuendum provide et per officiales dicte tue curie firmiter observandum quod talis abusus extirpetur totaliter per ipsamque tuam curiam exigantur tibi debita ac provisiones et salaria hujusmodi persolvantur, et castellanie ipse non dentur pro multo tempore precipue suspectis nec eis ex quavis causa multo tempore dimittantur. Ad hec adicimus quod super hiis et aliis tuis agendis prospere, auctore Domino, dirigendis cum consilio dicti legati, consiliarios tam prelatos quam laycos honestos, graves, fideles et prudentes, non sectantes lucra, sed honorem ac bonum statum tuum, re-

gnique prefati zelantes in hiis que ad tuam solicitudinem pertinent te relevare solerter studeant assumere non retardes. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, XVI kalendas junii, anno quarto. »

2250 Avignon, 21 mai 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut habeat commendatos cives et universitatem civitatis Massiliensis apud reginam Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 94 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Cum dilecti filii cives. — Datum Avinione, XII kalendas junii, anno quarto. »

2251 Avignon, 21 mai 1366.

Joanni, duci Britanniae, scribitur ut bene recipiat procuratores Simonis electi Nannetensis ipsumque foveat. (Reg. Vat. 248, fol. 94 recto, et Reg. Vat. 244 G, fol. 41, n. 514.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie, salutem etc.* Et si cunctis ecclesiarum. — Datum Avinione, XII kalendas junii, anno quarto. »

2252 Avignon, 21 mai 1366.

Reginam Siciliae rogat ut justis petitionibus universitatis civitatis Massiliensis praestet assensum de gravaminibus quae civibus inferuntur ab officialibus suis seu pedagiariis Aquensibus super pedagiis. (Reg. Vat. 248, fol. 93 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 386, n. 90.)

« *Eidem.* Decet et expedit tibi. — Datum Avinione, XII kalendas junii, anno quarto. »

2253 Avignon, 25 mai 1366.

Reginam Siciliae rogat ut serviturum in suis officiis admittat nobilem virum Thedisium de Flisco, civem Januensem, qui in eadem civitate non potest moderno tempore commorari. (Reg. Vat. 248, fol. 95 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 386, n. 91.)

« *Carissime in Christo filie Johanne regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Thedisius. — Datum Avinione, VIII kalendas junii, anno quarto. »

2254 Avignon, 25 mai 1366.

Carolo, regi Franciae, commendatur nobilis vir Armandus, vicecomes Podompniaci, filius Guillelmi Grimoardi, militis, domini de Grisaco, qui prosequitur quamdam suam causam in parlamento regio. (Reg. Vat. 248, fol. 94 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Armandus. — Datum Avinione, VIII kalendas junii, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni episcopo Belvacensi,* sed loco serenitatem dicatur fraternitatem. »

« *Eodem modo nobili viro Symoni de Bussiaco, militi, presidenti curie parlamenti regni Francie,* sed loco fraternitatem ponatur nobilitatem. »

2255 Avignon, 25 mai 1366.

Universis archiepiscopis et episcopis mandatur ut faciant capi et carceribus detineri praedicantes verbum Crucis sine mandato et signum crucis humeris imponentes; alioquin citent ad comparendum in curia. (Reg. Vat. 248, fol. 233 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, VIII kalendas junii, anno quarto. »

2256 Avignon, 27 mai 1366.

Principem Aquitaniae inducit ut provideat celeriter malis quibus gentes suae subjiciunt homines patriae Mimatensis. (Reg. Vat. 248, fol. 95 recto. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 415, n. 4.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Audivimus nuper admodum displicenter quod gentes tue seu tui senescalli Ruthenensis terram regni Francie in patria Mimatensi, de qua originem traximus, hostiliter intraverunt, homines et animalia capiendo et etiam abducendo. Cum itaque de hiis, si vera sint, eorum causam ignorantes, plurimum admiremur et proinde offensis gentibus dicte patrie, quas innocentes credimus, singulari compatiamur affectu, ut gentes regie, prout nobis dixerunt, parate sint pro se et incolis dicti regni stare juri super omnibus tuis et tuorum subditorum querelis, quas tu et ipsi velletis facere contra eos,

nobilitatem tuam paterne requirimus et rogamus attente quatinus super tante offense satisfactione sic velis efficaciter et celeriter providere, quod exinde aliud majus scandalum non succrescat. Datum Avinione, VI kalendas junii, anno quarto. »

2257 Avignon, 27 mai 1366.

Joanni de Chandos scribit ut interponat vices suas de praedicto. (Reg. Vat. 248, fol. 95 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Chandos, vicecomiti S. Salvatoris, salutem etc.* Super quadam novitate. — Datum Avinione, VI kalendas junii, anno quarto. »

2258 Avignon, 27 mai 1366.

Senescallo Ruthenensi scribitur ut a praedicta novitate se abstineat. (Reg. Vat. 248, fol. 95 verso, et Reg. Vat. 244 F, fol. 42, n. 97.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Ruthenensi salutem etc.* Nuper audivimus admodum displicenter. — Datum ut supra. »

2259 Avignon, 30 mai 1366.

Guillelmo Militis, inquisitori in provincia Narbonensi, mandatur ut blasphemos puniendos relinquat dioecesanis. (Reg. Aven., t. 163, fol. 54 veros. De curia. — J. M. Vidal, *Bullaire de l'Inquisition française*, p. 377, n. 259.)

« *Dilecto filio Guillelmo Militis, F. O. P. professori, in provincia Narbonensi inquisitori heretice pravitatis per Sedem Apostolicam deputato, salutem etc.* Cum secundum canonicas sanctiones blasphemi, qui contra Deum vel aliquem sanctorum suorum et maxime beatam Virginem linguas suas in blasphemiam publice relaxare presumunt per suos diocesanos debeant puniri, tuque, sicut accepimus, contra blasfemos hujusmodi infra tui inquisitionis officii terminos constitutos nonnunquam ipsius officii tui metas extendas, ex quo etiam sequitur, ut tales qui forsan calore iracundie potius quam ex deliberato proposito in tales blasphemias inciderunt coram te ad judicium evocari (*sic*), majorem forsan in se quam deceret confusionem recipiunt et apud alios fideles suspicionis de fide notam incurrunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus de hujusmodi blasphemis puniendis, dummodo alias de heresi suspecti non existant, te nullatenus intromittas, sed blasphemos suis relinquas diocesanis, ut premittitur, puniendos. Datum Avinione, III kalendas junii, anno quarto. »

2260 Avignon, 30 mai 1366.

Hugo Blanchi, civis Avinionensis, bacallarius in legibus, fit procurator fiscalis E. R. (Reg. Vat. 248, fol. 234 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Hugoni Blanchi, civi Avinionensi, bacallario in legibus, procuratori nostro fiscali, salutem etc.* De tue fidelitatis. — Datum Avinione, III kalendas junii, anno quarto. »

2261 Avignon, 30 mai 1366.

Carolo, regi Francie, scribitur ut restituantur Amedaeo de Baucio, militi, gratuite redditus super juribus Nemausensibus ipsi concessi ex liberalitate sua ac ejus praedecessoribus, non obstante revocatione quadam. (Reg. Vat. 248, fol. 96 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Ad decorem regie dignitatis. — Datum Avinione, III kalendas junii, anno quarto. »

2262 Avignon, 30 mai 1366.

Comiti Salubruchiae scribitur ut interponat partes suas de praedicto. (Reg. Vat. 248, fol. 96 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. comiti Salubruchie salutem etc.* Pro dilecto filio nobili viro Amedeo. — Datum Avinione, III kalendas junii, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi,* sed loco nobilitatem dicatur fraternitatem. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni, episcopo Carnotensi.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro .. comiti de Stampis,* sed loco fraternitatem dicatur nobilitatem. »

2263 Avignon, 1er juin 1366.

Poncius Vassalli et Joannes Guarrigiae fiunt vicarii generales, administratores, procuratores et negotiorum ges-

tores ecclesiae Magalonensis vacantis in spiritualibus et temporalibus, cum revocaverit papa omnes et singulos vicarios, officiales, procuratores et negociorum gestores constitutos a capitulo. (Reg. Vat. 248, fol. 235 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis magistris Poncio Vassalli, vestiario Magalonensis, decretorum doctori, ac Johanni Guarrigie, canonico Narbonensis ecclesiarum, vicariis ejusdem ecclesie Magalonensis, pastore carentis, auctoritate apostolica deputatis, salutem etc.* Fidei claritas. — Datum Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

2264 Avignon, 1er juin 1366.

Praedicto Joanni Guarrigiae conceditur facultas recipiendi omnes fructus et emolumenta quaelibet ejusdem ecclesiae et exercendi omnia quae possunt exerceri a vicariis generalibus, excepta alienatione immobilium et preciosiorum mobilium bonorum. (Reg. Vat. 248, fol. 236 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Guarrigie, canonico Narbonensis ecclesie, A. S. nuncio, vicario ecclesie Magalonensis, pastore carentis, auctoritate apostolica deputato, salutem etc.* Que fidelitatis integritas. — Datum Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

2265 Avignon, 1er juin 1366.

Joanni, duci Biturícensi, scribitur ne gentes suae novas tallias contra libertatem ecclesiasticam, praesertim de vinis in clericorum domibus pro se suisque familia repositis unum francum pro dolio quolibet imponant. (Reg. Vat. 248, fol. 96 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 44, n. 102.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Biturícensi, fratri carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francorum illustris, salutem etc.* Dilectorum filiorum cleri et personarum ecclesiasticarum civitatis et diocesis Biturícensis. — Datum Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

2266 Avignon, 1er juin 1366.

Joanni de Crusiaco mandatur ut partes suas interponat de praedicto. (Reg. Vat. 248, fol. 97 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 42, n. 101.)

« *Dilecto filio Johanni de Crusiaco, decano ecclesie Lingonensis, salutem etc.* Dilectorum filiorum. — Datum ut supra. »

2267 Avignon, 1er juin 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut commendet apud regem Franciae abbatem et conventum monasterii Aureliaci O. S. B., S. Flori dioecesis, qui destinant nuncios ad eumdem regem. (Reg. Vat. 248, fol. 97 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 72, n. 176.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Nuper pro dilectis filiis abbate. — Datum Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

2268 Avignon, 2 juin 1366.

Andruino, legato S. A., mandatur ut restituat 1336 florenorum Nicolao et Benedicto de Albertis. (Reg. Vat. 248, fol. 237 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod, licet dilectus filius Cionus Abadinghi, tunc depositarius pro nobis in nostra civitate Bononiensi, vigore quarumdam litterarum sibi per venerabilem fratrem Gaucelmum, episcopum Nemausensem, thesaurarium nostrum, de mandato nostro sibi facto vive vocis oraculo directarum, 2336 florenorum auri dilecto filio nobili viro Nicolao, militi, et Benedicto de Albertis, civi Florentino, seu eorum factoribus, in extenuationem cujusdam mutui 2500 florenorum auri facti Avinione nostre Camere per factores eosdem, pro certis dicte Camere negociis peragendis, dudum videlicet, antequam incepisses administrare bona fiscalia dicte civitatis, de pecunia ad nos spectante in ipsa civitate Bononiensi, in manibus dicti Cioni, tunc temporis existentis, restitutionis causa solvisset et in sue rationis computo posuisset, tu, tamen, prefatum Cionum, ad defàlcandum de summa hujusmodi soluta per eum, sicut predicitur, florenorum auri 1336 et ipsos restituendum Camere communis Bononiensis, pro tue voluntatis libito, coegisti, asserens, ut dicitur, dictos factores in Romana curia quantitatem hujusmodi restitutam a predicta Camera recepturos. »

« Cum itaque dictis creditoribus non sit satisfactum nec satisfieri intendamus per Cameram supradictam et propterea indempnitati eorum, quos pro hiis et aliis multis gratis serviciis, que nobis et dicte Camere im-

pendunt assidue, multipliciter habemus acceptos, providere volentes ac intendentes quod hujusmodi nostrum mandatum juste factum execucioni debite demandetur, discrecioni tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus prefatos 1336 florenorum predictis Nicolao et Benedicto, vel eorum procuratori pro eis, de pecunia dicte Camere communis predicti, ad pondus ejusdem civitatis Bononiensis, absque contradictione qualibet restitui faciatis indilate, talem circa id diligenciam habiturus quod nostris mandatis paruisse humiliter comproberis. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno quarto. »

2269 Avignon, 2 juin 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut faciat restitui Nicolao, militi, et Benedicto de Albertis, civi Florentino, seu eorum factoribus, 1336 florenorum ad pondus civitatis Bononiensis. (Reg. Vat. 248, fol. 237 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Avinione, IIII nonas junii, anno quarto. »

2270 Avignon, 3 juin 1366.

Carolo, imperatori Romanorum, mandatur ut faciat restitui a Galeaz de Vicecomitibus Joannae, reginae Siciliae, terras comitatus Pedemontis occupatas et molestiis partibus Provinciae et Forcalquerii a dicto Galeaz impositis finem ponat. (Reg. Vat. 248, fol. 98 recto.)

« *Carissimo in Christo Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Ad occurrendum guerrarum periculis. — Datum Avinione, III non junii, anno quarto. »

2271 Avignon, 5 juin 1366.

Joannam, reginam Siciliae, rogat ut fidem plenariam adhibeat Joanni Zurulo, militi Neapolitano, de responsis a papa factis super negotia ejusdem. (Reg. Vat. 248, fol. 98 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectus filius noster vir. — Datum Avinione, nonis junii, anno quarto. »

2272 Avignon, 8 juin 1366.

Edwardo, principi Aquitaniae, scribitur de supplicationibus porrectis in parlamento, quod in civitate Engolismensi celebratum fuit, ab archiepiscopo Burdegalensi ejusque suffraganeis. (Reg. Vat. 248, fol. 103 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Exultat spiritus noster... Sane, dilecte fili, tam diversorum tuorum nunciorum primo quam demum venerabilium fratrum nostrorum Raymundi patriarche Anthiocensis, administratoris ecclesie Agennensis, et Petri, episcopi Petragoricensis, relatione percepimus jocundanter intencionem tue devocionis existere quod ecclesiis, monasteriis et piis locis, necnon prelatis et personis ecclesiasticis tui principatus gravamina vel injurie nullatenus irrogentur, sed eos proponis in suis libertatibus et jurisdictionibus spiritualibus et temporalibus conservare ac eciam confovere, quodque ut tuum devotum propositum notum senescallis ac officialibus et gentibus tuis existeret, et illud tenaciter observarent, nuper in publico parlamento, per te in civitate Engolismensi celebrato, presentibus venerabili fratre nostro archiepiscopo Burdegalensi, et nonnullis episcopis aliisque prelatis dicti principatus, eisdem senescallis, officialibus et gentibus tuis viva voce mandasti ut ab eorumdem ecclesiarum, monasteriorum et piorum locorum, ac prelatorum et ecclesiasticarum personarum gravaminibus et injuriis abstinerent, ipsorumque conservarentur inviolabiliter jurisdictiones, libertates et jura, de quo eandem tuam devocionem multipliciter in Domino commendamus.

« Verum duas supplicaciones inclusas presentibus, quas iidem prelati et persone tue magnificencie porrexerunt et tuas responsiones super eis vidimus, et per quosdam ex fratribus nostris videri fecimus diligenter, et licet, ut credimus, responsiones ipse a tua bona intencione manaverint, debent tamen secundum Deum et justiciam honoremque tuum, prout partim in inclusa cedula, et partim declaramus inferius reformari.

« Ex eo namque quod in prima supplicacione, quam justam et admissibilem merito reputamus, iidem prelati tantummodo illa petunt eis servari, que ad forum ecclesiasticum pertinent de consuetudine vel de jure quecumque potestas secularis non potest in hiis eosdem prelatos absque offensa justicie impedire.

« Quare tu, qui es debitor et defensor justicie, super eadem supplicacione, tuo genitore inconsulto, et abs-

que nobilium tui principatus consilio et consensu, potes et debes utique respondere, nec est ponendum in dubium quod est clarum, sed eam tanquam justam et piam, absque dilacione et impedimento ecclesiastice jurisdictionis, non dubitamus fore per tuam justiciam pure exaudiendam et simpliciter admittendam.

« In responsionibus vero secunde supplicacionis, que habet plura capitula, continentur multa condiciones et verba que jura ecclesiarum et eorumdem prelatorum, licet sint clara, possent tamen facere per gentes tuas in dubium revocari, prout illa in dicta cedula tuarum responsionum notari fecimus et signari, tuque hoc videre poteris evidencius in eisdem.

« Alia vero in responsionibus ipsis habentur, que ipsas reddunt non solum dubias, sed inutiles, et quodam modo negativas, sicut est, cum petitur quod litteris archiepiscoporum et episcoporum principatus ejusdem eorum sigillis munitis ac instrumentis notariorum suorum tui officiales adhibeant plenam fidem, ipsaque sicut autentica in judicio et extra recipiant et admittant, tu respondes quod recipiantur, si talia sint que admitti debeant, et quibus fuerit danda fides, et prout de jure, consuetudine, usu et stilo curie temporalis fieri consuevit, nam vertere non debes in dubium utrum literis et instrumentis hujusmodi fides fuerit adhibenda, quibus absque dubio adhibere debet, tam de consuetudine quam de jure, nec usus, consuetudo vel stilus alicujus temporalis curie, in contrarium possent esse de jure, nec eisdem prelatis prejudicium in hac parte parare. Ubi eciam petitur quod iidem senescalli et officiales tui prelatos et personas ecclesiasticas non citent personaliter vel alias coram ipsis, apponis in tua responsione verbum dubium, immo verius negativum, videlicet quod iidem senescalli et alii officiales non citent prefatos prelatos et personas indebite, ex quo sequeretur quod ipsi semper assererent quod debite citavissent et utrum debite vel indebite citassent, ad eos cognicionem dicerent pertinere. Et cum petitur quod ipsi senescalli et officiales eosdem prelatos et personas ecclesiasticas jurare non faciant, nec eis penas sive mulctas imponant nec exigant ab eisdem, respondes quod premissa non fiant nisi in casibus permissis et concessis eisdem senescallis et officialibus a jure aut usu, consuetudine et stilo curie temporalis, que responsio petentibus inutilis redditur et videtur eciam negativa.

« Quare nobilitatem tuam . . . requirimus . . . quatinus super dicta prima supplicacione responsum seu consensum regium ac tuorum nobilium non expectans, postulata tanquam racionabilia ac salutem et honorem tuos concernentia concedere non retardes.

« In secunda vero supplicacione ea que ingerunt dubia ac condiciones et addiciones appositas, prout illa signata videbis in dicta cedula interclusa, velis totaliter amovere, ac super eis et aliis supratactis responsiones claras, puras, racionabiles et utiles exhibere predecessorumque tuorum, qui non solum ecclesias ecclesiasticasque personas in suis libertatibus conservarunt, sed ecclesias et pia loca fundarunt, ac erga illa se munificos reddiderunt, vestigia laudabiliter imitans in hiis et aliis eisdem prelatis, personis et ecclesiis pro reverencia Dei, per quam principes dominantur, sic impendas te justum, favorabilem et eciam graciosum, quod ipsi, sub tua protectione in suis juribus et libertatibus conservati, quietius famulentur Altissimo et apud eum pro te et posteris tuis devotius humiles atque continuas preces fundant, tuque proinde, preter humane laudis preconium, divinam graciam et A. S. benivolenciam uberius merearis. Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2273 Avignon, 8 juin 1366.

Margaritae de Tarento, ducissae Andriae, notum fit jura ipsius esse commendata apud seipsum. (Reg. Vat. 248, fol. 102 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 120, n. 705.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite de Tarento, ducisse Andrie, salutem etc.* Dilectum filium magistrum Johannem de Caramanico, phisicum, latorem presentium, grate recepimus, et ea que pro parte nobilitatis tue nobis de recommendatione jurium tuorum exposuit, libenter audivimus et benigne te itaque et eadem jura paternis affectibus habere intendimus oportunis casibus commendata. Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2274 Avignon, 8 juin 1366.

Mariae, imperatrici Constantinopolitanae, scribitur ut non adhibeat fidem dicentibus Franciscum de Baucio contra Philippum, consortem suum, maleficia exercuisse pro procurandis ejus nece vel debilitatione personae. (Reg. Vat. 248, fol. 101 recto.)

« *Carissime in Christo filie Marie, imperatrici Constantinopolitane illustri, salutem etc.* Non tenet nostra nec tua debuit tenere credulitas. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2275 Avignon, 8 juin 1366.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut teneat dictum Franciscum innocentem de praedictis maleficiis. (Reg. Vat. 248, fol. 101 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Phiilppo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Non tenet. — Datum ut supra. »

2276 Avignon, 8 juin 1366.

Ægidio, Sabinensi episcopo, mandatur ut suspicionem de praedicto Francisco removeri et litteras praesentes praesentare faciat. (Reg. Vat. 248, fol. 101 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Carissimis in Christo filiis nostris Philippo. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2277 Avignon, 8 juin 1366.

Reginae Siciliae scribit ut praedictis det operam efficacem. (Reg. Vat. 248, fol. 101 verso.)

« *Carissime salutem etc.* Carissimis etc. — Datum ut supra. »

2278 Avignon, 8 juin 1366.

Francisco de Baucio scribit ut concordiam faciat cum Philippo, imperatore Constantinopolitano; dicitur insuper quod post receptionem Joannis de Caramanico, physici et ambaxiatoris ejus, tenet ipsum de maleficiis innocentem. (Reg. Vat. 248, fol. 101 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 120, n. 704.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, salutem etc.* Litteras tuas. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2279 Avignon, 8 juin 1366.

Reginae Siciliae consulit ut solvat censum debitum R. E. in festo beatorum Petri et Pauli infra duos menses, ne ex defectu solutionis ipse et cardinales nimium aggravent animos contra eamdem. (Reg. Vat. 248, fol. 102 recto.)

« *Carissime in Christo salutem etc.* Expedit tibi, carissima filia. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2280 Avignon, 8 juin 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut excitet reginam ad solutionem census. (Reg. Vat. 248, fol. 102 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Cum terminus solutionis census. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

2281 Avignon, 8 juin 1366.

Napoleoni de filiis Ursi recordatur quod ex parte reginae promisit censum solvere; exhortatur ipsum ut partes suas interponat de solutione. (Reg. Vat. 248, fol. 102 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Neapoleoni de filiis Ursi, comiti Manupelli, regni Sicilie logothete et prothonotario, salutem etc.* Tua potest nobilitas. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Landulfo Crispano, legum doctori, regni Sicilie magistro rationali.* »

2282 Avignon, 8 juin 1366.

Gubernatori Delphinatus Viennensis mandatur ut procuret fieri concordiam inter vicecomitem Talardi et dominum de Segoerio. (Reg. Vat. 248, fol. 103 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 115, n. 282. — Prou, *op. cit.*, p. 150, n. LXX.)

« *Dilecto filio nobili viro .. gubernatori Dalfinatus Viennensis, salutem etc.* Molesta nimis. — Datum Avinione, VI idus junii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, senescallo Provincie et Forcalquerii,* mutatis mutandis. »

2283 Avignon, 10 juin 1366.

Guidoni de Rupe, S. A. nuncio, mandatur ut exigat tricesimam impositam in Gallia a Clemente VI. (Reg. Vat. 248, fol. 241 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guidoni de Rupe, canonico Turonensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum felicis recordationis Clemens. — Datum Avinione, IIII idus junii, anno quarto. »

2284 Avignon, 10 juin 1366.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. J. J. man-

datur ut fidem adhibeat Guidoni de Turre, marescallo Hospitalis, cui intentionem suam expressit; ceterum, de Balsano et aliis rebus quas per Guidonem misit gratiarum exsolvit actiones. (Reg. Vat. 248, fol. 104 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 116, n. 284.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani magistro, salutem etc.* Dilectum filium Guidonem de Turre. — Datum Avinione, IIII idus junii, anno quarto. »

2285 Avignon, 11 juin 1366.

Episcopo Tornacensi mandatur ut assistat consiliis suis abbatem Cisterciensem. (Reg. Vat. 248, fol. 105 verso. — Fierens, *op. cit.*, p. 826, n. 1784.)

« *Venerabili fratri Philippo, episcopo Tornacensi, salutem etc.* Dilecto filio Johanni, abbati monasterii Cisterciensis, Cabilonensis diocesis, latori presentium, quoddam negocium, quod multum insidet cordi nostro, commisimus, super quo ipsum tue fraternitatis consiliis mandavimus inherere ; sibi igitur in hiis que tibi ex nostri parte narraverit adhibeas plenam fidem, ei ut predictum negocium ad finem deducatur optatum tuis auxiliis et consiliis assistendo. Datum Avinione, III idus junii, anno quarto. »

2286 Avignon, 11 juin 1366.

Andruino, legato S. A., mandatur ut faciat solvi pecunias debitas de emptione librorum et expensis factis pro studentibus pauperibus in studio Bononiensi. (Reg. Vat. 248, fol. 237 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum dilecti filii Thomas Moynis, civis Florentinus, et alii socii et factores dilectorum filiorum nobilis viri Nicolai, militis, et Benedicti de Albertis Antiquis, civis Florentini, Avinione morantes, pro nonnullis libris Avinione emptis pro Italicis quadringentos et pro quibus aliis scolaribus citramontanis pauperibus, quos omnes in Bononiensi studio ad nostras retinemus expensas, 140 florenos auri ponderis Camere nostre, de mandato et conscientia nostris, venditoribus eorumdem librorum diversis vicibus solverint, jam est diu, nostreque intencionis fuerit et existat ut prefatis Thome et sociis de redditibus et proventibus nostris in civitate nostra Bononiensi, de quibus fieri debent alie expense scolarium predictorum, reddatur pecunia supradicta et, sicut nobis innotuit, prefati socii nondum receperint pecuniam memoratam, discrecioni tue, tenore presentium, precipiendo mandamus quatinus ipsam pecuniam de proventibus prelibatis eisdem sociis seu eorum nuncio restitui facere non postponas. Datum Avinione, III idus junii, anno quarto. »

2287 Avignon, 11 juin 1366.

Audoyno de Acra, comitatus Venaysini thesaurario, committitur ut contra usurpatores bonorum et jurium Ecclesiae et injuriatores habitatorum dicti comitatus atque castrorum Montilii Ademarii et Anisani procedat. (Reg. Vat. 248, fol. 248 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Audoyno de Acra, preposito ecclesie Haentismonasterii, Lemovicensis diocesis, nostri et R. E. comitatus Venasini thesaurario, salutem etc.* Dum terris et provinciis nobis et E. R. subjectis immediate attente meditacionis studiis cogitamus, ad comitatum Venasini, velut ad nostre recreacionis pomerium, libenter intuitum dirigimus mentis nostre, desideriis optantes intensis quod habitatores et incole comitatus predicti ac aliorum circumpositorum locorum ad nos et Ecclesiam memoratam spectantium sub cultu fidelitatis et justicie, repressis eorum injustis oppressionibus, quietis et securitatis ubertate letentur.

« Sane ad audienciam nostri apostolatus pervenit quod nonnulle tam ecclesiastice quam seculares persone tam comitatus predicti et castrorum Montilii Ademarii et Anisani, Valentinensis et Tricastrinensis diocesis, quam diversarum aliarum partium, suis juribus et terminis non contente, honores, jura, bona et loca nostra et ejusdem Ecclesie tam in comitatu quam in castris predictis, eorumque districtu et pertinenciis, pro parte ad nos in eisdem castris, districtu et pertinenciis spectante consistencia invadere, usurpare ac molestare indebite, necnon habitatores et incolas comitatus et castrorum, districtus et pertinenciarum predictorum, pro parte ad nos in eisdem districtu et pertinenciis pertinente, ut premittitur, per captiones et arrestationes personarum indebitas, predationes et spolia rerum et bonorum suorum vexare et opprimere multipliciter contra justiciam trahendo dictos habitatores occasione rerum et bonorum, que habent et possident extra comitatum predictum, ac districtum et pertinencias ejusdem indebite et sine causa, et ut ab ipsis aliqua extorqueant vel alias iidem habitatores et incole suam vexationem redimere compellantur,

aliosque injuriosos excessus circa hec in nostram ut Ecclesie prefate offensam, et injuriam predictorum habitatorum et incolarum manifestum prejudicium, committere presumpserint hactenus et presumunt.

« Nos igitur ausus talium detestabiles refrenari oportunis remediis ac nostre et Ecclesie memorate dictorumque habitatorum et incolarum cupientes indempnitatibus providere, felicis recordationis Benedicti XII, Clementis VI et Innocentii VI, Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, vestigiis super hiis inherentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus per te vel alium seu alios quoscunque invasores et occupatores jurium, et bonorum ac locorum predictorum ad nos et Ecclesiam memoratam in eisdem comitatu, castris, districtu et pertinenciis spectantium, necnon injuriatores habitatorum et incolarum predictorum, tam in ipsis comitatu, castris, districtu et pertinentiis et alibi commorantes quam extra dictum comitatum bona, res seu patrimonium habentes, clericos, et laicos, cujuscunque status, ordinis et condicionis vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, de quibus tibi simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii constiterit, ut ab hujusmodi usurpacionibus, oppressionibus, injuriis et excessibus omnino desistant, et de commissis nobis et eidem Ecclesie, ac eisdem habitatoribus et incolis debitam satisfactionem impendant per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, quando et quociens oportunum extiterit, et tibi videbitur expediens compellere non omittas non obstantibus . . . Volumus autem quod tu per te vel per alium seu alios super et pro premissis omnibus procedere valcas predictis et quibuscumque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus apud S. A. vel alibi, ubi tibi videbitur expedire.

« Ceterum per premissa vel eorum aliqua quibusvis privilegiis eisdem incolis et habitatoribus ab eadem Sede concessis non intendimus in aliquo derogare. Datum Avinione, III idus junii, anno quarto. »

2288 Avignon, 13 juin 1366.

Reginam Siciliae rogat ut subsidio gentis armigerae et aliis quae poterit subveniat Joanni Guidocti, in provinciis Campaniae ac Maritimae rectori, necnon Ægidio, Sabinensi episcopo, contra quos communitates dictarum partium conspirarunt et Ecclesiae obedienciam substraxerunt. (Reg. Vat. 248, fol. 99 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 387, n. 92.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum ad aures nostra fide digna relatione. — Datum Avinione, idibus junii, anno quarto. »

2289 Avignon, 14 juin 1366.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ut ad praesentiam ejus non se conferant, non obstante praecepto, Ademarius de Agrifolio, miles, marescalcus Romanae, et Joannes de Agrifolio, natus ejus, dominus de Gramato, familiaris papae, qui ambo S. A. obsequiis insistunt utiliter. (Reg. Vat. 248, fol. 105 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Ex meritis magne devotionis. — Datum Avinione, XVIII kalendas julii, anno quarto. »

2290 Avignon, 15 juin 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut in possessionem vicariatus in civitate Imolensi reducantur Azzo et Bertrandus de Alidoxis, fratres, a quo fuerunt suspensi, et favor et benevolentia ipsis exhibeantur pro compensatione factorum contra eos. (Reg. Vat. 248, fol. 106 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 118, n. 290.)

« *Dilecto filio Andruino salutem etc.* Voluntatem nostram circa negocium Imolense. — Datum Avinione, XVII kalendas julii, anno quarto. »

Avignon, 15 juin 1366.

Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, mandatur ut restituatur praedictus vicariatus jam dictis Azzoni et Bertrando, a quo fuerunt suspensi a Petrocino, Ravennatensi archiepiscopo, vicario generali provinciae Romandiolae; insuper rogat eum ut pacem reformet inter dictos fratres ac adversarios suos. (Reg. Vat. 248, fol. 106 verso.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati . . . salutem etc.* Cum nos dilectos filios nostros. — Datum ut supra. »

2291 Avignon, 15 juin 1366.

Eidem mandatur ut inducat in possessionem realem praedictos fratres ac pacem reformet inter ipsos et Petrocinum, archiepiscopum Ravennatensem. (Reg. Vat. 248, fol. 106 verso.)

« *Eidem.* Cum nos dilectos filios. — Datum ut supra. »

2292 Avignon, 15 juin 1366.

Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, mandatur ut se conferat personaliter ad Imolensem civitatem et pacem stabiliat inter gentem de Alidosiis et adversarios eorum. (Reg. Vat. 248, fol. 107 recto.)

« *Venerabili fratri Petrocino, archiepiscopo Ravennatensi, salutem etc.* Devotionis et fidei quibus. — Datum Avinione, XVII kalendas julii, anno quarto. »

2293 Avignon, 16 juin 1366.

Petro, Florentino, et Bucio, Civitatis castelli episcopis, ac Marco de Viterbio O. F. M. ministro generali mandatur ut perficere non tardent colligationem contra societates. (Reg. Vat. 248, fol. 107 verso.)

« *Venerabilibus fratribus Petro, Florentino, et Bucio, Civitatis castelli episcopis, ac dilecto filio Marco de Viterbio O. F. M. ministro generali, A. S. nunciis, eorumque cuilibet, salutem etc.* De resumpcione tractatus colligacionis, tam provide quam solicite per vos facta, consolati quamplurimum, volumus pro majori expedicione istius sancti negocii, quod si nuncios legatorum nostrorum et carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie illustris, et Romanorum commode et celeriter non possitis habere, colligacionem eandem cum solis Tuscis, presertim cum principalioribus, quibus super hoc scribimus secundum formam presentibus interclusam, perficere non tardetis.

« Nos enim, licet alias dederimus, adhuc damus vobis per alias nostras litteras faciendi dictam colligacionem, nomine R. E., plenariam potestatem et cum dicta liga, Deo adjuvante, perfecta fuerit, eosdem legatos requiratis quod gentes armigeras contingentes eosdem ad partes, ubi necesse fuerit, transmittere non postponant, super quo eis scribimus per litteras, quas cum presentibus destinamus, quasque eis, facta dicta colligacione, faciatis fideliter presentari. Datum Avinione, XVI kalendas julii, anno quarto. »

2294 Avignon, 16 juin 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut, post tractatum colligationis contra societates inter R. E. et Tuscos faciendum, destinet gentes armigeras contingentes terras R. E., quas gubernat, ad loca ubi necessitas exiget. Si nuncii reginae Siciliae non possent efficaciter in consummatione dicti tractatus, exhortetur efficaciter dictam reginam ad mittendos eosdem ad offerendum et promittendum. (Reg. Vat. 248, fol. 108 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio A. S. legato, salutem etc.* Gaudenter admodum nuper audivimus. — Datum Avinone, XVI kalendas julii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino tituli A. S. legato,* mutatis mutandis (exclusa clausula *Si nuncii*). — Datum ut supra. »

2295 Avignon, 17 juin 1366.

Facultas conceditur cardinalibus praesentandi familiares suos commensales continuos ad suscipiendos ordines minores et majores. (Reg. Vat. 255, fol. 2 verso. — Reg. Avin. 163, fol. 42 verso. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Digne agere credimus si venerabiles fratres nostros S. R. E. cardinales in honoris ipsorum observantia et in obsequentium eis commoditatibus congruis favoribus prosequamur. Hinc est quod nos, antiquam consuetudinem longevis temporibus observatam de familiaribus ipsorum cardinalium per eos ad suscipiendos ordines presentandis approbantes, auctoritate apostolica decernimus quod singulis eisdem cardinalibus qui nunc sunt et pro tempore fuerint, quocumque nomine vel titulo censeantur, presentandi quoscumque familiares suos continuos commensales, clericali tamen prius caractere insignitos, ad omnes suscipiendos tam quatuor minores quam majores ordines necnon antistibus, quibus iidem familiares et clerici fuerint presentati, eos ad hujusmodi ordines juxta ritum et formam Ecclesie promovendi libera et licita quibuscumque constitutionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, perpetuo sit facultas Nulli ergo etc. Datum Avinione, XV kalendas julii, anno quarto. »

2296 Avignon, 17 juin 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut faciat restitui mutuum 87 cum medio florenorum auri contractum a Raymundo de Compoalbaldo, laico Nemausensis dioecesis, tunc in Bononia pro dicta Camera quoddam officium obtinente, sed in Romana curia pro suis negociis eo tempore existente, de mandato gentium Camerae, instantibus Thoma Moynis, cive Florentino, et aliis sociis et factoribus Nicolai, militis, et Benedicti de Albertis antiquis, civis Florentini, Avinione morantibus. (Reg. Vat. 248, fol. 239 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino . . . A. S. legato, salutem etc.* Dudum dilecti filii Thomas. — Datum Avinione, XV kalendas julii, anno quarto. »

2297 Avignon, 17 juin 1366.

Andruino, A. S. legato, et Aymerico episcopo Bononiensi, thesaurario, ac Stephano abbati S. Victoris Massiliensis, proventuum Camerae Apostolicae receptoribus generalibus, mandatur ut faciant solvere a marchionibus Estensibus, de censu quem debent R. E., summam quam petunt Guido de Gonzaga, Ludovicus et Franciscus nati ejus, propter ligam cum E. R. initam, de qua contestatio adest, etiam si defalcatio solutionis stipendii (3106 ducatus auri et 5 solidi) seu resumptio fieret vel non. (Reg. Vat. 248, fol. 108 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, ac venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, thesaurario, et dilecto filio Stephano abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum Apostolice Camere in partibus Italie debitorum receptoribus generalibus, salutem etc.* Peticio dilectorum filiorum. — Datum Avinione, XV kalendas julii, anno quarto. »

2298 Avignon, 17 juin 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut faciat destrui bastitam de Cesis Mutinensis districtus vel assignari Nicolao, Hugoni et Alberto marchionibus Estensibus in civitate Mutinensi imperialibus vicariis, cum non rescripsit dictus legatus longo tempore transacto de causa quare id facere minime valuit. (Reg. Vat. 248, fol. 109 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 52, n. 126.)

« *Dilecto filio Andruino legato, salutem etc.* Per alias diversas litteras. — Datum Avinione, XV kalendas julii, anno quarto. »

2299 Avignon, 24 juin 1366.

Joanni de Chandos mandatur ut apud Edwardum principem Aquitaniae interponat partes suas pro votivo effectu precum papae quae fuerunt propositae a Joanne de Agrifolio, familiari suo. (Reg. Vat. 248, fol. 111 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Chandos vicecomiti S. Salvatoris, salutem etc.* Quanto moveamur affectu. — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno quarto. »

2300 Avignon, 24 juin 1366.

Item commendatur Joanni de Harwell. (Reg. Vat. 248, fol. 111 recto.)

« *Dilecto filio Johanni de Harwell, archidiacono Bareschirie in ecclesia Saresbiriensi, salutem etc.* Favorem admodum gratiosum. — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno quarto. »

2301 Avignon, 24 juin 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut non differat expedire executionem litterarum XV kalendas julii (n. 2297) expeditarum. (Reg. Vat. 248, fol. 111 verso.)

« *Dilecto filio Andruino ... legato, salutem etc.* Exhibita dudum Romane Ecclesie. — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno quarto. »

2302 Avignon, 24 juin 1366.

Joannae, reginae Siciliae, mandatur ut mittat armigeros contra comitivam Anglicorum. (Reg. Vat. 244 G, fol. 94, n. 634. — Reg. Vat. 248, fol. 112 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Comitivam impiam Anglicorum terras Romane Ecclesie audivimus introisse et per consequens appropinquare terminis regni tui, tuam igitur serenitatem rogamus et hortamur attente quatinus eandem societatem, prout tibi possibile redditur, procul pellens omne auxilium gentium armigerarum, quas potes habere, mittas contra societatem prefatam, ut dictum regnum non intret et a dictarum terrarum terminis excludatur. Nos enim nichilominus de aliis remediis, prout possumus, providemus et specialiter de colligatione Tuscorum, de qua nuper nobis per tuas litteras supplicasti. Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno quarto. »

Avignon, 24 juin 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut armigeras gentes mittat ad terras E. R. ad requisitionem officialium et gubernatorum earumdem contra comitivam Anglicorum. (Reg. Vat. 248, fol. 112 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 94, n. 635. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 437, n. 412.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Comitivam impiam. — Datum ut supra. »

2303 Avignon, 24 juin 1366.

Hugolino, comiti de Corbario, mandatur ut circa defen-

sionem terrarum Ecclesiae Romanae in quibus ingressa est detestabilis Anglicorum societas. Nuntiat insuper mandasse litteras reginae Siciliae et Andruino, legato S. A. (v. *supra*, n. 2302) necnon Ferrariensis et Ariminensis civitatis vicariis pro auxilio impendendo, cum a rectoribus seu gubernatoribus fuerint requisiti. (Reg. Vat. 244 G, fol. 95, n. 639.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugolino, comiti de Corbario, venerabilis fratris nostri Egidii episcopi Sabinensis, A. S. legati, in temporalibus locumtenenti, salutem etc.* Intellecto nuper. — Datum Avinione, VIII kalendas julii, anno quarto. »

2304 Avignon, 25 juin 1366.

Gubernatori Delphinatus vel ejus locumtenenti mandatur ut officialis curiae dalphinalis de Serro desistat a molestiis illatis prioratui de Asperis, O. S. B., Vapincensis dioecesis, cujus est prior Guido de Charlario, et a violatione jurisdictionis in locis de Asperis et de Montebrando, in quibus possidet jus puniendi et corrigendi excessus omnes a laicis commissos. (Reg. Vat. 248, fol. 113 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro .. gubernatori Delphinatus vel ejus locumtenenti, salutem etc.* Petitio pro parte dilecti filii Guidonis. — Datum Avinione, VII kalendas julii, anno quarto. »

2305 Avignon, 26 juin 1366.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitaliariorum, mandatur ut ad religionem Hospitalis accipiat Jannoctum, fratrem Gabrielis Adurni, ducis Januensis. (Reg. Vat. 248, fol. 113 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 119, n. 293.)

« *Dilecto Raymundo Berengarii, Hospitalis S. J. Jerosolimitani magistro, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Gabrielem. — Datum Avinione, VI kalendas julii, anno quarto. »

2306 Avignon, 26 juin 1366.

Raymundo de Agouto, senescallo Provinciae, mandatur ut partes suas interponat pro liberatione Andreae de Cremona, notarii et nuncii ducis Venetiarum, accedentis cum duobus famulis in equis ad curiam Romanam et XVIII hujus mensis capti vel occisi, cum recederet ex castro Operae et veniret versus castrum Saltus et in itinere publico inter dicta duo castra. (Reg. Vat. 248, fol. 114 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, senescallo Provincie, salutem etc.* Admodum displicenter. — Datum Avinione, VI kalendas julii, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro .. gubernatori Dalphinatus Viennensis.* »

« *Eodem modo nobili viro .. vicecomiti Talardi.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Vapincensi*, sed loco nobilitatem dicatur fraternitatem. »

2307 Avignon, 29 juin 1366.

Episcopo Cameracensi commendatur Petrus Lalla, cursor papae, ad partes suae originis se transferens. (Reg. Vat. 248, fol. 114 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 120, n. 297. — Fierens, *op. cit.*, p. 842, n. 1805.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Cameracensi, salutem etc.* Cum dilectus filius Petrus Lalla. — Datum Avinione, III kalendas julii, anno quarto. »

2308 Avignon, 30 juin 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut circa custodiam terrarum Ecclesiae sollicitus sit, cum societas Anglicorum intraverit territorium civitatis Eugubinae et suspicata fuerit de ingressu in Marchiam Anconitanam. (Reg. Vat. 244 G, fol. 114, n. 691. — Reg. Vat. 248, fol. 114 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Hiis diebus a pluribus fidedignis audito quod gentes societatis Anglicorum, cujus Ambrosiolus, natus dilecti filii nobilis viri Bernabonis de Vicecomitibus, militis Mediolanensis, in civitate Mediolanensi imperialis vicarii, notorie capitaneus et ductor existit, augmentabantur continue, hostiliter intraverant territorium civitatis Eugubinensis ad nos et Romanam Ecclesiam pertinentis et Marchiam Anchonitanam disponebantur intrare, dilecto filio magistro Gualdisio de Lovexellis, legum doctori, Cremonensi, pro dicto Bernabone in Romana curia existenti, tam primo in Camera nostra quam deinde in consistorio coram fratribus nostris diximus nos mirari quomodo idem Bernabos ad cujus instantiam stipendium seu provisionem et obedientiam dicte gentes sub capitaneatu et ducatu ejusdem sui nati erant notorie, habens cum dicta Ecclesia et ejus subditis pacem, que pro parte ipsorum illibate servatur, eidem talia contra dictam Ecclesiam faciebat seu fieri permittebat et quod, si eidem Ecclesie hostilitas debebat inferri, tolerabilius nobis erat habere hostem publicum quam occultum quodque nisi prefatus Berna-

bos a talibus offensis faceret omnino cessari, cogeremur de oportunis in hac parte remediis providere. Hec igitur tue circumspectioni notificantes volumus et mandamus quod circa custodiam terrarum ejusdem Ecclesie tuo regimini commissarum majorem solito facias solicitudinem adhiberi. Datum Avinione, II kalendas julii, anno quarto. »

2309 Avignon, 30 juin 1366.

Item notum fit Ægidio, Sabinensi episcopo. (Reg. Vat. 244 G, fol. 114, n. 690. — Reg. Vat. 248, fol. 114 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Hiis diebus a pluribus fidedignis audito quod gentes societatis Anglicorum, cujus Ambrosiolus, natus dilectis filii nobilis viri Bernabonis de Vicecomitibus . . . notorie capitaneus et ductor existit, augmentabantur continue, hostiliter intraverant territorium civitatis Eugubine . . . et Marchiam Anconitanam disponebantur intrare, dilecto filio magistro Gualdisio de Lovexellis, legum doctori, Cremonensi, pro dicto Bernabone in Romana curia existenti, tam primo in Camera nostra, quam deinde in consistorio coram fratribus nostris, diximus nos mirari quomodo idem Bernabos, ad cujus instanciam stipendium seu provisionem et obedienciam dicte gentes sub capitaneatu et ducatu dicti sui nati erant notorie habens cum dicta Ecclesia et ejus subditis pacem, que pro parte ipsorum illibate servatur eidem, talia contra dictam Ecclesiam faciebat seu fieri permittebat et quod, si eidem Ecclesie hostilitas debebat inferri, tolerabilius nobis erat habere hostem publicum quam occultum, quodque, nisi prefatum Bernabos a talibus offensis faceret omnino cessari, cogeremur de oportunis in hac parte remediis providere. Hec igitur tue circumspectioni notificantes, volumus et mandamus quod circa custodiam terrarum ejusdem Ecclesie, tuo regimini commissarum, solito facias solicitudinem adhiberi. Datum Avinione, II kalendas julii, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato.* »

2310 Avignon, 3 juillet 1366.

Reginae Siciliae commendatur Gometius de Albornotio, miles Conchensis, capitaneus regni Siciliae et nepos Ægidii episcopi Sabinensis. (Reg. Vat. 248, fol. 125 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Gometium. — Datum Avinione, V nonas julii, anno quarto. »

2311 Avignon, 5 juillet 1366.

Edwardo, principi Aquitaniae, mandatur item ac supra (n. 2221). (Reg. Vat. 248, fol. 126 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Dilecto filio Johanne. — Datum Avinione, III nonas julii, anno quarto. »

2312 Avignon, 5 juillet 1366.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut publicent processus factos contra comitivas (1). (Reg. Vat. 248, fol. 243 verso. De curia.)

« *Venerabilibus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Hodie adversus quosdam iniquitatis filios. — Datum Avinione, III nonas julii, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis.* »

2313 Avignon, 6 juillet 1366.

Geraldo Mercaderii, A. S. nuncio, mandatur ut recuperet bona mobilia et credita Raymundi Nauloni, canonici et archidiaconi Aquensis, collectoris in civitate, dioecesi et provincia Aquensi, in partibus illis defuncti, nocnon libros, et scripturas rationum seu computorum atque faciat inventarium. (Reg. Vat. 248, fol. 247 recto. De curia.)

(1) La bulle reproduit le texte de la bulle *Cogit nos* du 27 février 1364; cf. Denifle, *La désolation*, t. II, p. 446, et Rinaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1365, § 3.

« *Dilecto filio Geraldo Mercaderii, archipresbitero de Belayco Caturcensis diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum quondam Daymundus Nauloni. — Datum Avinione, II nonas julii, anno quarto. »

2314 Avignon, 8 juillet 1366.

Petro Balencerii, mercatori Montispessulano, depositario pecuniarum expendendarum pro construendis ecclesia et monasterio S. Benedicti in loco Montispessulani, Magalonensis dioecesis, facultas recipiendi 4000 flerenorum auri a Joanne Guarrigiae, canonico Narbonensi, collectore apostolico. (Reg. Vat. 248, fol. 247 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Balencerii, mercatori Montispessulani, Magalonensis diocesis, depositario pecuniarum operis ecclesie et monasterii S. Benedicti dicti loci et O. S. B., salutem etc.* Cum pro construendis. — Datum Avinione, VIII idus julii, anno quarto. »

2315 Avignon, 8 juillet 1366.

Eidem facultas recipiendi 4000 florenorum auri a Petro Boneti, rectore ecclesiae de Orianitis, Nemausensis dioecesis, sigillifero et receptore fructuum episcopatus Magalonensis, sub manu papae existentis. (Reg. Vat. 248, fol. 248 recto. De curia.)

« *Eidem.* Cum pro construendis. — Datum ut supra. »

2316 Avignon, 8 juillet 1366.

Joanni Vezati, mercatori Ruthenensi, misso a gentibus Camerae Apostolicae ad civitatem et dioecesim Ruthenensem et alias certas partes, mandatur ut recipiat 5000 florenorum auri recollecta a Guillelmo Amarinti, priore saecularis ecclesiae S. Martini de Brosso, Ruthenensis dioecesis, collectore in his partibus. (Reg. Vat. 248, fol. 248 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Vezati, mercatori Ruthenensi, salutem etc.* Cum te ad civitatem. — Datum Avinione, VIII idus julii, anno quarto. »

2317 Avignon, 14 juillet 1366.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut favoribus sinpho, canonicum Rothomagensem, vicarium et procuratorem gularibus prosequatur magistrum Johannem de S. Ebrul-Guillelmi S. M. in Cosmedin diaconi cardinalis, et alios nuncios ac familiares ejusdem cardinalis, et protegat de beneficiis, juribus et possessionibus contra omnes perturbantes. (Reg. Vat. 248, fol. 128 recto. — A. Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 80, n. 149.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie, salutem etc.* Serenitatem tuam. — Datum Avinione, II idus julii, anno quarto. »

2318 Avignon, 14 juillet 1366.

Carolo, regi Navarrae, commendantur ambaxiatores consulum et universitatis loci Montispessulani, Magalonensis dioecesis, ad praesentiam suam missos pro confirmatione suorum privilegiorum, jurium et consuetudinum antiquorum et pro aliis negociis tractandis. (Reg. Vat. 248, fol. 129 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 81, n. 202.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre illustri, salutem etc.* Cum dilecti filii consules. — Datum Avinione, II idus julii, anno quarto. »

2319 Avignon, 14 juillet 1366.

Episcopo Carcassonensi mandatur ut faciat observari regulam, consuetudines et constitutiones Benedicti papae XII super statu canonicorum regularium, quas recusant observare nonnulli canonici ecclesiae suae O. S. A., gerentes vestimenta et calciamenta minus honesta publice, praesentibus post biennium minime valituris. (Reg. Vat. 248, fol. 249 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Carcassonensi, salutem etc.* Nuper ad apostolatus nostri pervenit. — Datum Avinione, II idus julii, anno quarto. »

2320 Avignon, 15 juillet 1366.

Mauricio de Barda, clerico Camerae Apostolicae, mandatur ut exigat bona mobilia et credita Guillelmi, episcopi Mimatensis, defuncti et percipiat fructus mensae, quousque fuerit de pastore ipsi provisum. (Reg. Vat. 248, fol. 250 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Mauricio de Barda, decano ecclesie Bituricensis, licenciato in legibus, clerico Camere nostre, salutem etc.* Cum te ad ecclesiam Mimatensem. — Datum Avinione, idibus julii, anno quarto. »

2321 Avignon, 19 juillet 1368.

Reginam Siciliae rogat ut honores et favores subtracti no-

bili viro Nicolao de Alifia, militi, cancellario suo, qui de gravi infirmitate convaluit, ipsi exsolvantur. (Reg. Vat. 248, fol. 130 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 388, n. 94. — Reg. Vat. 244 G, fol. 55, n. 539.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Fidei puritas. — Datum Avinione, XIIII kalendas augusti, anno quarto. »

2322 Avignon, 19 juillet 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, commendatur praedictus cancellarius. (Reg. Vat. 248, fol. 130 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 40, n. 91.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Nicolaum. — Datum ut supra. »

2323 Avignon, 20 juillet 1366.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut firmet concordiam cum Francisco de Baucio, contra quem facit apparatum bellicum, non molestet reginam Siciliae, praestet ipsi homagium et desistat quasdam demanii terras postulare. (Reg. Vat. 248, fol. 130 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 31, n. 72.)

« *Dilecto in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Diebus non longe preteritis. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2324 Avignon, 20 juillet 1366.

Reginae Siciliae narrat quomodo sine dispensatione de quarto consanguinitatis gradu concessa Ludovico, infanti Navarrae, et Mariae ducissae Duratii inter eos matrimonium fuit contractum. (Reg. Vat. 248, fol. 130 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 37, n. 84. — Cerasoli, *loco citato*, p. 389, n. 95.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Reginalis salutis et honoris semper desiderantes augmentum dolemus nec mirum cum de aliqui culpa notoria per quam nostris desideriis hujusmodi obviatur. Nuper siquidem per tuas litteras ad nostram noticiam deduxisti quod contractui et consummationi matrimonii seu verius nephandissimi et incestuosi contubernii inter nobilem virum Ludovicum, infantem Navarre, ac nobilem mulierem Mariam, ducissam Duratii, neptem tuam, se in quarto consanguinitatis linea contingentes, preter nostram dispensationem factis minime consensisti, quinimmo, ut non fieret, fuisti solemniter protestata, in quibus reputaremus te prudenter et conscientiose gessisse, si nobis suspiccionem de contrario non prestares, nam ut ex tenore quarumdam litterarum tuarum directarum Ludovico prefato inter cetera continentium quod idem Ludovicus suum ad partes regni tui non retardaret adventum, et si forte dispensatio dilationem reciperet propter hoc accedere non differret, propterea merito presumimus quod talis contractus et illicita copula subsecuta non solum te consenciente sed consulente, et principaliter agente, ad talia detestabilia sit processum et, si veritas suffragetur premissis, tu tanquam consultrix consentiens, tractatrix et actrix alieque persone que in hiis similiter excesserunt una cum iisdem infante ac ducissa excommunicationis estis vinculo innodati, ipsaque ducissa processum nostrum quem vigore pactorum habitorum in concessione regni Sicilie pro eo quod non solum nobis inconsultis, sed contradicentibus, presumpsit nubere, juste possumus contra eam facere habet merito formidare, et ideo quia in te ceterisque fidelibus querimus innocentiam et non culpam, premissa tibi notificantes prefatum tenorem, si ejus originale sit verum vel non et ut alias excusare te valeas celsitudini tue mittimus presentibus interclusum. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2325 Avignon, 20 juillet 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut faciat praeparari arcem Viterbii pro adventu suo. (Reg. Vat. 148, fol. 131 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 39, n. 87. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 437, n. 413.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Licet jam diu venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus et pluribus aliis propositum nostrum eundi, Domino concedente, ad Urbem, duximus explicandum diebus tamen nuper elapsis eisdem fratribus expressius declaravimus predicentes eis ut de agendis eorum admodum providerent. Igitur, cum ad civitatem Viterbiensem intendamus primitus declinare et in arce, quam in dicta civitate construi facit tua fraternitas, immorari volumus et tue fraternitati mandamus quatinus dictam arcem et ejus officinas, prout expedire credideris, preparari ; de munitione vero victualium per alias litteras, cum tempus videbitur, rescribemus. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2326 Avignon, 20 juillet 1366.

Carolo, Franciae regi, commendatur nobilis vir Raymundus de Mandagoto, condominus de Mayrosio, miles Nemausensis, ad eum accedens pro negociis suis. (Reg. Vat. 248, fol. 131 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 79, n. 594.)

« *Carissimo in Christo Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectus filius nobilis vir Raymundus. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2327 Avignon, 20 juillet 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut adjuvet dictum Raymundum in suis justis petitionibus. (Reg. Vat. 248, fol. 132 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 79, n. 595.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Accedentem ad presentiam regiam. — Datum ut supra. »

2328 Avignon, 20 juillet 1366.

Carolo, Romanorum imperatori, mandatur ut compescat oportunis remediis usurpationi jurisdictionis ecclesiarum et monasteriorum quam perpetrant locumtenentes et alii officiales Amedaei, comitis Sabaudiae, occasione vicariatus dicto comiti ab imperatore concessi; adhibeat plenam fidem magistro Guillelmo Noeleti, cantori ecclesiae Bajocensis, utriusque juris doctori, capellano papae et sacri palatii apostolici causarum auditori, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 132 recto et Reg. Vat. 244 G, fol. 88, n. 621.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Ex gravi conquestione nonnullorum prelatorum et personarum ecclesiasticarum comitatus Sabaudie. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2329 Avignon, 20 juillet 1366.

Raymundo de Agouto, senescallo Provinciae, mandatur ut faciat liberare Manuelem de Ponzano, legum doctorem, vicarium Galeaz de Vicecomitibus, ad curiam Romanam venientem, qui, praetextu frivolo quo fraudavit pedagium, fuit captus in castri Montismauri, Vapincensis dioecesis, territorio et adductus in fortalicio ad vicecomitem Talardi pertinente, et spoliatus animalibus, bonis et rebus, ab Arnaudino italico, Jacobo Richerii, Joanne de Vausis et Rodulfo Lafont, habitatoribus castri Talardi, ac Petro Juliani de Podio Lancerio, laico Vapincensis dioecesis. (Reg. Vat. 248, fol. 132 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 123, n. 304.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, senescallo Provincie, salutem etc.* Displicenter. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2330 Avignon, 20 juillet 1366.

Item mandatur Fulconi de Agouto, cujus Raymundus est filius. (Reg. Vat. 248, fol. 132 verso. — Reg. Vat. 244, fol. 123, n. 305.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi de Agouto, militi, domino Vallium Saltus et Olle, salutem etc.* Displicenter nuper audivimus. — Datum ut supra. »

2331 Avignon, 20 juillet 1366.

Item vicecomiti Talardi. (Reg. Vat. 248, fol. 132 verso. — Reg Vat. 244, fol. 123, n. 306.)

« *Dilecto filio nobili viro .. vicecomiti Talardi, salutem etc.* Nuper admodum moleste audivimus. — Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2332 Avignon, 20 juillet 1366.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut se abstineat ab omni hostili novitate erga Franciscum de Baucio et praestet homagium et servicia debita Joannae, reginae Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 130 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Diebus non longe preteritis . . . Nuper audivimus displicenter quod tu hujusmodi nostris litteris adhuc, ut credimus, non receptis, ad movendum guerram eidem duci facis pro posse bellicum apparatum, per hoc prefatum regnum subiciens periculis et jacturis, et quod per carissimam in Christo filiam nostram, Johannam, reginam Sicilie illustrem, que honorem et prosperitatem tue serenitatis sororio affectu desiderat ac turbacionem et scandala dicti regni provide devitare cogatur, tua indignatio contra prefatum ducem concepta non potuit mitigari, quinimmo eandem reginam ex eo diceris habere suspectam quod ad persecutionem ejusdem ducis, contra quem de auxilio requisisti eandem, sue potencie brachium non extendit.

« Intelleximus eciam de te aliud quod nos merito

perturbavit, videlicet quod contra nostras et plurium nostrorum predecessorum Romanorum pontificum prohibiciones et processus, graves sentencias continentes, quasdam terras demanii prefate regine postulas tibi dari per eam, cum tamen hoc ei non liceat, et, si secus presumeret, hujusmodi sentenciis ligaretur, Nosque, qui ad restauracionem collapsi status dicti regni et reintegracionem ejusdem demanii olim nimium lacerati attendimus, talem presumpcionem nullatenus pateremur, nam nosti quod licenciam, quam a nobis super concessione terrarum hujusmodi tue magnitudini facienda petisti tibi duximus et merito denegandum.

« Quare sublimitatem tuam paterne hortamur . . . quatinus, cum dicte regine per litteras nostras precipiendo mandemus quod, si nolis cum dicto duce habere concordiam, quod nobis plurimum displiceret, tibi, si justam causam contra dictum ducem credis habere, justiciam administret ; quam, si ipsa regina in hoc defecerit, nos offerimus ministrare, memoratum regnum non exponas discriminibus et jacturis ab omnique hostili abstineas 'novitate ac a peticione dictarum terrarum de cetero desistas omnino.

« Nam senciens nostrum firmum et justum in hac parte propositum debes super hoc deinceps quiescere ac importune non petere quod non potes aliquatenus obtinere, super hiis que jam dictam reginam, quam consolari et in suo regimine adjuvare teneris, ulterius non molestes, sibique prestes homagium ac de serviciis satisfacias, ut teneris, sciturus quod, si secus, quod non credimus, forsitan feceris, prefatam reginam, quam et quemlibet dictum regnum juste obtinentem, adjuvare nos decet, super hiis non poterimus dimittere non adjutam et alias super premissis, prout expediens fuerit, curabimus providere. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2333 Avignon, 20 juillet 1366.

Reginae Siciliae scribitur ut justitiae complementum faciat imperatori Constantinopolitano, casu quo cum Francisco de Baucio concordiam non perficiat. (Reg. Vat. 248, fol. 131 verso. — Reg. Vat. 244 D, fol. 117, n. 255. — Cerasoli, *loco citato*, p. 390, n. 96.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Hiis que nuper de carissimo in Christo filio nostro Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, reginalis nobis scripsit serenitas intellectis sibi scripsimus in forma quam continet cedula presentibus interclusa. Volumus igitur quod, si prefatus imperator cum dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duce Andrie, nolit habere concordiam, pro qua operari non desinas, eidem imperatori offeras de dicto duce facere justicie complementum, et illam, prout in te fuerit, administres.

« Super negotio vero terrarum tui demanii, quas idem imperator importune postulat sibi dari, tuam constanciam commendamus. Et si tu, quod non credimus, votis ejusdem imperatoris annueres, nostrum in hac parte consensum nullatenus preberemus, quinimo nostros et predecessorum nostrorum Romanorum pontificum processus super hiis factos, exigente justicia ac exposcente utilitate tui regni et per consequens Romane Ecclesie exequi cogeremur, tuque nostram indignationem haberes merito formidare. Datum Avinione, XIII kalendas augusti, anno quarto. »

2334 Avignon, 23 juillet 1366.

Carolum, imperatorem Romanorum, rogat ut fidem adhibeat Guillelmo Noeleti (v. *supra*, n. 2328) et Rudulfo de Civitate Castelli, ordinis eremitarum S. A. et sacrae paginae professori, latoribus praesentium, de reconciliatione Graecorum redituronum ad Ecclesiae unitatem. (Reg. Vat. 244 G, fol. 56, n. 540. — Reg. Vat. 248, fol. 133 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Decens et expediens. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto. »

2335 Avignon, 23 juillet 1366.

Item de reconciliatione praefata scribitur Ludovico, regi Hungariae. (Reg. Vat. 248, fol. 133 recto. — Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 80, n. 150.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Super negocio. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto. »

2336 Avignon, 23 juillet 1366.

Item dicitur Ludovico regi Hungariae sed de reconciliatione Graecorum promovenda loquitur. (Reg. Vat. 248, fol. 133 recto. — Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 80, n. 150.)

« Super negotio reconciliationis Grecorum. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto. »

Avignon, 23 juillet 1366.

Item Joanni imperatori Graecorum. (Reg. Vat. 248, fol. 133 verso.)

« *Magnifico viro Johanni imperatori Grecorum illustri, gratiam in presenti per quam gloriam obtineat in futurum.* Commendandum tue devotionis propositum. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto. »

2337 Avignon, 23 juillet 1366.

Securus conductus conceditur Guillelmo Noeleti (v. *supra*, n. 2328), misso ad Alamanniae, Bohemiae, Hungariae et Graeciae aliasque partes. (Reg. Vat. 248, fol. 252 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis etc.* Cum dilectum filium magistrum Guillelmum. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto ».

2338 Avignon, 23 juillet 1366.

Eidem conceduntur sex floreni auri pro ejus expensis. (Reg. Vat. 248, fol. 254 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc., praeceptoribus regni Ungariae aliarumque terrarum carissimi in Christo filii nostri regis Ungarie illustris necnon insularum Cipri, Rodi, Crete ac principatus Achaye aliarumque partium ultramarinarum sub magisterio et obedientia A. S. et unitate sacrosancte R. E. consistentium, salutem etc.* Cum dilectum filium magistrum Guillelmum. — Datum Avinione, X kalendas augusti, anno quarto. »

2339 Avignon, 24 juillet 1366.

Petro Florentino et Bucio Civitatiscastelli episcopis ac Marco de Viterbio, O. F. M., mandatur ut procedant consueta sollicitudine de tractatu colligationis habito in civitate Senensi; notus fit consensus distributioni armigerarum gentium quoad 3000 equites et totidem pedites, quorum 800 equites et totidem pedites contingebant R. E., pro quorum medietate terrae que per Ægidium, A. S. legatum, et pro reliqua medietate aliae terrae quae per Andruinum, S. A. legatum, reguntur. (Reg. Vat. 244 F, fol. 124, n. 307. — Reg. Vat. 248, fol. 134 recto.)

« *Venerabilibus fratribus Petro, Florentino, et Bucio, Civitatis castelli episcopis ac dilecto filio Marco de Viterbio O. F. M. ministro generali, A. S. nunciis, salutem etc.* Relatione fidedigna. — Datum Avinione, IX kalendas augusti, anno quarto. »

2340 Avignon, 25 juillet 1366.

Carolo, regi Francie, commendatur Violantis, regina Majoricarum, ad praesentiam ejus accedens. (Reg. Vat. 244 G, fol. 79, n. 596. — Reg. Vat. 248, fol. 134 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum carissima in Christo. — Datum Avinione, VIII kalendas augusti, anno quarto. »

2341 Avignon, 25 juillet 1366.

Item scribitur Joanni, episcopo Belvacensi. (Reg. Vat. 244 G, fol. 78, n. 593. — Reg. Vat. 248, fol. 134 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Cum carissima in Christo. — Datum ut supra. »

2342 Avignon, 27 juillet 1366.

Reginam Siciliae exhortatur ut expediat negotium Raymundi de Baucio, comitis Avellini, de quo gratanter accepit papa bonum responsum quoad preces exhibitas a Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, ipsae reginae. (Reg. Vat. 248, fol. 134 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 391, n. 97.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Potest tua serenitas recordari. — Datum Avinione, VI kalendas augusti, anno quarto. »

2343 Avignon, 27 juillet 1366.

Andruino, A. S. legato, commendatur nobilis vir Feltrinus de Gonzaga, miles Mantuanus, quem favoribus prosequatur. (Reg. Vat. 248, fol. 135 verso.)

« *Dilecto filio Andruino A. S. legato, salutem etc.* Noscit tua prudentia. — Datum Avinione, VI kalendas augusti, anno quarto. »

2344 Avignon, 29 juillet 1366.

Senatori et populo Romano commendatur Gaucelmus de Pradallo deputatus ad reparationem palatii apostolici. (Reg. Vat. 248, fol. 135 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro .. senatori et populo Romano, salutem.* Quia, dilectissimi filii, tempus admodum appropinquat, quo, favente Deo, implere intendimus quod de adventu nostro ad Urbem sepe prediximus temporibus retroactis dilectum filium Gaucelmum de Pradallo, canonicum Aniciensem, familiarem nostrum, latorem presentium, ad faciendum reparari palacium nostrum apud S. Petrum et quedam alia, que sibi commisimus faciendum, ad dictam Urbem presentialiter destinamus, ipsum igitur filiationi vestre recommendamus attente rogantes quatinus eum in agendis, que vobis seu aliquibus discretis per vos deputandis eidem narraverit fideliter dirigatis sibique ac personis deputandis per eum assistatis consiliis et favoribus oportunis Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno quarto. »

« *Eodem modo dilectis filiis .. capitulo basilice principis Apostolorum.* » (*Collectiones bullarum SS. basilicae Vaticanae*, Rome, 1750, t. II, p. 5.)

2345 Avignon, 29 juillet 1366.

Ægidio, S. A. legato, commendatur Gaucelmus praedictus. (Reg. Vat. 248, fol. 135 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Cum dilectum Gaucelmum. — Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno quarto. »

« *Eodem modo Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato,* sed loco fraternitati dicatur discretioni. »

« *Eodem modo nobili viro .. provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et E. R. rectori.* »

2346 Avignon, 29 juillet 1366.

Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, item, sed adjungit papa ut pecunias pro hujusmodi reparationibus ac agendis aliisque expensis sibi et gentibus, quas tenebit, necessaria exhibeat. (Reg. Vat. 248, fol. 136 recto.)

« *Dilecto filio Stephano receptori generali, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum ut supra. »

2347 Avignon, 29 juillet 1366.

Item Petro, episcopo Urbevetano, vicario in spiritualibus in Urbe. (Reg. Vat. 248, fol. 136 recto.)

« *Venerabili filio Petro, episcopo Urbevetano, nostro in spiritualibus in Urbe vicario, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum ut supra. »

2348 Avignon, 29 juillet 1366.

Notum fit quod nullus impediat liberum transitum lignaminum et aliorum necessariorum pro reparationibus basilicae principis Apostolorum de Urbe. (Reg. Vat. 248, fol. 136 verso.)

« *Universis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nuper palatium nostrum situm prope basilicam principis Apostolorum de Urbe ordinaverimus reparari universitatem vestram requirimus et rogamus attente quod cum pro parte venerabilis fratris nostri Egidii, episcopi Sabinensis, A. S. legati, vel dilectorum filiorum Stephani abbatis S. Victoris Massiliensis, proventuum R. E. in partibus Italie debitorum receptoris generalis, aut Gaucelmi de Pradallo canonici Aniciensis, familiaris nostri, fueritis requisiti, lignamina et alia pro hujusmodi reparatione necessaria, cum illa per partes ac portus et loca vestra portari contingerit, absque solutione alicujus doane, pedagii, dacii vel gabelle, pro nostra et A. S. reverencia transire libere permittatis ... Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno quarto. »

2349 Avignon, 29 juillet 1366.

Conceditur securus conductus Gaucelmo de Pradallo, canonico Aniciensi, familiari papae, latori praesentium, accedenti ad Urbem pro quibusdam negociis ei commissis a Papa. (*Instr. miscell.*, n. 2451; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis ... ad quos presentes advenerint, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno quarto. »

2350 Avignon, 29 juillet 1366.

Andruino, A. S. legato, commendantur Ugolinus de Pontirolis, civis Forliviensis, jurisperitus, lator praesentium, ad civitatem Ferrariensem accedens pro quibusdam negociis, et frater Neapoleo de Pontirolis, in Romana curia commorans. (Reg. Vat. 248, fol. 136 verso.)

« *Dilecto filio Andruino A. S. legato, salutem etc.* Cum dilectus filius Ugolinus. — Datum Avinione, IIII kalendas augusti, anno quarto. »

2351 Avignon, 29 juillet 1366.

Item Berardo episcopo Bojanensi, A. S. nuncio. (Reg. Vat. 248, fol. 136 recto.)

« *Venerabili fratri Berardo, episcopo Bojanensi, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo venerabili fratri Lucio, episcopo Cesenatensi, A. S. nuncio.* » (Reg. Vat. 248, fol. 136 verso.)

« *Eodem modo dilecto filio Golferio, abbati monasterii S. Severini Neapolitani, A. S. nuncio,* sed loco fraternitati dicatur discretioni. »

2352 Avignon, 29 juillet 1366.

Item Angelo Tavernini, thesaurario Patrimonii beati Petri in Tuscia. (Reg. Vat. 248, fol. 136 verso.)

« *Dilecto filio Angelo Tavernini, civi Viterbiensi, provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et E. R. thesaurario, salutem etc.* Cum dilectum. — Datum Avinione, IIII kalendas augusti anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio Guillelmo de Lordato, canonico Agennensi, A. S. nuncio.* »

2353 Avignon, 31 juillet 1366.

Guillelmo Noeleti conceditur securus conductus (vide *supra*, n. 2337). (Reg. Vat. 248, fol. 254 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobili viro Alberto, duci Austrie, ac ejus officialibus et subditis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Cum dilectum filium magistrum. — Datum Avinione, II kalendas augusti, anno quarto. »

« *Eodem modo dilectis filiis nobili viro Leupoldo, duci Austrie, ac ejus officialibus.* »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris universis et singulis ducibus Bavarie eorumque officialibus et subditis, ad quos presentes pervenerint.* »

« *Eodem modo dilecte in Christo filie nobili mulieri Bone, comitisse Sabaudie, ac dilectis filiis nobilibus viris .. gubernatoribus comitatus Sabaudie et eorum cuilibet.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Johanni, marchioni Moravie.* »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Elizabeth, seniori regine Ungarie illustri,* sed loco nobilitatem dicatur serenitatem. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Elizabeth, juniori regie Ungarie illustri.* »

2354 Avignon, 1er août 1366.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ut fidem adhibeat nobili viro Ricardo de Punchardon, militem, et Arnaldo Rous, legum doctori, ambaxiatoribus suis de responsione papae super negociis eisdem commissis. (Reg. Vat. 248, fol. 138 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 125, n. 312.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Vallie principi, salutem etc.* Dilectos filios nobilem virum. — Datum ut supra. »

2355 Avignon, 4 août 1366.

Henrico, episcopo Trecensi, mandatur ut consentiat alienationi terrae redditus annui 100 florenorum auri vel circa de feudo seu dominio ecclesiae Trecensis faciendae a vicecomite Pratimartini et terram ipsam libere amortizare procuret favore abbatis et conventus monasterii S. Germani Autissiodorensis, O.S.B. (Reg. Vat. 248, fol. 138 verso.)

« *Venerabili fratri Henrico, episcopo Trecensi, salutem etc.* Cum dilecti filii .. abbas. — Datum, II nonas augusti, anno quarto. »

2356 Avignon, 4 août 1366.

Abbati monasterii S. Albini Andegavensis mandatur ut restituat nuncio abbatis S. Germani Autissiodorensis reliquias et jocalia pretiosa ad ipsum spectantia et deposita in monasterio S. Albini a Roberto Canole, milite Lichefeldensis dioecesis. (Reg. Vat. 248, fol. 138 verso.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii S. Albini Andegavensis, O. S. B., salutem etc.* Cum prout audivimus. — Datum Avinione, II nonas augusti, anno quarto. »

2357 Avignon, 5 août 1366.

Cisterciensi, Cabilonensis dioecesis, et ceteris abbatibus, etc., conceduntur indulgentiae septem annorum et septem quadragenarum omnibus fratribus in capitulo generali assistentibus vel legitimo impedimento detentis veniendi ad illud. (Reg. Vat. 248, fol. 140 recto.)

« *Dilectis filiis .. Cisterciensi, Cabilonensis diocesis, et ceteris abbatibus et diffinitoribus, necnon aliis fratribus ordinis Cisterciensis conventuris in generali capitulo eorum Cistercii proximo celebrando, salutem*

etc. Preclara vestra religio. — Datum Avinione, nonis augusti, anno quarto. »

2358 Avignon, 6 août 1366.

Carolo, regi Francie, repetit exhortationem ne officiales et gentes ejus gravamina et oppressiones inferant ecclesiae Convenarum subditisque ejus. (Reg. Vat. 248, fol. 140 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dudum per alias nostras litteras. — Datum Avinione, VIII idus augusti anno quarto. »

2359 Avignon, 6 août 1366.

Ægidio, Sabinensi episcopo, mandatur ut destinet gentes armigeras, si pro parte Andruini, S. A. legati, fiat in hac parte defectus. (Reg. Vat. 248, fol. 140 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi . . . salutem etc.* Scribimus dilecto filio nostro Andruino. — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno quarto. »

2360 Avignon, 6 août 1366.

Andruino, S. A. legato, mandatur ut non differat destinare gentes armigeras colligationi de qua tractatur cum Tuscis. Si de distributione istarum gentium gravamen indebite gravaretur, papa faciet amoveri. (Reg. Vat. 248, fol. 141 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 438, n. 415.)

« *Dilecto filio Andruino legato, salutem etc.* Quia dubitatur a pluribus dicentibus te non habere gentes armigeras. — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno quarto. »

Avignon, 6 août 1366.

Nicolao, marchioni Estensi, mandatur ut gentes armigeras commodet dicto legato, si ipse illum requisierit, saltem pro praefatae colligationis principio; promittit ipsi compensationem sive per armigeras gentes sive per pecuniam, ut maluerit. (Reg. Vat. 248, fol. 141 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicholao marchioni Estensi in civitate Ferrariensi pro nobis et Ecclesia Romana vicario, salutem etc.* Ne dilectus filius noster Andruinus. — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno quarto. »

2361 Avignon, 8 août 1366.

Vicecomiti Talardi mandatur ut faciat restitui equos et alias res, si quas apud gentes suas remanserunt, Manuelli de Ponzano (v. *supra*, n. 2329) et commendat promptam obedientiam suam de liberatione ejus. (Reg. Vat. 248, fol. 141 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 85, n. 612.)

« *Dilecto filio nobili viro .. vicecomiti Talardi, salutem etc.* Gratum habentes. — Datum Avinione, VI idus augusti, anno quarto. »

2362 Avignon, 9 août 1366.

Ægidium, episcopum Sabinensem, excitat ad habendas gentes armorum pro colligatione contra comitivas, de qua tractatur Florentiae. (Reg. Vat. 248, fol. 142 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 348, n. 414.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Gratanter admodum nuper accepimus. — Datum Avinione, V idibus augusti, anno quarto. »

2363 Avignon, 9 août 1366.

Andruinum, A. S. legatum, excitat ad habendas gentes armigeras pro colligatione de qua tractatur Florentiae. (Reg. Vat. 248, fol. 142 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 438, n. 414.)

« *Dilecto Andruino ... A. S. legato, salutem etc.* Gratanter admodum nuper accepimus. — Datum Avinione, V idus augusti, anno quarto. »

2364 Avignon, 11 août 1366.

Marco Cornario, duci Venetiarum, qui obtulit decem galeas pro transitu ad Urbem, scribitur quod medietas sufficit et quod tempus armationis notificabitur, cum expediet. (Reg. Vat. 248, fol. 143 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Marco Cornario, duci Venetiarum, salutem etc.* Oblationem tuam magnificam. — Datum Avinione, III idus augusti, anno quarto. »

2365 Avignon, 11 août 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ne novitates faciat contra gentem de Alidosiis. (Reg. Vat. 248, fol. 206 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Nuper circumspectioni tue per alias litteras nostras dedimus in mandatis ut dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Alidosiis, militem Imolensem, pro nobis et E. R. in civitate Imolensi vicarium, qui per quosdam officiales tuos detineri dicebatur, et omnes amicos et familiares ejus, qui similiter essent capti, cum bonis eorum pristine restitui libertati faceres.

« Cum autem noviter ad aures nostras moleste devenerit quod tu postea in bonis et rebus venerabilis fratris nostri Lici, episcopi Imolensis, et Bertrandi prefati, ac dilectorum filiorum nobilium virorum Ayzonis, militis Imolensis, pro nobis et eadem Ecclesia in dicta civitate vicarii, necnon Alidosii Malateste et Lippi fratrum de dictis Alidosiis fieri mandasti quandam eis noxiam novitatem exinde fuimus vehementius admirati, presertim quod quibusdam domo et possessionibus ad eosdem episcopum, proprio nomine, et Ayzonem in civitate et territorio Bononiensi spectantibus, quas octo annis et ultra ipsi, ut dicitur, pacifice possederunt, officiales tui eos indebite spoliarunt omni juris ordine pretermisso, necnon de certis bonis que fuerunt quondam Jacobi de Zachareis de Imola condempnati propter rebellionem ejus commissam contra prefatam Ecclesiam, a longis temporibus eidem Ecclesie confiscatis et demum venditis per officiales dicte Ecclesie, qui tunc erant, que postmodum ad quondam Robertum de Alidosiis, militem Imolensem, predictorum fratrum patrem, justis et racionabilibus titulis pervenerunt, iidem officiales tui eosdem fratres, nulla eciam cognicione prehabita, similiter spoliarunt, in eorum possessionem filios dicti Jacobi, qui toto tempore guerre contra prefatam Ecclesiam in illis partibus habite inimicis et rebellibus ipsius Ecclesie adheserunt, ponere presumpserunt, quamvis vigore pactorum pacis non esset dictorum bonorum que, ut prefertur, ab antiquo fuerant eidem confiscata Ecclesie restitucio facienda, premissa non inmerito tulimus non modicum displicenter, cum ipsos fratres propter precipua fidelitatis obsequia eidem Ecclesie per progenitores eorum et ipsos impensa per te et alios pro eadem Ecclesia rectores non solum ab offensa custodire conveniat, sed foveri deceat honoribus et auxiliis oportunis.

« Quare discrecioni tue districte mandamus quatinus omnem per te vel officiales tuos in personis, castris et aliis bonis predictorum fratrum vel amicorum et familiarium suorum novitatem illatam sine dilatione qualibet aut alterius expectacione mandati studeas effectualiter revocare, nullam eis in personis aut bonis eorum facturus de cetero novitatem, sed eos potius habiturus propensius commendatos, ita quod ipsi de hiis quietati et consolati in solita fidelitate remaneant, et tales turbaciones nobis ulterius minime offerantur. Datum Avinione, III idus augusti, anno quarto. »

2366 Avignon, 13 août 1366.

Gabrieli Adurno duci et consilio duodecim ancianorum civitatis Januensis gratiarum actiones de oblatione quatuor galearum et nuntiat se requirere de loco et tempore oportunis. (Reg. Vat. 248, fol. 143 verso ; *Instr. miscell.*, n. 2452.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac .. consilio duodecim ancianorum civitatis Januensis, salutem etc.* Inter alia signa. — Datum Avinione, idibus augusti, anno quarto. »

2367 Avignon, 14 août 1366.

Edwardum, regem Angliae, rogat ut proroget Ludovico, duci Borbonii, qui sex annos continuos obses fuit in Anglia, tempus ipsi concessum morandi extra regnum Angliae, usque ad festum Purificationis B.M.V. proxime secuturum, pro expeditione suorum negotiorum. (Reg. Vat. 248, fol. 144 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Quamvis, nuper, fili carissime. — Datum Avinione, XVIIII kalendas septembris, anno quarto. »

2368 Avignon, 14 août 1366.

Philippam, reginam Angliae, rogat ut partes suas interponat de dicto negotio. (Reg. Vat. 248, fol. 144 recto.)

« *Carissime in Christo filie Philippe, regine Anglie illustri, salutem etc.* Cordi habentes negotium. — Datum Avinione, XVIIII kalendas septembris, anno quarto. »

« *Eodem modo nobili viro Johanni de Gandavo, duci Lancastrie,* sed loco consorti dicatur genitori et loco serenitatem dicatur nobilitatem. »

« *Eodem modo nobili viro Edmundo, comiti Cantabrigie.* »

« *Eodem modo nobili viro Ricardo, comiti Arundelli,* sed non dicatur genitori tuo. »

« *Eodem modo nobili viro .. comiti Herfordie.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi,* sed loco nobilitatem dicatur fraternitatem. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Bathoniensi et .. Wyntoniensi episcopis.* »

« *Eodem modo Willelmo Wikhan, archidiacono Lincolniensi,* sed loco fraternitatem dicatur discretionem. »

2369 Avignon, 14 août 1366.

Goffredo, archiepiscopo Tolosano, nuncio A. S., mandatur ut nullas procurationes exigat sine papae licentia speciali ratione morae longae in partibus Vasconiae. Si speret posse proficere in negocio tractatus, remaneat in Vasconia et post reditum ad curiam Romanam providebitur de procuratione seu stipendiis. (Reg. Vat. 248, fol. 144 verso.)

« *Venerabili fratri Goffredo, archiepiscopo Tholosano, A. S. nuncio, salutem etc.* Quia ex longa mora. — Datum Avinione, XVIIII kalendas septembris, anno quarto. »

2370 Avignon, 17 août 1366.

Barchinonensi et Elnensi episcopis mandatur ut faciant in Aragonia publicari suspensionem, usque ad beneplacitum papae, facultatis transferendi naves et galeas ad Alexandriam vel alias partes soldani Babiloniae. (Reg. Vat. 248, fol. 256 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Barchinonensi et .. Elnensi episcopis, salutem etc.* Hodie in favorem fidei. — Datum Avinione, XVI kalendas septembris, anno quarto. »

2371 Avignon, 18 août 1366.

Ægidio, S. A. legato, mandatur ut adhibeat plenam fidem Leoni de Jovio, magistro hostiario papae, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 145 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectum filium Leonem. — Datum Avinione, XV kalendas septembris, anno quarto. »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato.* »

2372 Avignon, 21 août 1366.

Petro, regi Aragonum, mandatur ut habeat excusatos Massilienses de captione navium de Cathalonia a Januensi civi facta, ita ut Massilienses ad regnum Aragonum et gentes ejusdem regni ad Massiliam valeant ire et redire. (Reg. Vat. 248, fol. 145 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri, salutem etc.* Hiis diebus dilecti filii .. consules et .. commune civitatis Massiliensis nobis significare curarunt quod Wallaramus de Stramesio, alias de Chavero, civis Januensis, unam galeam aliunde quam de Provincia habitam, in portu de Olivo prope civitatem Niciensem, gentibus provincialibus armavit ac quandam navim de Cathalonia venientem Massiliam, more piratico, in mari Arearum invasit et cepit eam et gentes in ipsa existentes, que de tuo regno fore dicuntur, bonis omnibus spoliando et alias naves de dicta Cathalonia apud Massiliam venientes capere nititur, quantum potest, quodque de premissis per eorum ambaxiatores dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, senescallo dicte Provincie, sunt conquesiti, ut cum ex predictis violentur pax et securitas, que dudum inter te et Provinciales reformate fuerunt, de oportuno studeret remedio providere et ablata eisdem restitui facere spoliatis, Provinciales in dicta galea existentes graviter puniendo.

« Quare iidem consules et commune nobis humiliter supplicarunt ut, cum ipsi non sint culpabiles de predictis, sed de ipsis doleant et emendacionem et punicionem solicite ac bona fide procurent, ne predicte pax et securitas inter te et ipsos propterea violentur, serenitati tue preces nostras dirigere dignaremur.

« Nos igitur dictos consules et commune speciali benivolencia prosequentes, ac optantes quod dicte pax et securitas propter premissa, que speramus corrigi, non frangantur, sed persistant ut prius, serenitatem tuam rogamus attente quatinus benigne considerans quod iidem consules et commune de hiis dolentes punicionem dictorum piratarum et restitucionem predictorum ablatorum, quantum possunt, penes dictum senescallum procurant, eos de premissis velis suscipere excu-

satos, ac consentire et mandare ut ipsi ad regnum tuum et gentes tui regni ad dictam civitatem Massiliensem tute et libere ire et redire valeant, sicut prius. Datum Avinione, XII kalendas septembris, anno quarto. »

2373 Avignon, 21 août 1366.

Raymundum de Agouto rogat ut faciat restitui bona dicta, puniat delinquentes modo quo Petrus, rex Aragonum « de Provincialibus justam causam non habeat conquerendi et sumendi vindictam ». (Reg. Vat. 248, fol. 145 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Agouto, militi, senescallo Provincie, salutem etc.* Hiis diebus. — Datum Avinione, XII kalendas septembris, anno quarto. »

2374 Avignon, 23 août 1366.

Carolo, imperatori Romanorum, mandatur ut declaret privilegia ab ipso concessa hominibus civitatis Gratianopolitanae et castri de Romanis, Viennensis dioecesis, non derogare juribus percipiendi pedagia quae possidet episcopus Valentînensis. (Reg. Vat. 248, fol. 146 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, imperatori Romanorum semper augusto, salutem etc.* Sua nobis venerabilis frater noster Ludovicus, Valentinensis et Dyensis episcopus ac administrator ecclesie Viennensis, insinuacione monstravit quod sue Valentinensis et Dyensis canonice unite ac Viennensis ecclesie, tam ex concessione imperatorum et regum quam ex consuetudine hactenus pacifice absque interruptione temporis, cujus inicii non est memoria, observata, ab olim perceperunt et percipiunt nonnulla pedagia tam a transeuntibus per aquam quam per terram in dictarum ecclesiarum dominiis constitutas.

« Verum, quia tua serenitas hominibus civitatis Gratianopolitane et castri de Romanis, Viennensis diocesis, quod ad solucionem pedagiorum in terris ad Romanum imperium, in quo sunt dicte terre, in quibus percipiuntur eadem pedagia, constitute spectantibus minime teneantur per litteras imperiali bulla munitas, penam mille marcarum auri continentes, dicitur indulsisse, certis super hoc executoribus deputatis, homines ipsi pedagia hujusmodi solvere contradicunt, comminantes nichilominus quod de exactione pene predicte contra ipsum episcopum et gentes ab ipso super recipiendis pedagiis hujusmodi deputatas, execucionem fieri procurabunt.

« Cum autem, fili carissime, sic te deceat privilegia concedere ut per ea tamen aliorum justicia et presertim Ecclesiis, quas in antiquis juribus conservare consuevit augustalis serenitas, in suis libertatibus non ledantur, magnificenciam tuam rogamus et hortamur attente quatinus declarare digneris intencionis tue non fuisse nec esse, sicut ut firmiter credimus, non extitit nec existit, juribus dictarum vel aliarum ecclesiarum per supradicta privilegia in aliquo derogari, prefatis ecclesiis oportunas super hoc litteras concedendo. Datum Avinione, X kalendas septembris, anno quarto. »

2375 Avignon, 24 août 1366.

Vicecomiti Talardi mandatur ut restitui faciat equos et bona Manuelis de Ponzano quae non curavit remitti; alioquin commissarius supponet terras suas interdicto. (Reg. Vat. 248, fol. 146 verso. — Reg. Vat. 244 G, fol. 85, n. 613.)

« *Dilecto filio nobili viro .. vicecomiti Talardi, salutem etc.* Nuper tibi scripsimus. — Datum Avinione, IX kalendas septembris, anno quarto. »

2376 Avignon, 25 août 1366.

Episcopis Florentino et Civitatis Castelli, ac Marco de Viterbio mandatur ut mittant litteras apostolicas Andruino et Ægidio, legatis S. A., ac marchioni Estensi. (Reg. Vat. 244 D, fol. 104, n. 225.)

« *Venerabilibus fratribus Petro, Florentino, et Bucio, Civitatis Castelli episcopis, ac dilecto filio Marco de Viterbio, O. F. M. ministro generali, A. S. nunciis, salutem etc.* Ad obviandum impedimentis, que in colligacione quam tractatis possent accidere, scribimus dilectis filiis nostro Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, ac nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, secundum tenores quos interclusos presentibus destinamus, Volumus igitur quod litteras quas ipsis legato et marchioni cum presentibus mittimus ilico destinetis eisdem, ac in hiis et aliis operemini vestro consueto studio secundum prudentiam a Domino vobis datam. Mittimus etiam super hiis venerabili fratri nostro Egidio, episcopo Sabinensi, dicte Sedis legato, quamdam litteram, quam sibi statim mittere studeatis, nobis quid super hiis feceritis rescripturi. Datum Avinione, VIII kalendas septembris, anno quarto. »

2377 Avignon, 26 août 1366.

Ludovico, duci Andegavensi, mandatur ut faciat observari pariagium concessum episcopo Mimatensi virtute cujus non tenentur solvere taxas. (Reg. Vat. 248, fol. 147. — Reg. Vat. 244 G, fol. 74, n. 507.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie illustris, fratri et locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc.* Nobilitati tue presentibus intimamus quod nuper ad ecclesiam Mimatensem, tunc vacantem, venerabilem fratrem nostrum Petrum Mimatensem, tunc Uticensem episcopum, duximus transferendum, preficiendo eum illi in episcopum et pastorem. Cum itaque tam ad ipsam ecclesiam, de cujus diocesis originem traximus et gentes illius patrie ex naturali instinctu, et ad eumdem episcopum ex mutua conversatione, etiam dum essemus in minoribus constitui, diutius habita, specialem geramus dilectionis affectum, cupimus eos in ipsorum conservari justicia et ejusdem nobilitatis haberi favoribus commendatos, specialiter autem ad tuam noticiam deducentes quod, sicut audivimus, homines terre Gabellitane, dicte diocesis, vassalli episcopi et ecclesie predictorum, tam racione cujusdam composicionis facte ab olim, ut asseritur, cum quondam Seguino de Badafol pro recuperacione loci Anse, Lugdunensis diocesis, quam occasione reparacionis portus Aquarum mortuarum, et eciam pretextu nonnullorum bonorum ad eos certo modo a quibusdam nobilibus, ut dicitur, perventorum, ad solvendum nonnullas summas pecunie secundum diversas taxas proinde ordinatas indebite compelluntur, propter que iidem homines eo molestius se senciunt aggravatos, quo episcopus Mimatensis, qui est pro tempore, racione pariagii et alte jurisdictionis, qui in dicta terra, pro se et suis vassallis in predictis habet, noscitur non teneri, nobilitatem eandem, quanto affectuosius possumus, deprecamur quatinus ob reverenciam A. S. et nostram episcopum, ecclesiam et vassallos prelibatos habens intime commendatos, velis districte mandare quod in prejudicium dictarum litium pendencium, ut prefertur, nichil penitus attemptetur, et si attemptatum extitit, pristinum reducatur in statum, super hiis sentenciis curie regie, prout justicia suadet, expectatis. Ceterum de premissis dilectus filius Petrus Savi, procurator ejusdem episcopi, lator presentium, eandem nobilitatem plenius informabit, quem digneris benigne audire et, prout racionabile fuerit, exaudire. Datum Avinione, VII kalendas septembris, anno quarto. »

2378 Avignon, 29 août 1366.

Praeposito et capitulo ecclesiae Mimatensis mandatur ut faciant inviolabiliter observari constitutionem Clementis V *Ut hii qui divinis in cathedralibus* (1) cujus tenor inseritur. (Reg. Vat. 248, fol. 257 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. preposito et capitulo ecclesie Mimatensis, salutem etc.* Dudum felicis recordationis Clemens papa V. — Datum Avinione, IIII kalendas septembris, anno quarto. »

2379 Avignon, 29 août 1366.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, actiones gratiarum agit de oblatione sua pro transitu ad Urbem. Notificat quod « in mense maii proximo secuturo in partibus Patrimonii beati Petri in Tuscia esse proponimus et in eis aliquo tempore, donec agenda in Urbe disposita fuerunt, immorari ». (Reg. Vat. 248, fol. 147 recto. — Reg. Vat. 244 G, fol. 86, n. 616.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Imperialis celsitudinis litteras. — Datum Avinione, IIII kalendas septembris, anno quarto. »

2380 Avignon, 31 août 1366.

Raymundo de Baucio gratiarum agit actiones de missione integri census pro uno anno R. E. debiti a regina Siciliae. (Reg. Vat. 248, fol. 147 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 391, n. 98.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, camerario regni Sicilie, salutem etc.* Diligentiam tuam. — Datum Avinione, II kalendas septembris, anno quarto. »

2381 Avignon, 31 août 1366.

Reginam Siciliae exhortatur ad bene agendum occasione solutionis census ab ipsa debiti. (Reg. Vat. 248, fol. 148 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 392, n. 99.)

(1) *Corpus juris canonici*, Clementinarum, l. I, tit. VI, cap. 2.

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitatis tue providenciam commendamus quod tuo ac regni tui statui providens et errata preteriti temporis corrigens sapienter, nuper pro uno anno censum integrum destinasti, super cujus quitatione fecimus fieri litteras oportunas.

« Age, igitur, in futurum similiter, et per hoc et alias per tuum bonum regimen, in quo semper habeas fidelium et prudentium virorum consilia nostra et fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium benevolenciam et favores continue retinebis, ac in tuis successibus senties fructuosos et per gratiam Dei taliter est dictum regnum dispositum et die in diem, prestante Domino, et vicina nostra presentia, ut est sperandum, sic melius disponetur quod, si tu non eris pusillanimis et inconstans in tuo regimine nullique subditorum tuorum, quantumcunque sit magnus, detuleris, sed ad reintegrandum et recuperandum tua bona et jura, prout decet et expedit, habueris cor virile, de quibus tuam excellentiam, quantum possumus, exhortamur, non solum commode poteris dictum censum annuatim persolvere, sed valebis regnum ipsum potenter defendere ab incursibus malignorum ac statum reginalem tenere continue, et multa bona alia ad laudem Dei, honorem tuum et prosperitatem regni prefati magnifice operari, et si sic feceris eandem Ecclesiam semper habebis tibi favorabilem assistricem ; alioquin, si te pusilanimem et timidam cerneret, non sic in tuis utilitatibus et honoribus vigilaret et nequiret volentem eandem retinere.

« Ceterum dilectum filium Leonem de Lamberto, civem Neapolitanum, nuncium tuum, qui circa solutionem dicti census et quedam alia tua negocia fideliter et diligenter se habuit, tue celsitudini commendamus. Datum Avinione, II kalendas septembris, anno quarto. »

2382 Avignon, 31 août 1366.

Landulfo Crispano, magistro rationali curiae reginalis regni Siciliae, item ac supra. (Reg. Vat. 248, fol. 148 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Landulfo Crispano, militi Neapolitano, magistro rationali curie reginalis regni Sicilie, salutem etc.* Diligentiam tuam. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo nobili viro Neapoleoni de filiis Ursi, comiti Manupelli.* »

2383 Avignon, 1er septembre 1366.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis mandatur ut prosequatur consiliis et auxiliis Joannem praeceptorem domus S. Antonii Florentini, rectorem Campaniae et Maritimae, in recuperatione honoris et status R. E. (Reg. Vat. 248, fol. 149 recto.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum R. E. in partibus Italie debitorum receptori generali, salutem etc.* Volumus et te hortamur. — Datum ut supra. »

2384 Avignon, 2 septembre 1366.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ut faciat revocari litteras senescalli Ruthenensis emanatas de contributione expensarum factarum in veniendo ad praesentiam principum Aquitaniae, non obstante quod episcopus et capitulum Ruthenensis necnon abbas monasterii Conchensis O.S.B., Ruthenensis dioecesis, habeant jurisdictionem temporalem in senescallia Ruthenensi. (Reg. Vat. 248, fol. 149 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Pro parte venerabilis fratris nostri Fayditi episcopi. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno quarto. »

2385 Avignon, 2 septembre 1366.

Joannem de Harewell rogat ut laboret pro revocatione praedicta. (Reg. Vat. 248, fol. 149 verso.)

« *Dilecto filio Johanni de Harewell, archidiacono ecclesie Wigorniensis, salutem etc.* Pro revocatione. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno quarto. »

2386 Avignon, 2 septembre 1366.

Senescallo Ruthenensi mandatur ut revocet litteras suas et extorsiones factas restituat. (Reg. Vat. 248, fol. 150 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome de Wetenhale, militi, senescallo Ruthenensi, salutem etc.* Pro parte venerabilis fratris nostri Fayditi. — Datum ut supra. »

2387 Avignon, 2 septembre 1366.

Abbati monasterii Locidei, Cisterciensis ordinis, Ruthenensis, et Conchensi ac S. Antonini archidiaconis in ecclesia Ruthenensi mandatur de eadem revocatione. Dicitur insuper quod communitas Villefranchae et aliorum locorum et castrorum Ruthenensis dioecesis obtinuerunt litteras subreptitias a dicto senescallo. (Reg. Vat. 248, fol. 150 recto.)

« *Dilectis filiis .. abbati monasterii Locidei, Cisterciensis ordinis, Ruthenensis, et .. Conchensis ac S. Antonini archidiaconis in ecclesia Ruthenensi et eorum cuilibet, salutem etc.* Pro parte ut supra. — Datum Avinione, IIII nonas septembris, anno quarto. »

2388 Avignon, 3 septembre 1366.

Carolum, Romanorum imperatorem, rogat ut velit revocare litteras subprepticias infra dictas (n. 2389) concessas hominibus de Romanis et quicquid secutum est. Ubi conscientia sua non esset informata plenarie, hujusmodi informationem et revocationem alicui vel aliquibus probis viris de partibus istis committat. (Reg. Vat. 248, fol. 150 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 150, n. LXXI.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Ad noticiam tue magnitudinis deducimus per presentes. — Datum Avinione, III nonas septembris, anno quarto. »

2389 Avignon, 3 septembre 1366.

Carolo, regi Franciae, item scribitur. (Reg. Vat. 248, fol. 151 recto. — Prou, *ibidem.*)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Ad noticiam tue magnitudinis deducimus per presentes quod, licet villa de Romanis Viennensis diocesis, racione superioris dominii sit E. R. immediate subjecta, et ipsius medietatem Dalfinus Viennensis, qui est pro tempore, ab eadem Ecclesia in feudum recognoscere debeat eique pro ipsa medietate prestare juramentum fidelitatis et homagium facere alteraque medietas ad ecclesiam S. Barnardi dicte ville, predicte R. E. immediate subjectam, pertinere noscatur et secunde appellaciones in temporalibus hominum dicte ville ad Romanam curiam deferantur, ac homines ipsius ville, consules vel alios officiales aut sindicos creare non possint, et alias non habeant universitatis insignia, et quondam Humbertus, dalphinus Viennensis, predecessor tuus, tempore quo dictam medietatem a felicis recordacionis Clemente papa VI, predecessore nostro, recepit in feudum cum dicta ecclesia S. Barnardi specialiter convenerit et juraverit se dictis hominibus hujusmodi insignia minime concessuram et tua sublimitas asseratur hujusmodi convencionem confirmasse et renovasse, eciam juramentum, tamen eidem homines, premissorum tacita veritate, certas litteras a carissimo in Christo filio nostro Carolo, Romanorum imperatore semper augusto, subrepticie impetrasse dicuntur, in quibus tu, executor diceris deputatus quarumque auctoritate iidem homines se invicem congregarunt et congregant, ac consules et sindicos creaverunt, necnon tallias imposuerunt et alia insignia universitatis exercere ab anno citra presumpserunt temere et presumunt, ac venerabili fratri nostro Ludovico, episcopo Valentinensi, administratori et gubernatori ecclesie Viennensis pastore carentis, cujus mense archiepiscopalis abbatia secularis prefate ecclesie S. Barnardi canonice est unita, et dilectis filiis .. capitulo ipsius ecclesie dictas tuas litteras surrepticie, ut premittitur, impetratas, pro conservatione sui et dictarum ecclesiarum juris racionabiliter impugnantibus, de pena in eisdem tuis litteris apposita et alias de offendendo eos in personis et rebus graviter comminantur, ex quibus, nisi providencia tua de oportuno remedio succurrat, celeriter, gravia venire scandala et perdicio jamdictarum ecclesiarum juris et jurisdictionis formidantur.

« Quare serenitatem tuam requirimus ... quatinus pro conservacione juris ecclesiastici ac tui circa premissa dirigens tue oculos sublimitatis, de eis informatione sufficienti recepta, quam lator presentium regie magnificencie poterit exhibere, eisdem hominibus nolis in hac parte favere, sed pocius contradicere et resistere, et cum eisdem ecclesiis unam partem facere, sicut debes, ac revocare omnes litteras et processus que super premissis a tua magnitudine emanassent. Datum ut supra. »

2390 Avignon, 6 septembre 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur ut destinet gentes armigeras Andruino, legato S. A. (Reg. Vat. 244 D, fol. 104, n. 225.)

« *Venerabili fratre Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Scribimus dilecto filio nostro Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, secundum formam presentibus interclusam. Quia

igitur audivimus te gentibus armigeris esse munitum, si pro parte ipsius legati committentur in hac parte defectus, volumus et mandamus quod tu illum suplere studeas quantum potes, nobis quid inde continget fieri rescripturus nosque id quod super hoc rationabile fuerit curabimus ordinare ; preterea copias quarumdam litterarum, quas quibusdam super colligatione que tractatur in Tuscia destinamus, ad presens, ad tuam informationem mittimus etiam interclusas. Datum Avinione, VIII idus septembris, anno quarto. »

2391 Avignon, 6 septembre 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut destinet ad locum et terminum jam ordinatos vel ordinandos gentem armigeram pro colligatione Tusciae, saltem aliquam pro principio dictae colligationis commodando. « Si de distributione hujusmodi gentis tibi imposite seu imponende forsitan indebite gravareris, nos tuum et earumdem terrarum, quas regis, gravamen faciemus, auctore Domino, removeri ». (Reg. Vat. 244 F, fol. 133, n. 329.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Quia dubitatur. — Datum Avinione, VIII idus septembris, anno quarto. »

2392 Avignon, 6 septembre 1366.

Nicolao, marchioni Estensi, mandatur ut destinet aliquam gentem armigeram pro colligationis dictae principio commodando, si ipsum resquisiverit praedictus legatus. (Reg. Vat. 244 F, fol. 133, n. 330.)

« *Dilecto filio Nicholao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Ne dilectus filius noster Andruinus. — Datum Avinione, VIII idus septembris, anno quarto. »

2393 Avignon, 7 septembre 1366.

Reginam Siciliae exhortatur ut provideat de gentibus armigeris et contingentibus pro colligatione tractata contra comitivas, quas negligit destinare, ita quod dissolutio dictae colligationis non adsit. (Reg. Vat. 248, fol. 152 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 393, n. 100.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum prout nuper audivimus. — Datum Avinione, VII idus septembris, anno quarto. »

2394 Avignon, 9 septembre 1366.

Archiepiscopo Senonensi mandatur ut se abstineat totaliter a vexationibus illatis monasterio S. Germani Autisiodorensis. (Reg. Vat. 248, fol. 152 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Senonensi, salutem etc.* Cunctorum ecclesiarum et monasteriorum ... Sane ad nostrum pervenit auditum quod, ex eo quod nonnulli homines de Rouceyo, eciam de Heriaco ac aliarum villarum Autisiodorensis et Senonensis diocesis, subjecti monasterio supradicto [S. Germani Autisiodorensis O. S. B.], beato Lupo se voventes, promiserunt ecclesiam ejusdem sancti in villa de Brione, tue Senonensis diocesis, constitutam annis singulis visitare et pro singulis eorum quatuor denarios offerre ecclesie prelibate, tu voventes et promittentes eosdem vigore voti et promissionis hujusmodi contra debitum racionis in prejudicium dicti monasterii reputas et asseris esse subditos tuos et tue ecclesie Senonensi, ac hereditates et bona ipsorum, dum absque heredibus debitum nature persolvunt, tibi et ecclesie tue, sicut dilecti filii .. abbas et conventus dicti monasterii consueverunt et possunt niteris applicare, super quibus inter te et abbates dicti monasterii, qui fuerunt pro tempore, quandoque fuit questio ventilata, audivimus eciam quod servi dicti monasterii volentes subterfugere, absque licentia dicti abbatis, ascribis milicie clericali, quare fraternitatem tuam rogamus attente quatinus mature considerans quod in hac parte non foves justiciam et indebite vexas expensis et laboribus te ipsum ac monasterium prelibatum ad evitandum hujusmodi expensas et labores litigii, a premissis velis de cetero totaliter abstinere. Datum Avinione, V idus septembris, anno quarto. »

2395 Avignon, 11 septembre 1366.

Duci Bituricensi mandatur ut licentiam levandi subsidium pecuniale in Alvernia non possit concedi. (Reg. Vat. 248, fol. 153 verso. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 423, n. 3.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Bituricensi et Alvernie, salutem etc.* Nuper dilectus filius nobilis vir Amalricus, miles Narbonensis, dominus de Talayrano, tuas litteras credentie deferens, pro parte tua nobis humiliter supplicavit ut, cum prelati et clerici ac persone ecclesiastice tui ducatus Alvernie tibi dare aliquod pecuniale subsidium pro tuendo ducatum eundem a societatibus eis super hoc licentiam concedere dignaremur. ... Datum Avinione, III idus septembris, anno quarto. »

2396 Avignon, 13 septembre 1366.

Aymerico, episcopo Bononiensi, et Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, mandatur ut restituant domos Gentilino quondam Raynerii de Capza et nepotibus ejus, in castro Tosignani, Imolensis dioecesis, quod posuerunt sub sequestro. (Reg. Vat. 248, fol. 258 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Bononiensi, thesaurario, ac dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum et reddituum in partibus Italie R. E. debitorum pro nobis et ipsa Ecclesia receptori generalibus, salutem etc.* Pro parte dilectorum filiorum Gentilini quondam Raynerii de Capza et nepotum suorum de castro Tosignani, Imolensis diocesis, nobis fuit expositum quod olim, dum quondam Robertus de Alidoxiis, miles Imolensis, castrum Tosignani prefatum ad R. E. pertinens, a venerabili fratre nostro Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, habente super hoc a Sede ipsa potestatem, titulo pignoris obtineret, idem Robertus quasdam domos ad eosdem Gentilinum et nepotes spectantes in eodemque castro consistentes conduxit pro suis et filiorum suorum commodis, dum eos ad eundem castrum declinare contingeret, pro annua pensione viginti librarum Bononiensium, quas per commune prefati castri Gentilino et nepotibus prelibatis annis singulis solvi fecit.

« Cum autem, ut eadem expositio subjungebat, castrum prefatum in manibus nostris auctoritate nostra sit positum in sequestro, vosque domos ipsas, prout idem quondam Robertus et, post ejus obitum, sui filii tenebant, nomine dicte Ecclesie teneatis, ipsique Gentilinus et nepotes ex carentia domorum hujusmodi ac commune prefati in solvendo pensionem predictam fuerint hactenus et hodie sint gravati, fuit nobis humiliter supplicatum ut tam Gentilino et nepotibus quam communi predictis super hoc de oportuno dignaremur remedio providere.

« Quare discrecioni vestre presentium tenore mandamus quatinus, si est ita, eisdem Gentilino et nepotibus domos ipsas vos vel alter vestrum restituatis, nisi aliud notabile obstaret, de quo curetis nos per vestras litteras informare. Datum Avinione, idibus septembris, anno quarto. »

2397 Avignon, 15 septembre 1366.

Reginae Siciliae nunciat quid egit erga imperatorem Constantinopolitanum de homagio sibi debito. (Reg. Vat. 249, fol. 154 verso. — Cerasoli, *loco citato*, 393, n. 101.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quia sepe audivimus quod carissimus in Christo filius noster Philippus, imperator Constantinopolitanus illustris, ad te non gerit solite dilectionis affectum et in multis tua jura nititur impedire, eidem imperatori tam super hiis quam super homagio et juramento fidelitatis tibi non prestitis per eundem scribimus secundum tenorem, quem inclusum presentibus ad tue serenitatis noticiam duximus deducendum.

« Rescribas igitur pro tempore si prefatus imperator nostris persuasionibus, quas sibi paterne dirigimus, duxerit annuendum. Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2398 Avignon, 15 septembre 1366.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut districte precipiat vassallis et subditis ejus quod de debitis per eos curiae reginali pro praeterito tempore et in futuro debendis absque contradictione solvant et de excessibus puniat. Abjiciat insuper indignationem conceptam contra reginam, praestet homagium et fidelitatis juramentum quae infra annum et diem post obitum Roberti, fratris ejus, nec postea satis longo tempore pro bonis feudalibus, in quibus eidem fratri successit, non fuerunt praestita. (Reg. Vat. 248, fol. 155 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano, salutem etc.* Intelleximus, fili carissime. — Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2399 Avignon, 15 septembre 1366.

Heliae, archiepiscopo Burdegalensi, mandatur ut satisfactionem impendant pro accessu ad curiam romanam deputatis a clero de statutis provinciae in concilio provinciali. (Reg. Vat. 248, fol. 115 verso et Reg. Vat. 244 G, fol. 68, n. 566.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Burdegalensi, salutem etc.* Venerabiles fratres nostri Raymundus, patriarcha Antiochensis, et Petrus, episcopus Petragoricensis, dudum pro parte tua aliorumque prelatorum et cleri tue provincie ad Sedem Apostolicam accedentes, nobis tuas litteras detulerunt ac tam in concistorio quam in Camera ea que tua fraternitas tuique suffraganei circa statum tue et aliarum ecclesiarum principatus Aquitanie in provinciali statuistis concilio prudenter exponere curaverunt, de quibus tuam eorumdemque suf-

fraganeorum prudentiam et diligentiam commendamus aliaque negocia te ac eosdem suffraganeos et clerum tangentia coram nobis et quibusdam fratribus nostris per nos super hiis deputatis fuerunt fideliter et solicite prosecuti, prout credimus eos tibi plenarie retulisse, dignum est igitur eamdemque fraternitatem hortamur quod tu iidemque suffraganei eisdem patriarche et episcopo de expensis per eos in prosecutione hujusmodi negociorum factis congruam satisfactionem impendere studeatis. Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2400 Avignon, 15 septembre 1366.

Philippo, duci Burgundiae, commendantur infrascripti. (Reg. Vat. 244 F, fol. 137, n. 339. — Reg. Vat. 248, fol. 154 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, duci Burgundie, salutem etc.* Cum dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna, domina castri de Villari, et dominus filius nobilis vir Johannes dominus de Thilio, ejus filius, domicellus familiaris noster, tuis favoribus sepius indigere noscantur, ipsos in suis agendis nobilitati tue, quanto affectuosius possumus, commendamus. Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2401 Avignon, 15 septembre 13 .

Iidem commendantur Carolo, regi Franciae. (Reg. Vat. 244 F, fol. 137, n. 340. — Reg. Vat. 248, fol. 154 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Dilectam in Christo. — Datum Avinone, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2402 Avignon, 15 septembre 1366.

Bernaboni de Vicecomitibus nota fit intentio visitandi Urbem et morandi aliquo tempore antea Viterbii. (Reg. Vat. 248, fol. 154 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 137, n. 338.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus, militi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.* Quia super certis capitulis contentis in tuis litteris nuper nobis per dilectum filium Franciscolum Caymbasilicam, ambaxiatorem tuum, ad nostram presentiam destinatum, petiisti nostram intentionem tibi per nostras litteras declarari, illam tue nobilitati presentibus intimamus, videlicet quod pacifice, et non ad aliquam turbationem, tempore navigabili, divina favente clementia, civitatem Romanam intendimus visitare, tractare tamen moram aliquo tempore antea in civitate nostra Viterbiensi ut interim carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Romanorum imperatorem semper augustum, qui dictam civitatem Romanam intendit intrare nobiscum, certificare de ingressu hujusmodi valeamus quod eciam aliquibus principibus et magnatibus, et inter alios tibi et fratri tuo, et majoribus civitatibus Italie et aliis, de quibus videbitur, curabimus reserare. Super aliis in eisdem litteris contentis et per dictum Franciscolum nobis expositis eidem verbo respondimus ipseque nostras responsiones tibi poterit enarrare. Datum Avinione, XVII kalendas octobris, anno quarto. »

2403 Avignon, 17 septembre 1366.

Andruinum, A. S. legatum, iterata vice exhortatur ut mittat gentes armigeras pro colligatione cum Tuscis contra comitivas. (Reg. Vat. 248, fol. 156 recto.)

« *Dilecto filio Andruino ... A. S. legato, salutem etc.* Dubitantes hiis diebus ne. — Datum Avinione, XV kalendas octobris, anno quarto. »

2404 Avignon, 18 septembre 1366.

Proprio motu constituitur Berengarius de Ampiaco officialis Avinionensis, quamdiu dicta ecclesia Avinionensis proprio pastore caruerit, ad papae tamen et S. A. beneplacitum. (Reg. Vat. 248, fol. 260 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Berengario de Ampiaco, canonico Ruthenensi, legum doctori, salutem etc.* Fidei probate sinceritas. — Datum Avinione, XIIII kalendas octobris, anno quarto. »

2405 Avignon, 18 septembre 1366.

Anglico, S. R. E. cardinali, conceditur facultas morandi cum familia sua usque ad kalendas junii proxime secuturi in hospicio episcopali Avinionensi « in quo pro ipsius augmento ac reparatione multas fecit expensas », non obstante statuto contrario. (Reg. Vat. 248, fol. 263 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Anglico, S. R. E. presbitero cardinali, salutem etc.* Grandia merita. — Datum Avinione, XIIII kalendas octobris, anno quarto. »

2406 Avignon, 18 septembre 1366.

Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, committitur administratio in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Avinionensis reservatae Papae post promotionem Anglici in cardinalem. (Reg. Vat. 248, fol. 258 verso.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario nostro, salutem etc.* Et si juxta pastoralis officii ... Cum itaque ecclesie Avinionensis ex eo pastoris regimine vacantis ad presens quod nos hodie dilectum filium nostrum Anglicum S. R. E. presbiterum cardinalem, tunc episcopum Avinionensem, a vinculo quo tenebatur ecclesie Avinionensi, auctoritate apostolica absolventes, eum ad cardinalatus honorem duximus assumendum, administracionem in spiritualibus et temporalibus nobis et A. S., usque ad ipsius Sedis beneplacitum, auctoritate predicta duxerimus reservanda, nos ... te nostrum in eadem ecclesia in spiritualibus et temporalibus usque ad nostrum beneplacitum vicarium generalem auctoritate predicta deputamus, tibi per te vel alium seu alios bona ipsius ecclesie ad mensam episcopi Avinionensis, qui est pro tempore, pertinentia manutenendi, regendi, gubernandi et alienata quelibet ad jus et proprietatem ipsius ecclesie reducendi et revocandi, litteras preterea dimissorias et commendaticias concedendi, electiones insuper, quas a quibuscunque capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum utriusque quorumcunque ordinum civitatis et diocesis Avinionensis canonice celebrari contigerit confirmandi, presentatos quoque a quibuscumque patronis ad quecunque beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates, personatus vel officia fuerint et curam habeant animarum in eisdem beneficiis instituendi, et beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, ad collationem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem ejusdem episcopi pertinencia, quorum fructus, redditus et proventus annui viginti librarum turonensium parvorum verum valorem annuum non excedunt, personis ydoneis conferendi et providendi, ac alias libere disponendi de illis, resignaciones quoque quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam si dignitates, personatus et officia fuerint ex causa permutationis faciendas recipiendi et beneficia hujusmodi permutata personis permutantibus conferendi et providendi de illis, ac inducendi eas in corporalem possessionem eorum, et faciendi eis de illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obvencionibus universis integre responderi, terras insuper et possessiones quaslibet cultas et incultas ad eandem ecclesiam devolutas et alias quascunque pertinentes ad ipsam, solitas in feudum, aut in emphiteosim vel alias locari, dari et concedi per eundem episcopum, personis ydoneis dandi, locandi et eciam concedendi, ac audiendi et examinandi omnes et singulas causas civiles et criminales ad forum dicti episcopi pertinentes de jure, consuetudine vel statuto, et cognoscendi de illis easque, mediante justicia, decidendi et terminandi, et sentencias exequendi, inquirendi quoque de quibuscumque excessibus, criminibus et delictis, que per personas et subditos ejusdem ecclesie, clericos seculares et regulares, ac laicos committi contigerit quoquo modo, et hujusmodi crimina, excessus et delicta puniendi et corrigendi, et facinorosos et delinquentes seu criminosos clericos et laicos a beneficiis et officiis ecclesiasticis, quecumque, qualiacumque et quantacumque fuerint, prout justum extiterit, suspendendi eosque privandi, et super hiis et quibusvis aliis criminibus, excessibus, delictis et culpis ad instanciam partis seu partium aut ex officio, prout justum fuerit, procedendi, in votis etiam et quibuscumque aliis causis a jure seu per provincialia seu synodalia statuta sive per privilegia eidem episcopo reservatis, aut alias quovis modo concessis dispensandi, confessiones preterea quorumcumque subditorum ejusdem ecclesie in foro penitenciali audiendi, eosque a peccatis, que confitebuntur, necnon a quibuscunque excommunicacionum et suspensionum sentenciis absolvendi, interdicta relaxandi et suspendendi, etiam si hujusmodi peccatorum et sentenciarum absolutio et interdictorum relaxatio et suspensio eidem episcopo a jure vel homine, seu per speciale aut generale privilegium seu statutum fuerit reservata.

« Ecclesias quoque, monasteria et alia loca ecclesiastica, que sanguinis vel seminis effusione poluta sunt vel fuerint, reconciliandi et eciam de novo consecrandi, ac insuper officiales et vicarios, judices, bajulos et clavarios, necnon notarios, servientes ac quoscumque officiales et ministros alios spirituales et temporales in ipsa ecclesia, ad ipsius ecclesie necnon bonorum et jurium ejus spiritualium et temporalium curam, regimen, gubernacionem atque custodiam, et officiorum quorumlibet executionem deputandi et amovendi, quociens tibi videbitur expedire, homagia eciam ac fidelitatis et alia quelibet juramenta et recogniciones a quibuscumque vassallis et subditis ejusdem ecclesie prefato episcopo prestari solita recipiendi, venditionum quoque et emptionum ac donacionum aliosque contractus laudandi et approbandi, auctorizandi, et in eis consenciendi, ac decretum interponendi, laudimia preterea, foriscapia, tre-

cena et quecunque alia deveria, necnon fructus, census, redditus, proventus, obventiones et jura quelibet alia dicte Avinionensis ecclesie petendi, exigendi et recipiendi, et de hiis que receperis finem, absolucionem et quitationem plenariam faciendi, procuratores insuper qui pro premissis omnibus et singulis ac aliis quibuscumque negociis ipsius ecclesie agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, libellum dandi ac recipiendi, litem contestandi, de calumpnia et veritate dicenda et cujuslibet alterius generis licitum juramentum prestandi, ponendi et respondendi ac articulandi, testes, instrumenta et litteras et quascumque probaciones alias producendi et reprobandi, concludendi, sentenciam audiendi, appellandi, appellationes prosequendi et alia omnia et singula faciendi, que verus et legitimus procurator facere potest et debet, etiam si mandatum exigant speciale, plenam et liberam ac generalem administracionem habeant, constituendi et ordinandi, et ab omni satisfactionis onere relevandi et promittendi, de judicio sisti et judicatum solvi cum clausis oportunis, ac omnia alia et singula gerendi et exercendi que ad hujusmodi vicariatus officium pertinere noscuntur, alienacione bonorum ipsius ecclesie, ac collatione, provisione et presentacione quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum ad ipsius episcopi collationem, provisionem seu presentacionem pertinentium, quorum fructus, redditus et proventus annui summam predictam excedunt, tibi penitus interdictis, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam et districtionem temporalem, non obstante ... Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, hujusmodi officii onus suscipiens reverenter, sic illud ad honorem Dei et nostrum, ac utilitatem et commodum ipsius ecclesie, ac statum prosperum et tranquillum personarum et subditorum ejus fideliter et solicite gerere studeas quod preter retribucionis eterne mercedem et humane laudis preconia nostram et A. S. graciam et favorem uberius valeas promereri. Datum Avinione, XIIII kalendas octobris, anno quarto. »

2407 Avignon, 19 septembre 1366.

Populo Romano nuntiat proximum adventum ad Urbem. (Reg. Vat. 248, fol. 157 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 439, n. 419.)

« *Dilectis filiis populo Romano, salutem etc.* Ad litteras vestras congratulatorias. — Datum Avinione, XIII kalendas octobris, anno quarto. »

2408 Avignon, 23 septembre 1366

Ægidio, Sabinensi episcopo, mandatur ut adhibeat plenam fidem magistro Nicolao Brancaccio, abbati saecularis ecclesiae S. M. Pediscriptae prope Neapolim, legum doctori, capellano papae et palatii apostolici causarum auditori, nuncio, praesentium latori. (Reg. Vat. 248, fol. 157 recto.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Dilectum filium magistrum. — Datum Avinione, VIIII kalendas octobris, anno quarto. »

« *Eodem modo Andruino tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato.* »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie.* »

« *Eodem modo dilectis filiis Gabrieli Adurno, duci, ac concilio ancianorum civitatis Januensis,* mutato numero singulari in pluralem. »

« *Dilectis filiis nobilibus viribus Guidoni de Gonzaga, ac Ludovico ac Francisco fratribus, militi, in civitate Mantuana imperialibus vicariis.* »

« *Eodem modo nobili viro Canisegnorio de La Scala,* mutato numero plurali in singularem. »

« *Eodem modo nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Nicholao marchioni Estensi pro nobis A. R. E. in civitate Ferrariensi vicario.* »

« *Eodem modo nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi, in civitate Reginensi imperiali vicario.* »

2409 Avignon, 23 septembre 1366.

Carolum, regem Franciae, rogat ut pupillus Raymundus, vivecomes Ucetiae, in decimo anno aetatis suae constitutus, non adeat in Angliam ut obses, cum fuerit ipsi mandatum ut veniret Parisius in proximo festo S. Michaelis. (Reg. Vat. 248, fol. 158 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 141, n. 349.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie, salutem etc.* Ad dilectum filium nobilem pupillum. — Datum Avinione, VIIII kalendas octobris, anno quarto. »

2410 Avignon, 23 septembre 1366.

Simoni, abbati Cluniacensi, mandatur ut provideat de aliquo beneficio ecclesiastico, ejus ordinis, Simoni de Caroloco, monacho, latori praesentium. (Reg. Vat. 248, fol. 158 recto.)

« *Dilecto filio Simoni, abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, salutem etc.* Dilectus filius Simon. — Datum Avinione, VIIII kalendas octobris, anno quarto. »

2411 Avignon, 27 septembre 1366.

Episcopo et capitulo Mimatensi mandatur ut 25 libras reddituales cum laudimio ac jurisdictione alta et bassa constitutas in manso de Pruneto ejusque pertinentiis parrochiae S. Joannis de Grabiaco, Mimatensis dioecesis, quae proveniunt ex bonis quondam Arnaldi de Montetegulosо, domicelli Mimatensis dioecesis, ab ipso in suo testamento legatis pauperibus Christi, amortizent, pro construenda ecclesia in castro Grisiaci dictae dioecesis. Emptio peracta fuit a Bernardo de S. Stephano, sacrista Ruthenensi, capellano et familiari papae. (Reg. Vat. 248, fol. 262 recto. De curia. — Reg. Avin. 163, fol. 49 verso. De curia. — Reg. Vat. 255, fol. 8 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Mimatensi, salutem etc.* Divini cultus augmentum. — Datum Avinione, V kalendas octobris, anno quarto. »

2412 Avignon, 28 septembre 1366.

Joanni, duci Bituricensi et Alverniae, scribit ut debitum justitiae praestet Raymundo, episcopo Praenestino, cujus castrum de Rupe, S. Flori dioecesis, fuit confiscatum per gentes ducales, quod per comitivas pravas occupatum extitit. (Reg. Vat. 248, fol. 159 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Bituricensi et Arvernie, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, gentes tue. — Datum Avinione, IIII kalendas octobris, anno quarto. »

2413 Avignon, 30 septembre 1366.

Praepositis Magalonensis et Nemausensis ecclesiarum, ac officiali Massiliensi mandatur ut executioni demandent litteras apostolicas quibus monasterio S. Victoris Massiliensis subjecti fuerunt quaedam monasteria et prioratus. (Reg. Vat. 248, fol. 262 verso.)

« *Dilectis filiis .. Magalonensis et .. Nemausensis ecclesiarum prepositis, ac .. officiali Massiliensi, salutem etc.* Justis petentium ... Olim siquidem, ex certis rationabilibus causis ad id nos moventibus, S. Salvatoris Lodovensis, S. Honorati Lirinensis, S. Poncii, S. Aniani, S. Petri de Caunis, de Juyssellis, de Salino, de Sandracio et de Nanto monasteria, et prioratus conventualis de Rometa, O. S. B., Grassensis, Niciensis, S. Pontii Thomeriarum, Narbonensis, Biterrensis, Nemausensis, Vabrensis et Vapincensis diocesium, cum omnibus prioratibus, membris, domibus, grangiis et aliis locis, ac juribus et pertinenciis suis, necnon ipsorum monasteriorum abbates et prioratus priorum pro tempore existentes ac monasteriorum, prioratuum, membrorum, domorum et aliorum locorum monachos et personas tam regulares quam seculares motu proprio auctoritate apostolica, ex certa scientia, a superioritate, potestate et jurisdictione, obediencia et correctione locorum ordinariorum eximimus et totaliter liberavimus, eosque monasterio S. Victoris Massiliensis ad R. E. nullo medio pertinentis, dicti ordinis ejusque observancie regulari, tam in habitu quam in ceteris cerimoniis, statutis et consuetudinibus, moribus et disciplinis, necnon abbati ipsius monasterii S. Victoris pro tempore existenti ejusque potestati, jurisdictioni, obedientie et correctioni im perpetuum subjicimus, et nonnulla premissa decrevimus et ordinavimus, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur.

« Nos igitur, cupientes ut premissa omnia roboris obtineant firmitatem ac executioni debite demandentur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, dictas litteras et in eis contenta, ubi et quando expedire videritis, auctoritate nostra solenniter publicantes ac executioni debite demandantes faciatis ... Datum Avinione, II kalendas octobris, anno quarto. »

2414 Avignon, 3 octobre 1366.

Poncio de Ulmo mandatur ut in ecclesia Massiliensi moneat Robertum Pantene, canonicum praebendarium et praecentorem ecclesiae Massiliensis, qui per decem annos et amplius non residet, cum ad praecentorem pertineat ordinatio chori, quatenus residentiam observet personalem; alioquin fructus canonicatus, praebendae et praecentoriae a perceptore aliquo percipiantur et praecentoria deserviatur ab aliquo sacerdote. (Reg. Vat. 248, fol. 263 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio de Ulmo, priori prioratus de Spanhaco, Mimatensis diocesis, salutem etc.* Ad nostram noveris audientiam pervenisse. — Datum Avinione, V nonas octobris, anno quarto. »

2415 Avignon, 5 octobre 1366.

Aymerico, episcopo Pictavensi, mandatur ut circa libertates et jura ecclesiastica defendenda, postposita negligentia, se reddat studiosum, modo quo contra ipsum aliud remedium non adhibeatur. (Reg. Vat. 248, fol. 159 recto.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Pictavensi, salutem etc.* Dolemus et merito cum fratres. — Datum Avinione, III nonas octobris, anno quarto. »

2416 Avignon, 6 octobre 1366.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut publicentur indulgentiae concessae profisciscentibus in Terrae Sanctae subsidium. (Reg. Vat. 248, fol. 264 recto. De curia. — Fierens, *op. cit.*, p. 863, n. 1854.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Super custodiam ... Sane in publicam noticiam credimus devenisse quod, quia carissimus in Christo filius noster Petrus, rex Cipri illustris, ejusque subditi ac fratres Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, pugiles Christi et athlete fidei christiane nonnullorum fidelium adjuti auxilio, de A. S. licentia, adversus Saracenos impios, Christi blasphemos et hostes nominis christiani detentoresque Terre Sancte ad christianos spectantis, in qua Salvator noster, Dei filius, Jhesus Christus dignatus est humani generis operari salutem, civitatem Alexandrinam de manibus dictorum Saracenorum, dextera Domini cum eis faciente virtutem, vi armorum ceperunt, licet postmodum, quod dolenter referimus paucis diebus, eam non potuerint retinere, ipsi Saraceni ac nephanda natio Turchorum inimicorum et sedulorum persecutorum fidei prelibate, insulas Cipri et Rhodi aliasque terras, ad dictos regem et fratres in ultramarinis pertinentes, minantur invadere de illisque delere, quod absit, gloriosissimum nomen Christi. Nos ... fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus per vos vel alium seu alios universos Christi fideles vestrarum civitatis et diocesis in ecclesiis, dum populi ad divina convenerint et in predicationibus ex parte nostra exhortari et secundum prudentiam vobis datam a Domino inducere studeatis ut pro dictorum regis et fratrum suorumque populorum ac insularum et terrarum, ad eos in eisdem partibus ultramarinis spectantium, defensione ab hostilitatibus et persecutionibus infidelium predictorum ac securitate maris, ut sit tutus accessus fidelium ad insulas et terras easdem, pro reverentia Dei, cujus negotium agitur, et ipsorum exhortandorum salutem velint aut in ipsorum personis aut in bonis eis a Deo eorum collatis tribuere auxilium et juvamen. Et ut ad hoc tanto promptiores existant quanto majorem remunerationem se noverint percepturos, nos ... omnibus Christi fidelibus, qui pro dictis defensione et securitate transfretaverint et laborem hujusmodi in personis propriis subierint et expensis plenam eorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retributione justorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint, et illis similiter qui juxta facultatem et qualitatem suam bellatores ydoneos in expensis propriis destinabunt, quamvis ipsi personaliter non vadant, plenam concedimus suorum veniam peccatorum, penitentias vero omissas seu recte non factas per aliquos ex predictis, nisi peregrinationem aliam aut aliud opus vel restitutionem seu aliam realem prestationem aut erogationem concernerent, eisdem misericorditer remittentes, omnibus ipsis concedimus quod per confessionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habuerint, que tamen, si de illis in speciali recolerent, confiterentur libenter indulgentiam plenam obtineant taliter confitentes, ita tamen quod, si postmodum ad eorum memoriam hujusmodi peccata redierint, illa teneantur specialiter confiteri. Eos preterea qui, licet non juxta qualitatem et facultatem suam, aliquem tamen seu aliquos bellatores ydoneos pro dictis defensione et securitate propriis sumptibus destinaverint vel de suis temporalibus bonis contribuerint ad aliquos destinandos, et illos qui ad subventionem dictarum defensionis et securitatis de bonis eisdem congrue ministrabunt, prout singulis fuerit divinitus inspiratum, necnon consiliarios testatorum qui testatores eosdem ad subveniendum dictis defensioni et securitate cum efficacia hortabuntur ac alios etiam qui pro dictis defensione et securitate laborabunt et hactenus laborarunt et alias ad promotionem earundem defensionis et securitatis consilium et auxilium impenderint oportunum, juxta qualitatem subsidii et devotionis affectum ac mensuram laboris participes esse volumus indulgentie memorate ... Datum Avinione, II nonas octobris, anno quarto. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Lugdunensi, .. Tarantasiensi, .. Viennensi, .. Ebredunensi, .. Senonensi, .. Rothomagensi, .. Turonensi, .. Bituricensi, .. Burdegalensi, .. Narbonensi, .. Tholosano, .. Bisuntino, .. Aquensi, .. Arelatensi, .. Auxitano archiepiscopis eorumque suffraganeis.* »

2417 Avignon, 6 octobre 1366.

Joanni de Carmosino, O. F. M., in sacra pagina magistro ac ministro Terrae Sanctae mandatur ut publicentur eaedem indulgentiae in ecclesiis tam sui ordinis quam aliis necnon locis aliis de quibus viderit expedire. (Reg. Vat. 248, fol. 275 verso.)

« *Dilecto filio Johanni de Carmosino, O. F. M., in sacra pagina magistro ac ministro Terre Sancte, salutem etc.* Super custodiam. — Datum ut supra. »

2418 Avignon, 6 octobre 1366.

Carolum, regem Franciae, hortatur ad mittendam gentem armigeram regi Cypri et Hospitalis S. J. Jerosolimitani fratribus. (Reg. Vat. 248, fol. 159 verso. — Rinaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1366, § 15.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Inter alia pietatis opera ... Ad serenitatis tue noticiam non ambigimur devenisse quod carissimus in Christo filius noster Petrus, rex Cipri illustris ... (1), propterea dictos regem et fratres, eorumque populos in ultramarinis partibus constitutos, isto presertim tempore, auxilio prefatorum principum, aliorumque fidelium indigere cernentes, devotam magnificentiam tuam affectuose rogamus et hortamur attente quatinus, premissa pie considerans, ad obviandum hujusmodi periculis ac dampnis pro reverentia summi regis, per quem regnas, animeque tue salute pro dictorum regis et fratrum suorumque populorum, et insularum ac terrarum ad eos in eisdem ultramarinis partibus spectantium, defensione ab hostilitatibus et persecutionibus infidelium predictorum, ac securitate maris, ut sit tutus accessus fidelium ad insulas et terras easdem, de aliqua gente armigera velis eisdem regi et fratribus celeriter subvenire, sciturus quod tam ituris quam missuris auxilium pro hujusmodi nostri redemptoris obsequio indulgentiam, que datur transfretantibus in Terre Sancte subsidium, duximus concedendam. Datum Avinione, II nonas octobris, anno quarto. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* »

« *Eodem modo nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi,* mutatis mutandis. »

(1) Même exposé que dans le n. 2416.

2419 Avignon, 7 octobre 1366.

Prohibetur sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae ne quis « libratam, hospicium, domum vel curiam, aut locum aliquem ad usum et habitationem suam vel familie sue, per se vel alium, in ipsa civitate Viterbiensi recipere, conducere vel signare aut cancellum facere, ac etiam ne cives aut incole, seu etiam alii quicumque ejusdem civitatis, etiamsi magisterii, rectoratus aut capitaneatus, vel alia quacumque spirituali vel temporali, ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, officio vel potestate, eisdem ea concedere vel locare seu assignare sine licencia nostra speciali, donec per camerarium nostrum, qui est vel erit pro tempore, cui super hoc tribuimus potestatem, assignatio et ordinatio de predictis facta fuerit, quoquo modo presumant ». (Reg. Vat. 248, fol. 265 verso. De curia. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 439, n. 420.)

« Ad futuram rei memoriam. Cum ad Urbem Romanam. — Datum Avinione, nonis octobris, anno quarto. »

2420 Avignon, 8 octobre 1366.

Reginae Siciliae nuntiat de mense septembris proximo futuro versus Urbem arripere iter suum « pro eo maxime quod ipsa curia erit tuo regno propinqua et reginalis serenitas suique subditi majorem commoditatem habebunt in omnibus agendis pro tempore in curia prelibata, et talis vicinitas in eorum tutelam et commoda multipliciter, dante Domino, redundabunt, deliberationem nostram hujusmodi tue excellentie ad gaudium nunciamus ». (Reg. Vat. 244 F, fol. 149, n. 367.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Licet a nostre promotionis ad apicem. — Datum ut supra. »

2421 Avignon, 8 octobre 1366.

Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, et Hugoni de Bonovillari mandatur ut in examinationibus rationum Angeli Tavernini, civis Viterbiensis, provinciae Patrimonii beati Petri in Tuscia thesaurarii, « eum ac suum nuncium benivole ac honeste tractent et in documentis vobis exhibendis per eum et in aliis ad hoc oportunis, precipue in brevitate termini seu terminorum, quod per gentes Camere nostre non consuevevit fieri, non gravent; et, si quod gravamen in hiis eidem thesaurario intulistis, illud studeant penitus revocare ». (Reg. Vat. 248, fol. 266 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Stephano abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum in nonnullis Italie par-*

tibus R. E. debitorum receptori generali, ac Hugoni de Bonovillari, archidiacono Manhaci in ecclesia Auxitana, et eorum ac cuilibet ipsorum, commissariis deputatis in negocio infrascripto, salutem etc. Fidelitatem et solicitudinem dilecti filii Angeli. — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno quarto. »

2422 Avignon, 10 octobre 1366.

Reginam Siciliae exhortatur ut studeat infallibiliter destinare gentes armigeras pro colligatione contra comitivas. (Reg. Vat. 248, fol. 162 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 394, n. 102.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Colligationem nuper pro parte Romane Ecclesie. — Datum Avinione, VI idus octobris, anno quarto. »

2423 Avignon, 10 octobre 1366.

Andruino, A. S. legato, mandatur ut mittat 425 equites et totidem pedites colligatis contra comitivas. (Reg. Vat. 248, fol. 161 recto; Theiner, *Codex*, t. II, p. 440, n. 422.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Colligationem providam. — Datum Avinione, VI idus octobris, anno quarto. »

2424 Avignon, 10 octobre 1366.

Infrascriptis mandatur quid agendum sit quoad colligationem factam contra societates. (Reg. Vat. 248, fol. 161 verso. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, p. 404, n. 990.)

« *Dilecto filio Marco S. R. E. presbitero cardinali ac venerabilibus fratribus Petro, Florentino, ac Bucio, Civitatis Castelli episcopis, A. S. nunciis ac eorum cuilibet, salutem etc.* Litteras nostras nunciantes colligationem esse factam contra societates futuras multum lete recepimus ... Vidimus capitula colligationis ejusdem, que per omnia nobis placent, et prout tangunt R. E. ea faciemus, auctore Domino, adimpleri, et quod in hac parte providimus vobis significamus per copias interclusas. Ipsas igitur, si et prout expediens fuerit, mittatis et solicitetis executioni debite demandari, nobis rescripturi quid factum fuerit in premissis, et hec que scribimus dilectis filiis Florentinis et aliis, sicut vestre circumspectioni videbitur, poteritis aperire, confirmationem autem dictorum capitulorum seu pactorum dicte colligationis ad presens non mittimus, quia secundum laudabilem consuetudinem Romane curie confirmanda per S. A. debent examinatione diligentissima recenseri, sed, quamcito fieri poterit, ad hoc cum debita diligencia intendetur, et ne sit defectus in apostolicis litteris, vel variacio cum instrumento dictorum colligationis et pactorum, ac secundum morem dicte curie expedit quod ipsum instrumentum in forma publica destinetis. Datum Avinione, VI idus octobris, anno quarto. »

2425 Avignon, 10 octobre 1366.

Sancio Vaquerii, A. S. nuncio, mandatur ut satisfaciatur de dampnis et injuriis illatis prioratui S. Mauri Auxitanae dioecesis, O. S. B., anno 1362 mense augusti, a nobili viro Joanne, comite Astariaci, tunc milite, et universitate loci Mirandae, Auxitanae dioecesis, qui turrim seu campanile ac campanam, necnon libros, calices, paramenta et ornamenta immisso igne destruxerunt, ibidem homicidia et alia sacrilegia perpetrarunt; alioquin promulgabit sententias excommunicationis et interdicti reservatas S. A. (Reg. Vat. 248, fol. 267 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, sacriste ecclesie S. Michaelis de Regula, Vasatensis diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* Exigit perversorum sacrilegorum. — Datum Avinione, VI idus octobris, anno quarto. »

2426 Avignon, 10 octobre 1366.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis scribitur quod, si Andruinus, legatus S. A., colligationem contra comitivas non fecerit et 425 equites et totidem pedites ad locum deputatum non miserit, revocatur potestas data legato recipiendi dacia, gabellas aliosque proventus civitatis Bononiensis et provinciae Romandiolae; percipiat dicta dacia etc. et stipendiet gentes equestres et pedestres, ac reliquas pecunias collectas eidem legato pro supportandis oneribus relinquat. (Reg. Vat. 248, fol. 266 verso. De curia.)

« *Eidem.* De tua fideli prudencia. — Datum Avinione, VI idus octobris, anno quarto. »

2427 Avignon, 18 octobre 1366.

Joanni, duci Britanniae, mandatur ut faciat restitui priori prioratus saecularis ecclesiae S. Lazari Montisfortis, Macloviensis dioecesis, qui nulli jurisdictioni temporali subsistit, jura et emolumenta in nundinis singulis annis prope capellam S. Laurentii infra metas parochialis ecclesiae de Talenzac, dictae dioecesis, de quibus fuit spoliatus ab officialibus et gentibus suis. (Reg. Vat. 248, fol. 162 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie, salutem etc.* Displicibilis admodum significatis. — Datum Avinione, XV kalendas novembris, anno quarto. »

2428 Avignon, 19 octobre 1366.

Ludovico, duci Andegavensi, commendantur ambaxiatores incolarum senescalliae Bellicadri et Nemausi oneribus nimis gravatorum. (Reg. Vat. 248, fol. 163 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie, fratri et locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc.* Quia forsan ignoras. — Datum Avinione, XIIII kalendas novembris, anno quarto. »

2429 Avignon, 24 octobre 1366.

Ægidio, Sabinensi episcopo, mandatur ut adimpleat clausulam colligationis factae contra societates quoad gentem armigeram mittendam. (Reg. Vat. 248, fol. 164 verso. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 443, n. 425.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* In tenore instrumenti colligationis facte Florencie contra societates futuras vidimus contineri quod infra septuaginta quinque dies, inchoatos die decimo nono mensis septembris proxime preteriti, 225 equites et totidem pedites distributos dilecto filio nostro Andruino, tituli S. Marcelli presbytero cardinali, A. S. legato, pro terris E. R., quas regit, quosque ipse legatus ultra alios ducentos equites et totidem pedites, etiam sibi et eisdem terris impositos, promittere et dare renuebat, tu et ipse legatus in totum vel pro parte nomine R. E. promittere, et ad hoc vos et terras, quas regitis, obligare secundum formam instrumenti, quam ad te pervenisse credimus, deberetis. Licet, igitur, super hoc, prout tibi nuper scripsimus per alias litteras nostras, certo modo duxerimus providendum, ne tamen defectus possit in hac parte accidere, quod Deus avertat, iterato tue fraternitati mandamus quod, si hujusmodi promissio et obligatio per dictum legatum facte non fuerint infra terminum prelibatum, tu sufficiens mandatum ad hoc non differas destinare, dictam Ecclesiam et terras, quas regis, efficaciter obligando, ac pro toto vel pro parte, sicut defectus extiterit, de premissis gentibus armigeris et aliis facias adimpleri, notificaturus nobis quid super hiis duxeris faciendum. Datum Avinione, IX kalendas novembris, anno quarto. »

2430 Avignon, 25 octobre 1366.

Marco cardinali et Petro, Florentino, ac Bucio, Civitatis castelli episcopis, A. S. nuntiis, scribit de defectu gentium armigerarum mittendarum colligatis Ecclesiae. (Reg. Vat. 248, fol. 164 verso. — Reg. Vat. 244 F, fol. 154, n. 379.)

« *Dilecto filio Marco S. R .E. cardinali, et venerabilibus fratribus Petro, Florentino, et Bucio Civitatiscastelli episcopis, S. A. nunciis, salutem etc.* Super defectu promissionis et obligationis per dilectum filium nostrum Andruinum, tituli S. Marcelli presbiterem cardinalem, A. S. legatum, in colligatione facta contra societates futuras faciendarum de ducentis vigintiquinque equitibus et totidem peditibus, de quibus extitit altercatum, per alias nostras litteras, quas vobis de presenti mense direximus, duximus providendum et ad majorem cautelam providemus ad presens per alias litteras inclusas una cum earum copia presentibus, quas venerabili fratri nostro Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, curetis celeriter destinare. Datum Avinione, VIII kalendas novembris, anno quarto. »

2431 Avignon, 25 octobre 1366.

Joanni, duci Biturícensi et Alverniae, commendantur nobiles viri Armandus, vicecomes Podompniaci, et Bandonetus, ejusdem vicecomitis frater, praesertim super sayzina apposita in castro de Corevili pertinente ad eos. (Reg. Vat. 248, fol. 165 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Biturícensi et Alvernie, salutem etc.* Habentes ad dilectos filios. — Datum Avinione, VIII kalendas novembris, anno quarto. »

2432 Avignon, 26 octobre 1366.

Eidem commendatur nobilis mulier Anna Assagnina, comitissa Athisii, vidua Thomae de Marchia et multa indigentia constituta. (Reg. Vat. 248, fol. 165 recto.)

« *Dilecto filio salutem etc.* Grata, fili dilecte, relatione percepimus. — Datum Avinione, VII kalendas novembris, anno quarto. »

2433 Avignon, 26 octobre 1366.

Raymundo, domino de Montealbano, scribitur ut debitum copulae conjugalis nobili mulieri Annae Assagninae, uxori ejus, et ordinationem factam inter illum et Annam a Nicolao, S. M. in via lata cardinali, de mandato papae, scilicet quod in certis terminis pecuniae quantitatem ex bonis suis ad ipsum pervenientis pro substentatione annuatim, adimpleat, quia Anna mendicat. (Reg. Vat. 248, fol. 167 recto. — Reg. Vat. 244 F, fol. 156, n. 385.)

« *Dilecto fratri nobili viro Raymundo, domino de Montealbano, militi Vapincensis diocesis, salutem etc.* Ex querela dilecte. — Datum Avinione, VII kalendas novembris, anno quarto. »

2434 Avignon, 26 octobre 1366.

Annae, Assesinae comitissae Atthisii, scribitur ut habeat commendatos nuncios S. A. (Reg. Vat. 244 F, fol. 142, n. 353.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Anne Assesine, comitisse Atthisii, salutem, etc.* Cum etc. Nobilitatem tuam rogamus et hortamur in Domino quatinus ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram prefatas nuncios habeas commendatos ac procures quod per tuos consanguineos et benivolos commendati habeantur in consiliis et favoribus oportunis. Datum. »

2435 Avignon, 27 octobre 1366.

Guillelmo Willabuon mandatur ut tollat totaliter appositum super castro de Rupe et recipiat litteras ducis Bituriensis interclusas. (Reg. Vat. 248, fol. 165 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo Willabuon, militi, baylivo montanarum Alvernie, salutem etc.* Nuper dilecto filio nobili viro Johanni. — Datum Avinione, VI kalendas novembris, anno quarto. »

2436 Avignon, 28 octobre 1366.

Populo Romano mandatur ut expectetur patienter adventus ejus in Urbem. (Reg. Vat. 248, fol. 167 verso.)

« *Dilectis filiis populo Romano, salutem etc.* Ex litteris vestris, per quas nobis ingentem letitiam quam habetis de significatione nostri adventus ad Urbem signis evidentibus demonstratam reserastis per .. latores presentium, cum gaudentes gaudentibus recreationem cordialem habuimus et habemus, sicut enim in filiorum tribulationibus non tribulari non possumus, sic in eorum gaudiis exultamus, quia hec est nostra intentio et ad hoc noster affectus dirigitur ut animabus salutem, quietem et pacem corporibus honestamque letitiam vestris et cunctorum fidelium animis procuremus, pacienter igitur expectetis videre quod cupitis, rogantes Deum suppliciter ut in nostro itinere impedimentum accidere non permittat. Datum Avinione, V kalendas novembris, anno quarto. »

2437 Avignon, 30 octobre 1366.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut publicent constitutionem *Super orbis* datam Avinione III kalendas novembris anno quarto, qua quicumque officium visitationis adimplens per se vel per alium non valeat petere « ultra medietatem summarum contentarum in constitutione Benedicti XII (*Vas electionis*) ». Insuper « si quis plura ecclesias, monasteria et loca eadem die visitaverit, eum hujusmodi medietate, quam inter ipsa ecclesias, monasteria et loca eodem die visitata dividi pro ipsorum rata jubemus, volumus contentari, decernentes eum penas in eadem constitutione contentas, ipso facto, si secus fecerit, incursurum ». Infra octo dies a praesentatione praesentium publicatio habenda sit sub poena excommunicationis, ipso facto incurrendae. (Reg. Vat. 248, fol. 273 verso. De curia. — Fierens, *op. cit.*, p. 877, n. 1873.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Ad relevationem ecclesiarum. — Datum Avinione, III kalendas novembris, anno quarto. »

« *Eodem modo*, mutatis mutandis, *venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis per universum orbem constitutis* (1). »

(1) La bulle adressée à l'archevêque de Bordeaux a été publiée par J. Fraikin, dans *Annales de Saint-Louis des Français*, t. III (1898), p. 554-557.

2438 Avignon, 31 octobre 1366.

Joanni de Armaniaco actiones gratiarum reddit de oblatione gentis armigerae qua non indiget cum per mare ad Urbem ibit. (Reg. Vat. 248, fol. 168 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 152, n. LXXII.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Armaniaco, militi, dilecti filii nobilis viri Johannis comitis Armaniaci nato, salutem etc.* Oblationem tuam magnificam ,quam de tua persona strenua ac gentibus armigeris ad associandum nos ad Urbem per dilectum filium Raymundum Garsaballi magistrum ostiarium et familiarem nostrum facere curavisti letanter auditam gratam habuimus multipliciter et acceptam. Verum, quia per mare duce Deo facere proponimus iter nostrum, nobilitatem tuam circa premissa nolumus fatigare, devotioni, quam ex oblatione predicta et alias erga nos te habere cognoscimus gratiarum referentes uberes actiones. Datum Avinione, II kalendas novembris, anno quarto. »

2439 Avignon, 31 octobre 1366.

Carolo, regi Franciae, commendatur nobilis vir Guido de Montelauri, miles Vivariensis, lator praesentium, de suis negociis. (Reg. Vat. 248, fol. 168 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 152, n. LXXIII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius. — Datum Avinione, II kalendas novembris, anno quarto. »

2440 Avignon, 31 octobre 1366.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut partes suas interponat apud regem Franciae pro dicto Guidone. (Reg. Vat. 248, fol. 168 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Cum dilectus filius. — Datum ut supra. »

2441 Avignon, 2 novembre 1366.

Stephano de Tegula O. F. M. committitur inquisitio de in Romana curia diffamatis super crimine haeresis. (Reg. Vat. 248, fol. 275 recto. De curia. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, p. 406, n. 993; Wadding, ad annum 1365, § 5.)

« *Dilecto filio Stephano de Tegula, O. F. M. professori, salutem etc.* Cum, sicut accepimus, Petrus Garilhi de Publicis et Antelmetis de Revoelherio et Jacobus de Osiriaco ac Hudinus Bas de Huma et Benedictus de Armantia, laici Taurinensis et Gebennensis ac Saonensis et Gebennensis diocesium, in Romana curia sint reperti de heretice pravitatis labe plurimum diffamati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus et committimus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, etiam apud Apostolicam Sedem, contra predictos Petrum, Antelmetem, Jacobum, Hudisium et Benedictum super crimine heresis predicto inquiras et procedas et justitiam facias summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, ac omnia et singula exequaris, facias et exerceas, que in premissis et circa premissa necessaria fuerint aut etiam oportuna, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo ; non obstante si alias per te, alium vel alios inquisitum et processum fuerit contra predictos et singulos de crimine predicto, quavis auctoritate, traditionem brachii secularis, etc. Datum Avinione, IIII nonas novembris, anno quarto. »

ANNUS QUINTUS

2442 Avignon, 7 novembre 1366.

Bertrando de Macello conceditur facultas faciendi compositionem cum episcopis Germaniae et Bohemiae de subsidio pro decima. (Reg. Avin. 164. De curia. — A. Novacek, *Copialbuch des apostolischen Nuntius Bertrand de Macello*, dans *Sitzungsberichte des Kgl. boehmischen Gesellschaft der Wissenschaften, Klasse Phil.*, t. XXV (1895), p. 1-41, n. 7; *Sussidi per la consultazione dell' Archivio Vaticano, Bullarium generale*, t. II, p. 39, n. 17, sub data III kalendas novembris anno quarto.)

« *Dilecto filio Bertrando de Macello, canonico Lodovensi, licenciato in decretis, A. S. nuncio, salutem etc.* Nuper decimam. — Datum Avinione, VII idus novembrii anno quinto. »

2443 Avignon, 7 novembre 1366.

Eidem de compositione fienda cum militibus S. Joannis Jerosolimitani. (Reg. Avin. 164. De curia.; *Bullarium generale*, t. II, p. 39, n. 18; Novacek, *op. cit.*, n. 6.)

« *Dilecto filio salutem etc.* Cupientes publicis necessitatibus. — Datum Avinione, VII idus novembrii, anno quinto. »

2444 Avignon, 9 novembre 1366.

Stephano abbati S. Victoris Massiliensis commendatur Petrus Rostagni, domicellus Ebredunensis dioecesis, cui ipse cum assensu Ægidii, episcopi Sabinensis, commisit officium thesaurarii provinciae ducatus Spoletani. (Reg. Vat. 244 I, fol. 105, n. 243.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum nonnullarum terrarum R. E. in partibus Italie consistentium debitorum receptori generali, salutem etc.* De fidelitate. — Datum Avinione, V idus novembris, anno quinto. »

2445 Avignon, 10 novembre 1366.

Bertrando de Macello conceditur facultas prorogandi terminos decimae concessae Carolo imperatori Romanorum propter impotentiam episcoporum et certis causis. (Reg. Avin. 164. — Novacek, *op. cit.*, n. 9; *Bullarium generale*, t. II, n. 21, p. 39.)

« *Dilecto filio Bertrando de Macello, canonico Lodovensi, licenciato in decretis, A. S. nuncio, salutem etc.* Nuper carissimi. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quinto. »

2446 Avignon, 10 novembre 1366.

Joannem, episcopum Argentinensem, rogat ut consiliis et favoribus assistat Bertrandum de Macello, canonicum Lodovensem, papae capellanum, A. S. nuncium ad partes Alemanniae destinatum. (Reg. Vat. 244 I, fol. 105, n. 244.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Argentinensi, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno quinto. »

2447 Avignon, 18 novembre 1366.

Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, mandatur et faciat restitui Blasio, episcopo Clusino, bona quae fuerunt ablata ab officialibus communis civitatis Perusinae existentibus in castro plebis Clusinae dioecesis et desisteri de molestiis illi illatis. (Reg. Vat. I, fol. 106, n. 248.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum ad R. E. in Italie partibus pertinencium receptori generali, salutem etc.* Gravem pro parte. — Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno quinto. »

2448 Avignon, 18 novembre 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur item ac supra de Blasio episcopo Clusino. Deinde adjungit ne, cum spoliatio facta fuerit occasione victualium providendorum ab officialibus communis Perusini socialibus, absolvat idem commune et officiales nisi dicto Blasio restituerint bona sua. (Reg. Vat. 244 I, fol. 107, n. 252.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Gravem pro parte. — Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno quinto. »

2449 Avignon, 18 novembre 1366.

Jeannae, Brabantiae et Lucemburgensi ducissae, mandatur ut inducat Wenceslaum, ejus consortem, a relevatione gravaminum illatorum ab officialibus suis capitulo Virdunensi. (Reg. Vat. 244 I, fol. 106, n. 249.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri Johanne Brabancie et Lucemburgensi ducisse, salutem etc.* Habentes cordi. — Datum Avinione, XIIII kalendas decembris, anno quinto. »

2450 Avignon, 19 novembre 1366.

Joanni, archiepiscopo Bracharensi, mandatur ut veniat ad curiam Romanam. (Reg. Vat. 244 I, fol. 108, n. 254.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Bracarensi, salutem etc.* Quia, ut tua non ignorat fraternitas, apud nos diversis es excessibus et criminibus accusatus, de quibus a nobis justicia petitur et, si vera reperiantur, decet fieri per Sedem Apostolicam justicie complementum, nos, considerantes quod in illis partibus commorando ecclesie tue prodesse non vales, fraternitati tue, cui optamus honorem, consulimus et mandamus quatinus, super hiis non expectans citationem, ad Romanam curiam, quam cito poteris, personaliter accedere non postponas ; speramus enim quod, si hoc feceris, scandala, si qua tui occasione sunt orta, poterunt citius et levius amoveri. Datum Avinione, XIII kalendas decembris, anno quinto. »

2451 Avignon, 22 novembre 1366.

Joannae, reginae Siciliae, mandatur ut mittat quinque galeas Massiliae die 15 mensis maii. (Reg. Vat. 244 I, fol. 111, n. 259 a.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quia tempus appropinquat quo de galeis per tuam liberalitatem nobis oblatis, quarum quinque acceptavimus parandis et armandis et eciam transmittendis, providendum existit, serenitatem tuam requirimus per presentes quatinus easdem quinque galeas parari, armari ac mitti tali tempore facias quod die quintadecima mensis maii proximo secuturi ac eas paratas in portu Massilie habeamus. Datum Avinione, X kalendas decembris, anno quinto. »

« *Eodem modo nobili viro Marco Cornario, duci Venetiarum, salutem etc.*, sed loco serenitatem dicatur nobilitatem. »

2452 Avignon, 22 novembre 1366.

Item mandatur prioribus artium ac vexillifero justitiae necnon consiliio et communi civitatis Florentinae. (Reg. Vat. 244 I, fol. 111, n. 259 b.)

« *Dilectis filiis .. prioribus artium ac .. vexillifero justicie necnon .. consilio et communi civitatis Florentine, salutem etc.* Quia tempus appropinquat. — Datum Avinione, X kalendas decembris, anno quinto. »

2453 Avignon, 24 novembre 1366.

Ludovico, regi Hungariae, commendatur Joannes, abbas monasterii Claraevallis, Cisterciensis ordinis, Lingonensis dioecesis, paterabbas tam monachorum quam monialium dicti ordinis in regno Hungariae ita ut possit visitare et reformare monasteria inibi existentia. (Reg. Vat. 244 I, fol. 111, n. 260.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Cum, sicut audivimus. — Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quinto. »

2454 Avignon, 24 novembre 1366.

Ægidio, episcopo Sabinensi, mandatur quatinus faciat parari et armari galeam a magistro Nicolao de Neapoli, doctore legum, quae mittatur in portu Massiliae die XV mensis maii futuri proxime. (Reg. Vat. 244 I, fol. 111, n. 261.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Exposuit nobis dilectus filius. — Datum Avinione, VIII kalendas decembris, anno quinto. »

2455 Avignon, 28 novembre 1366.

Carolum, regem Francie, rogat ut inviolabiliter observari faciat conventiones dudum initas inter regem Franciae et Mimatensem episcopum super pariagio, ita ut « non tenea-

tur ad aliquas impositiones seu tallias persolvendas, nisi tantum ad illas, quas per totum tuum regnum Francie pro generali defensione ipsius regni imponi contingeret ». (Reg. Vat. 244 I, fol. 115, n. 269.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pro dilectis filiis universitatibus patrie Mimatensis. — Datum Avinione, IIII kalendas decembris, anno quinto. »

2456 Avignon, 28 novembre 1366.

Senescallo Ruthenensi mandatur ut pacificet homines suae senescalliae et homines patriae Mimatensis. (Reg. Vat. 244 I, fol. 114, n. 267.)

« *Dilecto filio nobili viro .. senescallo Ruthenensi, salutem etc.* Molesta nimis insinuatione. — Datum Avinione, IIII kalendas decembris, anno quinto. »

2457 Avignon, 1er décembre 1366.

Cassantur omnes uniones de prioratibus etiam conventualibus, dignitatibus, personatibus, officiis, portionibus, praestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus, ac aliis beneficiis ecclesiasticis saecularibus et regularibus quibuscumque cum cura vel sine cura, exemptis et non exemptis, quae obtinentes per cessum, vel decessum aut alias adhuc non dimiserunt. (Reg. Vat. 164, fol. 15 recto. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam (1). — Datum Avinione, kalendis decembris, anno quinto. »

2458 Avignon, 1er décembre 1366.

Raymundo de Baucio mandatur ut omnem conatum apponat ad firmandam concordiam inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae. (Reg. Vat. 244 I, fol. 115, n. 271.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regi Sicilie camerario, salutem etc.* Quamvis credamus indubie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno quinto. »

2459 Avignon, 1er décembre 1366.

Item mandatur reginae Siciliae. (Reg. Vat. 244 I, fol. 116, n. 273.)

(1) Une tache d'humidité rend illisible l'incipit.

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quamvis credamus indubie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno quinto. »

2460 Avignon, 15 décembre 1366.

Reginam Siciliae rogat ut interponat partes suas pro restitutione castri Spinazolae Nicolao de filiis Ursi, rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia, quod detinet occupatum Philippus, imperator Constantinopolitanus. (Reg. Vat. 244 I, fol. 125, n. 295.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitatem tuam. — Datum Avinione, XVIII kalendas januarii, anno quinto. »

2461 Avignon, 3 janvier 1367.

Nicolao, marchioni Estensi, mandatur ut adhibeat plenam fidem Ægidio, S. A. legato, de intimatis ipsi per papam quae notificanda erant ipsi Nicolao et colligatis Ecclesiae. (Reg. Vat. 244 H, fol. 4, n. 6.)

« *Dilecto filio Nicolao, marchioni Estensi, pro nobis et E. R. in civitate Ferrariensi vicario generali, salutem etc.* Hiis diebus. — Datum Avinione, III nonas januarii, anno quinto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* »

2462 Avignon, 4 janvier 1367.

Fulconi Pererii et Guillelmo Baralis mandatur ut recipiant ab archiepiscopo Toletano mutuum 5000 florenorum auri detractandum de pecuniis procurationum quas sibi reservavit papa. (Reg. Vat. 244 H, fol. 5, n. 9.)

« *Dilectis filiis Fulconi Pererii, canonico Caturcensis, et Guillelmo Baralis, scolastico Conchensis ecclesiarum, A. S. nunciis, vel eorum alterius, salutem etc.* Cum urgentibus maximis necessariis. — Datum Avinione, II nonas januarii, anno quinto. »

« *Dilecto filio Arnoldo Andree, decano ecclesie Xanctonensis, A. S. nuncio, pro .. episcopo S. Pontii Thomeriarum.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Biterrensi.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Agathensi.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Electensi.* »

« *Dilecto filio Arnoldo de Peyraco, canonico Lectorensi, A. S. nuncio, pro .. episcopo Convenarum.* »

« *Dilecto filio Arnaldo de Vernolio, canonico Burgensi, A. S. nuncio, pro .. archiepiscopo Tholetano.* »

« *Dilecto filio Americo Pellicerii, sacriste ecclesie S. Johannis de Perpiniano, Elnensis diocesis, A. S. nuncio, pro .. archiepiscopo Tholosano.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Rivensi.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo S. Pa[pu]li.* »

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, canonico Ruthenensi, A. S. nuncio, pro .. episcopo Cathurcensi.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Albiensi.* »

« *Eodem modo pro .. episcopo Vabrensi.* »

2463 Avignon, 5 janvier 1367.

Carolum, imperatorem Romanorum, rogat ut confirmet Joannem de Agnello assumptum in gubernatorem civitatis Pisanae praeter suam conscientiam ita ut « pro transitu nostro ad Urbem, quem optare te novimus, oblatas per eos nobis galeas commode valeant exhibere nosque cum nostra curia per Pisanam maritimam et portus tutum et quietum transitum habeamus ». (Reg. Vat. 244 H, fol. 6, n. 12.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, imperatori Romanorum semper augusto, salutem etc.* Adventum tuum. — Datum Avinione, nonis januarii, anno quinto. »

2464 Montpellier, 18 février 1367.

Assignantur pro constructione et consummatione ecclesiae quae sub vocabulo B. M. V. in castro Grisaci, Mimatensis dioecesis, de mandato papae extitit inchoata infra limites parochialis ecclesiae B. M. de Frayssenetо de Losera, dictae dioecesis, cum pecuniis Camerae Apostolicae. Erigitur eadem ecclesia in parochialem, quae habuerit fontes baptismales et cimiterium cum libera sepultura cujusque rector gaudebit juribus parochialibus et percipiet decimas ab habitantibus, exceptis praedialibus pertinentibus antea ad tales. Limites ecclesiae de Grisaco sic stabiliuntur : « incipiant a rivo vocato Renilho, qui est in limitibus mandamenti ejusdem castri, dum itur ad locum de Vilario, ejusdem diocesis, et ab ipso rivo ascendendo superius quantum protenditur mandamentum dicti castri, et perveniendo ad quadruvium vulgariter nuncupatum Delchier in Bogesio et a dicto quadruvio ascendendo ad verticem montis de Bogesio et quantum protenditur aqua pendens dicti montis deveniendo ad terram montis ejusdem et exinde transeundo per nemus vocatum Sapetum ac sequendo Serram que est in conspectu ejusdem castri et aque pendentiam perveniendo directe ad conspectum mansi sive casalium de Prevencheriis, et ab illo conspectu descendendo inferius ad aquam Rompenselli recte, quantum possibile est, et ab eadem aqua ad dicta casalia sive mansum includendo et postmodum ascendendo superius directe ad publicam viam per quam itur de Salegiis apud predictum castrum in loco dicto Aschamelhis, et ab eadem via recto tramite inferius descendendo et perveniendo ad flumen Tarni, et exinde sequendo ripam ipsius fluminis a parte sepedicti castri atque perveniendo ad orpositum mansi dicti de Chantalop, ac deinde ascendendo superius ad eundem mansum ipsumque concludendo et ab ipso manso directe, quantum possibile est, perveniendo ad pedem loci de Chamblaue ad aquam de Vallemaleta ac transeundo ipsam aquam de Vallemaleta deveniatur ad prefatum rivum de Renilho. Et insuper, ut idem rector prefate ecclesie de Grisaco, qui pro tempore fuerit, commodius valeat onera ipsius ecclesie supportare capellam S. Thome castri de Altafagia sine cura prefate diocesis cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem ecclesie de Grisaco auctoritate predicta im perpetuum annectimus et unimus », nonobstante si collatio, praesentatio et dispositio dictae capellae ad priorem prioratus S. Germani de Alesto, Nemausensis dioecesis, pertineat. (Reg. Vat. 256, fol. 1 verso. De curia. — Reg. Avin. 164, fol. 16 verso. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Divini nominis cultum. — Datum apud Montempessulanum, Magalonensis diocesis, XII kalendas marcii, anno quinto. »

2465 Avignon, 30 mars 1367.

Revocatur promotio Philippi Odardi, prioris prioratus de Ceaux, Andegavensis dioecesis, O. S. B., in priorem prioratus S. Gervasii, Rothomagensis dioecesis, sine infamie macula vel nota. (Reg. Vat. 256, fol. 2 recto. De curia. — Reg. Avin. 164, fol. 17 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Sedis Apostolice prudencia. — Datum Avinione, III kalendas aprilis, anno quinto. »

Avignon, 3 avril 1367.

Ludovico, duci Borbonii, mandatur ut Anglicus tituli S. Petri ad vincula presbyter cardinalis de intentione papae scribebit circa promotionem Willelmi de Wykam canonici (*blanc*) petitam ex parte sua a nobili viro Philiberto de Espinacia, milite. (Reg. Vat. 244 H, fol. 67, n. 141.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Borbonii, salutem etc.* Litteris tuis credentie. — Datum Avinione, III nonas aprilis, anno quinto. »

2467 Avignon, 17 avril 1367.

Carolum, regem Franciae, rogat ut officiales suos se abstineant a talliis levandis in partibus Occitanis vigore litterarum regiarum erga vassallos et terras Petri, episcopi Mimatensis, et ejus Mimatensis ecclesiae, qui gaudent privilegiis exemptionis virtute conventionum inter curiam regiam et ecclesiam Mimatensem peractarum. (Reg. Vat. 244 H, fol. 73, n. 151.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum sicut accepimus. — Datum Avinione, XV kalendas maii, anno quinto. »

2468 Avignon, 19 avril 1367.

Joannem, episcopum Belvacensem, rogat ut commendet penes regem negocium praetactum (v. *supra*, n. 2467). (Reg. Vat. 244 H, fol. 75, n. 156.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Pro conservatione jurium. — Datum Avinione, XIII kalendas maii, anno quinto. »

2469 Avignon, 20 avril 1367.

Carolo, regi Franciae, commendatur Armandus, vicecomes Podompniaci, ita ut benigno favore eum prosequatur in ejus agendis. (Reg. Vat. 244 H, fol. 76, n. 158.)

« *Dilecto in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Movent nos. — Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quinto. »

2470 Avignon, 20 avril 1367.

Item Nicolao de Villamuri, licenciato in legibus, clerico regio. (Reg. Vat. 244 H, fol. 76, n. 159.)

« *Dilecto filio Nicolao de Villamuri, licenciato in legibus, clerico regio, salutem etc.* Assistentie tue favorum. — Datum ut supra. »

2471 Avignon, 20 avril 1367.

Bonae, comitissae Sabaudiae, mandatur ut, amoto quolibet illicito detentore, Galvaninum Mercenti, priorem de Conziaco, ordinis Cluniacensis, Bellicensis dioecesis, in assecutione possessionis protegat atque defendat. (Reg. Vat. 244 H, fol. 76, n. 157.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Bone, comitisse Sabaudie, salutem etc.* Habet dilecti filii Galvaninum. — Datum Avinione, XII kalendas maii, anno quinto. »

2472 Avignon, 22 avril 1367.

Priori et conventui prioratus S. Rufi de Montepessulano O. S. A., Magalonensis dioecesis, confirmatur unio prioratus S. Victoris prope Villamnovam O. S. A., Biterrensis dioecesis, a prioratu de Cassiano, eorumdem ordinis et dioecesis, dependentis, non obstante dimissione facta a priore S. Victoris et revocatione unionis factae die 1 decembris 1366 (v. *supra*, n. 2457). (Reg. Vat. 256, fol. 2 recto. De curia. — Reg. Avin. 164, fol. 17 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. priori et conventui prioratus S. Rufi de Montepessulano, O. S. A., Magalonensis diocesis, salutem etc.* Sedis Apostolice benignitas. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno quinto. »

2473 Corneto, 4 juin 1367.

Marco Cornario, duci Venetiarum, nuntiat adventum ad castrum Corneti et actiones gratiarum refert pro galearum liberali servicio impenso. (Reg. Vat. 244 H, fol. 125, n. 261.)

« *Dilecto filio nobili viro Marco Cornario, duci Venetiarum, salutem et apostolicam benedictionem.* Nuntiantes tibi ad gaudium nos cum nostra curia in tuis et quorumdam aliorum devotorum nostrorum galeis ad territorium castri nostri Corneti sospites pervenisse, de grandi et liberali servicio tuarum galearum nobis impenso nobilitati tue copiosas gratiarum referimus actiones. Eo quia presentes bulla nostra plumbea nequiverunt bullari, ipsis nostro parvo sigillo (*blanc*) sigillari. Datum apud litus dicti castri, II nonas junii, anno quinto. »

« Et cum tamen grande servitium devotissime et magnifice sit perfectum tuis capitaneo ac ambaxiatoribus redeundi ad propria licentiam duximus concedendam. »

« .. A. de Fabrica .. »

2474 Viterbe, 10 juin 1367.

Populo Romano actiones gratiarum referuntur de receptione ambaxiatorum eorum in descensu galeae ; notum fit insuper Hugonem de Bonovillario, archidiaconum Manuhaci in ecclesia Auxitana, missum fuisse ad recipiendum possessionem castri S. Angeli et illud custodiendum ac ad quaedam alia agenda in Urbe. (Reg. Vat. 244 H, fol. 129, n. 273.)

« *Dilectis filiis populo Romano, salutem etc.* Dilectos filios .. ambaxiatores vestros. — Datum Viterbii, IIII idus junii, anno quinto. »

2475 Viterbe, 1er juillet 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, laudis praeconio commendatur de intentione sua diffidendi comitivam in regno Siciliae morantem et ad exterminium ejus procedendi. Exhortatur illum ad perseverandum in intentione sua, sed rogat eum ut ad sua stipendia non recipiat comitivam quoquo modo. Dispensationem matrimonii petitam a Nicolao Spinelli, cancellario Siciliae, pro parte sua, non potest concedere absque scandalo quorumdam principum magnorum, cum papa revocaverit omnes dispensationes generaliter concessas tam per se quam praedecessores suos. Dispensationem contrahendi matrimonium cum aliqua ipsi in gradu prohibito conjuncta petat expresso nomine. (Reg. Vat. 244 I, fol. 5, n. 5.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Gentes illas damnabiles. — Datum Viterbii, kalendis julii, anno quinto. »

2476 Viterbe, 7 juillet 1367.

Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, rogat ut bona et jura sua, ab ipso detenta, restituat sine litigio Mariae, imperatrici Constantinopolitanae, cognatae suae, pressae paupertatis incommodis, quae ad praesentiam papae se contulit non absque multa fatigatione personae et gravibus oneribus expensarum pro imploranda justitia ; alioquin mandet ad curiam romanam aliquem bonum virum procuratorem commissum ad compromittendum coram aliquo vel aliquibus cardinalibus ; si talis amicabilis non ipsi placeat, dictae imperatrici papa justitiae complementum faciet. (Reg. Vat. 244 I, fol. 8, n. 14.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Audi, fili carissime. — Datum Viterbii, nonis julii, anno quinto. »

2477 Viterbe, 9 juillet 1367.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut solita dilectione complectatur Guillelmum S. M. in Cosmedin diaconum cardinalem, qui a in mendaciis delectantibus fuit denuntiatus apud regem quatinus ad translationem episcopi Chenadiensis ad ecclesiam Colocensem se opposuerit. (Reg. Vat. 244 I, fol. 12, n. 22.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Ad nostrum nuper pervenit auditum. — Datum Viterbii, VII idus julii, anno quinto. »

2478 Viterbe, 10 juillet 1367.

Reginam Siciliae rogat ut in bonis operibus perseveret. Papa juvabit eam efficaciter prout regina requisiverit. (Reg. Vat. 244 I, fol. 10, n. 17.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Exposuit nobis dilectus filius magister Nicolaus Spinellus. — Datum Viterbii, VI idus julii, anno quinto. »

2479 Viterbe, 14 juillet 1367.

Reginam Siciliae rogat ut pro pace firmanda inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio viis et modis, quibus poterit, non desinat laborare. Procedetur contra discordantes vel eorum alterum qui se opposuerint vel opposuerit tali paci. (Reg. Vat. 244 I, fol. 12, n. 23.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Gratum multum habemus. — Datum Viterbii, II idus julii, anno quinto. »

2480 Viterbe, 21 juillet 1367.

Francisco de Baucio, duci Andriae, mandatur ut prorogatur usque ad festum dedicationis basilicae S. Michaelis Archangeli treuga cum Philippo, imperatore Constantinopolitano. Rogat eum ut inviolabiliter eam observet ; alioquin, ultra poenas excommunicationis in sua et suorum sequacium personas ac interdicti in terras suas et sequacium, contra ipsum processus aggravabuntur, prout expedire videbitur. (Reg. Vat. 244 I, fol. 18, n. 34.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem etc.* Cernentes non absque amaritudine. — Datum Viterbii, XII kalendas augusti, anno quinto. »

2481 Viterbe, 2 août 1367.

Guillelmo, tituli S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, mandatur ut surroget Guillelmo Guiraudi, scriptori litterarum poenitentiariae, apud S. A. defuncto, Gaucelmum de Pradallo, presbyterum Mimatensis dioecesis, post examinationem diligentem. (*Instr. miscell.*, n. 2491 ; originale pergamenum.)

« *Dilecto filio Guillelmo, tituli S. Laurentii in Lucina presbitero cardinali, salutem etc.* Cum itaque nuper quondam. — Datum Viterbii, IIII nonas augusti, anno quinto. »

2482 Viterbe, 4 août 1367.

Reginae Siciliae fit notum quod destinet in subsidium contra comitivas, regnum Siciliae depopulantes, gentes armigeras R. E. cum Gometio de Albornotio, capitaneo, et quod ipsi Gometio quaedam statum suum et dicti regni tangentia imposuit vive vocis oraculo referenda; ideoque Gometio plenam fidem adhibeat. (Reg. Vat. 244 I, fol. 41, n. 79.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad exterminationem. — Datum Viterbii, II nonas augusti, anno quinto. »

2483 Viterbe, 12 août 1367.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, notum fit se laetum esse de reditu ex partibus Orientis. (Reg. Vat. 244 I, fol. 52, n. 103.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Reditum tuum prosperum de partibus Orientis tuamque incolumitatem persone ... audivimus gratulanter letique sumus de felicibus tuis successibus et omni bono opere quod ad laudem Dei et incrementum catholice fidei duxeris exercendum teque, sicut dilectum filium paterno affectu libenter videbimus et recipiemus gratanter cum ad nos te contigerit proficisci. Datum Viterbii, II idus augustii, anno quinto. »

2484 Viterbe, 26 août 1367.

Guillermo Ægidii, alias de Suranello, committuntur inquisitio de fructibus mensarum episcopalium Ostiensis et Velletrensis unitarum, Albanensis et Sabinensis, vacantium per obitum Heliae, Petri et Ægidii, et reservatarum papae, petitio nomine Camerae Apostolicae eorumdem et transmissio ad eam sine periculo. (Reg. Vat. 256, fol. 2 verso. De curia. — Reg. Avin. 164, fol. 18 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillermo Egidii, alias de Suranello, rectori parochialis ecclesie de Thosano, Biterrensis diocesis, salutem etc.* Nuper cum bone memorie. — Datum Viterbii, VII kalendas septembris, anno quinto. »

2485 Viterbe, 2 septembre 1367.

Duci Venetiarum (1) mandatur ut acquiescat efficaciter hortationibus nuncii apostolici, scilicet Guillelmi Noeleti, cantoris ecclesiae Bajocensis, utriusque juris doctoris, capellani papae et palatii apostolici causarum auditoris, super concordia facienda inter illum et Nicolaum, Hugonem et Albertum marchiones Estenses, cum relatum fuerit a duce quod pacta inter communitates Venetiarum et Ferrariensem habita et per E. R. confirmata non fuerint servata a dictis marchionibus. (Reg. Vat. 244 I, fol. 69, n. 142.)

« Litteris responsivis tue nobilitatis. — Datum Viterbii, IIII nonas septembris, anno quinto. »

2486 Viterbe, 2 septembre 1367.

Blasco Fernandi de Belviso, militi, senatori Urbis et ducatus Spoletani rectori, mandatur ut faciat publicari in Urbe et in singulis civitatibus et castris insignibus ducatus Spoletani duo capitula, contenta in instrumento colligationis nuper inter R. E., reginam Siciliae, communitates civitatum Perusinae et Senensis, necnon nobilem virum Franciscum de Casalibus, militem Cortonensem ac gubernatorem et conservatorem civitatis Cortonensis, adversus comitivas. (Reg. Vat. 244 I, fol. 70, n. 148.)

« *Dilecto filio nobili viro Blasco Fernandi de Belviso, militi, pro nobis et R. E. senatori Urbis ac ducatus Spoletani rectori, salutem etc.* In instrumento cujusdam colligationis. — Datum Viterbii, IIII nonas septembris, anno quinto. »

« *Eodem modo Hugoni de Bonovillari, archidiacono Manhiaci in ecclesia Auxitana, licentiato in legibus, provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et E. R. rectori.* »

« *Eodem modo dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, civitatis Bononiensis ejusque comitatus et districtus necnon provincie Romandiole*

(1) Manque l'adresse coupée maladroitement, qui peut être suppléée par la rubrique existant au dos du document: *Duci Venetiarum.*

ad E. R. spectantium pro nobis et Ecclesia ipsa in temporalibus vicario. »

2487 Viterbe, 11 septembre 1367.

Andruino, cardinali S. Marcelli, mandatur ut plenam fidem adhibeat referendis a Guillelmo Noeleti, nuncio A. S., exhibitore praesentium. (Reg. Vat. 244 I, fol. 78, n. 162.)

« *Dilecto filio Andruino tituli S. Marcelli vicario, salutem etc.* Dilecto filio magistro Guillelmo. — Datum Viterbii, III idus septembris, anno quinto. »

2488 Viterbe, 16 septembre 1367.

Bartholomaeo, abbati monasterii S. M. de Capella Neapolitani, mandatur ut praesentet reginae Siciliae et quibusdam suis consiliariis litteras interclusas in favore monasterii Cassinensis. (Reg. Vat. 244 I, fol. 81, n. 174.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii S. M. de Capella Neapolitani, salutem etc.* Carissime in Christo filie nostre Johanne. — Datum Viterbii, XVI kalendas octobris, anno quinto. »

2488 *bis* Viterbe, 16 septembre 1367.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut negocia ecclesiae Mimatensis habeat commendata apud regem Franciae. (*Instr. miscell.*, n. 6283; minuta cartacea.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Carissimo in Christo filio. — Datum Viterbii, XVI kalendas octobris, anno quinto. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni, episcopo Carnotensi.* »

« *Eodem modo venerabili fratri Petro, episcopo Nivernensi.* »

« *Eodem modo dilecto filio Simoni, abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis,* sed ubi dicitur fraternitati dicatur discrecioni. »

2489 Viterbe, 17 septembre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut se reddat favorabilem et gratiosum erga Raymundum de Baucio, comitem Avellini, ad partes Siciliae gressus suos dirigentem. (Reg. Vat. 244 I, fol. 82, n. 178.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem, etc.* Cum dilectus filius Raymundus. — Datum Viterbii, XV kalendas octobris, anno quinto. »

2490 Viterbe, 17 septembre 1367.

Raymundo de Baucio, Siciliae camerario, mandatur ut partes suas interponat penes reginam Siciliae in favore praedicti comitis Avellini. (Reg. Vat. 244 I, fol. 83, n. 179.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, regni Sicilie comiti camerario, salutem etc.* Pro dilecto filio. — Datum Viterbii, XV kalendas octobris, anno quinto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Gurello Zurulo, militi Neapolitano.* »

2491 Viterbe, 19 septembre 1367.

Andruino, cardinali S. Marcelli, mandatur quod cito habeat praeparatam medietatem 850 barbutarum et totidem peditum pro colligationibus noviter factis, quorum medietas pro Bononia et Romandiola illum contigit. Faciat monstra et gentes mittat quocumque fuerit opportunum. « Nec mireris si minorem partem tibi non imponimus, cum alie terre dicte Ecclesie ultra alteram medietatem dictarum 850 barbutarum de trecentis barbutis et quingentis peditibus pro custodia persone nostre ac Romane curie sint gravate. » (Reg. Vat. 244 I, fol. 83, n. 183.)

« *Dilecto filio Andruino ... vicario generali, salutem etc.* Quia pro colligationibus. — Datum Viterbii, XIII kalendas octobris, anno quinto. »

2492 Viterbe, 23 septembre 1367.

Ludovico, episcopo Bambergensi, mandatur ut hortetur Fridericum de Aussetz, militem, qui captivavit Bertrandum de Massello, nuncium S. A., et nonnulla sibi et familiaribus suis abstulit, ad restitutionem illorum, etiam cohercione, si existat ejus subditus. (Reg. Vat. 244 I, fol. 86, n. 186.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Bambergensi, salutem etc.* De serviciis, beneficiis. — Datum Viterbii, IX kalendas octobris, anno quinto. »

2493 Viterbe, 24 septembre 1367.

Regimini et communi civitatis Anconitane mandatur ut fidem credulam adhibeat exponendis vivae vocis oraculo ab Ademaro de Agrifolio, domino de Tudello et de Fonte, milite Lemovicensis dioecesis, Romanae curiae marescallo ac provinciae Anconitanae rectore, latore praesentium. (Reg. Vat. 244 I, fol. 87, n. 189.)

« *Dilectis filiis regimini et communi civitatis nostre Anconitane, salutem etc.* Dilecto filio nobili viro Ademaro. — Datum Viterbii, VIII kalendas octobris, anno quinto. »

« *Eodem modo dilectis filiis regimini et communi civitatis nostre Firmane, salutem etc.* »

« *Eodem modo dilectis filiis regimini et communi civitatis nostre Racanatensis, salutem etc.* »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris Radulfo et Johanni ac Venancio et gentibus quondam Berardi, militis, fratribus, militibus Camerinensibus, salutem etc.* »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris Albergheto de Fabriano et Guidoni, ejus filio, militibus Camerinensis diocesis, salutem, etc.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Smiducio de S. Severino, domicello Camerinensis diocesis, salutem etc.* »

2494 Viterbe, 1er octobre 1367.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut fidem indubiam adhibeat Stephano, archiepiscopo Colocensi, pro salvamento comitatuum Provinciae et Pedemontis, qui sunt antiquum et principale patrimonium reginae Siciliae. (Reg. Vat. 244 I, fol. 89, n. 194.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Intellecta nuper. — Datum Viterbii, kalendis octobris, anno quinto. »

2495 Viterbe, 7 octobre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut fidem plenam adhibeat narrandis de negocio Mariae, imperatricis Constantinopolitanae, a Pino, archiepiscopo Brundusino, latore praesentium. (Reg. Vat. 244 I, fol. 93, n. 201.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* De fide et prudencia. — Datum Viterbii, nonis octobris, anno quinto. »

2496 Viterbe, 7 octobre 1367.

Reginae Siciliae mandatur ut faciat cum justis favoribus expediri praelatos ecclesiarum et monasteriorum regni Siciliae, qui pro suis negotiis longa mora commorantur in curia reginali, et licentiari ita quod ad suas ecclesias et monasteria revertantur. Tribuat insuper auxilium Pino, archiepiscopo Brundusino, sacrae paginae lumini illustri, cui contra haereticos et suspectos de haeresi in regno Siciliae injunctum fuit procedere. (Reg. Vat. 244 I, fol. 93, n. 203.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Viterbii, nonis octobris, anno quinto. »

2497 Rome, 19 octobre 1367.

Galeaz de Vicecomitibus fit notum quod oblationem factam a Cavallino de Cavallinis, secretario suo, non expedit adimplere, cum tumultus qui fuit Viterbii statim positus fuerit in quiete. (Reg. Vat. 244 I, fol. 96, n. 211.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeaz de Vicecomitibus, militi Mediolanensi, in civitate Mediolanensi imperiali vicario, salutem etc.* Liberalem oblationem. — Datum Rome apud S. Petrum, XIIII kalendas novembris, anno quinto. »

2498 Rome, 20 octobre 1367.

Ademaro de Agrifolio mandatur ut non molestet communitates civitatum Faventinae, Pensauriensis et Forosinfroniensis, quas gubernat sub vicariatus titulo Galeotus de Malatestis, miles Ariminensis, pro R. E., cum minime teneantur ad contribuendum in solutionibus et factionibus fumantes. Non faciat aliquam novitatem contra eas civitates et revocet quicquid factum forsan fuit. « Te tamen propter tui novitatem officii in hac parte casu habeamus aliqualiter excusatum. » (Reg. Vat. 244 I, fol. 97, n. 212.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademaro de Agrifolio, domino de Tudello, militi Lemovicensis diocesis, Romane curie marescallo ac provincie Marchie Anconitane pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Ex tenore quarumdam litterarum. — Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas novembris, anno quinto. »

2499 Rome, 22 octobre 1367.

Carolo, regi Francie, scribitur ut revocet regaliam positam super ecclesia Laudunensi non vacante. (Reg. Vat. 244 I, fol. 98, n. 215. Paris, Archives nationales, J 348, cap. 13.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Ad noticiam regie majestatis deducimus quod, dudum vacante Cenomanensi ecclesia, venerabilem fratrem nostrum Gaufridum, episcopum Laudunensem, qui ex certis causis non erat bene consolatus preesse ecclesie Laudunensi, nos credentes sibi consolationem tribuere, ipsum transtulimus ad Cenomanensem ecclesiam prelibatam, nostre tamen intentionis extitit eundem episcopum ad hoc non cogere et hujusmodi translationem non habere vigorem, nisi de ipsius episcopi procederetur voluntate.

« Cum autem idem episcopus dicte translacioni non consentiat nosque ipsum invitum ad hoc cogere minime intendamus, serenitatem tuam rogamus attente quatinus, cum dicta ecclesia Laudunensis propter defectum consensus ejusdem episcopi non vacaverit neque vacet, contra eum et ipsam ecclesiam racione regalie non facias nec permittas fieri novitatem, sed ipsos episcopum et ecclesiam habere dignaretis piis favoribus commendatos. Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas novembris, anno quinto. »

2500 Rome, 22 octobre 1367.

Guillelmo Noeleti mandatur ut negocium ipsi commissum celeriter adimpleat. (Reg. Vat. 244 I, fol. 98, n. 216.)

« *Dilecto filio Guillelmo Noeleti, cantori ecclesie Bajocensis, utriusque juris doctori, capellano nostro ac palacii apostolici causarum auditori, A. S. nuncio, salutem etc.* Licet super receptione tuorum stipendiorum tibi alias nostras litteras sine prefixione temporis cum presentibus destinemus, volumus tamen tibique districte precipiendo mandamus quatinus commissum per nos tue discretioni negocium omni qua poteris solicitudine prosequaris, ne inter dissidentes diu duret dissensio et clerus ex dictis stipendiis aggravetur. Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas novembris, anno quinto. »

2501 Rome, 23 octobre 1367.

Joannae, reginae Siciliae, mandatur ut tollantur represaliae quibus cives Beneventani affliguntur. (Reg. Vat. 244 I, fol. 98, n. 217.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Venerabilis fratris nostri Hugonis, archiepiscopi Beneventani, civitatis Beneventane pro nobis et E. R. rectoris, significationem percepimus quod, licet ipse de civibus Beneventanis nobis et Ecclesie predicte immediate subjectis paratus sit et fuerit quibuslibet conquerentibus justiciam exhibere, tamen contra cives eosdem tam per officiales reginales quam aliquos nobiles, subditos tuos, represalie sepius conceduntur quarum pretextu cives ipsi sepe per subditos tuos suis animalibus et rebus aliis spoliantur ac capiuntur, detinentur et se redimere compelluntur in eorum detrimentum gravissimum et R. E. injuriam et contemptum. Super quibus idem archiepiscopus et rector pro parte dictorum civium nostre provisionis remedium imploravit.

« Cum autem hujusmodi represaliarum per quas innocens pro nocente punitur concessio sit illicita, serenitatem tuam hortamur attente mandantes quatinus hujusmodi represalias contra dictos cives concessas facias tolli totaliter et a concedendis deinceps penitus abstineri, sic in hiis efficaciter actura quod serenitatem tuam possimus merito commendare. Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas novembris, anno quinto. »

2502 Rome, 23 octobre 1367.

Guillelmo Noeleti mandatur ut requiras ducem et universitatem loci Venetiarum, ex una parte, et Nicolaum, marchionem Estensem ac commune civitatis Ferrariensis, ex altera, quatinus revocent omnia attemptata per alterutram partium earumdem in praejudicum alterius post pacta dudum inita cum R. E. et duas partes, in pristinum statum. Si hoc facere neglexerint, procedat ad litterarum executoriarum executionem et responsiones alterutrius partis papae transmittat per latorem praesentium. (Reg. Vat. 244 I, fol. 98, n. 218.)

« *Dilecto filio Guillelmo Noeleti .. salutem etc.* Licet tibi per alias nostras patentes litteras. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas novembris, anno quinto. »

2503 Rome, 24 octobre 1367.

Andruino, Sancti Marcelli presbytero cardinali, mandatur ut destinet ad custodiam terrarum, quas regunt nobiles

de Gonzaga, occasione colligationis cum ipsis factae, duas banderias equitum bene munitas 20 barbutarum pro qualibet. (Reg. Vat. 244 I, fol. 98, n. 219.)

« *Dilecto filio Andruino vicario generali, salutem etc.* Cum occasione colligationis. — Datum Rome apud S. Petrum, IX kalendas novembris, anno quinto. »

2504 Rome, 27 octobre 1367.

Reginam Sicilie rogat ut permittat cives et incolas civitatis et territorii Beneventani gaudere libertate concessa a praedecessoribus suis et etiam ipsa de collectione bonorum mobilium et stabilium in terris regni Siciliae et de transitu infra unam dietam a civitate Beneventana sine gabellis et pedagiis. (Reg. Vat. 244 I, fol. 100, n. 224.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad audientiam nostram. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas novembris, anno quinto. »

2505 Rome, 5 novembre 1367.

Petro, archiepisco Ebredunensi, mandatur ut recipiat homagium debitum pro bonis ab ecclesia Ebredunensi detentis in feudum, via procuratoris, et revocet manum missam ab officiariis ejus super bonis eisdem propter defectum homagii, quod Petrus Rostagni de S. Crispino, laicus dictae dioecesis, thesaurarius papae in provincia ducatus Spoletani, propter absentiam non valuit praestare. (Reg. Vat. 244 I, fol. 104, n. 241.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Ebredunensi, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis novembris, anno quinto. »

ANNUS SEXTUS

2506 Avignon, 6 novembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut provideat de securo conductu imperatori Graecorum venturo in mense maii proxime futuro cum primogenito et gentibus ejus ad curiam romanam, prout notificaverunt Paulus patriarcha Constantinopolitanus, octo ambaxiatores et Amedaeus, comes Sabaudiae. (Reg. Vat. 249, fol. 3 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 598, n. 103.)

« *Carissime in Christo filie regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad noticiam tue serenitatis deducimus. — Datum Rome, apud S. Petrum, VIII idus novembris, anno sexto. »

« *Eodem modo carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri,* ut supra mutatis mutandis. »

2507 Rome, 8 novembre 1367.

Archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis mandatur ut decimam imponendam ad triennium et solvendam quolibet anno in duobus terminis, scilicet Pascha et festo Omnium Sanctorum, levent in partibus citra regnum Franciae existentibus, ratione onerum gravissimorum incumbentium pro securitate Romanae curiae, defensione terrarum Ecclesiae et repulsione socialium « qui terras easdem sepius intraverunt hostiliter et in eis infinita et horrenda crudelia commiserunt » necnon aliorum malignorum quorum sunt pertimendae insidiae. (Reg. Vat. 249, fol. 16 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi, salutem etc.* Licet de fratrum. — Datur ut supra. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi, ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Tarantasiensi, ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Aquensi, ejusque suffraganeis,* sed post illa verba in singulis vestris civitatibus et diocesibus non fuerunt posita illa verba, scilicet que citra regnum Francie consistunt, quia non habent locum. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Ebredunensi, ejusque suffraganeis.* »

« *Eodem modo venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino, et .. Lausanensi et .. Bellicensi episcopis.* »

2508 Rome, 8 novembre 1367.

Andruino, legato S. A., mandatur ut mittat, omni excusatione omissa, « duas banderias equitum viginti barbutarum bene munitas pro qualibet banderia » ad custodiam civitatis Reginensis et aliarum terrarum quas gubernat Feltrinus de Gonzaga, miles Mantuanus et Reginensis imperialis vicarius, secundum tenorem pactorum colligationis nuper factae cum E. R. (Reg. Vat. 249, fol. 4 recto.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, civitatis Bononiensis ac provincie Romandiole pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* In pactis colligationis. — Datum Rome, apud S. Petrum, VI idus novembris, anno sexto. »

2508 *bis* Rome, 10 novembre 1367.

Ademaro de Agrifolio, rectori Marchiae Anconitanae, mandatur ut exequatur deliberationem factam in parlamento Macerate celebrato de impositione talliae generalis, ita ut liga contra societates et alios hostes manuteneatur, in dicta provincia. Papa circa celerem talliae remotionem et onerum fidelibus dictae provinciae incumbentium curabit quam cito fieri poterit. (Reg. Vat. 249, fol. 13 recto. De curia ; Theiner, *Codex*, t. II, p. 450, n. 430.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademaro de Agrifolio, militi, domino de Fonte, Romane curie marescallo ac provincie Marchie Anconitane rectori, salutem, etc.* Cum, sicut audivimus, in generali parlamento. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, anno sexto. »

2509 Rome, 13 novembre 1367.

Andruino, cardinali S. Marcelli, mandatur ut faciat abstineri ab omni offensa contra Azzonem et Bertrandum de Alidosiis, milites Imolenses, vicarios in civitate Imolensi et ejus districtu, commune et singulares personas civitatis et districtus eorumdem ratione talliae legato debitae, cum penitus impotentes reddantur ; indulgeat insuper terminos competentes ad solvendum. (Reg. Vat. 249, fol. 4 recto.)

« *Dilecto filio Andruino in civitate Bononiensi et provincia Romandiole pro nobis et E. R. vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Dilectis filiis nobilibus viris Azzoni. — Datum Rome, apud S. Petrum, idibus novembris, anno sexto. »

2510 Rome, 13 novembre 1367.

Galhardo de Boscoviridi, auditori quondam Guillelmi, tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, qui poenitentiariae apostolicae curam gessit, et in hujus audientiae officio laudabiliter comprobato, conceditur « cura cum omni potestate spectante ad eum qui dicte penitenciarie curam gerit pro tempore auctoritate apostolica presentium tenore ... usque ad nostre beneplacitum voluntatis ». (Reg. Avin. 166, fol. 120 recto. De curia.)

« *Dilecto fratri magistro Galhardo de Boscoviridi, cantori ecclesie Caturcensis, decretorum doctori, capellano nostro, salutem etc.* Probitatis merita. — Datum Rome, apud S. Petrum, idibus novembris, anno sexto. »

2511 Rome, 15 novembre 1367.

Anglicus, episcopus Albanensis, fit vicarius generalis in Marchia Anconitana, ducatu Spoletano, Patrimonio beati Petri in Tuscia, Campanie Maritimeque provinciis ac Massa Trabaria et omnibus et singulis civitatibus, comitatibus, terris et locis citra provinciam Romandiole consistentibus R. E. immediate subjectis. (Reg. Vat. 249, fol. 17 recto. De curia. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 450, n. 431.)

« Dum onus universalis regiminis gregis dominici superna dispensatione nobis injunctum attendimus, et nostrum prospicimus imperfectum, videntes quod nequimus circa singula per nos ipsos exolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam fratres nostros S. R. E. cardinales, viros electos ex milibus, scientia preditos et virtute, in quibus timor Domini sanctus manet, in solicitudinis partem assumimus, et [ut] ipsis vices nostras supplentibus in eisdem et ipsorum cooperatione laudabili nostri oneris alleviantes gravitatem, nos ministerium nobis commissum, favente divina gratia, facilius et efficaciter exequamur.

« Sane licet ad cunctorum Christi fidelium statum prospere dirigendum officium nostre solicitudinis, prout nobis ex Alto permittitur, intente mentis aciem extendamus, provincias tamen et terras temporaliter A. S. subjectas, et ipsorum populos universos, ipsiusque R. E. speciales filios et devotos precordialiter intuemur, et super eorum felici regimine et statu prospero, pacifico et tranquillo affectamus specialius providere.

« Attendentes, itaque, quod tu potens quidem opere et sermone, quem in magnis expertum et arduis eximia probitate ac fidelitate probatum gratiarum Dominus scientie magnitudine, industrie claritate, maturitate consilii, morum elegantia, et aliis grandium virtutum titulis insignivit, in cujus affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, pacificare discordes, sedare fluctuationes et turbines, justitie terminos colere et errantes ad viam reducere veritatis, quod, nos absentes repugnante natura non possumus, assistente tibi divina gratia, prudenter, diligenter et fideliter exequeris, matura cum fratribus nostris deliberatione prehabita, de ipsorum concordi consilio, te in Marchie Anconitane, ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Campanie Maritimeque provinciis, Massa Trabaria, aliisque provinciis, et omnibus et singulis civitatibus, comitatibus, terris et locis citra provinciam Romandiole consistentibus, E. R. immediate subjectis, nostrum et ejusdem R. E. vicarium, reformatorem et pacis conservatorem et paciarium constituimus generalem, fraternitati tue provincias, civitates et terras predictas prefate R. E. nomine, prout et in quantum ad dictam Ecclesiam pertinet, reformandi, regendi, gubernandi et administrandi, ac in eis jurisdictionem omnem et plenam, prout et in quantum ad dictam Ecclesiam pertinet vel pertinere poterit, exercendi, civiles et criminales causas per te, vel alium seu alios audiendi, examinandi, discutiendi, et eorum cognitionem, discussionem et decisionem alii vel aliis, communiter vel divisim, generaliter vel specialiter, tam infra terminos tui vicariatus quam extra, prout et sicut tibi videbitur, committendi et ad te, cum placuerit, revocandi, omnesque et singulos cujuscumque excellentie, auctoritatis, nobilitatis, preminencie, condicionis aut status existant, quos, justicia suadente, privandos videris, privandi eorum [que] statibus, dignitatibus, honoribus, principatibus, ducatibus, marchionatibus, comitatibus, baroniis, dominiis, terris, feudis, retrofeudis, vicariatibus, officiis, jurisdictionibus, juribus, rebus et bonis immobilibus quibuscunque, eaque dicte R. E. confiscandi, et etiam applicandi et incorporandi, ac in provinciis, civitatibus et terris eisdem rectores, vicerectores, potestates, capitaneos, vexilliferos, thesaurarios, castellanos, judices et quoscumque alios temporales, generales et speciales, ac officia predicta et alia omnia et singula, generalia et specialia, quocumque nomine vel titulo fungantur vel nuncupentur, prout ad R. E. pertinuerit, creandi, constituendi, suspendendi, removendi, deponendi et destituendi, et culpabiles civiliter et criminaliter, per te vel alium seu alios puniendi, et querelas contra ipsos per quoscumque propositas audiendi summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, et emendas ac satisfactiones debitas fieri faciendi inter principes, duces, marchiones, comites, barones, dominos temporales et nobiles personas alias seculares, communitates et universitates, ac populos, et omnes alios et singulos discordes et dissidentes provinciarum, civitatum, comitatuum et terrarum et locorum predictorum pacem et concordiam reformandi, et inter eos treugas indicendi, ipsosque ad eas earumque observationem quibuscunque penis et districtionibus ac sentenciis, prout ad dictam Ecclesiam pertinuerit, compellendi, concordes in caritatis et unitatis vinculo confirmandi, colligationes, confederationes, pactiones, convenciones, societates et ligas contra R. E., vel contra bonum pacis et statum illarum partium pacificum, seu in prejudicium sive damnum provinciarum, civitatum et terrarum predictarum initas vel etiam iniendas cassandi et annullandi, et penas super illis adjectas et adiciendas relaxandi, occupata injuste vel ab occupatoribus et detentoribus quibusvis eripiendi et recuperandi, ejectos et expulsos a locis et rebus, bonis et juribus suis quibuscumque et inique privatos, ad loca, bona et jura eorum propria reducendi, restituendi et reintegrandi, et super quibuscumque delictis, forefactis et rebellionibus per quascumque universitates vel singulares personas commissis, vel im posterum vicariatus tui tempore committendis dispensandi, componendi, concordandi, ac delinquentes hujusmodi ad E. R. gratiam et obedientiam reducendi, et super inhabilitatibus et infamiis, quas propterea incurrerunt, dispensandi, et universitates et personas hujusmodi ad statum pristinum in integrum reducendi, generales et particulares exercitus in auxilium ejusdem Ecclesie, et pro tuitione status pacifici provinciarum, civitatum, comitatuum, terrarum et locorum predictorum, et contra hostes et rebelles Ecclesie et status pacifici predicti turbatores et quoscumque, et ex causis aliis quibuscumque et quandocumque tibi videbitis, indicendi, faciendi et congregandi, hostes et rebelles et contradictores quoslibet per amocionis, privacionis, deposicionis, relegationis et proscriptionis perpetue vel temporalis sententias, prout ad ipsam Ecclesiam pertinuerit, sublato appellationis obstaculo, compescendi et coercendi, et de causis appellationum ad S. A. interpositarum cognoscendi, et eas fine debito terminandi, ac faciendi, ordinandi et statuendi, et reali executioni mandandi omnia et singula, que ad hujusmodi pleni vicariatus et reformacionis officium pertinent, et que necessaria vel utilia quoquomodo fuerint in premissis et ea tangenti-

bus et quodlibet eorumdem, et que ad honorem et commodum ejusdem R. E., ac utilitatem et prosperum ac tranquillum statum provinciarum, civitatum et terrarum predictarum, cedere videris et tibi visum fuerit expedire, non obstantibus quibuscumque indulgenciis et litteris apostolicis vel imperialibus sub quacumque verborum forma vel expressione concessis et contrariis provinciarum et terrarum predictarum statutis, consuetudinibus et observanciis, per que nullum cuicumque persone, cujuscumque preeminencie, dignitatis, excellencie, condicionis aut status fuerit, ac collegio et universitati in hac parte volumus afferri suffragium, concedentes plenam et liberam facultatem.

« Vicariatum autem, curam, regimen, gubernationem, administracionem, potestatem et jurisdictionem hujusmodi tam diu volumus perdurare, donec per sedem eandem aliud contigerit ordinare. Nos insuper processus et sententias et penas, quos et quas proferri vel infligi, et omnia que rite per te fieri contigerit, rata habebimus et faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari.

« Per hec autem rectoribus et officialibus in provinciis, civitatibus ac terris predictis per S. A. constitutis, quominus jurisdictionem et potestatem eis commissam, quandiu in suis officiis et administrationibus perstiterint, exercere, sicut prius valeant, non intendimus aliquod prejudicium generari.

« Ut igitur premissa omnia et singula melius, plenius et utilius valeas exercere, universis et singulis Marchie Anconitane, ducatus Spoletani, Campanie Maritimeque provinciarum, ac Masse Trabarie, necnon civitatum, comitatuum, terrarum et locorum predictorum rectoribus, vicerectoribus, potestatibus, capitaneis, officialibus, castellanis, stipendiariis, provisionatis, ceterisque nostris et E. R. subditis, cujuscumque status, dignitatis ecclesiastice vel mundane, ordinis vel condicionis existant, damus tenore presentium districtius in mandatis ut tibi efficaciter pareant et intendant. Nulli ergo, etc. Si quis etc. Datum Rome, apud S. Petrum, XVII kalendas decembris, pontificatus nostri, anno sexto. »

2512 Rome, 15 novembre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut inviolabiliter serventur treugae indictae cum Francisco de Baucio. (Reg. Vat. 249, fol. 5 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Ut inter serenitatem tuam. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie,* ut supra mutatis mutandis. »

2513 Rome, 15 novembre 1367.

Reginae Siciliae nunciat treuguas initas esse usque ad festum Resurrectionis dominicae proxime futurum inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio. Credat exponendis a nobili viro Leone de Gorio, domicello, magistro hostiario papae, praesentium latori. (Reg. Vat. 249, fol. 5 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 599, n. 104.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ut inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum. — Datum Rome, apud S. Petrum, XVII kalendas decembris, anno sexto. »

2514 Rome, 15 novembre 1367.

Jacobus Ceva fit advocatus fiscalis civitatis Avinionensis et A. S. (Reg. Vat. 249, fol. 18 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Jacobo Ceva, legum doctori, Avinionensis nostrarum et A. S. fiscalium advocato, necnon criminalium causarum que per appellationes illorum qui de terris E. R. immediate subjectis existunt ratione originis, incolatus vel delicti seu a curia marescalli Romane curie ad Sedem deferentur eandem auditori et judici, salutem etc.* Fidei puritas. — Datum ut supra. »

2515 Rome, 15 novembre 1367.

Eidem conceditur salarium 100 florenorum auri pro singulis annis, quibus officium suum exercebit, persolvendum a thesaurario papae. (Reg. Vat. 249, fol. 19 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Jacobo Ceva, legum doctori, advocato nostro fiscali, salutem etc.* Cum de tue fidelitatis. — Datum ut supra. »

2516 Rome, 15 novembre 1367.

Anglico, Albanensi episcopo, conceduntur pro singulis diebus 25 florenorum auri a thesaurariis et receptoribus pro-

vinciarum sibi decretarum, de ipsarum proventibus persolvenda. (Reg. Vat. 249, fol. 19 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico ... generali, salutem etc.* Cum nuper pro felici regimine. — Datum ut supra. »

2517 Rome, 15 novembre 1367.

Universis et singulis thesaurariis et receptoribus pecuniarum R. E. debitarum in provinciis vicariatus praedicti Anglici, episcopi Albanensis, eorumque locumtenentibus mandatur ut ipsi 25 florenorum persolvent. (Reg. Vat. 249, fol. 19 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis universis et singulis Marchie Anchonitane, ducatus Spoleti, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Campanie et Maritime provinciarum ac Massetrabarie et omnium ac singularum civitatum, comitatuum et terrarum citra provinciam Romandiole consistentium E. R. subjectorum thesaurariis et receptoribus reddituum, proventuum et obventionum Camere Apostolice debitorum ac eorum loca tenentibus, salutem etc.* Cum nos nuper pro felici regimine. — Datum ut supra. »

2518 Rome, 17 novembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut justitiae complementum praebeat Raymundo de Baucio de restitutione terrarum comitatus Avellini quam nondum obtinuit. (Reg. Vat. 249, fol. 5 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 600, n. 105.)

« *Carissime in Christo filie Johanne regine Sicilie illustri.* Reminisci potest tua serenitas. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas decembris, anno sexto. »

2519 Rome, 17 novembre 1367.

Reginae Siciliae rogat ut faciat celeriter ministrare justitiam Raymundo de Baucio, comiti Avellini, de recuperatione terrarum quae a subditis ejus detinentur indebite, ne ob defectum suum cogatur apud S. A. justitiam postulare. (Reg. Vat. 249, fol. 5 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne regine Sicilie illustri, salutem etc.* Reminisci potest tua serenitas. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas decembris, anno sexto. »

2520 Rome, 17 novembre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, nuntiat Raymundum de Baucio secuturum via justitiae negotium de recuperatione certarum terrarum quae ab ipso detinentur quasque renuit restituere. Ideoque mandatur ut concordiam agat cum dicto Raymundo. (Reg. Vat. 249, fol. 6 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Imperialis potest recordari serenitas. — Datum ut supra. »

2521 Rome, 19 novembre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut inducat ad restituendum Paulo, patriarchae Constantinopolitano et ecclesiam Patracensem tenenti in commendam, multas et pretiosas res quas asportavit ad regnum Siciliae Robertus, frater quondam archiepiscopi Patracensis; alioquin persuasionibus aut justitia mediante compellat ad restitutionem ita ut non oporteat contra eum auctoritas apostolica remedium adhibere. (Reg. Vat. 249, fol. 6 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Exposuit nobis venerabilis frater noster Paulus. — Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas decembris, anno sexto. »

2522 Rome, 21 novembre 1367.

Anglico, Albanensi episcopo, ut se informet de oneribus, injustitiis aliisque gravaminibus necnon de regimine quorumcumque officialium aliisque conditionibus custodum, provisionatorum et stipendiariorum in civitate Bononiensi ejusque comitatu et districtu vel in provincia Romandiolae. Conceditur insuper facultas tollendi vel minuendi datia, gabellas, impositiones et exactiones, et salaria officialium, custodum, provisionatorum seu stipendiariorum, necnon amovendi praedictos et alios providendi. Reformatio etiam fienda est. Non obstantibus his quae commissa fuerint Andruino, cardinali S. Marcelli, et aliis officialibus. (Reg. Vat. 249, fol. 20 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris ad E. R. nostris immediate spectantibus citra provinciam Romandiole constitutis pro nobis et eademu Ecclesia in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Ad statum civitatis Bononiensis. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas decembris, anno sexto. »

2523 Rome, 21 novembre 1367.

Capuano et Beneventano archiepiscopis ac episcopo Paduano mandatur ut dent securum conductum et duo florenos pro expensis suis nobili viro Leoni de Jovio, domicello, magistro hostiariorum papae, nuncio ad partes regni Siciliae, praesentibus post 50 dies a data praesentium minime valituris. (Reg. Vat. 249, fol. 20 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Capuano et .. Beneventano archiepiscopis, et .. episcopo Paduano, salutem etc.* Cum dilectum filium nobilem virum Leonem. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas decembris, anno sexto. »

2524 Rome, 22 novembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut ministret justitiam Raymundo de Baucio ita quod idem non cogatur ob defectum suum a papa justitiam postulare. (Reg. Vat. 249, fol. 6 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Reminisci potest tua serenitas. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas decembris, anno sexto. »

2525 Rome, 22 novembre 1367.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut velit concordare cum Raymundo de Baucio « ne cogatur ad viam litigii coram prefata regina vel tandem apud A. S., que nulli potest justitiam denegare ». (Reg. Vat. 249, fol. 6 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Imperialis potest recordari. — Datum ut supra. »

2526 Rome, 24 novembre 1367.

Nicolaum, marchionem Estensem, rogat ut Anglico, episcopo Albanensi, gentes armigeras destinet quas debet mandare ratione vicariatus Ferrariensis vel colligationis in occurrentibus casibus ad ejusdem episcopi requisitionem. (Reg. Vat. 249, fol. 8 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Venerabilem fratrem Anglicum. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas decembris, anno sexto. »

2527 Rome, 24 novembre 1367.

Franciscum de Carraria rogat ut mittat ad Anglicum praefatum gentes armigeras ratione colligationis. (Reg. Vat. 249, fol. 8 recto.)

« *Dilecto filio Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, salutem etc.* Venerabilem fratrem Anglicum. — Datum ut supra. »

2528 Rome, 25 novembre 1367.

Hugoni domino de Monteferrando, rectori Romandiolae, conceditur facultas amovendi, mutandi et alios ipsorum loco ponendi custodes cujuscumque civitatis seu castri provinciae Romandiolae, necnon transmittendi, commutandi gentes armorum R. E. ad quaecumque civitates, castra et loca, in eisque tenendi et ab illis revocandi. Cum omnibus officialibus habebit potestatem sindicandi. (Reg. Vat. 249, fol. 21 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni domino de Monteferrando, militi Mimatensis diocesis, provincie Romandiole pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* De tue nobilitatis fide. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno sexto. »

2529 Rome, 25 novembre 1367.

Andruino, S. Marcelli presbytero cardinali, scribitur ut tradat gentes armigeras ratione colligationis ad requisitionem Ludovici de Vicedominis, domicelli Parmensis, latoris praesentium, cum Anichinus de Mongardo (*sic*), cum magna gente armigera non ad serviendum R. E., ut erat dispositus, sed ad nocendum velit appropinquare. (Reg. Vat. 249, fol. 8 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbytero cardinali, civitatis Bononiensis ac provincie Romandiole pro nobis et E. R. in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Quia ad nostrum pervenit auditum. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno sexto. »

2530 Rome, 25 novembre 1367.

Populo civitatis Bononiensis mandatur ut benigne recipiant Anglicum, Albanensem episcopum, et monitis ejus, tanquam suis propriis, omni excusatione cessante, firmiter pareant. (Reg. Vat. 249, fol. 7 verso.)

« *Dilectis filiis .. populo civitatis Bononiensis nostris et E. R. fidelibus.* Ad statum vestrum. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno sexto. »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris .. rectori provincie Romandiole ac .. vicariis aliisque officialibus et custodibus ac populis quorumcunque civitatum, terrarum, castrorum et locorum dicte provincie ac comitatus et districtus civitatis Bononiensis, ad quos presentes pervenerint.* »

2531 Rome, 26 novembre 1367.

Andruino, S. Marcelli cardinali presbytero, mandatur ut credat indubie de narrandis ab Anglico, episcopo Albanensi, vicario generali in terris R. E. citra provinciam Romandiolae consistentibus et destinato ad Bononiam. (Reg. Vat. 249, fol. 7 verso. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 452, n. 433.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, civitatis Bononiensis et provincie Romandiole pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Pro certis arduis negociis. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas decembris, anno sexto. »

2532 Rome, 29 novembre 1367.

Reginae Siciliae scribit ut adhibeat plenam fidem Nicolao Spinello qui revertitur e curia ad eam. (Reg. Vat. 249, fol. 8 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 600, n. 106.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum dilectus nobilis vir magister Nicolaus Spinellus, legum doctor, cancellarius regni tui, lator presentium, quem de nonnullis negociis te dictumque regnum tangentibus et specialiter de justitia ministranda, de qua non bene hactenus facta multa laborat infamia, duximus informandum, ad tuam presentiam, de nostro beneplacito, presentialiter revertatur, nos tue Serenitatis salutem et honorem paterno zelantes affectu reginalem excellentiam rogamus et hortamur attente, mandantes quatinus cum consilio dicti cancellarii, quem scientie jurium redimitum et justitie zelatorem agnoscimus, aliorumque proborum virorum in ministratione dicte justitie, qua firmatur thronus regius sic attente efficaciter que provideas quod tibi cedat ad laudem ac honorem et meritum et status dicti regni prospere dirigatur, pro quo et aliis que dictus cancellarius ex parte nostra narraverit adhibeas plenam fidem. Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2533 Rome, 29 novembre 1367.

Raymundo de Baucio mandatur ut partes suas interponat de reformatione justitiae in regno Siciliae et adhibeat plenam fidem Nicolao Spinello. (Reg. Vat. 249, fol. 9 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, regni Sicilie comiti camerario, salutem etc.* Dolenter referimus, sed tacere nequimus quod tam reginalis quam alie regni Sicilie curie de mala ministracione justicie sunt plurimum diffamate, ex quo summi Regis majestas offenditur, reginali et suorum consiliariorum honore detrahitur et miserabilis efficitur status regni prefati. Nos igitur huic morbo letali efficaciter obviari gerentes in votis super emendatione tanti defectus carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Sicilie, scripta nostra dirigimus, et dilectum filium nobilem virum magistrum Nicolaum Spinelli, cancellarium regni predicti, latorem presentium, de nostra intentione duximus informandum. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, ut dictus defectus corrigatur, omnino interponas efficaciter partes tuas, eidem cancellario super hiis que tibi super hoc, ex parte nostra, narraverit, fidem plenariam adhibendo. Datum Rome, apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Gurello Zurulo, militi Neapolitano.* »

2534 Rome, 29 novembre 1367.

Infrascriptis mandatur ut « omnes et singulas pecunias per vos ex officiis vestris pro Ecclesia praedicta receptas et recipiendas im posterum ad mandatum ejusdem vicarii Anglici, episcopi Albanensis, quamdiu hujusmodi vicariatus officio prefuerit, pro necessitate et utilitate provinciarum, civitatum, terrarum et locorum hujusmodi persolvatis, nonobstante quocumque nostro seu gentium Camere nostre mandato contrario vobis facto. Volumus autem quod de hiis que de mandato predicti episcopi solvere vos continget more solito faciatis confici publica instrumenta ad memoratam Cameram transmittenda ». (Reg. Avin. 166, fol. 120 recto.)

« *Dilectis filiis universis et singulis thesaurariis et vicethesaurariis provinciarum Marchie Anconitane, ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia, ac*

Campanie Maritimeque necnon civitatum, terrarum et locorum R. E. immediate subjectorum, que per rectores dictarum provinciarum reguntur et aliis officialibus ejusdem Ecclesie in dictis provinciis, civitatibus, terris et locis ad recipiendos proventus seu pecunias ejusdem Ecclesie, presentibus et futuris, quocumque nomine nuncupentur, salutem etc. Cum nuper venerabilem fratrem nostrum Anglicum. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2535 Rome, 29 novembre 1367.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas minuendi, cassandi et tollendi in terris sui vicariatus quaecumque dacia, gabellas, tallias, collectas, subventiones, stipendia et alias exactiones, necnon quaevis onera realia et personalia quocumque nomine nuncupentur. (Reg. Avin. 166, fol. 120 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico ... vicario generali, salutem etc.* Exigit hactenus malitia temporum. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2536 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas in omnibus et singulis civitatibus, terris et locis vicariatus sui in omnibus casibus ultra illos, in quibus speciales papa concessit in spiritualibus potestates, eciam episcopalem ac archiepiscopalem jurisdictionem et omnia que sunt episcopalis vel archiepiscopalis jurisdictionis et ordinis exercendi. (Reg. Vat. 258, fol. 10 recto, n. 47. De curia.)

« *Venerabili* Cum te ad nonnullas. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2537 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem facultas dispensandi cum 100 personis patientibus defectu natalium, cum sint de soluto et soluta genitae. (Reg. Vat. 258, fol. 14 recto, n. 63. De curia.)

« *Venerabili fratri etc.* Cum te ad partes. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2538 Rome, 29 novembre 1367.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas convocandi ad se archiepiscopos, episcopos, electos, abbates, priores, archidiaconos, praepositos et alios praelatos et personas ecclesiasticas, capitula quoque quarumcumque ecclesiarum necnon P., M., eremitarum S. A. et quorumcumque aliorum ordinum fratres, injungendi ac imponendi eis et cuilibet eorum prosecutionem negociorum quae ipsi commissa fuerunt. (Reg. Vat. 258, fol. 1 recto, n. 1. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in nonnullis provinciis et terris E. R. immediate subjectis pro nobis et Ecclesia ipsa vicario generali, salutem etc.* Cum te ad nonnullas provincias. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2539 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas celebrandi vel faciendi celebrare missarum solemnia ante diem. (Reg. Vat. 258, fol. 1, n. 2. De curia.)

« *Venerabili* ... — Datum Rome, apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2540 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas impendendi indulgentiam plenariam in mortis articulo familiaribus ejus. (Reg. Vat. 258, fol. 1 recto, n. 3. De curia.)

« *Venerabili* ... — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2541 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas elargiendi indulgentiam unius anni et quadraginta dierum assistentibus sermonibus et solemniis divinorum officiorum in praesentia ejus. (Reg. Vat. 258, fol. 1 verso, n. 4. De curia.)

« *Venerabili* ... Cum ad nonnullas te provincias. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2542 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas celebrandi vel faciendi celebrare officia divina in locis interdicto subjectis. (Reg. Vat. 258, fol. 1 verso, n. 5. De curia.)

« *Venerabili* Cum te ad nonnullas provincias. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2543 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas reconciliandi per se vel alium ecclesias et cimiteria violata. (Reg. Vat. 258, fol. 1 verso, n. 6. De curia.)

« *Venerabili* ... — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2544 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas cognoscendi et decidendi de causis negocia temporalia tangentibus in terris ipsi subjectis ratione vicariatus. (Reg. Vat. 258, fol. 2 recto, n. 7. De curia.)

« *Venerabili* *salutem etc.* Nos attendentes quod. — Datum ut supra. »

2545 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas conferendi beneficia ecclesiastica reservata S. A., etiamsi sint dignitates vel personatus ac etiamsi ad ea consueverit per electionem assumi, et etiamsi sit cura animarum, quorum fructus 20 florenorum auri non excedant, et etiam personis idoneis habentibus unum vel duo beneficium seu beneficia et inducendi in possessionem. (Reg. Vat. 258, fol. 2 recto, n. 8. De curia.)

« *Eidem* Nos volentes. — Datum ut supra. »

2546 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas inquirendi de crimine haereticae pravitatis et puniendi culpabiles, adjutores, fautores, receptores, ac falsarios litterarum apostolicarum. (Reg. Vat. 258, fol. 2 verso, n. 9. De curia.)

« *Eidem* Nos cupientes ut. — Datum ut supra. »

2547 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas procedendi contra inquisitores haereticae pravitatis et eos quos in inquisitionis negociis pecunias vel alias res extorsisse reperiatur, amovendi ab officio et subrogandi alios loco eorum. (Reg. Vat. 258, fol. 2 verso, n. 10. De curia.)

« *Eidem* . Ut commissum tibi. — Datum ut supra. »

2548 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas communicandi cum excommunicatis tam pro se quam pro familiaribus ejus. (Reg. Vat. 258, fol. 2 verso, n. 11. De curia.)

« *Eidem*. Sint que. — Datum ut supra. »

2549 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem facultas cohibendi per censuram ecclesiasticam vel per alias poenas religiosos quorumcumque ordinum tam mendicantium quam non mendicantium, exemptorum vel non exemptorum, qui in praedicationibus aliqua dicere vel agere praesumpserint per quae negocia sibi commissa impedire vel differri possent aut quae provincias sibi decretas prospere statui obviarent. (Reg. Vat. 258, fol. 4 recto, n. 15. De curia.)

« *Venerabili* Cum te ad nonnullas. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2550 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas dispensandi de injectione manuum contra ecclesias, monasteria, beneficia, personatus, ecclesiasticos et res alias, praehabita restitutione congrua damnorum passis. (Reg. Vat. 258, fol. 4 verso, n. 16. De curia.)

« *Eidem*. Nos considerantes. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2551 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas absolvendi de homicidio vel in casibus reservatis poenitentiariis minoribus in curia Romana per se vel poenitentiarium ejus. (Reg. Vat. 248, fol. 4 verso, n. 17. De curia.)

« *Venerabili* Nos ut incolas. — Datum ut supra. »

2552 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas dispensandi de fractionibus

et incendiis ecclesiarum et aliorum locorum ecclesiasticorum. (Reg. Vat. 258, fol. 4 verso, n. 18. De curia.)

« *Eidem*. Cum sicut accepimus. — Datum Rome ut supra. »

2553 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas privandi clericos inobedientes de beneficiis eorum. (Reg. Vat. 258, fol. 4 verso, n. 19. De curia.)

« *Eidem*. In desideriis. — Datum ut supra. »

2554 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas conferendi beneficia capellanorum suorum et clericorum commensalium quos decedere contigerit. (Reg. Vat. 258, fol. 4 verso, n. 20. De curia.)

« *Eidem*. Nos volentes tibi. — Datum ut supra. »

2555 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas procedendi contra eos qui venientes ad se vel curiam suam vel recedentes ab ea ceperint, spoliaverint et injuriati fuerint et compellendi ad satisfactionem damnorum illatorum. (Reg. Vat. 258, fol. 5 recto, n. 21. De curia.)

« *Eidem*. Et totis desideremus. — Datum ut supra. »

2556 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas conferendi tonsuram clericalem et ordines majores ac minores per se vel per alium antistitem. (Reg. Vat. 258, fol. 5 recto, n. 22. De curia.)

« *Eidem*. Nos volentes te. — Datum Rome, III kalendas decembris, anno sexto. »

2557 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas conferendi tabellionatum viginti personis. (Reg. Vat. 258, fol. 5 recto, n. 23. De curia.)

« *Eidem*. Ut commissum tibi. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2558 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas requirendi servitia vel subsidia debita a nobilibus viris rectoribus, gubernatoribus, officialibus et aliis clericis vel laicis partium sibi commissarum. (Reg. Vat. 258, fol. 5 recto, n. 24. De curia.)

« *Eidem*. Fraternitati tue. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2559 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas absolvendi omnes rebelles Ecclesiae, occupatores civitatum, terrarum et castrorum ejusdem Ecclesiae et eis faventes. (Reg. Vat. 258, fol. 5 verso, n. 25. De curia.)

« *Eidem*. Consuetam Apostolice Sedis clementiam. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2560 Rome, 29 novembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, facultas dispensandi 100 personas patientes defectu natalium, cum sint de soluto et soluta genitae. (Reg. Vat. 258, fol. 14 recto, n. 64. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, salutem etc.* Cum te ad partes regni Sicilie. — Datum Rome, apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2561 Rome, 29 novembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, conceditur facultas data Anglico, episcopo Albanensi (v. *supra*, n. 2538). (Reg. Vat. 258, fol. 8 recto, n. 32. De curia.)

« *Eidem*. Cum te ad partes. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2562 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceduntur facultates datae Anglico, episcopo Albanensi (*supra*, n. 2540, 2554, 2542, 2541, 2543, 2545). (Reg. Vat. 258, fol. 7 verso, n. 30 et 31, fol. 8 verso, n. 38, fol. 9 recto, n. 39 et 40, fol. 9 verso, n. 46. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos volentes. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2563 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceduntur facultates datae Anglico, episcopo Albanensi (*supra*, n. 2547). (Reg. Vat. 258, fol. 9 recto, n. 41; fol. 8 verso, n. 37. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Ut commissum. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas decembris, anno sexto. »

2564 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas data eidem Anglico (*supra*, n. 2546). (Reg. Vat. 258, fol. 9 recto, n. 43. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos cupientes. — Datum ut supra. »

2565 Rome, 29 novembre 1367.

Eidem conceditur facultas data eidem Anglico (*supra*, n. 2548). (Reg. Vat. 258, fol. 9 verso, n. 45. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Sintque nonnulli. — Datum ut supra. »

2566 Rome, 30 novembre 1367.

Comitibus Fuxi et Convenarum ac officialibus per regnum Franciae et ducatum Aquitaniae constitutis mandatur ut liberum transitum concedant lignis et ferro portandis ad locum de Balmario, pertinentem ad ecclesiam Tolosanam, instante Goffredo archiepiscopo, pro reparatione loci. (Reg. Vat. 249, fol. 9 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris .. Fuxi et Convenarum comitibus, ac universis et singulis nobilibus ac officialibus per regnum Francie et ducatum Aquitanie constitutis, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster Goffredus. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas decembris, anno sexto. »

2567 Rome, 4 décembre 1367.

Inhibetur Petro, regi Cypri, ut procedat preparationi et actui duelli fiendi cum Florimundo, milite Burdegalensis dioecesis. (Reg. Vat. 249, fol. 23 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem etc.* Mirari cogimur ... quod cum dilecto filio nobili viro Florimundo, domino de Sparera, milite Burdegalensis diocesis, vel provocans vel provocata ad regnum Francie ab insula Cipri remotissimum venire decreverit ad duellum.

« In hoc quippe, fili carissime, non solet se regalis implicare sublimitas, licet interdum aliquorum nobilium et aliorum inferiorum minus gravium abusiva et reprobata presumpcio non absque corporum et animarum periculo id duxerit attemptandum. Habetis, siquidem, tu et idem nobilis alias vias honestas et debitas, per quas dissensionis potest veritas inveniri et injuste leso debitum satisfactionis impendi, illas prosequamini, per illas poteritis tutius ambulare.

« Nunquid non advertis hanc esse versuciam sathane, semper bono operi adversantis, ut magnificentiam tuam a vicinorum Agarenorum persecutione subtrahat et ad unius christiani, vel quod absit, propriam necem per marina et terrena discrimina seducat pariter et abducat, et sic illudat sacratissime fidei, ejus decipiendo precipuum et strenuum defensorem. O ! quanta ex hac Sarracenorum et Turchorum leticia, quantave mesticia Christi sanguine redemptorum. O ! quanta derogacio honoris regie dignitatis. Nos igitur intendentes, prout spectat ad nostrum officium fidei prefate ac tuis et regni Cipri dictique nobilis obviare periculis et providere saluti, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente eique nichilominus auctoritate apostolica districtius inhibemus, sub excommunicationis pena, mandantes quatinus propter hoc de ultramarinis partibus non abscedas, nec ad preparacionem et actum duelli prefati, ubicunque locorum, quoquo modo procedas. Nos enim dicto militi similia inhibicionem et mandatum duximus facienda. Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2568 Rome, 4 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, facultas visitandi monasterium Cassinense et inquirendi tam in capite quam in membris, et reformandi, corrigendi, emendandi et puniendi quos invenerit puniendos. (Reg. Vat. 258, fol. 6 recto, n. 26. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, salutem etc.* Ad reformationem ecclesie Cassinensis. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2569 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data praedicto Anglico (*supra*, n. 2554). (Reg. Vat. 258, fol. 9 recto, n. 42. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Et totis desideremus. — Datum ut supra. »

2570 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data praedicto Anglico (*supra*, n. 2531). (Reg. Vat. 285, fol. 9 verso, n. 44. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos volentes. — Datum ut supra. »

2571 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data praedicto Anglico (*supra*, n. 2536). (Reg. Vat. 258, fol. 10 recto, n. 48. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Cum te ad regimen. — Datum ut supra. »

2572 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas absolvendi de excommunicatione incursa propter violationem treugarum initarum inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio. (Reg. Vat. 258, fol. 10 verso, n. 50. De curia.)

« *Eidem*. Dudum nos cupientes. — Datum ut supra. »

2573 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem facultas absolvendi omnes qui deliquerunt contra tenorem condemnationis comitivarum eorumque fautorum. (Reg. Vat. 258, fol. 10 recto, n. 49. De curia.)

« *Eidem*. Pietas sacrosancte matris Ecclesie. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2574 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data Anglico, episcopo Albanensi (*supra*, n. 2549). (Reg. Vat. 258, fol. 7 verso, n. 29. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Cum te ad partes. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2575 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data praedicto Anglico (*supra*, n. 2551). (Reg. Vat. 258, fol. 8 recto, n. 33. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos ut incolas. — Datum ut supra. »

2576 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas concessa praedicto Anglico (*supra*, n. 2552). (Reg. Vat. 258, fol. 8 recto, n. 34. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Cum, sicut accepimus. — Datum ut supra. »

2577 Rome, 4 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, committitur ut inducat ad concordiam faciendam Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae. Fit etiam paciarius in regno Siciliae. (Reg. Vat. 258, fol. 3 recto, n. 12. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Pacifici regis. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2578 Rome, 4 décembre 1367.

Eidem conceduntur 25 floreni auri, securus conductus et evectiones. (Reg. Vat. 258, fol. 4 recto, n. 14. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Cum venerabilem fratrem. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas decembris, anno sexto. »

2579 Rome, 5 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas suspendendi, totaliter liberandi et absolvendi processus ab ipso factos contra rebelles et inobedientes. (Reg. Vat. 258, fol. 3 verso, n. 13. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo ...* — Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, anno sexto. »

2580 Rome, 5 décembre 1367.

Reginam Siciliae hortatur ut decimam doannae Neapolitanae possit percipere Bernardus, archiepiscopus Neapolitanus. (Reg. Vat. 249, fol. 22 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 601, n. 107.)

« *Carissime in Christo filie Johanne salutem etc.* Specialiter gerentes in votis. — Datum ut supra. »

2581 Rome, 5 décembre 1367.

Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, rogat ut acquiescat monitis et exhortationibus Guillelmi, episcopi Sabinensis, de dissidio perdurante inter ipsum et Franciscum de Baucio, ducem Andriae. (Reg. Vat. 249, fol. 21 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Quantum in desideriis habeamus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis decembris, anno sexto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie,* mutatis mutandis. »

2582 Rome, 5 décembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut impendat favores et consilia ac auxilia Guillelmo, Sabinensi episcopo, in prosecutione negociorum pacis in regno Siciliae stabiliendae. (Reg. Vat. 249, fol. 22 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quantum in desideriis. — Datum ut supra. »

2583 Rome, 5 décembre 1367.

Episcopo Virdunensi mandatur ut solvatur decima in civitate et dioecesi ejus deputando a Carolo, imperatori Romanorum, cui papa ipsam concessit pro extirpatione comitivarum. (Reg. Vat. 249, fol. 33 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Virdunensi, salutem etc.* Ecclesiarum omnium. — Datum etc., nonis decembris, anno sexto. »

« *Eodem modo .. episcopo Tullensi.* »

« *Eodem modo .. episcopo Cameracensi pro civitate Cameracensi necnon pro Cameracensi, Tornacensi, Morinensi et Attrabatensi diocesibus, pro ea parte que consistit in Imperio.* »

2584 Rome, 7 décembre 1367.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi, mandatur quod, retentis debitis a quondam Gausberto, bullatore papae, relaxet bona defuncti executoribus testamenti ab illo conditi de licentia S. A. (Reg. Vat. 249, fol. 24 recto.)

« *Venerabili fratri Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro.* Cum sicut audivimus bona. — Datum apud S. Petrum, VII idus decembris, anno sexto. »

2585 Rome, 7 décembre 1367.

Anglico, Albanensi episcopo, commendat Paulum Francisci, civem Bretenoriensem, latorem praesentium, olim secretarium Ægidii Sabinensis episcopi. (Reg. Vat. 249, fol. 24 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilectum filium Paulum. — Datum ut supra. »

2586 Rome, 7 décembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut faciat restitui nobili viro Geraldo de Bellafario, domicello Cathacensis dioecesis, castra, casalia et alia bona secundum tenorem concordiae actae inter Ludovicum, regem Hungariae, cui adhaesit, et ipsam. (Reg. Vat. 249, fol. 24 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 601, n. 108.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilecto filio nobili viro Geraldo. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus decembris, anno sexto. »

2587 Rome, 8 décembre 1367.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut faciat dirui hospicium Guidonis, episcopi Portuensis, ita quod possit construi murum civitatis Avinionensis. (Reg. Vat. 249, fol. 25 recto.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, civitatis Avinionensis pro nobis et E. R. rectori ac .. vicario et civibus ejusdem civitatis, salutem etc.*

Cum murum civitatis nostre Avinionensis pro majori et tuciori securitate civitatis ejusdem expediat continuari et fieri in solo hospicii habitacionis venerabilis fratris nostri Guidonis, episcopi Portuensis, nos ad continuacionem et perfectionem dicti muri intendi solicite ac utilitatem publicam preferri private, prout debemus, volentes, omnino discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus visis presentibus factaque prius, ut est moris, in talibus extimacione fideli valoris dicti hospicii seu damni, quod ejus dominus ex ipsius destructione patiétur, ut ei de damno ipso de proventibus dicte civitatis congrue satisfiat, ipsum hospicium pro illa parte, que pro dicto muro et adjacentibus via et fovea seu vallo fuerit oportuna, totaliter dirui et murum edificari prefatum, ac foveam seu vallum et viam necessarias fieri faciatis. Datum ut supra proxime. »

2588 Rome, 10 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, conceditur facultas delimitandi territorium civitatis Beneventanae, secundum tenorem litterarum Clementis papae VI. (Datum Avinione, VII kalendas junii anno nono.) (Reg. Vat. 258, fol. 6 recto, n. 27. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Exigit debitam. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus decembris, anno sexto. »

2589 Rome, 10 décembre 1367.

Inhibetur universis patriarchis, archiepiscopis, electis et quibuscumque locorum ordinariis et personis ecclesiasticis, jurisdictionem spiritualem vel temporalem obtinentibus, ne pignora seu sportulas aut res alias sive pignus bandi accipiant occasione litium. (Reg. Vat. 258, fol. 13 recto, n. 59. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis ab omni specie mali. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus decembris, anno sexto. »

2590 Rome, 10 décembre 1367.

Inhibetur sub poena excommunicationis et interdicti ne principes, marchiones, duces, comites, barones et alii nobiles necnon potestates, capitanei, baillivi, scabini, advocati, rectores, judices et consules, aliique officiales et consiliarii civitatum, oppidorum, terrarum, castrorum et aliorum locorum, aliique laici et laicales personae dominium seu jurisdictionem in temporalibus obtinentes, necnon ipsarum civitatum communia et oppidorum castrorum, terrarum et aliorum locorum universitates bannire vel relegare aut praescribere vereantur clericos et personas ecclesiasticas, etiam in dignitatibus constitutas. (Reg. Vat. 258, fol. 13 recto, n. 60. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Quia sicut displicenter. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus decembris, anno sexto. »

2591 Rome, 10 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, mandatur ut executioni demandet constitutionem Clementis papae VI (Urget nos) de delimitatione territorii civitatis Beneventanae datae Avinione, VII kalendas junii, pontificatus sui anno nono (cujus tenor hic inseritur. (Reg. Vat. 249, fol. 37 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Exigit debitum. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus decembris, anno sexto. »

2592 Rome, 11 décembre 1367.

Reginam Siciliae rogat ut amoveat ab officio senescalliae Provinciae Raymundum de Agouto et constituat alium, atque specialiter Guillelmum Gaugii de Forcalquerio, dominum de Viens, militem Aptensis dioecesis. (Reg. Vat 249, fol. 25 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 602, n. 109.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Honori et statui tuo credimus. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus decembris, anno sexto. »

2593 Rome, 11 décembre 1367.

Raymundo de Baucio notum fit quod non creditur relato contra ipsum de fidelitate erga Ecclesiam Romanam. (Reg. Vat. 249, fol. 25 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti ac regni Sicilie comiti camerario, salutem etc.* Ad aures nostras noviter est perductum te affligi multa mesticia ex eo quod audivisti nobis esse relatum te aliqua facere inter alia tenendo amicias cum indevotis S. R. E., que nobis debebant merito displicere. Licet igitur, fili dilecte, aliqua intellexerimus de premissis, nos tamen considerantes tuam fidelitatem antiquam,

quam erga dictam Ecclesiam constanter habuisti, hactenus et habes assidue, quamque ille notorius tue devocionis fervor expressit, quod non etatis, non infirmitatis podagrice gravitas, non maris potuerunt pericula retinere, quin ultra montes accederes, et nos tunc venientes ad partes Patrimonii beati Petri in Tuscia continue socïares, non credimus nobilitatem tuam quiccunque fecisse, per quod prefatam Ecclesiam ledere cogitares ; eapropter tristiciam omnem abicias et consuete leticie resume vigorem, in tuis devotione ac fidelitate solitis perstiturus, de nostraque benivolentia solitam confidentiam habiturus. Datum ut supra. »

2594 Rome, 11 décembre 1367.

Petro Blancherii mandatur quod de castro Curtodonis Avinionensis dioecesis et fortalicio ipsius absque qualibet contradictione seu dilatione faciat id quod injungendum fuerit a Philippo, patriarcha Jerosolimitano, civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini rectore. (Reg. Vat. 249, fol. 26 recto.)

« *Dilecto filio Petro Blancherii dicto de Carpentorato, layco, custodi castri Curtedonensis Avinionensis diocesis, salutem etc.* Discretioni tue presentium tenore. — Datum ut supra. »

2595 Avignon, 12 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. legato, facultas privandi clericos inobedientes in his quae ad nuntiationis officium pertinent. (Reg. Vat. 258, fol. 7 recto, n. 28. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum te ad partes. — Datum Rome apud Sanctum Petrum, II idus decembris, anno sexto. »

2596 Rome, 12 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data Anglico episcopo Albanensi (*supra*, n. 2549). (Reg. Vat. 258, fol. 8 recto, n. 35. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos cupientes. — Datum Rome apud S. Petrum, II idus decembris, anno sexto. »

2597 Rome, 12 décembre 1367.

Eidem conceditur facultas data praefato Anglico (*supra*, n. 2550). (Reg. Vat. 258, fol. 8 verso, n. 36. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo* Nos considerantes. — Datum ut supra. »

2598 Rome, 13 décembre 1367.

Reginae Siciliae scribit ut plenam fidem adhibeat Pino, archiepiscopo Brundusino, de pace facienda inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae. (Reg. Vat. 249, fol. 25 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 602, n. 110.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum nuper super reformatione pacis. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus decembris, anno sexto. »

« *Eodem modo carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* mutatis mutandis. »

2599 Rome, 16 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, mandatur ut perficiat limitationem territorii Beneventanae civitatis quae fuit ordinata tempore Clementis VI. (Reg. Vat. 249, fol. 26 recto.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Sicut fraternitatem tuam. — Datum Rome apud S. Petrum, XVII kalendas januarii, anno sexto. »

2600 Rome, 17 décembre 1367.

Carolum Romanorum imperatorem rogat ut plenam fidem adhibeat Petro de Calesio, praeposito ecclesiae Nemausensis O. S. A., A. S. nuncio, praesentium latori. (Reg. Vat. 249, fol. 26 verso.)

« *Carissimo in Christo Carolo, Romanorum imperatori semper augusto.* Dilectum filium Petrum. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas januarii, anno sexto. »

2601 Rome, 17 décembre 1367.

Kazmiro regi Poloniae item, cum sollicitandus sit Carolus, imperator Romanorum, ad ejus adventum ad partes Italiae, et de aliquo subsidio pro eodem negocio ab ipso dando. (Reg. Vat. 249, fol. 26 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Kazmiro, regi Polonie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Petrum. — Datum ut supra. »

2602 Rome, 17 décembre 1367.

Item Lamperto, episcopo Spirensi. (Reg. 249, fol. 27 recto.)

« *Venerabili fratri Lamperto, episcopo Spirensi, salutem etc.* Tue fraternitatis affectum. — Datum ut supra. »

2603 Rome, 17 décembre 1367.

Item Marquardo, patriarchae Aquilegensi. (Reg. Vat. 249, fol. 27 recto.)

« *Venerabili fratri Marquardo, patriarche Aquilegensi, salutem etc.* Tue fraternitatis affectum. — Datum ut supra. »

2604 Rome, 17 décembre 1367.

Item Ludovico regi Hungariae. (Reg. Vat. 249, fol. 27 verso. — Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 83, n. 157.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Petrum. — Datum ut supra. »

2605 Rome, 17 décembre 1367.

Item Elizabeth reginae seniori Hungariae. (Reg. Vat. 249, fol. 27 verso.)

« *Carissime in Christo filie Elizabeth, regine seniori Ungarie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Petrum. — Datum ut supra. »

2606 Rome, 17 décembre 1367.

Item Elizabeth reginae juniori Hungariae. (Reg. Vat. 249, fol. 27 verso.)

« *Carissime in Christo filie Elizabeth, regine juniori Ungarie illustri, salutem etc.* Dilectum. — Datum ut supra. »

2607 Rome, 17 décembre 1367.

Item Joanni episcopo Vaciensi; insuper papa ipsum rogat ut inducat Ludovicum, regem Hungariae, ad complacendum beneplacitis S. A. (Reg. Vat. 249, fol. 28 recto. — Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 84, n. 158.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Vaciensi, salutem etc.* Ex relatione dilecti filii Petri de Calesio. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas januarii, anno sexto. »

2608 Rome, 17 décembre 1367.

Item Joanni episcopo Brixinensi, cui papa gratiarum actiones agit pro eo quia induxit duces Austriae ad beneplacita S. A. fovenda. (Reg. Vat. 249, fol. 28 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Brixiensi, salutem etc.* Ex relatione dilecti filii Petri de Calesio. — Datum ut supra. »

2609 Rome, 17 décembre 1367.

Item Nicolao, marchioni Estensi, cui Petrus de Calesio, facturus transitum per civitatem Ferrariam, negocia a papa commissa narrabit. (Reg. Vat. 249, fol. 29 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi, pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Dilectum filium Petrum. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, salutem et apostolicam benedictionem.* »

2610 Rome, 17 décembre 1367.

Burchardo, comiti Magdeburgensi, remittit Petrum de Calesio et eum rogat ut ipsi adhibeat plenam fidem. (Reg. Vat. 249, fol. 29 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Burchardo, comiti Magdeburgensi, salutem etc.* Ex relatione dilecti filii Petri. — Datum ut supra. »

2611 Rome, 17 décembre 1367.

Petro de Calesio conceditur facultas taxandi decimam aut de certa summa pecuniae in modum subsidii loco decimae componendi, necnon quittandi de solutis, in Alamannia et Bohemia. (Reg. Vat. 249, fol. 39 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro de Calesio, preposito ecclesie Nemausensis, A. S. nuncio, salutem etc.* Nuper tibi circa exactionem. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas januarii, anno sexto. »

2612 Rome, 17 décembre 1367.

Petro de Calesio conceditur littera gagiorum de sex florenis auri pro diebus singulis suae nuntiationis. (Reg. Vat. 249, fol. 45 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis universis et singulis A. S. nunciis ac collectoribus fructuum et proventuum Apostolice Camere debitorum in Italie, Alamannie, Ungarie, Boemie et Lotharingie partibus constitutis eorumque succollectoribus ad quos presentes pervenerint.* Cum dilectum filium Petrum. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas januarii, anno sexto. »

2613 Rome, 18 décembre 1367.

Petro de Calesio notum fit papam mandasse litteras archiepiscopis Alamanniae et Bohemiae de decima indicta pro imperatore Romanorum contra comitivas. (Reg. Vat. 249, fol. 36 recto. De curia. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 453, n. 437.)

« *Dilecto filio Petro de Calesio, preposito ecclesie Nemausensis, A. S. nuncio, salutem etc.* Dudum super negocio decime. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas januarii, anno sexto. »

2614 Rome, 21 décembre 1367.

Eidem Petro de Calesio facultas quittandi solventes decimas in civitatibus et dioecesibus Tullensi, Virdunensi, Cameracensi, Tornacensi, Attrabatensi et Morinensi. (Reg. Vat. 249, fol. 40 verso. De curia.)

« *Eidem.* Nuper in subsidium expensarum. — Datum Rome apud S. Petrum, XII kalendas januarii, anno sexto. »

2615 Rome, 21 décembre 1367.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut provideat de quantitate pecuniae dandae quolibet mense, donec fiet liga, Feltrino de Gonzagua pro custodia civitatis Reginensis. (Reg. Vat. 249, fol. 31 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Novit tua fraternitas. — Datum Rome apud S. Petrum, XII kalendas januarii, anno sexto. »

2616 Rome, 21 décembre 1367.

Eidem mandatur ut, post inquisitionem, minuat gravamen trium florenorum auri solvendorum singulis annis pro quolibet foculari in civitate Civitatis Castellanae et impositum ab officialibus Ecclesiae; dictis officialibus inhibetur ne ad duos menses contra cives ad exactionem trium florenorum quoquo modo procedant. (Reg. Vat. 249, fol. 31 recto.)

« *Eidem.* Exposuerunt nobis dilecti filii cives Civitatis Castellane. — Datum ut supra. »

2617 Rome, 24 décembre 1367.

Mandatur regnicolis Siciliae ut contribuant liberaliter equitibus et peditibus colligationi factae contra comitivas, non obstante quod nonnulli renitant contributioni stabilitae in ultimo parlamento celebrato Neapoli. (Reg. Vat. 249, fol. 47 recto.)

« *Dilectis filiis universis et singulis principibus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus aliisque dominis terrarum necnon universitatibus civitatum, castrorum aliorumque locorum regni Sicilie seu terre citra farum, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum quod, licet in parlamento generali regni Sicilie, ultimo in Neapoli celebrato, deliberatum fuerit quod pro defensione dicti regni seu terre citra farum, ad ipsum regnum spectantis, cum occurreret facienda omnes de ipso regno, videlicet tam carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustris, pro suis terris demanialibus, quas teneret, quam alii detinentes quascumque terras demanii pro ipsis terris seu terre predicte quam eciam universi principes, duces, comites, barones et alii nobiles necnon universitates quorumcumque civitatum, castrorum, villarum et locorum dicti regni, pro sua rata, secundum generalem subventionem in ipso regno consuetam fieri contribuere tenerentur, ipsaque regina de hujusmodi deliberacione et alias de vestra promptitudine et liberalitate pro dicta defensione realiter ostendenda confisa suis et vestris instantibus periculis et dampnis gravissimis, que tunc ex incursibus illarum gentium perversarum, que nominabantur, prout nominantur, Compagne, proveniebant assidue et proventura assidue probabiliter timebantur, congruis remediis ob-

viare desiderans pro se et nobis ac dicto regno seu terra citra farum eorumque incolis de vestro consilio per suum procuratorem ad hoc specialiter constitutum fecerint specialem colligationem et unionem cum R. E. ac communibus potentium civitatum, in qua colligatione ipsa regina 600 barbutas seu equites et totidem pedites dare promisit, se suosque subditos et dictum regnum ad hoc efficaciter obligando, prout exinde constat publicum instrumentum.

« Nonnulli tamen vestrum in contribucione hujusmodi se reddunt contumaces ac pertinaciter renitentes, propter quod ipsa regina alias impotens ad ferendum onus istud sine hujusmodi vestro auxilio cogeretur in promissis per dictam colligationem deficere, non absque grandi sua verecundia et magnis periculis dicti regni, Nos igitur de hiis mirati merito et turbati tantam ingratitudinem detestantes et periculosam admodum manifeste cernentes, nobilitatem et fidelitatem vestram presentium tenore requirimus ... quatinus gravissima mala, que per detestabiles comitivas nobis et dicto regno illata sunt hactenus et inferri possent verisimiliter in futurum, necnon quod talibus comitivis sine colligatorum auxilio, quos eciam in casibus oportunis vos juvare debetis sufficienter non resistere potestis provide cogitantes pro predictis equitibus et peditibus secundum deliberacionem dicti parlamenti velitis contribuere liberaliter ac prompte, nec compulsionem aliam expectetis ; alioquin cum tam publica utilitas et necessitas manifeste provisio propter vestram seu aliquorum vestrum contumaciam non debeant pretermitti et potestas temporalis per spiritualem valeat adjuvari, certis judicibus dabimus per alias nostras litteras in mandatis ut vos ad hoc per excommunicacionis in personas et interdicti in terras vestras seu illorum vestrum, qui in hoc fuerint renitentes, sententias compellere non omittant. Datum Rome apud S. Petrum, VIIII kalendas januarii, anno sexto. »

2618 Rome, 26 décembre 1367.

Anglico, episcopo Albanensi, scribit quod intimavit reversurum ad curiam Guillelmum Noeleti, nuntium, qui nequivit magno lapso tempore concordiam stabilire inter ducem et commune Venetiarum ac marchiones Estenses ; igitur Anglicus requiret ducem et commune quod palatas clausas per eos saltem usque ad aliquod tempus faciant aperiri. Accedat autem personaliter ad Venetias vel alium locum oportunum vel requirat utramque partem discordantem ad mittendos ad suam praesentiam ambaxiatores et procuratores ita ut concordia fiat. (Reg. Vat. 249, fol. 31 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Quia dilectus filius magister Guillelmus. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas januarii, anno sexto. »

2619 Rome, 29 décembre 1367.

Bernardo, Neapolitano, et Pino, Brundusino, archiepiscopis, mandatur ut moneant omnes archiepiscopos, episcopos, abbates et alios ecclesiarum praelatos, qui in civitate Neapolitana nimium dicuntur frequentare, ad residentiam faciendam. (Reg. Vat. 249, fol. 47 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus Bernardo, Neapolitano, et Pino, Brundusino archiepiscopis, salutem etc.* Quia prelatorum residentia. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas januarii, anno sexto. »

2620 Rome, 29 décembre 1367.

Eisdem mandatur ut faciant fratres ordinum mendicantium desistere a negotiis laycalibus et frequentatione curiae reginae Siciliae. (Reg. Vat. 249, fol. 47 verso. De curia.)

« *Eisdem.* Intelleximus sepius relatibus. — Datum ut supra. »

2621 Rome, 29 décembre 1367.

Henricum [regem Castellae] rogat ut relaxet Jacobum, regem Majoricarum, in carcerali angustia diutius maceratum. (Reg. Vat. 249, fol. 32 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Henrico etc., salutem etc.* Et si ad cunctos Christi fideles. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas januarii, anno sexto. »

2622 Rome, 30 décembre 1367.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, mandatur ut moneat nonnullos magnates regni Siciliae ita quod desistant a contradictione ab ipsis opposita de gente armigera, cui Joanna, regina Siciliae, tenetur contribuere pro liga, quam fecit cum Ecclesia Romana. (Reg. Vat. 249, fol. 22 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Quia sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas januarii, anno sexto. »

2623 Rome, 30 décembre 1367.

Lucio, episcopo Cesenatensi, facultas recipiendi omnes pecunias collectas a Fulcone Pererii, praeposito Valentinensi, Sancio Vaquerii archidiacono Vasatensi, Petro Gervasii, praecentori Aniciensis, Petro de Monteauroso, Mimatensis, Bernardo Cariti, Parisiensis, et Johanne Mauberti, Carnotensis canonicis, ac Guillelmo Amarinti, de Brossa ecclesiarum, Ruthenensis dioecesis, priori, A. S. nuntiis et collectoribus proventuum Apostolicae Camerae debitorum. (Reg. Vat. 249, fol. 63 recto.)

« *Venerabili fratri Lucio, episcopo Cesenatensi, A. S. nuncio, proventuum Camere Apostolice in partibus Tuscie debitorum collectori, salutem etc.* Cum nos dilectis filiis Fulconi. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas januarii, anno sexto. »

2624 Rome, 30 décembre 1367.

Item Petro abbati monasterii S. Georgii de Venetiis. (Reg. Vat. 249, fol. 63 recto.)

« *Dilecto filio Petro abbati monast. S. Georgii Castellane diocesis, A. S. nuncio, proventuum Camere Apostolice in partibus Lombardie debitorum collectori, salutem etc.* Cum nos etc. ut supra per totum. »

2625 Rome, 30 décembre 1367.

Fulconi Pererii mandatur ut solvat omnes praefatos proventus dictis Lucio et Petro. (Reg. Vat. 249, fol. 63 recto.)

« *Dilecto filio Fulconi Pererii, preposito ecclesie Valentinensis, A. S. nuncio, salutem etc.* Discretioni tue districte precipiendo. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio Guidoni de Ruppe, canonico Turonensi, A. S. nuncio.* »

« *Eodem modo Sancio Vaquerii, archidiacono Vasatensi, A. S. nuntio, salutem etc.* »

« *Eodem modo Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, A. S. nuncio, salutem etc.* »

« *Eodem modo Guillelmo Amarinti, priori de Brossa, Ruthenensis diocesis, A. S. nuntio, salutem etc.* »

« *Eodem modo Johanni Mauberti, canonico Carnotensi, A. S. nuncio.* »

2626 Rome, 4 janvier 1368.

Carolum, regem Franciae, rogat ut revocet ordinationem de curia regia permansura in villa Brivatensi, S. Flori dioecesis. (Reg. Vat. 249, fol. 48 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 156, n. LXXVII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Intelleximus, fili carissime, quod nuper tua serenitas, ignorans forte vel non reminiscens exemptionem et privilegia regalia ville Brivatensis, S. Flori diocesis, in qua recognicionem feudi et resortum duntaxat diceris obtinere, in ipsa villa curiam regiam statuit permansuram, quod contra eadem privilegia in prejudiciumque majoris ecclesie dicte ville ac dilecti filii nostri Petri, S. M. Nove diaconi cardinalis, prepositi ejusdem ecclesie, ad quos dicta villa pertinet, noscitur redundare ; quare serenitatem eandem rogamus et hortamur attente quatinus dictam exemptionem et privilegia, prout decet devocionem regiam, illibata conservans, dictasque ecclesiam et villam habens pro nostre et A. S., cui immediate subesse noscuntur, reverencia favorabiliter commendatas, velis hujusmodi ordinationem totaliter revocare dictaque privilegia ad ipsorum majus robur et pleniorem noticiam confirmare. Datum Rome apud S. Petrum, II nonas januarii, anno sexto. »

2627 Rome, 4 janvier 1368.

Joanni, episcopo Belvacensi, scribitur de eodem. (Reg. Vat. 249, fol. 48 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Scribimus carissimo. — Datum ut supra. »

2628 Rome, 4 janvier 1368.

Mandatur ut assistant auxiliis efficacibus et fidelibus consiliis Simoni de Puteo, O. F. P., sacrae theologiae professori, in regno Siciliae et terra citra farum inquisitori haereticae pravitatis promoto. (Reg. Vat. 249, fol. 56 verso.)

« *Venerabilibus fratribus universis .. archiepiscopis et .. episcopis ac dilectis filiis .. electis et abbatibus aliisque ecclesiarum et monasteriorum prelatis per regnum Sicilie et terram ultra farum constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum dilectus filius Simon. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas januarii, anno sexto. »

2629 Rome, 4 janvier 1368.

Anglicum, episcopum Albanensem, rogat ut prosequatur in officiis et stipendiis aliisque praerogativis suis et favori-

bus nobilem virum Caviatam de Coyonibus, domicellum Pergamensem, et nonnullos ejus consanguineos et amicos. (Reg. Vat. 249, fol. 48 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi ... vicario generali, salutem etc.* Intelleximus relatione fideli. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas januarii, anno sexto. »

2630 Rome, 5 janvier 1368.

Reginae Siciliae scribitur ut audiat, antequam procedatur, Nicolaum comitem Nolanum et rectorem Patrimonii beati Petri in Tuscia, qui emit castrum Lauri, Nolanae dioecesis, aliaque castra et terras Raymundi de Baucio, quae sequestrata fuerunt a regina et Ludovico, rege Siciliae. (Reg. Vat. 249, fol. 48 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 603, n. 111.)

« *Carissime in Christo filie Johanne regine Sicilie illustri, salutem etc.* Exposuit nobis dilectus filius. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis januarii, anno sexto. »

2631 Rome, 5 janvier 1368.

Guillelmum, episcopum Sabinensem, rogat ut exhortetur dictam reginam ad ea quae scripsit eadem die. (Reg. Vat. 249, fol. 49 recto.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, salutem etc.* Scribimus carissime in Christo. — Datum ut supra. »

2632 Rome, 7 janvier 1368.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ne Arnaldo archiepiscopo Auxitano, ecclesiae ejus ac officialibus, castris, locis et subditis fiat aliqua novitas seu molestia a gentibus et subditis aut aliis ; narratur quod de suis et sui principatus negotiis in Romana curia promovendis Arnaldus ferventius elaborat. (Reg. Vat. 249, fol. 49 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Licet, fili dilecte, ad cunctas personas. — Datum ut supra. »

2633 Rome, 7 janvier 1368.

Johannem de Chandos rogat ut partes suas interponat de praedictis apud Edwardum principem Aquitaniae. (Reg. Vat. 249, fol. 49 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Chandos, militi, salutem etc.* Pro venerabili fratre Arnaldo. — Datum ut supra. »

2634 Rome, 7 janvier 1368.

Bertrando de Massello conceditur facultas petendi omnes pecunias receptas a Walasco, thesaurario ecclesiae Ulixbonensis, aliis commissariis et succollectoribus in regnis Castellae et Legionis ac Portugalliae. (Reg. Vat. 249, fol. 56 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Massello, canonico Ilerdensi, licenciato in decretis, capellano nostro, A. S. nuncio, salutem etc.* Circumspectionis industriam. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus januarii, anno sexto. »

2635 Rome, 7 janvier 1368.

Fernando, regi Portugalliae, commendat Bertrandum de Massello, canonicum Ilerdensem, licentiatum in decretis, capellanum papae, ad regnum Portugalliae destinatum pro negotiis Camerae Apostolicae. (Reg. Vat. 249, fol. 49 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Fernando regi Portugallie, salutem etc.* Cum dilectum filium Bertrandum. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo carissimo in Christo filio Petro regi Castelle.* »

« *Eodem modo carissimo in Christo filio Petro regi Navarre.* »

2636 Rome, 7 janvier 1368.

Bertrando de Massello conceditur facultas petendi ab Hugone Lamanhania, archidiacono de Majorico in ecclesia Toletana, ac Arnoldo de Vernolio, canonico Burgensis, et Guillermo Piloti, cantore Ulixbonensis ecclesiarum, S. A. nunciis et collectoribus vel eorum succollectoribus, omnes pecunias ad Cameram Apostolicam spectantes. (*Instr. miscell.*, n. 2495, originale pergamenum. De curia. — Reg. Vat. 249, fol. 58 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Massello, canonico Ilerdensi, licenciato in decretis, capellano nostro, A. S. nuncio, salutem etc.* De tuis fidelitate. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus junii, anno sexto. »

2637 Rome, 8 janvier 1368.

Eidem conceditur securus conductus, cum sit destinatus pro negociis Camerae Apostolicae ad regna Castellae, Legionis, Navarrae et Portugalliae aliasque partes. (*Instr. miscell.*, n. 2498, originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis etc. ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus januarii, anno sexto. »

2638 Rome, 11 janvier 1368.

Bertrando de Massello conceditur facultas conferendi tabellionatum duabus personis, etiam si altera earumdem fuerit in sacerdotio constituta. (*Instr. miscell.*, n. 2499 ; originale pergamenum. Registrata G. de mandato domini nostri pape.)

« *Dilecto filio ... salutem etc.* Ne contractuum. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus januarii, anno sexto. »

2639 Rome, 11 janvier 1368.

Eidem facultas petendi bona mobilia et credita quorumdam archiepiscoporum, episcoporum et abbatum defunctorum in dictis regnis. (Reg. Vat. 249, fol. 57 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando de Massello, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nos dudum ex certis causis. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus januarii, anno sexto. »

2640 Rome, 11 janvier 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut auxiliis et favoribus prosequatur nobilem virum Joannem, comitem de Aspurg, latorem praesentium. (Reg. Vat. 249, fol. 50 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir. — Datum ut supra. »

2641 Rome, 11 janvier 1368.

Andruino, cardinali S. Marcelli, item. (Reg. Vat. 249, fol. 50 verso.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, civitatis Bononiensis ac provincie Romandiole pro nobis et E. R. vicario generali, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir. — Datum ut supra. »

2642 Rome, 13 janvier 1368.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, conceditur facultas data Anglico episcopo Albanensi (*supra*, n. 2557). (Reg. Vat. 258, fol. 12 recto, n. 51. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Ut commissum. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus januarii, anno sexto. »

2643 Rome, 13 janvier 1368.

Bertrando de Massello facultas creandi collectorem, cum defunctus sit Guillelmus Piloti, cantor Ulixbonensis, et nuncius in regno Portugalliae. (Reg. Vat. 249, fol. 60 recto.)

« *Dilecto filio Bertrando etc.* Cum, sicut ad nostrum pervenit auditum. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus januarii, anno sexto. »

2644 Rome, 13 janvier 1368.

Guidoni de Gonzaga et Ludovico, ejus nato, militibus, in civitate Paduana imperialibus vicariis, scribitur ut dolorem suam renovarunt quae de damnis et injuriis eis et subditis fuerunt relata. Notum fit de petitis se scripsisse Anglico, episcopo Albanensi. (Reg. Vat. 244 K, fol. 14, n. 23.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Gonzaga et Ludovico, ejus nato, militibus, in civitate Paduana imperialibus vicariis, salutem etc.* Litteras vestre nobilitatis. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus januarii, anno sexto. »

2645 Rome, 15 janvier 1368.

Reginae Siciliae conceditur ut committat gubernationem Caroli de Duratio, impuberis, Raymundo Andronis, fratri Guillelmi episcopi Comaclensis, qui eam resignavit, si sit idoneus. (Reg. Vat. 249, fol. 50 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 604, n. 112.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater. — Datum Rome apud S. Petrum, XVIII kalendas februarii, anno sexto. »

2646 Rome, 17 janvier 1368.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, mandatur ut se informet de aetate, vita et moribus Martini de Alatro, canonici Neapolitani, et secretarii reginae Siciliae, quae postulavit pro eo ecclesiam Valvensem vacantem. (Reg. Vat. 249, fol. 50 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Carissima in Christo filia nostra Johanna. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas februarii, anno sexto. »

2647 Rome, 18 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut compellat ducem et commune Venetiarum, ex una parte, ac marchiones Estenses et commune civitatis Ferrariensis, ex altera, discordantes invicem ad ineundam concordiam. Si Veneti non consentiant ad aperiendum palatas eorum, omnes portus et palatas Marchiae Anconitanae et Romandiolae faciet claudi et ordinabit quod victualia vel alia mercimonia non deferantur Venetias. Inducat insuper patriarcham Aquilegensem ad simile agendum et requirat ad tale Franciscum de Carraria, si ex forma colligationis cum marchionibus Estensibus noscatur obligatus. (Reg. Vat. 249, fol. 51 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 455, n. 438.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in nonnullis provinciis et terris E. R. vicario generali, salutem, etc.* Per alias nostras litteras hiis diebus. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas februarii, anno sexto. »

2648 Rome, 18 janvier 1368.

Eidem scribitur quod nobili viro Dondacio de Fontana, militi Placentino, imposuit quaedam tangentia securitatem status R. E., quae vivae vocis oraculo referenda sunt ipsi, Nicolao marchioni Estensi et Francisco de Carraria. Intimet negotia dicta Carolo, imperatori Romanorum, ita ut festino auxilio procedatur. (Reg. Vat. 249, fol. 51 recto.)

« *Venerabili fratri generali, salutem etc.* Dilecto filio nobili viro Dondacio. — Datum ut supra. »

2649 Rome, 18 janvier 1368.

Nicolao, marchioni Estensi, scribitur de eodem. (Reg. Vat. 249, fol. 51 verso.)

« *Dilecto filio Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Quia jam pluribus diebus elapsis. — Datum ut supra. »

2650 Rome, 18 janvier 1368.

Francisco de Carraria item. (Reg. Vat. 249, fol. 52 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Dondacium. — Datum ut supra. »

2651 Rome, 18 janvier 1368.

Carolo, imperatori Romanorum, scribitur ut credat ambaxiatori ipsi misso ab Anglico praefato, marchione Estensi et Francisco de Carraria de adventu suo in Italia. (Reg. Vat. 249, fol. 51 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, imperatori Romanorum semper augusto, salutem etc.* Ad providendum super. — Datum ut supra. »

2652 Rome, 18 janvier 1368.

Carolo, imperatori Romanorum, mandatur ut bene recipiat nobilem virum Dondacium de Fontana, militem Placentinum, vel alium ambaxiatorem missum ad ipsum ab Anglico, episcopo Albanensi, Nicolao marchione Estensi et Francisco de Carraria. (Reg. Vat. 249, fol. 51 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, imperatori Romanorum semper augusto, salutem etc.* Ad providendum super quodam. — Datum ut supra. »

2653 Rome, 22 janvier 1368.

Petro, regi Aragonum, commendat Bertrandum de Massello ut de securo conductu ei provideat. (Reg. Vat. 249, fol. 52 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Aragonum illustri, salutem etc.* Cum dilectum fratrem Bertrandum.

— Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas februarii, anno sexto. »

2654 Rome, 22 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur item ac (*supra*, n. 2545), etiamsi anteferri, in provincia Romandiolae ac civitatibus et dioecesibus Bononiensi et Ferrariensi. (Reg. Vat. 258, fol. 11 verso, n. 53. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico salutem etc.* Cum te ad nonnullas. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas februarii, anno sexto. »

2655 Rome, 22 janvier 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut recipiat compositiones congruas ab exbannitis provinciae Marchiae Anconitanae pro culpis levibus. (Reg. Vat. 249, fol. 52 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico, Albanensi episcopo generali, salutem etc.* Intelleximus quod licet in provincia. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas februarii, anno sexto. »

2656 Rome, 23 janvier 1368.

Henrico [de Trastamara] scribitur ut interponat partes suas apud Bertrandum de Insula, qui detinet Jacobum, regem Majoricarum, carceratum ita quod relaxetur. (Reg. Vat. 249, fol. 52 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Henrico etc.* Hiis diebus, fili carissime, intellecto. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas februarii, anno sexto. »

2657 Rome, 24 janvier 1368.

Fulconi Pererii et aliis mandatur ut destinent per cambium vel alium modum pecunias collectas ab ipso in Aragonum et Valentiae regnis ad Cameram. (Reg. Vat. 249, fol. 61 recto.)

« *Dilectis filiis Francisco Pererii, preposito ecclesiae Valentinensis ecclesie, A. S. nuncio ac collectori fructuum provenientium et bonorum in regnis Aragonum et Valencie Apostolice Camere debitorum ejusque succollectoribus quibuscumque ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Discretioni vestre. — Datum Rome apud S. Petrum, VIIII kalendas februarii, anno. »

2658 Rome, 25 janvier 1368.

Bertrando de Insula mandatur ut liberet Jacobum, regem Majoricarum, ne in manibus inimicorum suorum deveniat. (Reg. Vat. 249, fol. 52 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, comiti Insule, salutem etc.* Intelleximus nuper. — Datum Avenione, VIII kalendas februarii, anno sexto. »

2659 Rome, 25 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas in provinciis Romandiolae, civitatibus et dioecesibus Bononiensi et Ferrariensi exercendi in omnibus casibus ecclesiasticam jurisdictionem, etiam episcopalem et archiepiscopalem. (Reg. Vat. 258, fol. 12 verso, n. 56. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico salutem etc.* Cum te ad provinciam. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas februarii, anno sexto. »

2660 Rome, 25 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut concordiam componat inter ducem et commune Venetiarum, ex una parte, et Nicolaum, Hugonem et Albertum, marchiones Estenses, ac cives et commune civitatis Ferrariensis, ex altera, ad partes de quibus expedire videbitur se conferendo personaliter ; faciet quasvis colligationes, pactiones, promissiones et obligationes expedientes et dissolvat omnia contra bonum pacis. (Reg. Vat. 258, fol. 11, n. 52. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Pacis et concordie. — Datum Rome, VIII kalendas februarii, anno sexto. »

2661 Rome, 26 janvier 1368.

Eidem mandatur ut inquirat per se, alium vel alios, de observatione modificationis juris spolii in partibus Lombardiae, Marchiae Tervisinae, Venetiarum, Tusciae et terrarum E. R., quam non servant collectores, succollectores et alii commissarii, et de compositionibus ab eisdem factis virtute quarumdam extorquunt unum denarium pro quolibet solido, vel duo florenos pro quolibet centenario tempore solutionis, non pro Camera Apostolica, sed pro seipsis, necnon pro singulis instrumentis compositionis et absolutionis 5, 6 aut 8 florenorum auri, et pro tabellionibus immoderata salaria. Dampna passis debite satisfiat. Sequitur tenor modificationis (*vide infra*, n. 2754). (Reg. Vat. 258, fol. 12 recto, n. 55. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico* Fidedigna relatio. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas februarii, anno sexto. »

2662 Rome, 26 janvier 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, scribitur ut Guillelmus Noeleti et Rodulfus de Civitate Castelli, O. F. eremitarum S. A., A. S. nuntii, nimis longo tempore laboraverunt sine commodo; igitur revertantur ad curiam et non percipiant sex florenorum auri pro suis gagiis. Anglicus ipse subrogatur ipsis et debet inquirere de gestis nuntiorum. Nuntiat insuper ut Henrico, episcopo Brixiensi, commissa fuit reformatio civitatis Urbinatensis et terrae Massae Trabariae, cum salario quatuor florenorum singulis diebus. (Reg. Vat. 249, fol. 53 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum dilecti filii magister Guillelmus. — Datum ut supra. »

2663 Rome, 26 janvier 1368.

Andruinum, legatum S. A., hortatur ut bonae intentionis suae promptitudinem per effectum operis sic ostendat erga Anglicum, episcopum Albanensem. (Reg. Vat. 249, fol. 53 recto.)

« *Dilecto filio Andruino vicario generali, salutem etc.* Sicut venerabilis frater noster Anglicus. — Datum ut supra. »

2664 Rome, 28 janvier 1368.

Mandatur ut publicetur constitutio inclusa in registro anni quinti VII idus maii pontificatus nostri anno quinto contra comitivas (1). (Reg. Vat. 249, fol. 62 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. Remensi, .. Rothomagensi, .. Senonensi, .. Turonensi, ... Narbonensi et ... Tholosano archiepiscopis eorumque suffraganeis, salutem etc.* Dudum ad tranquillitatem et pacem in regno Francie. — Datum Rome apud S. Petrum, V kalendas februarii, anno sexto. »

« *Eodem modo venerabili .. archiepiscopo Auxitano ejusque suffraganeis.* »

(1) *Cum sit plena periculis.* (Reg. Avin. 164, fol. 381, n. 201 et v. Tihon, *Lettres d'Urbain V*, n. 2100.)

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Lugdunensi, .. Treverensi, .. Bisuntino, .. Tarantasiensi, .. Viennensi, .. Arelatensi, .. Aquensi et .. Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, salutem etc.* »

2665 Rome, 29 janvier 1368.

Reginam Siciliae rogat ut habeat commendatos Cerretanum, archiepiscopum Cusentinum, et ecclesiam ejus. (Reg. Vat. 249, fol. 53 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 605, n. 113.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilem fratrem. — Datum Rome apud S. Petrum, IV kalendas februarii, anno sexto. »

2666 Rome, 30 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut inducat Galeotum de Malestis ad assumendum officium senatoriae. (Reg. Vat. 249, fol. 56 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum dilectum filium nobilem virum Galeotum de Malatestis, militem Ariminensem, in civitate Ariminensi pro nobis et E. R. vicarium, nuper ad senatus officium duxerimus deputandum, fraternitati vestre mandamus quatinus dictum militem, ut prefatum officium acceptet omnino tuis persuasionibus inducere non omittas. Datum ut supra. »

2667 Rome, 30 janvier 1368.

Reginam Siciliae hortatur ut pro redemptione sui consortis, Jacobi regis Majoricarum, « omnem quam potest operam studeat jugiter adhibere ». (Reg. Vat. 249, fol. 53 verso.)

« *Eidem.* Captionem carissimi in Christo filii nostri Jacobi. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas februarii, anno sexto. »

2668 Rome, 30 janvier 1368.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, mandatur ut praefatam reginam ad hoc quod sibi scribitur exhortetur. (Reg. Vat. 249, fol. 54 recto.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Captionem. — Datum ut supra. »

2669 Rome, 30 janvier 1368.

Bertrando de Tarrida mandatur ut provideat statui Joannis de Agrifolio, generi, et Annae, filiae ejus, cum fuerit data ipsae in dotam baronia de Gramato etiam quoad lites, si quae moverentur praesertim ex parte nobilis mulieris Galhardae, dominae de Luzegio Montisalbanensis dioecesis. Sed quia Bertrandus concordavit minime, hostilis novitas de dicta baronia timetur, in damnum irreparabile Joannis de Agrifolio. (Reg. Vat. 249, fol. 54 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando de Tarrida, militi, domino de Pennevilla et de Borello, Montisalbanensis diocesis, salutem etc.* Nosti, dilecte fili, quod. — Datum ut supra. »

2670 Rome, 30 janvier 1368.

Joannem, de Castronovo dominum, rogat ut concordiam procuret inter Bertrandum de Tarrida et Galhardam praefatos, curet viam justitiae praestandam et ut hostilem novitatem contra Joannem de Agrifolio ipsa, amici, et consanguinei dictae Galhardae non facient. (Reg. Vat. 249, fol. 54 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni domino de Castronovo, militi Caturcensis diocesis, salutem etc.* Nuper displicenter audivimus. — Datum ut supra. »

2671 Rome, 30 janvier 1368.

Raymundum, episcopum Praenestinum, rogat ut nepotes suos Begonem, episcopum Caturcensem, et Joannem dominum de Castronovo studeat revocare a voluntate nocendi Joanni de Agrifolio et ut exhortetur ad concordiam stabiliendam inter Bertrandum de Tarrida et Galhardam, vel de jure utriusque partis causa cognoscatur. (Reg. Vat. 249, fol. 54 verso.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, salutem etc.* Nuper displicenter audivimus. — Datum ut supra. »

2672 Rome, 30 janvier 1368.

Begoni, episcopo Caturcensi, mandatur ut se abstineat ab omni offensa erga dictum Joannem de Agrifolio et faciat abstineri fratrem suum; reliqua ut supra. (Reg. Vat. 249, fol. 55 recto.)

« *Venerabili fratri Begoni, episcopo Caturcensi, salutem etc.* Nuper displicenter audivimus. — Datum ut supra. »

2673 Rome, 30 janvier 1368.

Edwardum, Aquitaniae principem, rogat ut Bertrandum de Tarrida et Joannem de Agrifolio nullam novitatem hostilem fieri permittat, et ipsum Joannem et jura sua gratiosis favoribus prosequatur, cum praedicti Bertrandus et Joannes sint parati stare juri in curia ipsius. (Reg. Vat. 249, fol. 55 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Meminimus, fili dilecte, quod dudum. — Datum ut supra. »

2674 Rome, 30 janvier 1368.

Joanni, episcopo Bathoniensi, commendatur negocium Joannis de Agrifolio. (Reg. Vat. 249, fol. 55 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Bathoniensi, salutem etc.* Scribimus dilecto filio nobili viro Edwardo. — Datum ut supra. »

2675 Rome, 30 janvier 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas conferendi, tam infra quam intra terminos vicariatus sui, beneficia cujus collatio ad A. S. pertinet jure devolutionis, etiamsi dignitates vel personatus existant, seu ad quae quis per electionem assumitur, etiamsi curam habeant animarum quorum fructus 20 florenorum auri non excedunt, et etiamsi personae habeant unum, duo vel plura beneficia, non obstante privilegio anteferri. (Reg. Vat. 258, fol. 13 verso, n. 61. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico salutem etc.* Cum te ad nonnullas. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas februarii, anno sexto. »

2676 Rome, 31 janvier 1368.

Ludovico, regi Hungariae, commendatur Bertrandus Ebrardi, rector parochialis ecclesiae de Lomberiis, Albiensis dioecesis, baccalarius in decretis, ad partes regni missus pro Camerae Apostolicae negociis. (Reg. Vat. 249, fol. 56 recto; — Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 84, n. 151.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Hungarie illustri, salutem etc.* Cum dilectum filium Bertrandum. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas februarii, anno sexto. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Elizabeth seniori regine Ungarie illustri.* »

2677 Rome, 31 janvier 1368.

Communi civitatis Jadrensis item pro Bertrando misso ad partes Sclavoniae. (Reg. Vat. 249, fol. 56 recto.)

« *Dilectis filiis .. communi civitatis Jadrensis, salutem etc.* Cum dilectum filium Bertrandum. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilectis filiis .. communi civitatis Nonensis.* »

2678 Rome, 31 janvier 1368.

Duci Venetiarum etc. item pro Bertrando misso ad partes Venetiarum et Sclavoniae. (Reg. Vat. 249, fol. 56 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro .. duci Venetiarum, salutem etc.* Cum dilectum filium Bertrandum. — Datum ut supra. »

2679 Rome, 31 janvier 1368.

Bertrando Ebrardi mandatur ut exigat omnia bona mobilia, deposita et credita Demetrii, episcopi Nonensis, qui, ut solutionem pecuniarum ab eo debitarum evitaret, sine licentia occulte recessit ex Romana curia. (Reg. Vat. 249, fol. 63 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando Ebrardi, rectori parochialis ecclesie de Lomberiis, Albiensis diocesis, baccallario in decretis.* Cum Demetrius. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas februarii, anno sexto. »

2680 Rome, 31 janvier 1368.

Eidem committitur inquisitio de perpetratis a Demetrio episcopo Nonensi. (Reg. Vat. 249, fol. 64 recto. De curia.)

« *Eidem.* De tue circumspectionis industria. — Datum ut supra. »

2681 Rome, 31 janvier 1368.

Eidem committitur inquisitio de debitis Camerae Apostolicae in partibus Hungariae, Sclavoniae, Venetiarum et aliis partibus. (Reg. Vat. 249, fol. 65 recto. De curia.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Ungarie. — Datum ut supra. »

2682 Rome, 31 janvier 1368.

Subjicitur monasterio S. Victoris Massiliensis ecclesia constructa in villa Montispessulani, in qua erint prior et decem novem monachi conventuales, duodecim presbyteri saeculares qui in ipso prioratu horis divinis et nocturnis continue deserviant in divinis et celebrationibus missarum devote insistant. Insuper erunt sexdecim monachi professores, qui per abbatem monasterii S. Victoris tam de ipso suo quam prioratibus et locis aliis a dicto monasterio dependentibus ad studendum in jure canonico mittantur et ibidem divinis deserviant. Pro claustralibus quatuor et pro studentibus supradictis sex monachi oriundi de civitate et dioecesi Mimatensi, si haberi potuerint, assumantur. Prioratus cum omnibus dependentibus membris necnon monachis et aliis personis in eis degentibus gaudebit omnibus privilegiis quibus gaudet monasterium S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 258, fol. 18 recto, n. 78. De curia. — L. Guiraud, *Le monastère de S. Benoist et ses diverses transformations*, Montpellier, 1891, p. 210.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Benedictus Deus. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas februarii, anno sexto. »

2683 Rome, 1er février 1368.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, conceditur facultas absolvendi et dispensandi de violatione treugarum initarum inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio. (Reg. Vat. 258, fol. 12 verso, n. 57. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuntio, salutem etc.* Dudum inter carissimum. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis februarii, anno sexto. »

2684 Rome, 1er février 1368.

Jacobo Arnanessii scribit revocatos esse omnes procuratores fiscales generales R. E. vel substitutos ab eis praeter magistrum Joannem Scumer, Leodiensem canonicum, decretorum doctorem, nuper constitutum contra commune civitatis Tuderti; ipse igitur fit procurator E. R., subditorum ejus, rectorum aliorumque officialium terrarum ejusdem Ecclesiae ac defensor « in omnibus causis, litibus, questionibus seu demandis, etiam ex officio seu alias criminaliter aut civiliter ... motis et movendis in judicio vel extra ». (Reg. Vat. 249, fol. 72 recto. De curia.)

« *Dilio filio Jacobo Arnanessii, licenciato in legibus, civi Aquensi, procuratori nostro fiscali, salutem etc.* De tue fidelitatis. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis februarii, anno sexto. »

2685 Rome, 4 février 1368.

Stephano, abbati S. Victoris Massiliensis, conceditur facultas componendi cum condemnatis Marchiae Anconitanae, Massae Trabariae, terrae S. Agathae, civitatis et comitatus quondam Urbini, ducatus Spoletani, Patrimonii b. Petri in Tuscia, comitatus Sabinae, civitatis et comitatus Urbisveteris ac Campaniae et Maritimae, necnon quorumcumque civitatum, terrarum, castrorum et locorum per rectores dictarum provinciarum regi solitorum, cum propter mortalitatum pestes et bellorum excidia terrae istae vacuatae existant. Per facultatem sibi datam non revocatur super his Anglico, episcopo Albanensi, commissis. (Reg. Vat. 249, fol. 73 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum Romane curie in nonnullis partibus Italie debitorum receptori generali, salutem etc.* De tua fidelitate. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas februarii, anno sexto. »

2686 Rome, 4 février 1368.

Edwardum, principem Aquitaniae, rogat ut totaliter revocet inhibitionem in principatu Aquitaniae emanatam « ne quis de dicto principatu studentibus extra ipsum in victualibus et aliis necessariis providere presumat, per quam scolares et clerici dicti principatus morantes in studio Tolosano indirecte compelluntur a dicto recedere studio et alii ad illud accedere prohibentur ». (Reg. Vat. 249, fol. 66 verso. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 534, note 1.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Vallie principi, salutem etc.* Romani pontifices. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas februarii, anno sexto. »

2687 Rome, 5 février 1368.

Bertrando Ebrardi mandatur ut exigant omnia res, bona mobilia et credita quondam Bartholomaei, Patracensis archiepiscopi, quae Angelus, ejus successor, praesumpsit recipere; si debita vera sine fictione seu fraude fuerint a defuncto contracta e bonis hujusmodi deducantur. (Reg. Vat. 249, fol. 73 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando Ebrardi, rectori parochialis ecclesie de Lomberiis, Albiensis diocesis, baccallario in decretis, salutem etc.* Ad audientiam nostram. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis februarii, anno sexto. »

2688 Rome, 5 février 1368.

Civibus, incolis et habitatoribus civitatis Avinionensis mandatur ut obediant Philippo, patriarchae Jerosolimitano, in rectorem, et nobili viro Jacobo Albe de Tarascone, militi Avinionensis dioecesis, in capitaneum suos deputatis. (Reg. Vat. 249, fol. 68 recto.)

« *Dilectis filiis universis et singulis civibus, incolis et habitatoribus civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini, ad nos et R. E. immediate spectantium, salutem etc.* Cum venerabilem fratrem nostrum Philippum. — Datum ut supra. »

2689 Rome, 5 février 1368.

Ludovico, duci Andegavensi, mandatur ut provideat de relevatione status Bernardi Franchi, mercatoris Montispessulani, Magalonensis dioecesis, qui ad paupertatem reductus fuit ratione compositionum factarum cum officialibus ejus de processibus. (Reg. Vat. 249, fol. 67 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Fran-*

corum illustris fratri et locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc. Quia pollentes virtutibus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis februarii, anno sexto. »

2690 Rome, 5 février 1368.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut partes suas interponat pro dicto mercatore apud ducem Andegavensem et suos consiliarios. (Reg. Vat. 249, fol. 67 verso.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, salutem etc.* Depauperationem dilecti filii Bernardi. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Petro de Anono, militi, domino de Vares, consiliario dilecti filii nobilis viri Ludovici ducis Andegavensis,* sed loco fraternitas dicatur nobilitas. »

2691 Rome, 5 février 1368.

Consulibus et universitati loci Montispessulani mandatur ut oculos pietatis dirigant ad Bernardum Franchi, qui est innocens, eique de aliquo suo subsidio provideant. (Reg. Vat. 249, fol. 67 verso.)

« *Dilectis filiis .. consulibus et .. universitati loci Montispessulani, Magalonensis diocesis, salutem etc.* Casum depauperationis. — Datum ut supra. »

2692 Rome, 5 février 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur super contentis in capitulis quae fuerunt proposita papae ab ambaxiatoribus universitatis terrae Fabriani, Camerinensis dioecesis, se reddat pro consolatione petentium et statu Ecclesie ac terrae gratiosum. (Reg. Vat. 249, fol. 66 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilecti filii universitatis. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis februarii, anno sexto. »

2693 Rome, 6 février 1368.

Raymundo Berengarii commendat nobilem virum Bernardum de Matrinio, militem Vabrensis dioecesis, procuratorem hospitalis, qui 40 annis servivit eidem Hospitali citra mare et exaustus est bonis temporalibus ratione guerrarum et captionis suae ita quod decenter nequit vitae suae et filiorum actu studentium consulere. (Reg. Vat. 249, fol. 68 recto.)

« *Dilectis filiis Raymundo Berengarii, magistro et conventui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Decet nos illos prosequi. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII idus februarii, anno sexto. »

2694 Rome, 6 février 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut faciat dirui domos quae obviant constructioni et continuationi muri civitatis Avinionensis. (Reg. Vat. 249, fol. 74 verso.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, pro nobis et R. E. rectori ac dilectis filiis universitati civitatis nostre Avinionensis, salutem etc.* Cum publica utilitas sit preponenda private, nos intendentes securitati ac utilitati publice civitatis nostre Avinionensis, discretioni vestre districte precipiendo mandamus quatinus pro constructione et continuatione muri dicte civitatis incepti fieri pro clausura ejusdem, domos, quas inhabitat venerabilis frater noster Guido, episcopus Portuensis, et alias quascunque obviantes eidem muro, non per anfractum seu obliquationem quamcumque, sed directe, prout sicut expedit fieri dictum murum, et fieret, si nulle domus ibidem existerent, facta prius rationabili extimacione de ipsis, et non expectato alio mandato nostro, quod cum turbacione vestra et illatione penarum gravium faceremus. Nulli cujuscumque dignitatis et status existat contradictione attenta et ammoto impedimento quolibet soletenus dirui faciatis tantumque de ipsis domibus diruatur quod murus ipse fiat libere, utiliter ac directe, et via juxta ipsum ex parte civitatis ejusdem sic ampla fiat quod currus per eam valeant pertransire. Datum Rome apud S. Petrum, VIII idus februarii, anno sexto. »

2695 Rome, 10 février 1368.

Conceditur prioratui S. Benedicti de villa Montepessulani, Magalonensis diocesis, castrum de Rupenaria, Massiliensis dioecesis. (Reg. Vat. 249, fol. 75 recto. — Reg. Vat. 258, fol. 19 recto, n. 80. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Et si ecclesias . . . Nos . . . castrum de Rupenaria, Massiliensis diocesis, cum jurisdictione, territorio, terris, possessionibus, juribus et pertinenciis suis, omniaque aliaque castra, terras, possessiones, redditus, proventus, obvenciones, jura, jurisdictiones et emolumenta per nos vel alios dicti prioratus nomine et pro ipso prioratu empcionis

vel alio quocumque titulo vel modo in eadem Massiliensi, necnon Magalonensi, Narbonensi, Biterrensi et Lodovensi diocesibus acquisita, eidem prioratui S. Benedicti de Montepessulano in dotem et pro dote ipsius prioratus auctoritate apostolica damus, concedimus et eciam assignamus, ita quod ex nunc liceat priori, qui erit pro tempore, et dilectis filiis .. conventui dicti prioratus de Montepessulano corporalem possessionem castrorum et terrarum, possessionum, reddituum, proventuum, bonorum, jurisdictionum, jurium et pertinenciarum predictarum libere apprehendere et perpetuo licite retinere, fructusque, redditus et proventus ex ipsis percipere et habere ac in suos et dicti prioratus ac personarum, que pro tempore degent in eodem, usus convertere cujuscunque licentia minime requisita. Nulli ergo etc. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus februarii, anno sexto. »

2696 Rome, 10 février 1368.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis necnon archiepiscopis in regno Franciae constitutis et eorum suffraganeis mandatur ut publicent additionem ipsa die factam sententiis et poenis contra societates prolatis VII idus maii anno V. (Reg. Vat. 249, fol. 59 verso. De curia.)

« *Archiepiscopo Remensi . . . constitutis,* salutem etc. Exigentibus continuatis. — Datum Rome, apud S. Petrum, IIII idus februarii, anno sexto. »

2697 Rome, 10 février 1368.

Narbonensi, Auxitano, Tolosano et Burdegalensi archiepiscopis eorumque suffraganeis mandatur ut publicari faciant et exponant populo in vulgari litteras apostolicas continentes additionem de sententiis et poenis contra societates promulgatis et datas Romae apud S. Petrum, IIII idus februarii, anno sexto. (Reg. Vat. 249, fol. 59 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Narbonensi, .. Auxitano, .. Tholosano, et .. Burdegalensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, salutem etc.* Exigentibus continuatis . . . Urbanus etc. Ad futuram rei memoriam. Detestanda . . . Dudum siquidem, videlicet VII idus maii, pontificatus nostri anno quinto, auctoritate apostolica statuimus districtius inhibentes ne aliqua persona ecclesiastica vel mundana societatem seu societates in regno Francie congregare, facere, tractare seu ordinare, aut congregatas in ipsum regnum inducere, mittere vel in eo tenere seu aliqualiter fovere, aut in eis vel earum aliqua capitaneatum aut conestabulariam sive aliud quodcunque officium seu ministerium assumere, aut ex antiquo vel novo tempore assumptum quodlibet retinere aut exercere vel banderiam seu vexillum erigere seu deferre, vel se hujus societatibus infra seu contra dictum regnum jam factis vel im posterum faciendis, manutenendis et conservandis dare operam, consilium, auxilium vel favorem, aut cum ipsis societatibus jam factis vel im posterum faciendis prefatum regnum aut civitates, terras, castra, villas et alia quevis loca, seu partes, aut personas et bona dicti regni invadere, occupare vel detinere, aut depopulari, vel eorum ope seu auxilio uti in premissis, seu in ipsis regno et partibus incursus hostiles agere, depredaciones vel rapinas committere seu perpetrare, aut homines in ipso regno captos vel predas seu rapinas vel spolia inde asportata aut talia perpetrantes seu committentes aut societates ipsas vel aliquas ex eis cum predicta vel sine predicta scienter, voluntarie et dolose receptare, vel cum eis, publice vel occulte, participare, aut eorum subditos, quod premissa facerent vel committerent, concedere vel permittere aut substinere, si hec scivissent et potuissent prohibere, aut eis bladum, panem, vinum, currus, navigia aut quecumque victualia, pecunias, merces vel res aliquas, que in eorum commodum cedere valerent, deferre, portare, dare vel concedere, aut ab eisdem predas et hujusmodi bona rapta emere, vel alias qualitercumque recipere aut aliter in premissis faciendis vel committendis dare consilium, auxilium vel favorem, presumerent quoquo modo.

« Alioquin omnes et singulos cujuscunque preeminencie, dignitatis, status, ordinis vel condicionis existerent, qui contra constitucionem et prohibitionem nostras hujusmodi facere vel venire, aut aliqualiter attemptare presumerent, necnon illos qui subditos suos ad hujusmodi scelera committenda in dictum regnum ducerent seu transmitterent, tamquam factores hujusmodi damnatorum preter alias sentencias et penas per nos latas et inflictas in eos excommunicacionis sentenciam voluimus ipso facto incurrere, et eorum terras et loca quelibet interdicto ecclesiastico subjacere, ita videlicet quod nullus, preterquam in mortis articulo, ab excommunicacionis absolvi sentencia nec interdictum hujusmodi relaxari per alium quam per Romanum pontificem quovis modo valerent, prout in nostris litteris inde confectis, quas per dictum regnum et nonnullas alias partes publicari mandavimus, plenius continetur.

« Licet, igitur, dictorum detestabilium virorum, cum sint de grege dominico, salutem, ne in eternum pereant, totis desideriis affectemus, et ipsos plectamus

penis gravibus, non ut eos perdamus, quod absit, sed a dannationis invio retrahamus, ut tamen ipsi, quos non pudet dedecorosam et infamem vitam ducere, saltem horreant eorum memoriam remanere perpetuo diffamatam, et suis posteris et conjunctis aliis pudorosam, sic quod ab eorum forsitan perversitatibus retrahantur in detestacionem obstinacie ipsorum qui penitere, nisi in mortis articulo, noluerint et loca sacra, in quibus requiescunt fidelium corpora sepe violare sacrilegis ausibus presumpserunt, dictis sentenciis et penis auctoritate apostolica presencium tenore adicimus quod, si aliqui predictorum socialium in mortis articulo beneficium absolucionis obtineant, nichilominus perpetuo careant ecclesiastica sepultura, quod si talium corpora de facto in aliqua ecclesia vel ejus cimiterio fuerint tumulata, ecclesia ipsa tam diu sit ecclesiastico interdicto subjecta, donec ipsa corpora exinde fuerint exhumata.

« Verum, si tunc forsan casum mortis evaserint, postquam restituti fuerint sanitati, infra duos menses ad S. A. personaliter veniant, iterum absolvendi debitam penitenciam recepturi humiliter et eciam peracturi, alioquin, ipsi necnon universi et singuli, qui olim eisdem ligati sentenciis et penis ab eis forsitan per nos vel successores nostros Romanos pontifices, seu nostra aut ipsorum auctoritate, fuerint absoluti et post eorum absolucionem hujusmodi societatibus se immiscuerint, aut eis dederint auxilium, consilium vel favorem, vel alias in premissis excessibus deliquerint, ipso facto in priores penas et sentencias delabantur. Nulli ergo, etc. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus februarii, anno sexto. »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Lugdunensi, .. Treverensi, .. Bisuntinensi, .. Tarantasiensi, .. Viennensi, .. Arelatensi, .. Aquensi et .. Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, salutem etc.* »

« *Eodem modo venerabilibus fratribus .. Remensi, .. Rothomagensi, .. Turonensi, .. Bituricensi et .. Senonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, salutem etc.* »

2698 Rome, 11 février 1368.

Guillelmo, episcopo Sabinensi, mandatur ut ratam habet promissionem restituendi bastidam quae sistit in terris ducis Andriae et occupabatur a Philippo, imperatore Constantinopolitano, casu quo concordia inter ipsos non fuisset peracta post expirationem treugarum. (Reg. Vat. 249, fol. 68 verso.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Fraternitatis tue litteras. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus februarii, anno sexto. »

2699 Rome, 13 février 1368.

Prioratum de Montearbedone, O. S. A., Magalonensis dioecesis, ab ecclesia Magalonensi dependentem et per canonicos dictae ecclesiae solitum gubernari, qui vacat per liberam resignationem Nicolai S. M. in via lata diaconum cardinalem apud S. A. factam, papa incorporat prioratui S. Benedicti de Montepessulano. Decernit insuper in eodem prioratu de Montearbedone debere residere tot monachos O. S. B. quot canonicos regulares praeter priorem ipsius, ita quod eidem deserviant monachi ipsi et ministri perpetuo laudabiliter in divinis. (Reg. Vat. 248, fol. 76 recto. — Reg. Vat. 258, fol. 19 verso, n. 81. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus februarii, anno sexto. »

2700 Rome, 13 février 1368.

Prioratui S. Benedicti de villa Montispessulani, O. S. B., Magalonensis dioecesis, incorporatur prioratus de Medullio, Magalonensis dioecesis, a monasterio S. Victoris Massiliensis dependens in perpetuum. (Reg. Vat. 258, fol. 18 verso, n. 79. De curia. — L. Guiraud, *Le Monastère de S. Benoist*, Montpellier, 1891, p. 207.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus februarii, anno sexto. »

2701 Rome, 13 février 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas conceditur absolvendi de homicidiis et casibus reservatis poenitentiariis minoribus in curia Romana extra terras vicariatus sui et in civitate et dioecesi Bononiensi, ac provincia Romandiolae ac aliis civitatibus et dioecesibus, quamdiu ibi manserit. (Reg. Vat. 258, fol. 14 recto, n. 62. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico salutem etc.* Dudum cum te. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus februarii, anno sexto. »

2702 Rome, 15 février 1368.

Reginae Siciliae commendantur nobilis vir Petrus de Ebulo, dominus castri Montisrodoni Iserniensis dioecesis, et nobilis mulier Maria, filia ejus, quorum bona cuidam militi Neapolitano ipsa concessit post mortem Violantae, matris Mariae. (Reg. Vat. 249, fol. 69 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 605, n. 114.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Pro parte dilecti filii nobilis viri Petri de Ebulo. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas marcii, anno sexto. »

2703 Rome, 16 février 1368.

Petro abbati S. Georgii majoris de Venetiis mandatur ut assignet gubernatoribus scolarium pauperum studii Bononiensis proventus officii catenae super Padum Ferrariensis districtus, quos recepit quondam Guillelmus Vassalli, miles Caturcensis dioecesis. (Reg. Vat. 249, fol. 77 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro abbati monasterii S. Georgii majoris de Venetiis, Castellane diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* — Datum Rome apud S. Petrum, XIIII kalendas marcii, anno sexto. »

2704 Rome, 18 février 1368.

Hugoni de Bonovillario mandatur ut reverenter recipiat reginam Siciliae proxime profecturam ad Urbem cum comitiva. (Reg. Vat. 249, fol. 69 verso.)

« *Dilecto filio Hugoni de Bonovillario, archidiacono Manhoaci in ecclesia Auxitana, Campanie et Maritime pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, carissima. — Datum Rome apud S. Petrum, XII kalendas marcii, anno sexto. »

2705 Rome, 20 février 1368.

Incorporatur prioratui S. Benedicti de Montepessulano prioratus de Brugueriis O. S. B., Magalonensis dioecesis, a monasterio S. Victoris Massiliensis dependens. (Reg. Vat. 258, fol. 19 verso, n. 82. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas marcii, anno sexto. »

2706 Rome, 20 février 1368.

Incorporatur dicto prioratui S. Benedicti de Montepessulano prioratus de Rone, Magalonensis diocesis, a monasterio Anianae gubernatus et vacans per adeptionem factam a Guillelmo Vilate de prioratu Villaenovaecrematae, Biterrensis dioecesis. (Reg. Vat. 249, fol. 77 verso. De curia. — Reg. Vat. 258, fol. 20 recto, n. 83. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas marcii, anno sexto. »

2707 Rome, 20 février 1368.

Incorporatur prioratui S. Benedicti de Montepessulano prioratus de Medullio, O. S. B., Magalonensis diocesis, dependens a monasterio S. Victoris Massiliensis et vacans non ex culpa Aldeberti de Claxeriis vel vicio, sed per amotionem ejus ad claustrum S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 258, fol. 21 recto, n. 86. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas marcii, anno sexto. »

2708 Rome, 20 février 1368.

Incorporatur prioratus Caslarii Nemausensis dioecesis, reservatus kalendis octobris anno quarto post obitum Joannis de Bastida, ultimi prioris, extra curiam romanam et a monasterio S. Ægidii solitus gubernari, prioratui S. Benedicti de Montepessulano, proviso quod in prioratu Caslarii divinus cultus non minuatur. (Reg. Vat. 249, fol. 77 recto. De curia. — Reg. Vat. 258, fol. 20 verso, n. 85.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas, marcii, anno sexto. »

2709 Rome, 20 février 1368.

Incorporatur prioratus S. Michaelis de Medonis Arelatensis dioecesis, vacans per obitum Bernardi de Mandajorciis, reservatus IV kalendas junii anno tertio et a monasterio S. Victoris Massiliensis dependens, jam dicto prioratui S. Benedicti de Montepessulano, reliqua ut supra. (Reg. Vat. 249, fol. 77 verso. De curia. — Reg. Vat. 258, fol. 20 verso, n. 84. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas marcii, anno sexto. »

2710 Rome, 21 février 1368.

Reginae Siciliae commendantur Pandulfus episcopus Melfiensis, ecclesia, vassalli et jura ipsius ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 70 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 606, n. 115.)

« *Carissime in Christo filie Johanne regine Sicilie illustri salutem etc.* Tenentes indubie. — Datum Rome apud S. Petrum, IX kalendas marcii, anno sexto. »

2711 Rome, 26 février 1368.

Petro de Calesio, S. A. nuncio, mandatur ut faciat praesentari litteras interclusas, sed cum voluntate Caroli imperatoris Romanorum, archiepiscopis Maguntino et Trevirensi. (Reg. Vat. 249, fol. 70 verso.)

« *Dilecto filio Petro de Calesio, preposito ecclesie Nemausensis, A. S. nuncio, salutem etc.* Mittimus venerabilibus fratribus. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas marcii, anno sexto. »

2712 Rome, 27 février 1368.

Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario papae, mandatur ut satisfactio impendatur plena Camerae Apostolicae de executione sententiae suae quae fuit prolata contra nobilem virum Petrum de Sancto Jorio, militem, nepotem quondam Alamandi episcopi Gebennensis, pro retentione bonorum reservatorum, scilicet « 7000 florenos in una parte et alia 500 florenos auri, et in alia parte 1200 libras Gebennensis monete, et in alia parte 60 marchas argenti, in vasis argenteis, paratis et in alia parte duas credencias argenti, unam casulam de syndone, 7 currus oneratos suppellectilibus, 4 equos, 30 capita animalium bovinorum, 2 currus oneratos frumento ». (Reg. Vat. 249, fol. 78 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, archiepiscopo Auxitano, camerario nostro, salutem etc.* Exhibita nobis pro parte dilecti filii procuratoris Apostolice Camere petitio. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas marcii, anno sexto. »

2713 Le Latran, 1er mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas utendi in civitate Bononiensi ejusque comitatu et districtu, necnon in provincia Romandiolae omnibus facultatibus et litteris jam ipsis concessis. (Reg. Vat. 258, fol. 14 recto, n. 65. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico salutem etc.* Dudum fraternitatem tuam. — Datum Laterani, kalendas marcii, anno sexto. »

2714 Le Latran, 1er mars 1368.

Eidem conceditur officium vicarii generalis, ad beneplacitum papae, civitatis Bononiensis ejusque comitatus et districtus, necnon provinciae Romandiolae, cum Andruinus, tituli S. Marcelli presbyter cardinalis, ad Romanam curiam de proximo de licentia papae redire proponat. (Reg. Vat. 258, fol. 14 verso, n. 66. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. per Italiam citra regnum Sicilie constitutis vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Gravi admodum sarcina. — Datum Laterani, kalendis marcii, anno sexto. »

2715 Rome, 2 mars 1368.

Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, facultas exigendi census debitos Ecclesiae in civitate Bononiensi et provincia Romandiolae eosque expendendi pro defensione terrarum Ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 83 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, abbati monasterii spectantium receptori, salutem etc.* Cum te ad civitatem Bononiensem. — Datum Rome apud S. Petrum, VI nonas marcii, anno sexto.»

2716 Rome, 3 mars 1368.

Reginae Siciliae commendatur Petrus de Lingris, civis Massiliensis, ita ut officio competenti in terris suis ei provideat. (Reg. Vat. 249, fol. 79 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 606, n. 116.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Gratum habentes quod. — Datum Rome apud S. Petrum, V nonas marcii, anno sexto. »

2717 Rome, 4 mars 1368.

Conceditur securus conductus Guidoni de Pestello, canonico Ruthenensi, apostolicarum litterarum regestratori, ad certas partes de beneplacito papae gressus suos dirigenti. (Reg. Vat. 258, fol. 15 verso, n. 67. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis etc.* Cum dilectus filius Guido. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno sexto. »

2718 Rome, 4 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, remittit ambaxiatores provincialium et parlamenti provinciae Marchiae Anconitanae et mandat ut quicquid super petitionibus eorum viderit expedire exequatur. (Reg. Vat. 249, fol. 23 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 453, n. 435.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilectos filios. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno sexto. »

2719 Rome, 4 mars 1368.

Andruino cardinali jubetur recedere e territorio Bononiensi infra duas dies sub poena excommunicationis. (Reg. Vat. 249, fol. 84 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, salutem etc.* Cum alias tibi duximus injungendum quod de civitate Bononiensi recedere ac redire ad Romanam curiam procurares, tuque, prout asseritur, hoc, licet potueris et debueris, non absque nostro contemptu adimplere non curaveris neque cures, de quo non immerito miramur quamplurimum et turbamur, deindeque nos vicariatum, regimen et gubernationem dicte civitatis necnon ejus comitatus et districtus et provincie Romandiole venerabili fratri nostro Anglico, episcopo Albanensi, duxerimus committendo, discretioni tue, tenore presentium, in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam, si nostris mandatis obedire contempseris, te incurrere volumus eo ipso, districte precipiendo mandamus quatinus statim, post presentationem presentium tibi seu earum publicationem in ecclesia Bononiensi publice factam de vicariatu, regimine et gubernatione prefatorum civitatis, comitatus, districtus et provincie te ulterius intromittere non presumas, sed infra duos dies numerales post easdem publicationem vel presentationem eosdem civitatem, comitatum, districtum et provinciam ipsorumque castra, arces et fortellicia quecunque, cum eorum fulcimentis, prefato episcopo seu ejus officialibus et aliis ad hoc deputatis ab eo plene, libere et expedite assignes seu facias assignari, et de dicta civitate recedere et continuatis dietis ad prefatam redire curiam non postponas ; alioquin, contra te ad graviora procedemus, prout viderimus expedire. Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno sexto. »

2720 Rome, 6 mars 1368.

Mandatur infrascriptis ut honeste recipiant reginam Siciliae proficiscentem ad Urbem et venientes cum ipsa seu accedentes ad eam, nec exigantur datium, gabella et alia exactio quaecumque. (Reg. Vat. 249, fol. 84 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 607, n. 117.)

« *Venerabilibus fratribus universis .. episcopis ac dilectis filiis .. rectori provinciarum Campanie et Maritime aliisque officialibus earumdem provinciarum, necnon abbatibus et aliis personis eclesiasticis ac nobilibus viris .. comitibus, baronibus, militibus aliisque dominis terrarum ac universitatum, civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcunque locorum per dictas provincias ac territorium Romanum constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum carissima in Christo filia nostra Johanna. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas marcii, anno sexto.

2721 Rome, 6 mars 1368.

Conceditur plena remissio peccatorum, ad annum, omnibus qui juvabunt defensioni terrarum Ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 85 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Cupientes Ecclesie Romane. — Datum ut supra. »

2722 Rome, 7 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut faciat posse suum pro honore gentis de Malatestis, instante nobili viro Malatesta Ungaro de Malatestis, milite Ariminensi, praesentium latore. (Reg. Vat. 249, fol. 79 recto.)

« *Venerabili fratri episcopo Albanensi in terris R. E. pro nobis et ipsa Ecclesia vicario generali, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis marcii, anno sexto. »

2723 Rome, 9 mars 1368.

Andruino cardinali prohibetur virtute sancte obedientie et sub excommunicationis poena ne det pecuniam provenientem ex terris Ecclesiae Bernaboni seu ejus nuntiis sine licentia papae et restituat castrum Lugi, Imolensis dioecesis, ad ecclesiam Ravennatensem spectans. Quinimmo assignet Anglico, episcopo Albanensi, omnia loca provinciarum sibi decretarum sub poena excommunicationis. « Omne sinistrum quod ex perditione alicujus dictorum castrorum contingeret veniet ipsi merito impugnandum ». Relaxatur insuper quodcumque juramentum ab ipso Bernaboni de Vicecomitibus praestitum. (Reg. Vat. 249, fol. 86 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, salutem etc.* Prudentia tua ignorare non debet. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus marcii, anno sexto. »

2724 Rome, 9 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut prosequatur negocium communis Perusii quantum honeste poterit. (Reg. Vat. 249, fol. 79 recto.)

« *Eidem.* Pro parte dilectorum filiorum .. communis Perusii. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus marcii, anno sexto. »

2725 Rome, 10 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut laboret ad restitutionem damnorum colligatis Ecclesiae illatorum a Bernabone de Vicecomitibus, qui violavit pacem conclusam, seu ad compositionem condignam. (Reg. Vat. 249, fol. 85 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri episcopo Albanensi generali, salutem etc.* Cum, sicut tua fraternitas. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus marcii, anno sexto. »

2726 Rome, 10 mars 1368.

Eidem conceditur facultas petendi gentes armigeras Carolo, imperatori Romanorum, et Joannae, reginae Siciliae, atque colligatis Ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 85 verso.)

« *Eidem.* Cum regimen. — Datum Rome ut supra. »

2727 Rome, 18 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas deputandi collectores et succollectores proventuum ad E. R. spectantium in civitate, comitatu et districtu Bononiensi, ac provincia Romandiolae, exceptis censibus, in defensione et custodia dictarum partium convertendorum, et de ipsis disponendi, ponendi vel deputandi thesaurarios vel receptores, notarios et officiales, qui proventus levent, seu ipsos amovendi, necnon exigendi rationes et computa et faciendi recepta ipsi solvere. (Reg. Vat. 258, fol. 15 verso, n. 68. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi salutem etc.* Cum nuper te in civitate. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas aprilis, anno sexto. »

2728 Rome, 18 mars 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut faciat observari antiquam consuetudinem cujus virtute doctores et scolares studii Avinionensis habeant primicerium, et non habeatur rector ab eis eligendus. (Reg. Vat. 249, fol. 87 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano pro nobis et E. R. civitatis Avinionensis rectori, salutem etc.* Cum sicut fideli relatione. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas aprilis, anno sexto. »

2729 Rome, 18 mars 1368.

Raymundo, episcopo Praenaestino, et Joanni, tituli S. Marci cardinali, mandatur ut disponat, cum consilio dicti patriarchae, quid faciendum fuerit de arte lanaria in civitate Avinionensi, cum diversi mercatores seu negotiatores pacta obtulerunt per viam litterarum. (Reg. Vat. 249, fol. 87 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, et dilecto filio Joanni, tituli S. Marci cardinali.* Significatione fide digna. — Datum Rome ut supra. »

2730 Rome, 18 mars 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut faciat corrigi a doctoribus existentibus Bononiae formam requisitionis quae facienda erit Bernaboni de Vicecomitibus et quam mittit interclusam. (Reg. Vat. 249, fol. 80 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali salutem etc.* Ad informationem. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas aprilis, anno sexto. »

2731 Rome, 18 mars 1368.

Nicolao marchioni Estensi notum fit mandasse Anglico, episcopo Albanensi, ut requisitionem faceret de damnis illatis a societatibus Bernabonis de Vicecomitibus Ecclesiae colligatisque, frangendo pacem irritam cum ipsis, idcirco rogat Nicolaum quatenus circa requisitionem faciat ea quae secundum formam pacis astringitur, si et quando praefatus episcopus illum duxerit requirendum. (Reg. Vat. 249, fol. 80 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Cum sicut tua nobilitas. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Carraria, militi, in civitate Paduana imperiali vicario.* »

« *Eodem modo dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de Gonzaga, ac Ludovico et Francisco, ejus natis, militibus, in civitate Mantuana imperialibus vicariis.* »

2732 Rome, 3 avril 1368.

Reginam Siciliae rogat ut praebeat auxilium Stephano, archiepiscopo Capuano, de recuperatione bonorum et jurium a subditis ejusdem reginae occupatorum. (Reg. Vat. 249, fol. 89 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 608, n. 118.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Venerabilis fratris nostri Stephani. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas aprilis, anno sexto. »

2733 Rome, 3 avril 1368.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut de remediis oportunis provideat contra invasionem Provinciae a gentibus armigeris ducis Andegavensis. (Reg. Vat. 249, fol. 88 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 157, n. LXXVIII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Pungit nos interne quod scribimus et amaricat nimium mentem nostram .. Famosa siquidem relatio ad nostrum perduxit auditum quod quedam gentes armigere regni tui de ipso regno progredientes ac habentes arma, victualia, navigia aliaque auxilia et favores, comitatum Provincie, qui feudum imperialis serenitatis existit, absque causa nedum legitima, sed etiam colorata et absque diffidatione subito hostiliter invaserunt et castrum Terrasconi occupare temptarunt, et hujusmodi invasionis incursum continue prosecuntur, et quod suspirare nos cogit amarius, dilectus filius nobilis vir Ludovicus, dux Andegavensis, frater et locumtenens tuus in partibus Occitanis, hujusmodi detestabilis rei conscius dicitur et tractatur, quod ex premissis et aliis colligitur argumentis.

« Hec carissima in Christo filia Johanna, regina Sicilie illustris, ad quam idem comitatus pertinet, a personis inclite tue domus, a qua traxit originem, et que tibi dictoque duci stricta linea consanguinitatis jungitur, non meretur, immo a duce prefato juvanda foret potius contra exteros invasores.

« Quare piam sublimitatem tuam rogamus omni affectione, qua possumus, quatinus hec celeriter providere digneris de remediis oportunis et sic ordinare quod idem dux consanguineam vicinam pacienter substineat, ne ipsa merito provocata extraneum invocet qui senescallie Bellicadri et Dalfinatui posset suscitare scandala et pericula generare. Datum Rome apud S. Petrum, III nonas aprilis, anno sexto. »

2734 Rome, 3 avril 1368.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut invigilet super remediis adhibendis circa praedictum negocium. (Reg. Vat. 249, fol. 88 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 157, n. LXXVIII.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Super negocio detestabilis. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas aprilis, anno sexto. »

2735 Rome, 3 avril 1368.

Carolo, imperatori Romanorum, item ac (*supra*, n. 2733). (Reg. Vat. 249, fol. 89 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Romanorum imperatori semper augusto, salutem etc.* Pungit nos. — Datum ut supra. »

2736 Rome, 3 avril 1368.

Carolo, regi Francie, mandatur ut revocet gesta officialium regiorum de jure regaliarum cum translatio episcopi

Laudunensis ad ecclesiam Carnotensem non habuit effectum propter defectum consensus episcopi. (Reg. Vat. 249, fol. 89 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 158, n. LXXIX.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo... salutem etc.* Pungit nos. — Datum Rome, apud S. Petrum, III nonas aprilis, anno sexto. »

2737 Rome, 5 avril 1368.

Duci, consiliariis et communi civitatis Januensis mandatur ne irrogetur injuria Provinciae. (Reg. Vat. 249, fol. 90 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 608, n. 119.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci, ac consiliariis et communi civitatis Janue, salutem etc.* De attemptata et admodum noxia novitate Provincie dolemus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis aprilis, anno sexto. »

2738 Rome, 5 avril 1368.

Vicarium et universitatem civitatis Massiliensis hortatur ad defensionem Provinciae contra injustos invasores qui nuper irruerunt ad invadendum et occupandum comitatum Provinciae. (Reg. Vat. 249, fol. 90 verso.)

« *Dilectis filiis .. vicario et universitati civitatis Massiliensis, salutem etc.* Scientes vos esse viros strenuos et cordatos. — Datum ut supra. »

2739 Rome, 6 avril 1368.

Excommunicantur et anathemizantur soliti excommunicandi et anathezimandi in die jovis sancti. (Reg. Vat. 249, fol. 95 recto. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII idus aprilis, anno sexto. »

2740 Rome, 9 avril 1368.

Bertrandus Renardi fit senator Urbis ad sex menses a die qua palatium Capitolii intraverit cum salario 3000 florenorum auri. (Reg. Vat. 249, fol. 96 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando Renardi, militi Mimatensis diocesis, senatori Urbis, salutem etc.* Et si cunctis civitatibus. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus aprilis, anno sexto. »

2741 Rome, 12 avril 1368.

Carolum, regem Franciae, rogat ut adhibeat plenam fidem de sinistra novitate Provinciae magistro Gaufrido de Saligniaco, decano ecclesiae Matisconensis, utriusque juris doctori, capellano papae, audientiae litterarum contradictarum auditori, latori praesentium. (Reg. Vat. 249, fol. 90 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Nuper intellecta sinistra. — Datum Rome apud S. Petrum, II idus aprilis, anno sexto. »

2742 Rome, 12 avril 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut decidat de petitione oblata pro nobili viro Branchaleone de Castro Duranti, milite, consanguineo Joannis, Venantii et Gentilis fratrum, militum Camerinensium. (Reg. Vat. 249, fol. 91 recto.)

« *Venerabili fratri generali salutem etc.* Per dilectos filios nobiles viros Johannem. — Datum ut supra. »

2743 Rome, 14 avril 1368.

Joanni, episcopo Belvacensi, mandatur ut adhibeat plenam fidem Gaufrido de Saligniaco (v. *supra*, n. 2741). (Reg. Vat. 249, fol. 91 recto.)

« *Venerabili fratri, episcopo Belvacensi, salutem etc.* Diebus nuper elapsis. — Datum Rome apud S. Petrum, XVIII kalendas maii, anno sexto. »

2744 Rome, 16 avril 1368.

Nicolao, episcopo Tusculano, conceditur facultas procedendi contra invasores bonorum ecclesiasticorum in regno Siciliae ultra et citra farum necnon in terris R. E. in Italiae partibus constitutis, ad quadriennium. (Reg. Vat. 249, fol. 97 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Nicolao episcopo Tusculano.* Urget nos servitutis apostolice. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas maii, anno sexto. »

2745 Rome, 16 avril 1368.

Archiepiscopos et episcopos etc., rogat ut Gaufrido de Saligniaco (v. *supra*, n. 2741) provideat de securo conductu

et quatuor florenis auri diebus singulis. (Reg. Vat. 249, fol. 99 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis etc. salutem.* Cum dilectum filium magistrum Gaufridum. — Datum ut supra. »

2746 Rome, 17 avril 1368.

Nicolao, episcopo Tusculano, conceditur facultas tam in curia Romana quam extra eam inquirendi de oppressionibus a laicis impositis cuicumque personae ecclesiasticae in regno Siciliae ultra et citra Farum et terris R. E. in partibus Italiae constitutae et passis damna justitiae complementum faciendi. (Reg. Vat. 258, fol. 16 recto, n. 69. De curia.)

« *Venerabili fratri Nicolao, episcopo Tusculano, salutem etc.* Urget nos servitutis. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas maii, anno sexto. »

2747 Rome, 19 avril 1368.

Reginae Siciliae scribitur ut causam appellationis interpositae de diffinitiva sententia quae in curia ejus fuit promulgata de discordia vergente inter abbatem et conventum monasterii Casaenovae, Cisterciensis ordinis, Pennensis dioecesis, et nobiles viros Franciscum, Ludovicum et Bartholomaeum de Lecco, fratres, domicellos dictae dioecesis, super tribus partibus castri Brituli ejusdem dioecesis provideat ut non inferantur gravamina quae illata fuerunt dicto monasterio a praedictis fratribus. (Reg. Vat. 249, fol. 91 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 609, n. 120.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, in causa. — Datum ut supra Rome. »

2748 Rome, 19 avril 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut nulla arma, victualia seu subsidia deferantur e civitate Avinionensi et comitatu Veneysini pravis gentibus quae invadunt Provinciam. (Reg. Vat. 249, fol. 91 verso.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, in civitate Avinionensi ac comitatu Veneysini pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Carissima in Christo filia nostra Johanna. — Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas maii, anno sexto. »

2749 Rome, 22 avril 1368.

Neapolitano et Beneventano ac Capuano archiepiscopis mandatur ut recipiant juramentum de observandis treugis quae fuerunt promulgatae VIII idus aprilis anno sexto, inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae, et publicent easdem treugas duraturas usque ad festum sancti Michaelis proximum. (Reg. Vat. 249, fol. 100 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Neapolitano et .. Beneventano ac .. Capuano archiepiscopis, salutem etc.* Diebus nuper elapsis. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas maii, anno sexto. »

2750 Rome, 24 avril 1368.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario papae, mandatur ut eleemosynam consuetan eroget fratribus ordinis eremitarum S. A. proxime celebraturis generale capitulum Avinione. Dicat Philippo, rectori civitatis, ut permittat eisdem intrare Avinione et ibidem celebrare capitulum. (Reg. Vat. 249, fol. 92 verso.)

« *Venerabili fratri Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum ut supra. »

2751 Rome, 27 avril 1368.

Reginae Siciliae intimetur quod treuguae inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, Andriae ducem, indictae nuper usque ad festum S. Michaelis proxime futurum auctoritate apostolica prorogatae fuerunt. (Reg. Vat. 249, fol. 93 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 609, n. 121.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitati tue tenore presentium. — Datum ut supra. »

2752 Rome, 27 avril 1368.

Eidem scribit ut litteris excusatoriis de negotio Provinciae jocundatus sit; suae « assertioni maxime in tuo facto plus credimus quam dictis aliorum quantumcunque fucatis coloribus adornentur ». Exhortatur ipsam ad prosequendum viriliter quae facit pro succursu dictae Provinciae. (Reg. Vat. 249, fol. 93 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 610, n. 122.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Sicut tuam, carissima filia, maturitatem. — Datum Rome apud S. Petrum, V kalendas maii, anno sexto. »

2753 Rome, 28 avril 1368.

Reginam Siciliae rogat ut assistat remediis oportunis Joanni, episcopo Cassanensi, ecclesiae et ipsius episcopi consanguineis quibus damna, violentias et jacturas intulerunt quondam Thomasius de S. Severino, comes Marsici, Margarita, comitissa Marsii, uxor, et Franciscus, comes Lauriae, eorum natus, seu officiales ipsorum. (Reg. Vat. 249, fol. 94 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 610, n. 123.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Sicut habet expositio. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas maii, anno sexto. »

2754 Rome, 29 avril 1368.

Aymerico Pellicerii, canonico Catalaunensi, A. S. nuncio, conceditur perceptio proventuum beneficiorum vacantium in provincia Tolosana, ac civitate et dioecesibus Agennensi et Burdegalensi, sed secundum tenorem moderationis infrascriptae : « Volumus siquidem et mandamus quod de bonis et creditis hujusmodi debita ipsorum archiepiscoporum, episcoporum et abbatum decedentium pro eorum necessitatibus ac ecclesiarum et monasteriorum praedictorum utilitate contracta ac expense decentes et honeste funerum necnon et emende, si alicui debebantur, ac pro remuneratione illorum qui eis viventibus serviverunt juxta servicii meritum necnon libri, res et bona, que decedentes iidem ex patrimoniis vel personalibus laboribus et industria seu alias quantum ab ecclesiis, monasteriis et locis eorum acquisiverunt, dum agerent in humanis, si tamen habeant heredem legitimum per te legitime deducantur, quodque reservatio nostra hujusmodi ad libros, calices, vestimenta et alia ornamenta pontificalia aut jocalia ecclesiastica ecclesiis, monasteriis et locis hujusmodi, antequam ipsi decedentes eorum preessent regimini aut per ipsos, dum viverent et preessent eisdem sine fraude tamen prefatorum ecclesiarum, monasteriorum et locorum forent usibus deputata, et ad boves aliaque animalia ad agriculturam et servitia domorum, ecclesiarum, monasteriorum et locorum et ad utensilia eorumdem usibus deputata nullatenus extendatur. » (Reg. Vat. 249, fol. 101 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Aymerico Pellicerii, canonico Cathalaunensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nos dudum ex certis causis. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas maii, anno sexto. »

2755 Rome, 29 avril 1368.

Eidem mandatur ut valeat procedere contra personas dictarum partium ad alias se transferentes et ibidem continuam mansionem eligentes. (Reg. Vat. 249, fol. 102. De curia.)

« *Dilecto filio nuncio, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum ut supra. »

2756 Rome, 4 mai 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut hortetur nobiles et populares civitatis Senensis ad unitatem et notificet per litteras suas quod Carolus, imperator Romanorum, accessurus in Imperium, non faciet novitatem contra ipsos vel statum civitatis. (Reg. Vat. 249, fol. 103 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. nostro et pro Ecclesia ipsa vicario generali, salutem etc.* Displicenter audivimus. — Datum ut supra. »

2757 Rome, 5 mai 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut concessionem indulgentiae omnibus qui contra Bernabonem de Vicecomitibus sequentur vexilla imperatoris ad biennium in Italiae, Alamanniae, Bohemiae et aliis mundi partibus, de quibus videbitur expedire, publicari faciat; inseritur tenor constitutionis *Cogit nos*, datae Romae apud S. Petrum, III nonas maii, anno sexto. (Reg. Vat. 249, fol. 107 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. nostro et pro Ecclesia ipsa vicario generali, salutem etc.* Hodie omnibus. — Datum Rome, apud S. Petrum, III nonas maii, anno sexto. »

2758 Rome, 5 mai 1368.

Reginam Siciliae requirit ut mandet gentes armigeras ad civitatem Bononiensem pro colligatione facta cum R. E. et certis communitatibus Tusciae ; si non possit statim destinare eas, saltem gentibus missis faciat stipendia solvere ita ut non recedant. (Reg. Vat. 249, fol. 104 recto.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Nosti, carissima filia. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas maii, anno sexto. »

2759 Rome, 7 mai 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, nuntiat Petrum Ractoncini, capellanum papae, mandatum esse pro componendis discordiis quae inter Senenses praecipuos exortae sunt. Si expedire valeat ipse capellanus consulere de aliis remediis adimplendis, referat legato. (Reg. Vat. 249, fol. 104 recto.)

« *Venerabili fratri .. generali salutem etc.* Propter discordias. — Datum ut supra. »

2760 Rome, 8 mai 1368.

Anglicum, Albanensem episcopum, rogat ut bene recipiat Guidonem, episcopum Aquensem, et Betinum de Rivola, canonicum Tervisinum, natione Pergamensem, qui de negociis in Lombardia loquebuntur cum eo. (Reg. Vat. 249, fol. 104 verso.)

« *Venerabili fratri generali, salutem etc.* Venerabilis frater noster Guido. — Datum ut supra. »

2761 Montefiascone, 25 mai 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut faciat publicari in Italiae, Alamanniae, Bohemiae, Hungariae, ultramontanis et aliis partibus mundi, de quibus videbitur ipsi, constitutionem *Multiplicata* (1) qua inhibetur cuicumque ut auxilium, consilium aut favor praestatur Bernaboni de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 249, fol. 112 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, Albanensi episcopo, in terris R. E. nostro et pro Ecclesia ipsa vicario generali, salutem etc.* Hodie universis et singulis. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, VIII kalendas junii, anno sexto. »

2762 Montefiascone, 26 mai 1368.

Patriarchae Jerosolimitano et capitaneo Avinionensis civitatis mandatur ut, non obstante appellatione facta ab habitatoribus comitatus Venaysini, procedant contra renitentes servitia debita quae indicta fuerunt pro defensione patriae. (Reg. Vat. 249, fol. 112 verso. De curia. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 513, n. 1.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, rectori, et dilecto filio nobili viro Jacobo Albe de Tarascone, militi Avinionensis diocesis, capitaneo civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini ad nos et R. E. spectantium, salutem, etc.* Ad audientiam nostram fidedigna relatione pervenit quod, cum nuper nonnulle gentes armigere per comitatum Venaysini ad nos et Romanam Ecclesiam pertinentem hostiles discursus facerent, multaque dampna incolis et habitatoribus dicti castri inferrent, et majora per eas inferri verisimiliter timerentur, sicut in vicinis partibus inferri noscuntur, vosque cavalcatas et servitia equitum et peditum in dicto comitatu propterea indixeritis, sub certis penis mandantes ut quicunque teneretur ad cavalcatas seu servitia hujusmodi cujuscunque conditionis existeret, se pararet ad debitum per eos obsequium impendendum, ac ea pro ipsius comitatus defensione prestaret, quidam tamen ex obligatis ad hujusmodi servitia, non considerantes magna pericula que ex prefatis discursibus eis et toti dicto comitatui possent verisimiliter evenire, ac non curantes vestris in hac parte parere mandatis, in appellationis ad nos interjecte audaciam proruperunt. »

« Papa, appellationem frivolam reputans, mandat ut procedatur contra appellantes et puniantur inobedientes. Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, VII kalendas junii, anno sexto. »

2763 Montefiascone, 28 mai 1368.

Guidoni, episcopo Portuensi, commendatur Fredericus Imolesii de Campis, domicellus Florentinae diocesis, lator praesentium, quem ad partes Tusciae pro conducendis quibusdam gentibus armigeris ad stipendia R. E. papa destinat. (Reg. Vat. 244 K, fol. 101, n. 203.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas junii, anno sexto. »

2764 Montefiascone, 29 mai 1368.

Reginae Siciliae scribitur ut in causa vertente inter archiepiscopum Tarentinum et comitem Licii super castro Caroviniae, Tarentinae dioecesis, procedatur in favore ecclesiae Tarentinae a Nicolao, archiepiscopo Barensi, et collegis suis aut duobus vel uno eorum in civitate Neapolitana. (Reg. Vat. 249, fol. 106 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 611, n. 124.)

(1) La constitution se trouve folio 110 verso — 112 verso.

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum, sicut ex informatione facta nobis. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, IIII kalendas junii, anno sexto. »

2765 Montefiascone, 30 mai 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut tribuat auxilium Provincialibus et denegat societatibus. (Reg. Vat. 249, fol. 106 verso.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini ad E. R. spectantium pro nobis et Ecclesia ipsa rectori, salutem etc.* Displicenter audivimus quod cum una galea Grimaldorum de Janua, que castro Tarascone succurrerit a socialibus artaretur et ad civitatem nostram Avinionensem pro habendis victualibus cum fiducia declinasset, ipsa victualia que et res alias de dicta civitate ac comitatu Venaysini sociales ipsi, quod displicet toto corde, habuisse dicuntur, fuerunt dicte galee gentibus denegata, propter quod ipsa galea creditur aut perisse aut deditionis incurrisse discrimen, de quo merito perturbamur. Ideoque volumus et mandamus quatinus in occurrentibus casibus oppressis Provincialibus pie compaciens, quantum cum honestate et securitate fieri poterit eis tribui facias auxilium et juvamen, que socialibus denegentur omnino. Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, III kalendas junii, anno sexto. »

2766 Montefiascone, 1er juin 1368.

Edwardum, principem Aquitaniae, rogat ut habeat excusatum Joannem de Agrifolio, domicellum papae, qui non potuit exhibere ipsi debita obsequia propter obsequia apud curiam praestita. Commendat insuper eumdem Joannem. (Reg. Vat. 249, fol. 115 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Habentes ad domum de Agrifolio. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, kalendis junii, anno sexto. »

2767 Montefiascone, 1er juin 1368.

Joanni, episcopo Bathoniensi, mandatur ut partes suas adhibeat pro dicto Joanne de Agrifolio apud principem Aquitaniae. (Reg. Vat. 249, fol. 115 recto.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Bathoniensi, salutem etc.* Habentes ad domum. — Datum ut supra. »

2768 Montefiascone, 5 juin 1368.

Poncio de Ulmo conceditur facultas recipiendi partem servicii communis debitam a Philippo, patriarcha Jerosolimitano, ratione administrationis ecclesiae Massiliensis, ac fructus perceptos a Fulcone Pererii, praeposito ecclesiae Valentinensis, A. S. nuncio, ratione fructuum canonicatus, praebendae ac praepositurae ecclesiae Valentinensis ac archidiaconatus Xativae in eadem ecclesia, qui vacant per obitum Guillelmi tituli S. Laurentii in Lucina cardinalis et reservantur ad biennium, et convertuntur in diversis operibus aedificiorum quae papa facit fabricari in monasterio S. Victoris Massiliensis. (Reg. Vat. 258, fol. 16 verso, n. 70. De curia. — Reg. Vat. 249, fol. 123 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio de Ulmo, monacho monasterii S. Victoris Massiliensis, ac priori prioratus de Ispanhaco, Mimatensis diocesis, salutem etc.* Per alias nostras damus. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, nonis junii, anno sexto. »

2769 Montefiascone, 5 juin 1368.

Fulconi Pererii mandatur ut assignet fructus beneficiorum praedicti cardinalis Poncio de Ulmo. (Reg. Vat. 258, fol. 16 verso, n. 71. De curia. — Reg. Vat. 249, fol. 123 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Fulconi Pererii, preposito ecclesie Valentinensis, A. S. nuncio, salutem etc.* Cupientes quod diversa opera. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, nonis junii, anno sexto. »

2770 Montefiascone, 5 juin 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, mandatur ut assignet partem debitam servicii communis dicto Poncio de Ulmo. (Reg. Vat. 258, fol. 17 recto, n. 72. De curia. — Reg. Vat. 249, fol. 123 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, administratori ecclesie Massiliensis, salutem etc.* Cupientes quod diversa opera. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, nonis junii, anno sexto. »

2771 Montefiascone, 10 juin 1368.

Gastoni, comiti Fuxi, gratiarum agit actiones pro eo quod laboravit liberationi Jacobi regis Majoricarum. (Reg. Vat. 249, fol. 116 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi, salutem etc.* Letanter audivimus. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus junii, anno sexto. »

2772 Montefiascone, 10 juin 1368.

Bertrando Ebrardi facultas vendendi bona mobilia et immobilia ac credita, ubicumque et apud quoscumque consistunt, Demetrii episcopi Nonensis, qui recessit profugus ex curia post compositionem factam cum Camera de 10.000 florenorum seu ducatorum auri ab ipso solvendorum, dum tamen usque ad summam 6.000 florenorum. (Reg. Vat. 249, fol. 127 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Bertrando Ebrardi, rectori parochialis ecclesie de Lomberiis, Albiensis diocesis, baccallario in decretis, salutem etc.* Cum Demetrius. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, IIII idus junii, anno sexto. »

2773 Montefiascone, 11 juin 1368.

Sancio Vaquerii facultas exigendi pecunias debitas Camerae Apostolicae et compescendi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, debitores consistentes in provincia Auxitana, civitate et dioecesi Burdegalensi et Condomiensi, qui ad alias partes se conferunt et ibidem manent. (Reg. Vat. 249, fol. 124 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, archidiacono Vasatensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Ad nostrum provenit auditum. — Datum apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, III idus junii, anno sexto. »

2774 Montefiascone, 11 juin 1368.

Sancio Vaquerii, S. A. nuncio, notum fit moderationem de jure spolii (*vide supra*, n. 2754) concessam esse in provincia Auxitana, civitate et dioecesi Burdegalensi et Condomiensi, ubi est nuncius apostolicus. (Reg. Vat. 249, fol. 125 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Sancio Vaquerii, archidiacono Vasatensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nos dudum ex certis rationabilibus causis. — Datum ut supra. »

2775 Montefiascone, 12 juin 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut interponat partes suas apud Carolum, imperatorem Romanorum, pro communis civitatis Aretinae ambaxiatoribus qui reverentiam Carolo facient et exponebunt statum civitatis. (Reg. Vat. 249, fol. 116 verso.)

« *Dilecto fratri generali, salutem etc.* Cum dilecti filii commune. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, II idus junii, anno sexto. »

2776 Montefiascone, 14 juin 1368.

Reginae Siciliae commendantur negotia Raymundi, episcopi Forojuliensis, qui transmittit familiares suos ad curiam regiam pro quibusdam negotiis ecclesiae ejus. (Reg. Vat. 249, fol. 117 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 612, n. 125.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater et confessor noster. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, XVIII kalendas julii, anno sexto. »

2777 Montefiascone, 15 juin 1368.

Priori domus Gratianopolitanae Cartusiae mandatur ut licentiam elargiatur transeundi ad alteram domum Henrico de Prez, domus Partis Dei. Cartusiensis ordinis, Lausanensis dioecesis, qui nequit in divinis officiis deservire propter infirmitatem linguae et propterea vilipendatur a fratribus ejusdem domus. (Reg. Vat. 249, fol. 117 verso.)

« *Dilecto filio .. priori domus Gratianopolitane Cartusie, salutem etc.* Dilectus filius Henricus. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, XVII kalendas, julii, anno sexto. »

2778 Montefiascone, 19 juin 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas inquirendi de excessibus nonnullorum religiosorum tam exemptorum quam non exemptorum, etiam Praedicatorum, Minorum, eremitarum S. A. et Carmelitarum aliorumque ordinum quorumcumque in terris sui vicariatus et aliis civitatibus et dioecesibus quibuscumque, in quibus esse se contigerit, puniendi culpabiles et ad alia loca extra dicti vicariatus terminos transferendi eosmet. (Reg. Vat. 258, fol. 17 recto, n. 73. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, ... salutem etc.* Religiosorum excessus. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, XIII kalendas julii, anno sexto. »

2779 Montefiascone, 19 juin 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, facultas absolvendi ab homicidiis et aliis criminibus ac excommunicationum sententiis in casibus in quibus poenitentiarii nostri majores in Romana curia residentes possunt absolvere et super irregularitatibus per personas ecclesiasticas sic ligatas forsan contractis dispensandi. (Reg. Vat. 249, fol. 128 recto. De curia. — Reg. Vat. 258, fol. 17 recto, n. 74. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum te ad nonnullas provincias. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, XIII kalendas julii, anno sexto. »

2780 Montefiascone, 21 juin 1368.

Reginae Siciliae scribitur ut velit stabilire capitaneum loco justitiariorum pro exoneratione terrae Laboris, videlicet unum ex nominatis a Guillelmo, episcopo Sabinensi. (Reg. Vat. 249, fol. 119 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 612, n. 126.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Sepe audivimus temporibus retroactis. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, XI kalendas julii, anno sexto. »

2781 Montefiascone, 25 juin 1368.

Guillelmo de Grisaco et prioribus civitatis Tudertinae mandatur ut contra commune nil attemptent nec ab aliis attemptari praesumant, sed justitiae via, cum voluerint, prosequantur coram papa. Fuit enim ab ipsis injunctum communi castri S. Gemini quod unum palium et unum equum foderatum seu coopertum de scarleto praesentarent in platea civitatis Tudertinae in festo beati Fortunati singulis annis. (Reg. Vat. 249, fol. 119 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo de Grisaco, domicello Mimatensis diocesis, necnon .. prioribus civitatis Tudertine, nostris et E. R. fidelibus, salutem etc.* Pro parte dilectorum filiorum. — Datum apud Montenflasconem, VII kalendas julii, anno sexto. »

2782 Montefiascone, 26 juin 1368.

Heliae et Amanevo de Pomeriis refert nullas esse grates oblationes quae fecerunt Guillelmo S. M. in Cosmedin et Stephano S. M. in Aquiro cardinalibus de servitiis cum comitiva contra hostes Ecclesiae. Requirentur oblationes loco et tempore oportunis, cum ad praesens non indigeat hujusmodi servitio. (Reg. Vat. 249, fol. 120 recto.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Helie et Amanevo de Pomeriis, fratribus, dominis de Arbenasio de Malodurante, militibus Burdegalensis diocesis, salutem etc.* Promptam oblationem vestram. — Datum ut supra. »

2783 Montefiascone, 26 juin 1368.

Anglicum, episcopum Albanensem, rogat ut consiliis et favoribus prosequatur Gabrielis Adurnis, ducis, et consilii duodecim ancianorum Januae, ambaxiatoribus ad Carolum, imperatorem Romanorum accessuris. (Reg. Vat. 249, fol. 120 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Hodie recepimus. — Datum ut supra. »

2784 Montefiascone, 26 juin 1368.

Geraldus Maurelli fit vicethesaurarius papae cum facultate « recipiendi quascunque pecunias et res alias dicte Camere debitas et litteras recognitionis solventibus gratis, tamen sine aliqua mercede, concedendi et quelibet alia que ad hec fuerint oportuna faciendi ». (Reg. Vat. 249, fol. 123 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Maurelli, canonico Mimatensi, clerico Camere nostre, salutem etc.* Probate tue fidelitatis. — Datum ut supra. »

2785 Montefiascone, 27 juin 1368.

Criaco Garnerii, socio societatis Albertorum novorum de Florentia, conceditur quittatio de 5.000 ducatorum et 5.000 florenorum ad pondus Mediolanense, penes ipsum depositorum ab Andruino tituli S. Marcelli presbytero cardinali de proventibus civitatis Bononiensis ejusque comitatus et districtus, et solutorum vicethesaurario R. E. (Reg. Vat. 249, fol. 128 verso. De curia.)

« *Dilectum filio Criaco Garnerii, socio societatis Albertorum novorum de Florentia, salutem etc.* Reputantes consonum. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, V kalendas julii, anno sexto. »

2786 Montefiascone, 3 juillet 1368.

Gaucelmo de Pradallo conceditur facultas petendi bona mobilia et credita Guillelmi, abbatis S. Pauli prope muros Urbis O. S. B., defuncti nuper extra curiam, et reservata. (*Instr. miscell.*, n. 2508; originale pergamenum. De curia.)

« *Dilecto filio Gaucelmo de Pradallo, canonico ecclesie Aniciensis, capellano nostro, salutem etc.* Dudum ex certis causis. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, V nonas julii, anno sexto. »

2787 Montefiascone, 4 juillet 1368.

Criaco Guarnerii, civi Florentino et socio societatis Albertorum novorum, mandatur ut assignet Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii, civi Florentino, 39.000 florenorum auri « videlicet partem in ducatis Avinionensibus et partem in florenis currentibus ad pondus Mediolanense et partem in florenis ad pondus sigilli Florentini », qui fuerunt depositi apud ipsum ab Andruino tituli S. Marcelli presbytero cardinali de proventibus civitatis Bononiensis, comitatus et districtus. (Reg. Vat. 249, fol. 133 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Criaco Guarnerii, civi Florentino, socio societatis Albertorum novorum de Florentia, salutem etc.* Cum dudum dilectus filius Andruinus. — Datum ut supra. »

2788 Montefiascone, 4 juillet 1368.

Petro S. M. Novae diacono cardinali mandatur ut faciat expendere medietatem oblationum, quae sunt ad altare ecclesiea Lateranensis (cujus est archipresbyter) ad ipsius canonicos non spectantem, sed in alios usus converti consuetam, ad duos annos, pro reparatione dictae ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 133 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, S. M. Nove diacono cardinali, salutem etc.* Cum venerabilis Lateranensis ecclesia. — Datum ut supra. »

2789 Montefiascone, 5 juillet 1368.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut veniat per se vel per procuratorem, cum fuerit requisitus a Guillelmo, Ostiensi, et Guillelmo, Sabinensi episcopis, ac Petro, S. M. Novae diacono cardinali, pro sedanda discordia cum Francisco, duce Andriae, qui nequit sine sui magno dispendio in curia diutius immorari; alioquin in contumacia ejus procedetur et pronuntiabitur per censuram ecclesiasticam et alia oportuna remedia procurabitur executioni debitae demandari. (Reg. Vat. 249, fol. 129 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Cum sicut tua serenitas. — Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis, IIII nonas julii, anno sexto. »

2790 Montefiascone, 11 juillet 1368.

Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii, civi Florentino, mandatur ut tradent Anglico, episcopo Albanensi, 20.000 florenorum auri de depositis penes eos ab Andruino S. Marcelli presbytero cardinali. (Reg. Vat. 249, fol. 133 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii, civi Florentino, salutem etc.* Cum nuper vobis. — Datum apud Montemflasconem, V idus julii, anno sexto. »

2791 Montefiascone, 11 juillet 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas quittandi praedictos Nicolaum et Benedictum. (Reg. Vat. 249, fol. 134 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum nuper dilectis filiis. — Datum ut supra. »

2792 Montefiascone, 11 juillet 1368.

Eidem conceditur facultas absolvendi fautores, complices, sequaces Ludovici de Bavaria ; inseritur tenor juramenti ab ipsis praestandi. (Reg. Vat. 249, fol. 134 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi ... vicario generali, salutem etc.* Romanus pontifex ... Cum itaque dudum, sicut intelleximus, nonnulli ecclesiarum et monasteriorum abbates et alii inferiores prelati et alii ecclesiastice persone seculares et regulares,

exempti et non exempti, diversorum ordinum, necnon duces, marchiones, comites et barones, ac milites et laici, communia quoque civitatum universitates, opidorum, castrorum, terrarum et aliorum locorum in Italie partibus constitute, pro eo quod post et contra predecessorum nostrorum Romanorum pontificum processus seu A. S. legatos aut inquisitores heretice pravitatis, aut locorum ordinarios factos adversus quondam Ludovicum de Bavaria, hereticum et scismaticum manifestum, ejusque fautores, complices, et sequaces et adherentes eidem hactenus habitos predicto Ludovico adheserunt seu consilium, auxilium et favorem prestiterunt aut participarunt, postquam in crimine heresis cum eodem excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac alias penas et sentencias incurrerunt per eosdem processus contra talia presumentes generaliter promulgatas. . . . Volumus autem quod super absolutione presertim majorum notabilium personarum et juramenti in forma predicta prestacione confici faciatis publicum instrumentum quodque super absolucionibus ipsis adicias specialiter et expresse quod, si aliqui eorum, postquam per te absolutus fuerit, ut prefertur, et interdictum hujusmodi extiterit relaxatum, contra ea vel aliquod eorum que promittet et jurabit veniet, in easdem relabantur sentencias ipso facto, et terre et loca predicta hujusmodi interdicto subjaceant, sicut prius.

« Forma autem confessionis faciende et juramenti prestandi per illos qui absolventur talis est : Ego .. confiteor me tenuisse et tenere fidem catholicam, et credere et tenere, quod credit, tenet et docet sancta mater Ecclesia, et me credidisse ac firmiter credere quod non spectat ad aliquem imperatorem papam seu summum pontificem deponere, et alium eligere vel creare, sed hoc hereticum reputo et heresim dampnatam per Ecclesiam predictam.

«Insuper ad sancta Dei evangelia juro quod stabo et parebo mandatis domini nostri domini Urbani, divina providencia pape V, et E. R. super illatis offensiis et contumaciis ac rebellionibus, fautoriis et aliis, implicite vel explicite, per me commissis, confessatis ac ceteris penis quas incurri ab homine vel a jure propter premissa, vel ea tangentia, et quod eidem domino pape ejusque successoribus canonice intrantibus fidelis ero de cetero, eisque debitam reverenciam et obedienciam exhibebo, propterea ipsius Ecclesie rebellibus ac hereticis et scismaticis, ac eorum sequacibus per dictam Ecclesiam denotatis, non adherebo neque favebo, sed nec quibuscumque aliis contra dominum papam et Ecclesiam predictos, nec contra dominum Carolum, Romanorum imperatorem, dabo consilium, auxilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, quodque deinceps nulli Romanorum regi et imperatori obediam vel adherebo, nisi ille primitus fuerit per eandem Ecclesiam approbatus, nec cum aliquibus in rebellione ipsius Ecclesie persistentibus contra Ecclesiam et Imperatorem predictos, colligacionem, obligacionem vel conspiracionem faciam sive ligam ; volo eciam et consentio quod, si contingat, quod absit, im posterum contra predicta, que confessus sum, vel propter que incurri sentencias excommunicationis, suspensionis et interdicti prolatas ab homine vel a jure vel eorum aliquod ulterius facere contra juramentum per me prestitum veniendo, in predictas sentencias recidam ipso facto. Datum ut supra proxime. »

2793 Montefiascone, 11 juillet 1368.

Nicolaum Spinellum rogat ut interponat partes suas de restitutione post dicta. (Reg. Vat. 249, fol. 129 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao Spinello, militi, legum doctori, regni Sicilie cancellario, salutem etc.* Dudum carissima. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti ac regni Sicilie camerario.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Liguro Zurolo, militi Neapolitano.* »

2794 Montefiascone, 11 juillet 1368.

Reginae Siciliae scribit ut faciat restitui privilegia spectantia ad ecclesiam S. Petri de Turremajori, Civitatensis dioecesis, rectori ejusdem, scilicet Joanni Benedicti, scriptori papae. (Reg. Vat. 249, fol. 129 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 613, n. 127.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitatem tuam dudum per litteras nostras. — Datum apud Montemflasconem, V idus julii, anno sexto. »

2795 Montefiascone, 12 juillet 1368.

Bernardo de Rodes, archidiacono de Vallibus in ecclesia Caturcensi, mandatur ut inquirat de articulis diffamatoriis, erroribus, excessibus et criminibus super quibus laborare infamia noscitur Thomas de Fregnano, O. F. M., generalis minister. (Reg. Vat. 249, fol. 138 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo de Rodes, archidiacono de Vallibus in ecclesia Caturcensi, licenciato in legibus, capellano nostro, venerabilis fratris Arnaldi, archiepiscopi Auxitani, camerarii nostri ac curie Camere Apostolice generali auditori, salutem etc.* Nuper adversus dilectum filium Thomam. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus julii, anno sexto. »

2796 Montefiascone, 15 juillet 1368.

Archiepiscopo Neapolitano mandatur ut infradictas litteras faciat publicari ad requisitionem curiae regiae in Neapolitana et aliis regni Sicilie ecclesiis et exponi populo in vulgari. (Reg. Vat. 249, fol. 135 verso.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Neapolitano, salutem etc.* Quoniam crescente ... Ad futuram rei memoriam. Quoniam peccantes ... Sane, cum olim tam per felicis .. recordacionis Clementis VI et Innocentii VI, romanos pontifices, predecessores nostros, et demum per nos, intendentes regnum Sicilie et terras citra farum, que a R. E. tenentur in feudum, ac bona et jura fiscalia seu demanalia ipsius in sua integritate servare, et subtracta et alienata ad manum regiam revocare, et ne alienaretur im posterum providere, contra omnes et singulos, tam clericos quam laicos, cujuscumque preeminencie, status vel condicionis existerent, qui quecumque civitates, castra, villas, insulas, casalia, merum imperium, jus sanguinis et jurisdictionem, prestaciones serviciorum et absolutionem ab ipsis serviciis debitis curie regie vel pensiones annuas super redditibus seu proventibus demanialibus, ac jus patronatus, aliaque bona et jura que de ipsorum regni et terre demanio existebant, et que per clare memorie Robertum, regem Sicilie, in demanio, dum viveret, tenebantur, quorumque redditus seu proventus ultra viginti uncias aureas excederent, ad magistratus, jurarias, bajulatus aliaque officia in civitatibus, castris et aliis locis demanialibus dictorum regni et terre, ultra unum annum, aut privilegia et litteras, per que castra, feuda seu casalia, que a regia curia tenebantur, in capite tenentur, seu quod servicia ad hoc pro feudis ipsis regie curie immediate debita prestarentur seu solverentur eisdem immediate vigore quarumcumque concessionum, donacionum, infeudacionum, vendicionum, dacionum, obligationum et assignacionum, eis a carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Sicilie illustri, ac clare memorie Ludovico, rege Sicilie, ejus consorte, tunc in humanis agente, aut eorum altero factarum, cum essent facte contra condiciones et convenciones ab olim per R. E. inclite recordacionis Carolo primo, regi Sicilie, tunc comiti Provincie, de ipsis regno et terra in feudum facta contentas contra formas revocacionum, ordinacionum et preceptorum seu mandatorum et processuum per nos et predecessores eosdem factorum detinentur, et alias hujusmodi nostris et dictorum predecessorum mandatis et processibus non parerent excommunicationis in personas ac interdicti in civitates, terras, castra, villas et loca eorum, ac civitates, terras, castra, villas et loca de dicto demanio detenta per eos diverse fuerint sententie promulgate, alieque pene inflicte, prout in nostris et eorumdem predecessorum litteris exinde confectis plenius continetur.

« Nos intellecto quod nonnulli ex detentoribus ipsis, in sua obstinata pertinacia indurati ac ligati sentenciis supradictis, hujusmodi nostris et dictorum predecessorum mandatis parere non curant, ac nolentes quod facilitas consequende venie eis incentivam prebeat delinquendi, et temerarie contempnendi omnium et singulorum, qui easdem penas et sentencias incurrerunt hactenus seu incurrerint im posterum quoquo modo, nobis et successoribus nostris, Romanis pontificibus, preterquam in mortis articulo, absolucionem et interdicti prefati relaxacionem seu suspensionem specialiter reservamus. Quod si aliqui ex hiis qui dictas sentencias incurrerunt vel incurrent fuerint ab eisdem sentenciis et penis in dicto mortis articulo absoluti, volumus quod, donec eorum heredes mandatis ipsis plene paruerint et satisfecerint, nichilominus ecclesiastica careant sepultura. Nulli ergo, etc. Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno sexto. Quocirca etc. Datum ut supra. »

2797 Montefiascone, 16 juillet 1368.

Petro de Calesio mandatur ut in partibus Alamanniae, Bohemiae et aliis, seu in Tornacensi et Cameracensi dioecesibus, pro eis partibus sitis in Imperio Romano, laboret de perceptione decimae non plenarie solutae. (Reg. Vat. 249, fol. 138 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro de Calesio, preposito ecclesie Nemausensis, salutem etc.* Dudum videlicet bina vice te tunc A. S. nuncium. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas augusti, anno sexto. »

2798 Montefiascone, 24 juillet 1368.

Edwardo, principi Aquitaniae, commendatur Robertus

Dasio, serviens armorum, subditus ejusdem principis. (Reg. Vat. 249, fol. 131 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Edwardo, Aquitanie et Wallie principi, salutem etc.* Cum dilectus filius Robertus. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas augusti, anno sexto. »

2799 Montefiascone, 24 juillet 1368.

Item Joanni episcopo Bathoniensi. (Reg. Vat. 249, fol. 131 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Bathoniensi, salutem etc.* — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Thome de Rou, militi, senescallo Lemovicensi,* sed loco fraternitatis dicatur nobilitati. »

2800 Montefiascone, 27 juillet 1368.

Marquardo, patriarchae Aquilegensi, commendatur Petrus Begonis, archidiaconus de Aura in ecclesia Convenarum, ad Carolum, imperatorem Romanorum, missus. (Reg. Vat. 249, fol. 131 verso.)

« *Venerabili filio Marquardo, patriarche Aquilegensi, salutem etc.* Cum dilectum filium Petrum. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas augusti, anno sexto. »

« *Eodem modo venerabili fratri Johanni, episcopo Olomucensi.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Burghardo, burgravio Magdeburgensi.* »

2801 Montefiascone, 29 juillet 1368.

Incorporatur prioratui S. Benedicti de Montepessulano, Magalonensis dioecesis, prioratus S. Petri, alias S. Blasii de Cluniaceto prope Lanum territorii Montispessulani, Cluniacensis ordinis, vacans per translationem Bernardi Fornerii ad prioratum S. Andreae prope civitatem Vapincensem. (Reg. Vat. 258, fol. 21 verso, n. 87. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Que pro divini cultus. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas augusti, anno sexto. »

2802 Montefiascone, 29 juillet 1368.

Universis pedagiariis mandatur ut buttas vini de Belna, de Grureyo, Nemauso vel Lunello pro usu hospitii papae permittant libere transire. (Reg. Vat. 249, fol. 139 recto. De curia. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 458, n. 425.)

« *Dilectis filiis universis et singulis pedagiariis, leudariis, castellanis, justitiariis, reve vel redibentie receptoribus, ac portuum et passuum quorumcunque custodibus per terras et mare sive aquas, ubicunque constitutis, vel locumtenentibus eorumdem, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum nos per dilectos filios .. latores presentium, sexaginta buttas vini de Belna et de Grureyo, et totidem vini de Nemauso vel de Lunello, et aliis partibus ultramontanis, pro usu hospicii nostri, ad partes Romanas faciamus deferri, universitatem vestram et quemlibet ex vobis rogamus et hortamur attente quatinus eosdem latores seu conductores dictorum vinorum cum predictis buttis ac navigiis easdem buttas portantibus per loca, passus et districtus vestra transitum facientes absque exactione pedagii, leude, costume, gabelle, reve seu redibentie, et alio impedimento quocumque ob reverentiam A. S. et nostram transire libere permittatis. Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas augusti, anno sexto. »

2803 Montefiascone 1er août 1368.

Reginae Siciliae commendatur castrum Ripae, Theatinensis dioecesis, concessum a Philippo, imperatori Constantinopolitano, Nicolao, episcopo Tusculano, et legatum domui scolarium S. Gregorii in civitate Perusina. (Reg. Vat. 249, fol. 140 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 614, n. 128.)

« *Carissime in Christo salutem etc.* Cum bone memorie Nicolaum. — Datum ut supra. »

2804 Montefiascone, 1er août 1368.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, commendatur praedictum castrum. (Reg. Vat. 249, fol. 140 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Cum bone memorie Nicolaus. — Datum ut supra. »

2805 Montefiascone, 1er août 1368.

Anglicum, episcopum Albanensem, rogat ut commendet apud Carolum, imperatorem Romanorum, ambaxiatores

communis civitatis Florentinae, qui tractaverunt cum papa de aliquali relevatione gravium expensarum factarum ad praesens ab imperatore ipso. (Reg. Vat. 249, fol. 140 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum dilecti filii commune. — Datum ut supra. »

2806 Montefiascone, 4 août 1368.

Carolo, regi Franciae, commendatur Petrus de Auxeyo, (Reg. Vat. 249, fol. 140 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 72, note 3.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius magister Petrus de Auxeyo, legum doctor, capellanus noster ac palatii apostolici causarum auditor, cantor ecclesie Autisiodorensis, lator presentium, ad regnum tuum, pro certis suis negociis se presentialiter conferat, ipsum tue celsitudini commendamus. Datum Montemflasconem, II nonas augusti, anno sexto. »

2807 Montefiascone, 5 août 1368.

Gabrieli Adurno, duci, ac consilio ancianorum civitatis Januensis mandatur ut galeam ad custodiam maris usque ad festum s. Andreae bene armatam teneat cum de piratis percursuris mare instanti tempore autumnali timeatur. Contribuere vult papa 1.000 florenorum auri. Scripsit insuper Marco, tituli S. Praxedis presbytero cardinali, ut exhortetur reginam Siciliae, communia civitatum Florentinae, Senarum et Terracinensis ad contribuendum competenter stipendiis. (Reg. Vat. 249, fol. 140 verso.)

« *Dilectis filiis nobili viro Gabrieli Adurno, duci ac consilio ancianorum civitatis Januensis, salutem etc.* Liberalitatem vestram. — Datum apud Montemflasconem, nonis augusti, anno sexto. »

2808 Montefiascone, 6 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut habeat commendatos nobiles viros Raynaldum, militem, Georgium, domicellum, et ejus fratrem, monachum, de terra Fabriani, Camerinensis diocesis, et alios multis retroactis temporibus ex causa partialitatis ad paupertatem reductos. (Reg. Vat. 249, fol. 140 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum sicut fidedigna expositione. — Datum apud Montemflasconem, VIII idibus augusti, anno sexto. »

2809 Montefiascone, 7 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, commendat ambaxiatores Guillelmi Adurni, ducis, et communis civitatis Januensis ad Carolum, imperatorem Romanorum, accessuros. (Reg. Vat. 249, fol. 142 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum dilecti filii nobilis vir. — Datum ut supra. »

2810 Montefiascone, 8 août 1368.

Archiepiscopo Lugdunensi mandatur ut, ad requisitionem Philippi, patriarchae Jerosolimitani, velit subvenire pro conservatione et defensione civitatis Avinionensis, comitatus Venaysini eorumque districtuum, cum comitivae comitatus Provinciae et Forcalquerii hostiliter discurrant ad praesens, tam in gente armorum quam in victualibus et aliis. (Reg. Vat. 249, fol. 142 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 159, n. LXXX.)

« *Venerabili fratri .. archiepiscopo Lugdunensi, salutem etc.* Ad preservationem status pacifici. — Datum apud Montemflasconem, VI idus augusti, anno sexto. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Valentinensi et Diensi.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Ademario de Pictavia, comiti Valentinensi.* »

2811 Montefiascone, 8 août 1368.

Philippo, patriarchae Jerosolimitano, datur facultas libere disponendi super forma et modo contributionis dandae ab universitatibus, civibus, incolis et habitatoribus civitatis Avinionensis et comitatus Venaysini contra societates, quae verisimiliter fines eorumdem civitatis et comitatus transibunt, peracta vastatione comitatuum Provinciae et Forcalquerii. (Reg. Vat. 249, fol. 149 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo patriarche Jerosolimitano salutem etc.* Percepto nuper quod gentium. — Datum apud Montemflasconem, VI idus augusti, anno sexto. »

2812 Montefiascone, 8 août 1368.

Universitatibus civitatis Avinionensis et comitatus Venaysini mandatur ut, secundum ordinationem faciendam a praedicto patriarcha, rectore, et Jacobo Albe, milite, dictorum civitatum et comitatus capitaneo, « contributionem pecuniariam dent stipendiariis in locis minus fortibus et alias immunitis locandis seu aliter . . . tantis obviaturi periculis facere studeant, ne gentes pestifere supradicte, terras vestras, quod absit, indefensas invenientes, gravissimis damnis et periculis bona sua subjiciant et personas ». (Reg. Vat. 249, fol. 150 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 159, n. LXXXI.)

« *Dilectis filiis universitatibus civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini, nostri et E. R. fidelibus, salutem etc.* Prudentis est consilii. — Datum apud Montemflasconem, VI idus augusti, anno sexto. »

2813 Montefiascone, 8 août 1368.

Bertrando Renardi, senatori Urbis, mandatur ut, populo convocato, committatur quatuor bonis viris eligendis de qualibet regione ab ipso et capitaneis regionum, qui dicant quid est expediens circa officia cancellariatus, scribae senatus et sindicatus. (Reg. Vat. 249, fol. 142 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando Renardi, militi, senatori Urbis, salutem etc.* Dilectorum filiorum .. ambaxiatoribus Urbis. — Datum ut supra. »

2814 Montefiascone, 8 août 1368.

Eidem commendantur nobiles viri Nicolaus de Theballescis et Antonius Matias domicelli Romani, qui solverunt censum piperis et cerae papae debitum, tanquam consuli, per artem seu statum Bovacteriorum de Urbe. (Reg. Vat. 249, fol. 143 recto.)

« *Dilecto filio salutem etc.* Per dilectos filios nobiles viros. — Datum ut supra. »

2814 *bis* Montefiascone, 13 août 1368.

Reginam Siciliae hortatur ut unam galeam bene fulcitam usque ad festum s. Andreae teneat pro securitate incolarum regni Siciliae et contribuat de mille florenorum auri pro stipendiis ejus, loco et tempore de quibus Guillelmus, episcopus Ostiensis, et Marcus, tituli S. Praxedis presbyter cardinalis, informabunt eam per litteras suas. Ordinet insuper quod incolae qui mercimonia per dictum mare deferunt vel deferri faciunt, dato super hoc certo ordine, solvant hujusmodi quantitatem florenorum. (Reg. Vat. 249, fol. 143 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 614, n. 129.)

« *Carissime in Christo salutem etc.* Ratio equitatis exposuit. — Datum apud Montemflasconem, idibus augusti, anno sexto. »

2815 Montefiascone, 13 août 1368.

Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, mandatur ut se abstineat de infra scriptis. (Reg. Vat. 249, fol. 151 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, salutem etc.* Prudentiam tuam miramur non modicum ex eo quod, sicut accepimus, postquam nos de civitate Avinionensi cum Romana curia recessimus, tu in eadem civitate, que de provincia tua Arelatensi esse dinoscitur, cathedram tuam collocare et ibidem causas appellationum non solum a curia episcopali Avinionensi sed a quibuscunque suffraganeis tuis seu eorum officialibus vel vicariis, ad te seu curiam tuam interpositarum, per te audire et tractare, ac aliis audiendas committere non vereris contra canonicas sanctiones, in nostrum, qui ad presens ecclesiam Avinionensem ad manus nostras tenemus ac eorumdem suffraganeorum et eis subjectorum prejudicium et gravamen Datum apud Monteflasconem, idibus augusti, anno sexto. »

2816 Montefiascone, 13 août 1368.

Philippo, rectori Avinionensi, facultas moderandi numerum notariorum et aliorum in curia episcopali Avinionensi servientium, propter quem eadem curia gravatur expensis et in eadem negocia tractanda plus quam debito prorogantur. (Reg. Vat. 249, fol. 151 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Philippo, patriarche Jerosolimitano, in civitate Avenionensi ad nos et R. E. immediate spectante pro nobis et Ecclesia ipsa rectori, salutem etc.* Cum ad nostri apostolatus auditum. — Datum ut supra. »

2817 Montefiascone, 13 août 1368.

Raphaeli, episcopo Nebiensi, conceditur facultas corrigendi et reformandi clerum Corsicae aliarumque minorum adjacentium insularum ad biennium. (Reg. Vat. 249, fol. 136 verso.)

« *Venerabili fratri Raphaeli, episcopo Nebiensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Super specula militantis Ecclesie . . . Sane ad nostrum, non sine mentis turbatione, fidedigna relatione pervenit auditum quod in Corsice, in qua tua consistit Nebiensis ecclesia et aliis ciricumadjacentibus minoribus insulis, nonnulli degentes in eis, temeritate seu imperitia, aut loci solitudine ducti, inimico humani generis procurante, divina officia celebrare et ecclesiastica sacramenta conficere et ministrare preter et contra ritum, que Romana servat Ecclesia et precipit ab aliis observari, necnon minores et sacros ordines indigne suscipere, ac matrimonia in gradibus prohibitis contrahere, ecclesias et ecclesiasticas personas eorumque bona violenter invadere, ipsaque ecclesias et bona, necnon beneficia ecclesiastica indebite occupare et detinere, libertatem et immunitatem ecclesiasticam violare, et nonnulla alia contra ritum predictum et canonicas sanctiones committere et facere non verentur, et quod gravioris perturbationis aculeo percutit cor nostrum, hii qui sunt ad ecclesiarum et monasteriorum ipsiusque gregis dominici regimen, ut eos ipsorum exemplo ad salutem et exercicium laudabilium operum inducant, deputati noscuntur, voluntati temere laxantes habenas, semet in lacum miserie et lutum fecis immergunt, suorumque exemplo criminum, delinquendi prebent subditis incentivum. Nos . . . fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ad prefatas insulas te personaliter conferens et habens pre oculis solum Deum, ecclesias etiam cathedrales atque monasteria et alia loca ecclesiastica secularia et regularia, exempta et non exempta, insularum predictarum, eorumque personas, tam in capitibus quam in membris, auctoritate nostra visites ac inibi in premissis corrigas et reformes, que correctionis et reformacionis officio videris indigere, ac hujusmodi vicia extirpes, illaque perpetrantes punias, virtutes inferas et alia inibi ordines et facias que pro promocione hujusmodi negocii et morum . . . reformatione . . . videris expedire. Ceterum, volumus super premissis cum personis predictis graciose et misericorditer agere, ut quanto majores se ab A. S. gracias recepisse cognoverint, tanto eam sincerioris devocionis revereantur affectum, ut omnes et singulas personas insularum predictarum ab excommunicationum, quas pro violenta injectione manuum in quoscunque clericos et ecclesiasticas personas incurrerint, nisi excessus fuerit difficilis vel enormis, aut in episcopum vel proprium prelatum, manus fuerint injecte violente, et ubi etiam manus proprium injecte fuerint in prelatum, si levis fuerit excessus, vel etiam si excessus esset difficilis aut enormis et obsistente impedimento canonico Sedem Apostolicam predictam adire non possent absolutionis beneficium petiture.

« Insuper ut a penis et sentenciis per bone memorie Johannem, archiepiscopum Pisanum, in dictis insulis A. S. nuncium, in quoscumque clericos vel laicos non servantes quedam sua ordinaciones, statuta seu mandata prolatis, necnon ab aliis quibuscunque sentenciis juris, quarum absolutio nobis per jura non sint specialiter reservata, absolvere et cum eisdem, qui sic ligati vel suspensi, se non tamen in contemptum clavium immiscuerunt divinis, et preterea irregularitatis maculam contraxerunt, necnon cum illis qui excommunicationis, suspensionis aut interdicti sentencia innodati, aut extra quatuor tempora, aut una die plures sacros ordines aut per saltum, pretermissis inferioribus ordinibus superiores ordines receperunt, ipsis tamen ordinibus pretermissis per eos prius auctoritate tua rite susceptis et cum presbiteris qui secundas nuptias benedixerunt, injunctis eis pro modo culpe penitencia salutari, et aliis que de jure fuerunt injungenda dispensare, et in eisdem personis omnem infamie et irregularitatis maculam et penam, quas propterea incurrissent tollere et abolere, ita tamen quod persone ipse hiis, quibus propterea satisfacere tenentur, satisfaciant competenter, quodque ille alie persone, que, ut predicitur, impedimento canonico obstante, dictam Sedem pro absolutionis beneficio adire non possint hujusmodi impedimento cessante ad eandem veniant absolvende ; alioquin in eosdem sentencias reincidant ipso facto, necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam compellere, invocato ad hoc auxilio brachii secularis, auctoritate nostra licite valeas. Non obstante . . . presentibus post biennium minime valituris. Datum apud Montemflasconem, idibus augusti, anno sexto. »

2818 Montefiascone, 16 août 1368.

Joanni, duci Britannie, scribitur ut procedetur super canonizatione Caroli de Blesis, si requiratur ab aliquo. (Reg. Vat. 249, fol. 160 verso. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, p. 422, note 5.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie, salutem etc.* Nobilitatis tue litteras benigne recipimus et pleno suscepimus intellectu, ad quas breviter respondemus, quod super canonizatione quondam Caroli de Blesis nondum fuimus requisiti, sed si requireremur tam super opportunis inquisitionibus faciendis

quam alias in hac parte, prout jura precipiunt, dante Domino procedemus, tuumque ac tuorum successorum honorem et statum paternis affectibus libenter habebimus commendatum. Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas septembris, anno sexto. »

2819 Montefiascone, 17 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut plenam fidem adhibeat magistro Joanni Pauli, abreviatori litterarum apostolicarum, latori praesentium, de tangentibus quietem et statum civitatis Florentinae. (Reg. Vat. 249, fol. 144 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris E. R. immediate subjectis nostro et pro Ecclesia ipsa vicario generali, salutem etc.* Dilecto magistro. — Datum ut supra. »

2820 Montefiascone, 18 août 1368.

Hugoni de Bonovillario, rectori Campaniae et Maritimae, mandatur ut complementum justitiae faciat nobili mulieri Jacobae, natae quondam Pauli Nicolai de Anibaldis de Urbe. (Reg. Vat. 249, fol. 145 recto.)

« *Dilecto filio Hugoni de Bonovillario, archidiacono Manhoaci in ecclesia Auxitana, provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Pro parte dilecte in Christo filie. — Datum ut supra. »

2821 Montefiascone, 18 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut adhibeat plenam fidem Petro Petroncini, capellano papae, latori praesentium, de tangentibus quietem et statum civitatis Senensis. (Reg. Vat. 249, fol. 144 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum civitatem Senensem. — Datum ut supra. »

2822 Montefiascone, 18 août 1368.

Bernardo Cariti mandatur ut ad biennium assignet proventus pertinentes ad Cameram Apostolicam Thomae Monis, mercatori Florentino, curiam Romanam sequenti ac factori Nicolai Jacobi et Benedicti Nerocii de Albertis antiquis de Florentia mercatorum, virtute pactorum firmatorum die 24 aprilis proxime elapsi, scilicet Parisiis in franchis, mutonibus vel scudatis antiquis aut florenis auri de Francia, et Brugis in florenis auri de Bohemia vel Hungaria aut eorum valore, secundum tenorem jam dictorum pactorum. (Reg. Vat. 249, fol. 154 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo Cariti, canonico Parisiensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nuper videlicet die. — Datum ut supra. »

2823 Montefiascone, 18 août 1368.

Factoribus et procuratoribus dictorum mercatorum mandatur ut recipiant, etc., ut supra. (Reg. Vat. 249, fol. 155 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis .. factoribus et procuratoribus dilectorum filiorum nobilis viri Nicolai Jacobi, militis, et Benedicti Nerocii de Albertis antiquis de Florentia, mercatori[bus] in civitate Parisiensi ac loco de Brugis, Tornacensis diocesis, commorantibus, per eos legitime constitutis, salutem etc.* Per alias nostras damus litteras. — Datum ut supra. »

2824 Montefiascone, 19 août 1368.

Joannes de Cabrespino, A. S. nuncius, quittatur de solutione receptarum in Anglia et Hibernia. (Reg. Vat. 249, fol. 155. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cabrespino, decretorum doctori, A. S. nuncio ac fructuum et proventuum Camere Apostolice debitorum in regno Anglie collectori, salutem etc.* Ex relatione gentium. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas septembris, anno sexto. »

2825 Montefiascone, 22 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas tractandi, firmandi et faciendi pacem cum Bernabone de Vicecomitibus, qui desideravit reconciliari cum colligatis Ecclesiae, in loco magis accommodo et requisitis omnibus colligatis eidem. Quae gesta fuerunt per solennes ambaxiatores deferantur, per papam et cardinales approbanda et confirmanda. (Reg. Vat. 249, fol. 145 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Nuper tua fraternitas. — Datum apud Montemflasconem, XI kalendas septembris, anno sexto. »

2826 Montefiascone, 23 août 1368.

Regimini et communi civitatis Senensis mandatur ut mittant, die VIII septembris, ambaxiatores Bononiae tractaturos de pace cum Bernabone de Vicecomitibus, mediante Anglico, episcopo Albanensi. (Reg. Vat. 249, fol. 145 verso.)

« *Dilectis filiis . . regimini et communi civitatis Senensis, salutem etc.* Nuper venerabilis frater noster Anglicus. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilectis filiis . . regimini et communi civitatis Perusine, salutem etc.* »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco de Casalibus, militi Cortonensi, conservatori et gubernatori civitatis Cortonensis, salutem etc.*, mutatis mutandis. »

2827 Montefiascone, 24 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut det operam efficacem quod imperator Romanorum tempore conclusionis pacis vel ante declaret castra Hirberiae, S. Martini Borzani et Montisrichi, Reginensis dioecesis, remansura nobilibus de Boiardis et de Robertis et de Manfredis, civibus Reginensibus, et adhaerentibus marchionum Estensium, et alteri parti illa injuste petenti perpetuum silentium imponat. Commendabit quanto efficacius eidem imperatori Feltrinum de Gonzaga super restitutione castrorum districtus Reginensis sibi subtractorum. (Reg. Vat. 249, fol. 146 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Tua fraternitas non ignorat. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas septembris, anno sexto. »

2828 Montefiascone, 24 août 1368.

Eidem mandatur ut dicto Feltrino faciat procurare congruam provisionem ita quod ipse fidelitate et obsequiis se valeat sustinere in congregatione colligatorum que super tractatu pacis de proximo fiet. (Reg. Vat. 249, fol. 146 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Attendentes utilitatem. — Datum ut supra. »

2829 Montefiascone, 24 août 1368.

Petrum, regem Cypri, rogat ut det licentiam se transferendi ad Franciam Hugoni de Lisignano. (Reg. Vat. 249, fol. 146 verso.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Hugo de Lisignano, nepos tuus, sicut nobis asseruit, gerat in votis ad partes Francie cum tua licentia se transferre et ibidem per biennium immorari, serenitatem tuam rogamus attente quatinus dictam licenciam prefato Hugoni, nostrarum precum intuitu, largiaris. Datum ut supra. »

2830 Montefiascone, 26 août 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, olim apud S. A. constituto et tunc cardinali tituli S. Petri ad vincula constituto, fuit commissa cognitio de lite inter R. E. et commune ac homines civitatis Tudertinae super dominio, imperio, jurisdictione et potestate dictae civitatis ac ejus comitatus, territorii atque districtus; nunc conceditur ut procedat de lite in quocumque loco ubi se contigerit esse. (Reg. Vat. 249, fol. 155 verso. De curia. — Reg. Avin. 166, fol. 120 verso. De curia. — Reg. Vat. 258, fol. 18 recto, n. 77. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dudum tibi tunc. — Datum apud Montemflasconem, VII kalendas septembris, anno sexto. »

2831 Montefiascone, 29 août 1368.

Carolo, regi Franciae, mandatur ut beneplacitum significet de dispensatione matrimoniali inter Ludovicum, ducem Borbonii, et Annam, natam Beraudi dalphini Alverniae. (Reg. Vat. 249, fol. 147 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 160, n. LXXXII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Supplicavit nobis hiis diebus dilectus filius nobilis vir Ludovicus, dux Borbonii, quod, cum habitus sit tractatus de contrahendo matrimonio inter eum et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Annam, natam dilecti filii nobilis viri Beraudi, dalphini Alvernie, se tercio consanguinitatis gradu attingentes, dispensationem super hoc oportunam concedere dignaremur. Nos, autem, habentes ad regnum tuum specialem dilectionis affectum et an hoc expediat ipsi regno vel non volentes a tua celsitudine informari, serenitatem tuam requirimus quatinus super hoc

velis tua nobis informacionem et beneplacitum reserare, ut deliberare possimus quid super hoc agere habeamus. Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas septembris, anno sexto. »

2832 Montefiascone, 29 août 1368.

Ludovico, duci Borbonii, scribitur ut non ferat moleste si statim non adimpleatur votum ab ipso expressum de unione conjugali praedicta, nam consulendus sit rex Franciae. (Reg. Vat. 249, fol. 147 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 160, n. LXXXII.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Borbonii, salutem etc.* Recepimus litteras tuas per dilectum filium nobilem virum Egidium de Syon, militem. — Datum ut supra. »

2833 Montefiascone, 29 août 1368.

Bertrando de Masello et Arnaldo de Vernolio mandatur ut faciant publicari constitutionem *Apostolicae Sedis debet* (IV kalendas septembris anno sexto) in regno Castellae et Legionis aliisque Hispaniae regnis et terris, qua fuerat collatoribus concessa collatio beneficiorum cum cura vel sine cura, tunc vacantium etiam apud S. A. Verum archiepiscopi et episcopi, excedentes facultatem hujusmodi, praestimonia et alia beneficia ecclesiastica, excedentia valorem stabilitum in litteris apostolicis, dividunt, et conferant ac occupant fructus primi anni qui Apostolicae Camerae deberentur. A constitutione praedicta inhibetur divisio sic facta beneficiorum. (Reg. Vat. 249, fol. 157 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Bertrando de Masello, archidiacono de Tarantone in ecclesia Ilerdensi, et Arnaldo de Vernolio, canonico Burgensi, A. S. nunciis, salutem etc.* Hodie ex certis rationabilibus causis. — Datum ut supra. »

2834 Montefiascone, 29 août 1368.

Petro de Monteauroso facultas petendi 5.000 florenorum a Guillelmo Amarinti, priore ecclesiae de Brossa Ruthenendis dioecesis, A. S. nuncio, de bonis Camerae Apostolicae apud illum existentibus. (Reg. Vat. 249, fol. 156 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro de Monteauroso, canonico Mimatensi, salutem etc.* Cum dilecto filio Guillelmo. — Datum apud Montemflasconem. IIII kalendas septembris. anno sexto. »

2835 Montefiascone, 29 août 1368.

Dicto Guillelmo mandatur ut assignet praefatos florenos Petro de Monteauroso. (Reg. Vat. 249, fol. 156 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, priori ecclesie de Brossa, Ruthenensis diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nos dilecto filio Petro. — Datum ut supra. »

2836 Montefiascone, 30 août 1368.

Reginae Siciliae mandatur quod non procedat ulterius de matrimonio per verba contracto inter Margaritam de Duracio, neptim ejus, et Fredericum de Aragonia. (Reg. Vat. 249, fol. 147 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 616, n. 131.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Admodum displicenter audivimus hiis diebus quod nobilis mulier Margarita de Duracio, neptis tua, non ignorans se cum nobili viro Federico de Aragonia, detentore insule Sicilie, in gradu prohibito fore conjunctam, matrimonium per verba de presenti, de tuo consilio et consensu, contraxit, super hoc dispensatione apostolica non obtenta, de quo merito perturbamur ; quare tue serenitati consulimus et perecipiendo mandamus quatinus super hoc procedi ulterius non permittas absque nostra licencia speciali. Datum apud Montemflasconem, III kalendas septembris, anno sexto. »

2837 Montefiascone, 31 août 1368.

Reginae Siciliae scribit ut priori et conventui monasterii S. Bartholomaei de Trisculo, ordinis Cartusiensis, Alatrinae dioecesis, faciat exhiberi teucas de lacu Fucini concessas a pontificibus Romanis. (Reg. Vat. 249, fol. 147 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 615, n. 130.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilecti filii .. prior et conventus. — Datum apud Montemflasconem, II kalendas septembris, anno sexto. »

2838 Montefiascone, 31 août 1368.

Reginam Siciliae exhortatur ut complementum justitiae faciat priori et conventui monasterii S. Laurentii de Paluda, ordinis Cartusiensis, Capudaquensis dioecesis, quibus fundator ipsius, videlicet Thomas de S. Severino, comes

Marsici, legavit in dotem annuam provisionem 12 unciarum in usus vestimentorum et calciamentorum, nam Antonius, comes Marcisi, haeres, nisi duobus annis provisionem hujusmodi tantum exhibuit. (Reg. Vat. 249, fol. 148 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 616, n. 132.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Expositio querulosa nobis. — Datum apud Montemflasconem, II kalendas septembris, anno sexto. »

2839 Montefiascone, 1er septembre 1368.

Officiali Avinionensi mandatur quid faciendum sit contra Bertrandum de Claiquino et capitaneos gentis armigerae qui aggrediuntur territoria civitatis Avinionensis et comitatus Venaysini. (Reg. Vat. 249, fol. 165 verso. De curia. — Prou, *op. cit.*, p. 161, n. LXXXIII.)

« *Dilecto filio .. officiali Avinionensi, salutem etc.* Exigit detestanda perversitas Sane nuper fidedigna multorum significatio ad nostri apostolatus auditum, non absque multa nostre mentis turbatione, perduxit quod Bertrandus de Claiquino, comes de Longavilla, et Nolyus Pavalhonis ac Perinus Meschinus, Bosometus de Pau et Petrinus de Sauria, capitanei cujusdam gentis armigere, atque detestabilis et perverse, que societas appellatur, immemores quod de mense marcii proxime preteriti, cum tenerent exercitum contra castrum Terrasconis, Avinionensis diocesis, ipsorum ac omnium de dicta societate seu exercitu et eorum sequacium quorumcunque nominum, non intendentes, ut dixerunt, ob nostram reverenciam civitatem Avinionensem et comitatum Venaysini et terras et loca eis adjacentia ad Romanam necnon terras et castra ad Avinionensem ecclesias spectantia invadere, aggredi vel offendere per vim armorum vel alias quoquo modo, nec se ponere seu castramentari in territoriis civitatis, comitatus et terrarum predictorum, nec quodcunque damnum in personis vel rebus aut bonis inferre civibus, incolis et habitatoribus eorundem dictam civitatem, comitatum et districtum, loca per litteras eorum sigillis munitas, necnon fidem propriam et etiam sacramentum assecuraverunt, et etiam affidarunt, promittentes contra eadem per fidem et sacramenta ac assecurationem et affidationem per se vel alios non facere vel venire, quacunque occasione vel causa, ac adjicientes quod non essent in consilio vel auxilio quod aliquis, cujuscumque status existeret, damnum aliquod civitati, comitatui, terris et locis predictis, vel aliquibus eorumdem, in personis vel bonis eorum inferrent ; quinymo promiserunt ad eorum posse impedire damna hujusmodi inferrentes, ac omnia damna, si qua ipsi vel gentes eorum dictis civitati, comitatui, terris et locis intulissent, juxta eorum legalem possibilitatem emendarent et facerent emendari, prout in eisdem eorum litteris plenius continetur, vel ut sub tali affidacione et promissione magis nocere valerent, tam ipsi quam eciam nonnulli eorum in hac parte complices, fautores et sequaces, Deum et sacrosanctam R. E. graviter offendere, ac penas et sentencias olim per processus felicis recordationis Johannis pape XXII, predecessoris nostri, contra omnes et singulos principes, duces, comites, marchiones, barones, nobiles, potestates, capitaneos et officiales quoscumque et alios universos et singulos, tam clericos quam laicos, cujuscumque status, ordinis, preeminencie et condicionis existerent, etiam si regia, imperiali aut pontificali, vel quamvis alia dignitate fulgerent, necnon communitates et populos civitatum, terrarum et aliorum quorumcunque locorum, qui per se vel alios . . . publicatos quos pie memorie Clemens, pape VI, predecessor noster, confirmavit et innovavit, ac voluit vim perpetue constitucionis habere, in Romana curia, inflictas et latas incurrere temerarie non verentes, nuper territoria dicte civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini . . . invadere, occupare, turbare ac subjicere incendiis et rapinis cives et incolas dictorum civitatis et comitatus et alios qui in eisdem territoriis vulnerando crudeliter et eciam occidendo, presumpserunt presumptione damnabili et presumere non desistunt . . : fraternitati tue . . . tenore presencium committimus et mandamus quatinus dictum Bertrandum, et omnes et singulos eosdem suos complices, fautores, sequaces, tam clericos quam laycos, cujuscunque status, preeminentie vel condicionis existant, et alios quoscunque, quos per notorium aut per informationem per te vel alium seu alios summarie, simpliciter et de plano recipiendam inveneris, hujusmodi occupacionem, invasionem et turbacionem, incendia, rapinas, vulnera et cedes perpetrasse, aut im posterum perpetrare, nominatim et specifice, alios vero in hiis culpabiles in genere fore vigore dictorum processuum excommunicatos ipsorumque civitates, terras, castra, villas et loca ecclesiastico interdicto subjecta, ac eos et ipsorum quemlibet omnibus indulgenciis, privilegiis, graciis et immunitatibus realibus et personalibus per eandem Ecclesiam concessis eisdem, omnibus eciam bonis, honoribus, feudis, officiis, juribus et jurisdictionibus,

que ab eadem et aliis ecclesiis obtinent, privatos, et eos ad illa et similia et quelibet alia, ipsorumque filios et nepotes ad dignitates, personatus, officia et alia quelibet ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, quovis nomine censeantur, auctoritate qualibet obtinenda, usque ad terciam generationem exclusive redditos inhabiles et indignos declarare procures. Et nichilominus omnia civitates, castra, villas, loca et territoria, in quibus iidem Bertrandus, complices et sequaces morabuntur, quamdiu manebunt in eis, et per octo dies postquam inde recesserint, supponas ecclesiastico interdicto. Et insuper, cum manifestum existat quod ad eorumdem Bertrandi ac complicum, fautorum et sequacium presentiam, propter eorum sevitiam, pro monicione et citacione ipsorum super hiis faciendis tutus haberi non possit accessus, volumus, tibique committimus et mandamus quatinus per publicum edictum, in ecclesia Avinionensi et aliis publicis locis, de quibus tibi videbitur, proponendum eosdem Bertrandum ac complices, et fautores ac sequaces, ex parte nostra, moneas eisque districte precipias quod infra certum peremptorium terminum competentem, quem eis assignes, omnia et singula animalia, ac res et bona quecumque per eos in dictis comitatu ac territorio civitatis predicte, necnon castris et terris eidem comitatui adjacentibus, que per rectorem dicti comitatus, qui est pro tempore, gubernantur, ac in territoriis castrorum et locorum ecclesie Avinionensis, quam ex certis causis ad manus nostras presentialiter retinemus, per eos rapta et occupata, si extant ; alioquin ipsorum extimationem, necnon civitates, terras, castra, villas et loca dictorum comitatus et ecclesie Avinionensis, si qua ex eis, et illa eciam que ex eisdem terris et castris adjacentibus forsitan occupassent et detinerent, tibi nomine dictarum ecclesiarum Romane et Avinionensis, et aliis ad quos spectant plene, integre et expedite restituant, relaxent et omnino dimittant, nullam super hiis vel aliis civitatibus, terris, castris, villis, locis et bonis quibuscunque ad dictas ecclesias et eorum subditos spectantibus, turbacionem, molestiam seu violentiam de cetero illaturi, ac nobis et dicte R. E., eisdemque subditis de damnis et injuriis nobis et eis per ipsos illatis satisfaciant competenter.

« Et quia non multum prodest morbis mederi presentibus ... dictorum Bertrandi ac complicum, fautorum et sequacium communionem, participacionem et commercium auctoritate apostolica interdicas et prohibeas omnino, ita videlicet quod nullus eis bladum, panem, vinum, carnes, pannos, equos aliaque victualia, arma, currus, navigia et quecumque victualia, res, pecunias vel merces, vel quicquid aliud, quod possit in eorum redundare utilitatem vel commodum deferre, portare, dare vel vendere audeant, vel emere ab eisdem aut eos in terris, dominiis, districtibus suis receptare, fovere, stipendiare seu conducere aut alias eis directe vel indirecte, publice vel occulte, dare auxilium, consilium vel favorem, vel substinere, quod hec a suis subditis aut aliis fiant, si ea sciverint et potuerint prohibere, quodque nullus cum eis confederationem, unionem, colligationem seu societatem faciat seu ligam.

« Nos enim eas et omnes quascumque alias confederationes, colligationes, societates et ligas, necnon pactiones et convenciones quascumque cum eisdem Bertrando et aliis predictis sub quavis forma verborum illorum factas vel faciendas imposterum ... exnunc cassamus et annullamus, et nullam habere decernimus roboris firmitatem. Et si qui contrafecerint, etc. Datum ut supra. »

2840 Montefiascone, 2 septembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut provideat de aliquibus officiis Blasio Fernandi, et Joanni Sancii ac Martino Fernandi, laicis Conchensis et Tirasonensis diocesis, familiaribus nobilis viri Blaschi Fernandi de Belviso, militis Conchensis, rectoris ducatus Spoletani. (Reg. Vat. 249, fol. 157 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Gratum habentes. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas septembris, anno sexto. »

2841 Montefiascone, 11 septembre 1368.

Narbonensi et Tolosano archiepiscopis inhibetur ne occasione concilii suarum et Auxitanae provinciarum ad expensas suffraganeorum et cleri ad Romanam curiam proficiscantur. Gesta in dicto concilio in scriptis per simplicem nuntium destinent. Si secus fecerint, ad restitutionem expensarum hujusmodi tenebuntur. (Reg. Vat. 249, fol. 169 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Narbonensi et .. Tholosano archiepiscopis, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum apud Montempessulanum, III idus septembris, anno sexto. »

2842 Montefiascone, 12 septembre 1368.

Ademario de Agrifolio, rectori Marchiae Anconitanae, motum fit quod, propter absentiam Petri de Gaieta, thesaurarii Marchiae Anconitanae, Joannes Ugolinus, civis Florentinus, fuit promotus in vicesgerentem seu locumtenentem dicti thesaurarii, ad beneplacitum Anglici episcopi Albanensis. (Reg. Vat. 249, fol. 170 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario de Agrifolio, militi, domino de Tudello, Romane curie marescallo ac Marchie Anchonitane pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster Anglicus. — Datum ut supra. »

2843 Montefiascone, 15 septembre 1368.

Episcopis ducatus Britanniae mandat ut prohibeant cultum praestitum a nonnullis religiosis ordinum Mendicantium Carolo de Blesis. (Reg. Vat. 249, fol. 171 verso. De curia. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, p. 422, n. 1045 ; Raynalti, *Annales ecclesiastici ad annum* 1368, § 11.)

« *Venerabilibus fratribus universis episcopis per ducatum Britannie constitutis, salutem etc.* Molesta significatio ad nostrum perduxit auditum quod quidam religiosi, etiam ordinum Mendicantium, quondam Carolum de Blesis tanquam pro justitia mortuum, martyrem et sanctum in ecclesiis in predicationibus et alias astruere moliuntur ac singulis annis in ejus anniversario in divinis officiis solenniter efferunt, prout de sanctis ab E. R. approbatis in eorum solennibus festivitatibus per ipsam Ecclesiam observatur, personisque sepulturam ipsius Caroli visitantibus quedam signa plumbea tradunt, sicut euntibus ad sepulcra sanctorum in certis tradi partibus consuevit, et aliter eum venerari non verentur, ac si foret ut sanctus per Sedem Apostolicam approbatus. Cum itaque talia sint a jure prohibita nec debeant sub dissimulationis pallio tolerari, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus singuli vestrum in singulis vestris civitatibus et diocesibus premissa vel similia per eosdem religiosos, etiamsi Predicatorum, Minorum, heremitarum s. Augustini et Carmelitarum ordinum existant, aut alias quascumque personas de cetero attemptari districtius prohibere curetis, contradictores cujuscumque status, ordinis, sexus vel conditionis existant, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis, etc. Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas octobris, anno sexto. »

2844 Montefiascone, 15 septembre 1368.

Zono Abadinghi, factori societatis Albertorum antiquorum de Florentia, et aliis depositariis Camerae Apostolicae in civitate Bononiensi mandatur ut, singulis annis, assignent 4.000 ducatorum auri pro provisionibus domus scolarium, quos in studio Bononiensi dudum expensis suis ordinavit, Bernardo Guidonis, priori de Marmanda, Agennensis dioecesis, gubernatori et provisori. (Reg. Vat. 249, fol. 171 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Zono Abadinghi, factori societatis Albertorum antiquorum de Florentia et aliis Camere Apostolice in civitate nostra Bononiensi depositariis, presentibus et futuris, salutem etc.* Cum dilectus filius Bernardus. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas octobris, anno sexto. »

2845 Montefiascone, 15 septembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut statuat cum colligatis de refectione serralii et Pontisburgifortis ac custodia civitatis Mantuanae, de quibus petitum fuit apud S. A. a Guidone de Gonzaga et Ludovico, ejus nato, vicariis imperialibus in civitate Mantuana. (Reg. Vat. 249, fol. 162 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilectos filios nobiles viros. — Datum ut supra. »

2846 Montefiascone, 17 septembre 1368.

Statuitur quod sacrista ecclesiae monasterii S. Benedicti de Montepessulano, in emptionem et reparationem ornamentorum et luminarium ad arbitrium prioris et conventus, oblationes fiendas in dicta ecclesia recipiat convertendas et residuum in thesauro monasterii ponere teneatur, nec in usus alios convertantur nisi tanta et talis summa esset, quae abbati existenti pro tempore et conventui monasterii S. Victoris Massiliensis videretur aliter convertendas. (Reg. Vat. 258, fol. 21 verso, n. 88. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera desiderabilia. — Datum apud Montemflasconem, XV kalendas octobris, anno sexto. »

2847 Montefiascone, 17 septembre 1368.

Monasterio S. Benedicti praedicto conceditur facultas habendi cimiteria pro sepultura danda priori, monachis, conversis et familiaribus et quibuscumque monachis in loco Montispessulani decedentibus. (Reg. Vat. 258, fol. 22 recto, n. 89. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Devocionis sinceritas. — Datum ut supra. »

2848 Montefiascone, 17 septembre 1368.

Priori et conventui monasterii S. Benedicti de Montespessulano remittuntur annatae Camerae Apostolicae pro beneficiis ecclesiasticis saecularibus vel regularibus cum cura vel sine cura debitae vel debendae quoad unienda eidem monasterio. (Reg. Vat. 258, fol. 22 recto, n. 90. De curia.)

« *Dilectis filiis priori et conventui monasterii S. Benedicti de Montepessulano quod per priorem gubernatur ordinis ejusdem Sancti, Magalonensis diocesis, salutem etc.* Universalis ecclesie. — Datum ut supra. »

2849 Montefiascone, 17 septembre 1367.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi, conceditur facultas ut inquirat de monachis et personis dicti monasterii criminibus suspectis seu diffamatis, corrigat et puniat, transferat eos ad monasterium S. Victoris Massiliensis vel ad prioratum dependentem a dicto monasterio S. Victoris et alios monachos surrogat loco translatorum. (Reg. Vat. 258, fol. 22 recto, n. 91. De curia.)

« *Venerabili fratri Gaucelmo, episcopo Magalonensi, salutem etc.* Sollicitudines. — Datum ut supra. »

2850 Montefiascone, 17 septembre 1368.

Dantur monasterio S. Benedicti de Montepessulano bona empta a Guillelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario papae, de pecunia Camerae. (Reg. Vat. 258, fol. 22 verso, n. 92. De curia. — L. Guiraud, *Le monastère de S. Benoist*, Montpellier, 1891, p. 209.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Specialis benivolencie . . . Cum itaque venerabilis frater Gaucelmus, episcopus Magalonensis, thesaurarius noster, nomine nostro ac prioris et conventus dicti monasterii, de nostro mandato, ac de pecunia nostre Camere, a quondam Guillelmo de Massilia, O. F. P. professore, habente in hac parte tam ab A. S. quam a conventu Massiliensi O. P. plenariam potestatem, et Raymundo Bernardi, milite Caturcensis diocesis, castrum de Ruppenaria, Massiliensis diocesis, cum ejus dominiis, juribus et pertinentibus, quod quidem castrum pro parte ad ipsum Guillelmum hereditario jure pervenerat pretio 6000 florenorum auri ponderis Camere Apostolice, et usatica seu census in orgeria dicti loci de Montepessulano consistencia, que olim fuerant ecclesie Narbonensis, necnon quedam bona in villa et territorio Biterrensi consistentia, que quondam Bertrandi de Montepessato fuerant precio 1400 francorum auri censusque et redditus in loco de Marciliano Agathensis diocesis existentes, qui olim fuerunt Guillelmi Grossi, domini castri Rubei, precio 600 francorum, census quoque et redditus qui olim fuerunt quondam Arnaldi de Rocafolio, domicelli, domini ejusdem loci, in loco de Plaissano et de Adissano, Biterrensis diocesis, consistentes precio 2911 francorum auri et octo solidorum monete Avinionensis et usatica seu census loci Mesne, dicte Agathensis diocesis, et a Petro de Lagantrino, habitatore dicti loci de Montepessulano quamdam patariam cum suis confrontacionibus, patariam Veterem nuncupatam in territorio castri de Latis, dicte Magalonensis diocesis, consistentem, que esse consuevit tam dicti Petri quam Raymundi de Rapistagno, militis Albiensis diocesis, precio 9500 florenorum auri emerit, ac castrum de Ruppenaria cum suis dominiis et pertinentibus, usatica censusque, redditus, patariam et alia supradicta bona eisdem priori et conventui etiam de nostro mandato duxerit assignanda. Nos emptiones et venditiones hujusmodi ac donationem per venerabilem fratrem nostrum Petrum, archiepiscopum Narbonensem, factam de usaticis et censibus supradictis, non obstante quod in eis dilectorum filiorum capituli ecclesie Narbonensis, prout ad ipsos capitulum poterat pertinere, consensus minime intervenit, ex certa scientia approbamus. Castrum de Ruppenaria cum eisdem suis dominiis et pertinenciis ac usatica censusque, redditus ac patariam et bona hujusmodi, ut premittitur, empta prefatis priori et conventui ac monasterio in partem dotis predicte in perpetuum auctoritate apostolica concedimus et donamus, ita quod ipsi prior et conventus ex nunc in antea im perpetuum castrum de Rupenaria cum hujusmodi suis dominiis et pertinenciis, necnon usatica, censusque et redditus, ac patariam et bona, omnia et singula supradicta, libere et integre tenere, percipere et habere, et in usus proprios convertere possint et debeant sicut sua et monasterii prelibati. Nulli ergo

etc. Datum apud Montemflasconem, XV kalendas octobris, anno sexto. »

2851 Montefiascone, 17 septembre 1368.

Priori et conventui monasterii S. Benedicti de Montepessulano conceduntur omnia bona per papam et thesaurarium ejus tradita vel assignata. (Reg. Vat. 258, fol. 23 recto, n. 93. De curia.)

« *Dilectis filiis priori et conventui monasterii S. Benedicti de Montepessulano quod per priorem gubernatur, ordinis ejusdem sancti, Magalonensis diocesis, salutem etc.* Sacre religionis. — Datum ut supra. »

2852 Montefiascone, 22 septembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, remittit ambaxiatores communis Eugubini et mandatur ut de articulis ab eis exhibitis justitiae complementum faciat. (Reg. Vat. 249, fol. 163 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Venientes ad presentiam nostram. — Datum apud Monteflasconem, X kalendas octobris, anno sexto. »

2853 Montefiascone, 23 septembre 1368.

Philippo, S. R. E. presbytero cardinali promoto, mandatur ut, usque ad beneplacitum papae, gerat officium rectoris civitatis Avinionensis et comitatus Venaysini. (Reg. Vat. 249, fol. 174 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Philippo, S. R E. presbitero cardinali promoto, rectori civitatis Avinionensis ac comitatus Venaysini ac castrorum et terrarum adjacentium per rectorem dicti comitatus solitorum gubernari, E. R. immediate subjectorum, necnon castrorum et terrarum pertinentium ad Avinionensem ecclesiam, salutem etc.* Dudum de tua grandi prudentia. — Datum apud Montemflasconem ut supra. »

2854 Montefiascone, 23 septembre 1368.

Astorgio abbati Mansiasilis et Bernardo Guidonis priori Marmandae conceditur quittatio de receptis et expensis pro scolaribus Bononiae degentibus. (Reg. Vat. 249, fol. 173 verso.)

« *Dilectis filiis Astorgio, abbati monasterii de Mansiasilis, Rivensis, et Bernardo Guidonis, priori prioratus Marmande O. S. B., Agennensis diocesium, gubernatoribus scolarium in civitate Bononiensi studentium expensis nostris, salutem etc.* Ex relacione gentium Camere nostre didicimus quod vos, qui gubernatores quorumdam scolarium, quos in civitate Bononiensi expensis nostris tenemus, existitis 5908 florenorum auri, 11 solidos et obolum monete Bononiensis, ac frumenti corbes 153, quartas tres et salis corbes 10 et diversis personis, officialibus seu debitoribus Camere supradicte, de nostro seu Camerarii nostri mandato, pro victu et aliis necessariis dictorum scolarium, a die 11 mensis junii nativitatis Domini 1367 proxime preteriti usque ad 15 diem mensis proxime transacti presentis annorum recepistis, ac de ipsis 4366 florenorum auri, et solidos tres et denarios 11 et obolum monete Bononiensis, ac totum dictum frumentum, 15 corbes dicti salis pro eisdem scolaribus expendistis, ac de mandato venerabilis fratris Gaucelmi, episcopi Magalonensis, thesaurarii nostri, mutuastis quibusdam scolaribus 1296 florenorum auri et 27 solidos Bononinorum, de quibus mutuis idem thesaurarius debet dicte Camere respondere, de quorum quidem scolarium nominibus et particularibus quantitatibus eis mutuatis constant publica instrumenta manu Nicolai quondam Jacobi de Canonicis apostolica et imperiali sub die Nativitatis Domini 1366, indictione quinta, die 26 mensis augusti, ac Nicolao Johannis de Bataviciis, imperiali auctoritatibus notariorum, sub 1368 annis, indictione sexta, die 13 mensis augusti, que tradita et dimissa per nos fuerunt gentibus prelibatis, de quibus quidem omnibus receptis et expensis sufficientem racionem et computum eisdem gentibus dicte Camere reddidistis, ex qua seu quo compertum est vos a dicta die 16 junii usque ad prefatam diem 15 junii anno revoluto, de dictis receptis tam pro victu et aliis necessariis eorumdem scolarium quam mutuis predictis solvisse in summa 5662 florenorum auri, 30 solidos, denarios 11 et obolum monete Bononiensis, totum dictum frumentum et 5 corbes salis, que quidem recepta et expensas ac soluciones, assignaciones et mutua gentes ipse admiserunt, ratificaverunt et eciam approbaverunt.

« Nos igitur . . . de omnibus predictis summis sic receptis, expensis, solutis, assignatis ac mutuatis, prius tamen per vos restitutis gentibus dicte Camere 245 florenorum auri, solidis 12, denariis 7 monete Bononiensis

et salis corbibus 5 de dicta majori summa restantibus, vos vestrosque successores et bona auctoritate apostolica, tenore presencium, absolvimus et quitamus. Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas octobris, anno sexto. »

2855 Montefiascone, 23 septembre 1368.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, notum fit treugas indictas cum Francisco, duce Andriae, prorogatas fuisse a festo S. Michaelis usque ad festum nativitatis beati Joannis Baptistae. (Reg. Vat. 249, fol. 163 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Dudum inter te et dilectum filium. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas octobris, anno sexto. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco, duci Andrie,* mutatis mutandis. »

2856 Montefiascone, 27 septembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut faciat restitui Feltrino de Gonzaga castra quae petit, si rationabiliter petat, et satisfaciet votis suis in aliis petitis secundum decentiam et possibilitatem Ecclesiae. (Reg. Vat. 249, fol. 164 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Litteras querulosas. — Datum ut supra. »

2857 Montefiascone, 28 septembre 1368.

Reginae Siciliae commendantur nuntius seu nuntii ad eam directi a nobili viro Rodulfo de Camerino, milite, papae subdito et fideli pro negotiis expediendis. (Reg. Vat. 249, fol. 164 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 617, n. 133.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, dilectus filius. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas octobris, anno sexto. »

2858 Montefiascone, 1er octobre 1368.

Joanni, abbati monasterii Fiscannensis, committitur pax stabilienda, etc., ut infra. (Reg. Vat. 249, fol 177 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni, abbati monasterii Fiscannensis, Rothomagensis diocesis, A. S. nuncio, salutem etc.* Pacis vinculum. — Datum apud Montemflasconem, kalendis octobris, anno sexto. »

2859 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Mandatur ut assistatur praedicto Joanni abbati, nuncio S. A. (Reg. Vat. 249, fol. 178 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis universis et singulis abbatibus, prepositis ceterisque monasteriorum et ecclesiarum prelatis civitatis et diocesis Metensis, ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Non modicum amaricavit. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas octobris, anno sexto. »

2860 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Roberto, duci Barrensi, nuntiat se mandasse Joannem abbatem Fiscannensis monasterii, Rothomagensis dioecesis, ut nuncium pro perficienda pace inter illum et majorem, scabinum ac communitatem civitatis Metensis et pro liberatione ejus. (Reg. Vat. 249, fol. 174 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, duci Barrensi, salutem etc.* Sinistri casus eventum. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas octobris, anno sexto. »

2861 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Praedictis majori, scabino et communitati mandatur item. (Reg. Vat. 249, fol. 175 recto.)

« *Dilectis filiis .. majori et .. scabino ac communitati civitatis Metensis, salutem etc.* Regis pacifici. — Datum ut supra. »

2862 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Theodorico, episcopo Metensi, mandatur ut consiliis et favoribus assistat praefatum nuncium. (Reg. Vat. 249, fol. 175 recto.)

« *Venerabili fratri Theodorico, episcopo Metensi, salutem etc.* Non modicum amaricavit. — Datum ut supra. »

2863 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Joannes de Cabrespina, A. S. nuncius, fit collector proventuum Camerae Apostolicae in civitate, dioecesi et provincia Remensi, citra tamen ejus revocationem ab officio collectorie regni Angliae, in quo olim fuit deputatus. (Reg. Vat. 249, fol. 178 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cabrespina, decretorum doctori, canonico Narbonensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Attendentes sciencie donum. — Datum apud Montemflasconem, ut supra proxima. »

2864 Montefiascone, 2 octobre 1368.

Eidem facultas examinandi computa Joannis Mauberti, collectoris in praedictis partibus, et absolvendi illum de solutis. (Reg. Vat. 249, fol. 179 recto. De curia.)

« *Dilecto* De tuis fidelitate. — Datum ut supra. »

2865 Montefiascone, 3 octobre 1368.

Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii de Albertis antiquis de Florentia mercatoribus et eorum factoribus in civitate nostra Bononiensi mandatur ut assignent 4.000 ducatorum auri Bernardo Guidonis, priori de Marmanda, Agennensis dioecesis, provisori domus scolarium in studio Bononiensi degentium. (Reg. Vat. 249, f. 179 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Nicolao Jacobi, militis et Benedicto Nerocii de Albertis antiquis de Florencia mercatoribus et eorum factoribus in civitate nostra Bononiensi commorantibus, salutem etc.* Cum dilectus filius Bernardus. — Datum apud Montemflasconem, V nonas octobris, anno sexto. »

2866 Montefiascone, 10 octobre 1368.

Jacobo Arnanesii, procuratori fiscali R. E., mandatur ut faciat justitiae complementum Bertrando Renardi, finituro de proximo officium senatoris Urbis, ac omnibus officialibus et familiaribus ejus, qui secundum statuta Urbis sindicandi sunt. (Reg. Vat. 249, fol. 180 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Jacobo Arnanesii, licentiato in legibus, procuratori fiscali R. E., salutem etc.* Cum dilectus filius. — Datum apud Montemflasconem, VI idus octobris, anno sexto. »

2867 Montefiascone, 10 octobre 1368.

Astorgio abbati Mansiasilis conceditur quittatio de expensis pro emptione librorum voluminibus ad usum scolarium Bononiae degentium. (Reg. Vat. 249, fol. 180 verso.)

« *Dilecto filio Astorgio abbati monasterii Mansiasilis, O. S. B., Rivensis diocesis, salutem etc.* Cum tu tam a gentibus Camere nostre quam a diversis A. S. nunciis ac fructuum et proventuum ad Cameram ipsam pertinentium in diversis mundi partibus collectoribus et eorum subcollectoribus certa receperis librorum volumina quibusdam scolaribus, quos nostris expensis Bononie retinemus, tradenda et eciam assignanda, nos, tenore presentium fatemur de dictis librorum voluminibus dilecto filio Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, O. S. B., cui hoc duximus committendum prout ex ipsius abbatis relacione didicimus, te reddidisse computum ac plenariam racionem, ac ipsorum voluminum partem, videlicet in jure canonico Decretalium 39, Sexti 31, Clementinarum 22, Decreti sex, Archidiaconi 2, lecturarum Archidiaconi 4, Casuum Bernardi 1, lecture super Decreto que dicitur magistri Petri de Mediolano 1, Novelle super Decretalibus 1, Speculi 2, Repertorii juris 1, Innocentii 4, Apparatus Archidiaconi 1, repertorii Speculatoris cum lectura Abbatis 1, summe Bernardi super Decretalibus cum tractatu de summa Trinitate 1, summa Ostiensis 1, summa Goffredi cum libellis magistri Guillelmi 1.

« Item in jure civili voluminis septem Digesti novi 10, Digesti veteris 18, lecture super Digesto veteri cum lectura Dini super regulis juris 1, lecture Dini super Digesto novo 1, super libellis de ordine judiciorum 1, lecture super Codice 1, lecture Cini 1, Roffredi de Benevento 1, questionum doctorum Thome et aliorum 1, quarumdam litterarum dictatarum 1, summe seu supplecionis glosarum Dini super Inforciato 1, Codicis 16, constitucionum feudorum cum summa super ipsis constitucionibus 1, summe Azonis 1, Inforciati cum apparatu 1, summe super Codice non completo 1, Institutorum cum glosa 1, Speculi juris 1, ordinis judiciarii 1, reportatorii super Codicem 1, librorum volumina eisdem scolaribus, quorum nomina haberi volumus presentibus pro expressis, de nostri mandato effectualiter tradidisti et reliqua, videlicet juris canonici 80, juris civilis 29, theologie seu nominalium 57, ecclesiasticorum 11, volumina per te dilecto filio Bernardo Guidonis priori prioratus Marmande, O. S. B., Agennensis diocesis, gubernatori dictorum scolarium, fore eciam assignata, prout de tradicionibus et assignacionibus om-

nium predictorum librorum constant publica instrumenta, que eisdem gentibus dicte nostre Camere, sicut ex ipsorum relatione didicimus, assignasti. Igitur de traditionibus et assignationibus predictis te, tuosque succollectores et bona tenore presentium absolvimus et quittamus, Nulli ergo etc. Datum ut supra proxime. »

2868 Viterbe, 12 octobre 1368.

Roberto, electo Senecensi, et Bernardo Fabri ac Astorgio de Auriaco conceditur officium vicarii generalis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Mimatensis, ita quod disponant et ordinent prout episcopus, si esset, disponere et ordinare posset. (Reg. Vat. 258, fol. 23 verso, n. 97. De curia.)

« *Dilectis filiis Roberto electo Senecensi, et Bernardo Fabri, priori monasterii de Chiriaco per priorem soliti gubernari O. S. B., Mimatensis diocesis, ac Astorgio de Auriaco, archidiacono Mimatensi, vicariis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Mimatensis, salutem etc.* Regimini universalis Ecclesie. — Datum Viterbii, IIII idus octobris, anno sexto. »

2869 Viterbe, 13 octobre 1368.

Roberto, electo Senecensi, conceditur facultas conferendi seu celebrandi, postquam fuerit in episcopum consecratus, hujusmodi tamen vicariatu ecclesiae Mimatensis durante, in civitate vel dioecesi, quoscumque ordines etiam sacros, ac omnia alia quae ordinis episcopalis existant, et quae circa ea erunt necessaria faciendi et exercendi. (Reg. Vat. 258, fol. 23 recto, n. 94. De curia.)

« *Dilecto filio Roberto, electo Senecensi, salutem etc.* Universalis ecclesie. — Datum Viterbii, III idus octobris, anno sexto. »

2870 Viterbe, 13 octobre 1368.

Guillelmo Golaberti conceditur officium thesaurarii et receptoris omnium fructuum et emolumentorum mensae episcopalis Mimatensis necnon facultas absolvendi eos solventes, ac expendendi recepta in operibus per papam seu de suo mandato in dicta ecclesia faciendis et pro negociis episcopatus Mimatensis expendendis. (Reg. Vat. 258, fol. 23 recto, n. 95. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Golaberti, rectori parochialis ecclesie S. Andree de Chalme, Vivariensis diocesis, salutem etc.* Inter sollicitudines. — Datum Viterbii, III idus octobris, anno sexto. »

2871 Viterbe, 13 octobre 1368.

Olricus Saumate fit officialis generalis ecclesiae Mimatensis, « ita quod curiam seu curias et forum ad episcopum Mimatensem, pro tempore existentem, pertinentem regat et gubernet causasque civiles et criminales, spirituales et temporales per quemcunque modum ad curiam episcopalem Mimatensem ejusque forum delatas audiat, decidat et fine debito terminet et executioni debite demandet ac de excessibus et criminibus quorumcumque subditorum dicte ecclesie Mimatensis requirat, et delinquentes puniat, prout de jure fuerit faciendum ac omnia alia et singula faciat et exerceat que verus officialis Mimatensis facere et exercere possit ». (Reg. Vat. 258, fol. 29 verso, n. 96. De curia.)

« *Dilecto filio Olrico Saumate, canonico Mimatensi, decretorum doctori, salutem etc.* Inter cetera desiderabilia. — Datum Viterbii, III idus octobris, anno tercio. »

2872 Rome, 30 octobre 1368.

Reginae Siciliae scribit ut faciat recuperari bona quondam Nicolai de Alifia, cancellarii regni, quae fuerunt asportata noctis tempore a vidua Maria de Fuscaldo, executrice testamenti ejus et tutrice filiorum suorum. (Reg. Vat. 249, fol. 176 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 618, n. 134.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Displicenter audivimus quod licet. — Datum Rome, apud S. Petrum, III kalendas novembris, anno sexto. »

2873 Rome, 1er novembre 1368.

Petrum, regem Cypri, rogat ut liberetur a captivitate Sarracenorum nobilis vir Petrus de S. Georgio, miles Lemovicensis dioecesis, qui captus fuit occasione obsidii Tripolitanae civitatis. (Reg. Vat. 249, fol. 182 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem etc.* Nuper displicenter. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis novembris, anno sexto. »

2874 Rome, 1er novembre 1368.

Raymundo, archiepiscopo Nicosiensi, mandatur ut partes

suas interponat pro liberatione praedicta. (Reg. Vat. 249, fol. 182 recto.)

« *Venerabili fratri Raymundo, archiepiscopo Nicosiensi, salutem etc.* Nuper displicenter. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Famagustano.* »

2875 Rome, 1er novembre 1368.

Raymundo Berengarii mandatur item. (Reg. Vat. 249, fol. 182 recto.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Nuper displicenter. — Datum ut supra. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Petro de Assur, admirato regis Cipri.* »

2876 Rome, 4 novembre 1368.

Philippo, S. R. E. cardinali, mandatur ut castrum Curtedonis, Aurasicensis dioecesis, melius custodiatur et ne permittat in eum intrare gentes principis Aurasicensis et fratrum suorum ac etiam Catherinae, dominae ejusdem castri. (Reg. Vat. 294, fol. 175 verso et 182 verso.)

« *Dilecto filio Philippo, olim patriarche Jerosolimitano, S. R. E. cardinali, salutem etc.* Ex certis causis circumspectionem tuam solicitam reddimus et attentam quod castrum Curtedonis, Aurasicensis diocesis, facias melius solito custodiri nec in ipsum gentes dilectorum filiorum nobilium virorum .. principis Aurasicensis et fratrum suorum ac dilecte in Christo filie nobilis mulieris Catherine, domine dicti castri, intrare permittas, quinimmo, si quas de gentibus dictorum principis et fratrum seu Catherine existere ibidem reppereris, absque mora qualibet eas licenciare procures. Datum Rome apud S. Petrum, II nonas novembris, anno sexto. »

ANNUS SEPTIMUS

2877 Rome, 8 novembre 1368.

Communi civitatis Tergestinae mandatur ut salutaribus monitis et persuasionibus Anglici, episcopi Albanensis, acquiescant de concordia facienda cum duce et communi Venetiarum, non obstante quod processum sit ad guerram mutuam et procedere in futurum dispositum sit. (Reg. Vat. 244 L, fol. 35, n. 101.)

« *Dilectis filiis .. communi civitatis Tergestine salutem etc.* Nuper admodum displicenter audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus novembris, anno septimo. »

2878 Rome, 8 novembre 1368.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut celeriter contributionem faciat, editam in parlamento regni Siciliae, pro expensis defensionis ejusdem regni et ligae firmatae cum Ecclesia et aliis communitatibus ac viris potentibus; alioquin contra ipsum et terras ejus de oportuno remedio cogetur providere. (Reg. Vat. 244 L, fol. 35, n. 100.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano, salutem etc.* Tua non debet ignorare serenitas. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus novembris, anno septimo.

« *Eodem modo nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem etc.* »

2879 Rome, 11 novembre 1368.

Reginam Siciliae rogat ut mature cogitet et deliberet quod utilius extimabit de regimine subditorum Provincialium. Putat nec scit meliorem esse quam nobilem virum Rogerium de S. Severino, comitem Mileti, « qui in hujusmodi regimine alias extitit laudabiliter comprobatus et nunc pro tua serenitate in illis partibus degit ». (Reg. Vat. 244 L, fol. 36, n. 103.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Sensimus, carissima filia. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus novembris, anno septimo. »

2880 Rome, 16 novembre 1368.

Bonifatio de Urbeveteri, militi, locumtenenti rectoris, et Petro Rostagni, thesaurario provinciae ducatus Spoletani, mandatur ut faciant relaxari Jacobum de Vitalianis, militem Paduanum, capitaneum civitatis Perusinae, qui fuit captivatus a gentibus R. E., dum ex praesentia Francisci de Carraria, vicarii imperialis civitatis Paduanae, ad curiam transisset, atque restituere res et arnesia sua. (Reg. Vat. 244 L, fol. 38, n. 106.)

« *Dilectis filiis nobili viro Bonifacio de Urbeveteri, militi, locumtenenti rectoris, et Petro Rostagni, thesaurario provincie ducatus Spoletani pro S. R. E., salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas decembris, anno septimo. »

2881 Rome, 24 novembre 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut de stipendiis et officio provideat, sicut ipsi videbitur expedire, Petro nato Girberti de Corrigia, domicello, qui libenter vult servire legato et E. R., cum Girbertus et Azo, fratres, milites Reginenses, fuerint inclusi in pace firmata inter E. R. et colligatos et Bernabonem de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 244 L, fol. 49, n. 131.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, ... salutem etc.* Cum in declaratione pacis. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas decembris, anno septimo. »

2882 Rome, 24 novembre 1368.

Conceduntur infra scripti 750 franci auri operi ecclesiae Mimatensis. (Reg. Vat. 259, fol. 1 recto, n. 1. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 69 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. In caritatis visceribus. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas decembris, anno septimo. »

2883 Rome, 24 novembre 1368.

Roberto, electo Senecensi, et Bernardo Fabri, priori monasterii de Chiriaco, Mimatensis dioecesis, ac Astorgio de Auriaco mandatur ut compellant nobilem virum Stephanum, dominum loci de Miromonte S. Flori dioecesis, ad solvendum 750 francos auri qui debiti Camerae Apostolicae et concessi fuerunt ecclesiae Mimatensi; idem Stephanus, tanquam procurator communitatis civitatis Mimatensis ac Marologii et Chiriaci villarum, Mimatensis dioecesis, receperat mutuo a Camera Apostolica 1.600 francos et restituerat tantummodo 850. (Reg. Vat. 259, fol. 1 recto, n. 2. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 69 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis Roberto, electo Senecensi, et Bernardo Fabri, priori monasterii de Chiriaco, per priorem soliti gubernari, Mimatensis diocesis, ac Astorgio de Auriaco, archidiacono Mimatensi, vicariis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Mimatensis auctoritate apostolica deputatis, salutem etc.* Dudum nobilis vir Stephanus. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas decembris, anno septimo. »

2884 Rome, 25 novembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut Guidoni de Gonzaga et Ludovico, filio ejus, praestet auxilium de gentibus armorum et victualibus et aliis, « nam plene agnoscis quantum R. E. et colligatis, cum ei immineret periculum, si perderetur dicta civitas Mantuana ». Dirigat litteras praesentibus alligatas ad Bernabonem de Vicecomitibus, si gentes sue nondum recesserint de serralio Mantuano; si autem recesserint, easdem litteras non expedit sibi mitti. (*Instr. miscell.*, n. 6304; minuta cartacea.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Receptis hodie litteris. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2885 Rome, 25 novembre 1368.

Archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis... mandatur ut publicari faciant praesentes litteras quae prohibent perceptionem procurationis ad tres annos a data praesentium ipsarum numerandos. Si visitaverint cathedrales et cum cura alias ecclesias necnon monasteria, prioratus et loca ecclesiastica pro procuratione percipiatur medietas taxarum secundum tenorem constitutionis Benedicti XII *Vas electionis*. (*Instr. miscell.*, n. 2517; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis et dilectis filiis .. abbatibus, .. archidiaconis, .. archipresbiteris et aliis quibuscumque tam civitatis ac diocesis et provincie Tholosane quam aliunde undecumque, quibus in ecclesiis, monasteriis, prioratibus et aliis quibusvis locis ecclesiasticis cum cura vel sine cura earumdem civitatum, diocesium et provincie competit visitationis officium*

quoquo modo, salutem et apostolicam benedictionem. Scientes quod dolenter. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2886 Rome, 25 novembre 1368.

Item mandatur archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis etc. (*Instr. miscell.*, n. 2520; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis salutem etc.* Scientes quod dolenter. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2887 Rome, 25 novembre 1368.

Item mandatur archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis etc. (*Instr. miscell.*, n. 2521; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis ... salutem etc.* Scientes quod dolenter. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2888 Rome, 25 novembre 1368.

Item mandatur archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis etc. (*Instr. miscell.*, n. 2522; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis ... salutem etc.* Scientes quod dolenter. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2889 Rome, 25 novembre 1368.

Item mandatur archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis etc. (*Instr. miscell.*, n. 2523; originale pergamenum. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis salutem etc.* Scientes quod dolenter. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas decembris, anno septimo. »

2890 Rome, 26 novembre 1368.

Nicolaum Judicis, militem Lemovicensis dioecesis, rogat ut pro honore suo et consolatione fratrum suorum consanguineorum et amicorum cum muliere status sui decente matrimonium contrahere non retardet. (Reg. Vat. 244 L, fol. 50, n. 134.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao Judicis, militi Lemovicensi, salutem etc.* Ad personam tuam. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas decembris, anno septimo. »

2891 Rome, 2 décembre 1368.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut faciat restitui castra sibi ablata Feltrino de Gonzaga militi, in civitate Reginensi vicario imperiali, et provideat ipsi Feltrino de pluribus gentibus pro custodia bona et sufficienti civitatis Reginae. Non patiatur subjectos ejusdem Feltrini pro adhaerentibus partis alterius nominari vel dari, prout cardinales declaratores pacis Lombardiae super hoc ipsi Anglico scribunt. (Reg. Vat. 244 L, fol. 52, n. 141.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Cum capitula pacis. — Datum Rome S. Petrum, IIII nonas decembris, anno septimo. »

2892 Rome, 5 décembre 1368.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut provideat, sicut viderit expedire, de damnis et injuriis quae passus fuit nobilis vir Fulco de Massa, miles Firmanae dioecesis, pro devotione Ecclesiae. (Reg. Vat. 244 L, fol. 54, n. 146.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. immediate subjectis nostro et pro E. R. vicario generali, salutem etc.* Fidelitatem dilecti filii. — Datum Rome, apud S. Petrum, nonas decembris, anno septimo. »

2893 Rome, [7] décembre 1368.

Guidoni (1) [de Gonzaga] et ejus filio notum fit quod Carolus, imperator Romanorum, pro pacifico statu provinciae Tusciae, constituit vicarium generalem Guidonem, episcopum Portuensem, eumque rogat ut auxiliis et favoribus dictum episcopum assistant, cum ipsos requisierit. (*Instr. miscell.*, n. 2475; minuta cartacea.)

(1) Taches d'humidité ayant fait disparaître l'écriture.

« *Dilectis filiis nobilibus viris Guidoni de* [*Gonzaga et Ludo*]*vico, ejus filio, militibus, in civitate Mantuana imperialibus vicariis, salutem etc.* Ad noticiam. — Datum Rome apud S. Petrum, [VII] idus decembris, anno septimo.

« *Eodem modo nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi, in civitate Reginensi imperiali vicario, salutem etc.*, mutato [plurali] numero in singularem. »

2894 Rome, 7 décembre 1368.

Ægidio, episcopo Tusculano, mandatur ut destinet celeriter armigeras gentes in succursum Florentinorum qui receperunt conflictum a gentibus anglicis Joannis Acuti. (Reg. Vat. 244 L, fol. 55, n. 148.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Tusculano, provinciarum ducatus Spoletani ac Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et R. E. in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Quia sicut dolenter audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus decembris, anno septimo. »

2895 Rome, 12 décembre 1368.

Ludovico, duci Andegavensi, copiosas actiones gratiarum refert ratione aperture portae pontis Avinionensis. (Reg. Vat. 244 L, fol. 55, n. 151.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, locumtenenti regio in partibus Occitanis, salutem etc.* Litteras tue nobilitatis, in quibus nobis scripsisti quod propter reverenciam nostram portam capitis pontis Avinionensis feceras aperiri et mandasti quod de partibus regni Francie, quas gubernas, ad civitatem nostram Avinionensem victualia et res alie licite defferentur, ut prius, recepimus jocunditer vidimusque cedulam causarum que te induxerant ad clausuram dicte porte et prohibicionem portationis victualium predictorum, tuam igitur liberalitatem de appertura porte et mandato predictis multipliciter commendantes proinde tibi copiosas graciarum referimus actiones. Datum Rome, apud S. Petrum, II idus decembris, anno septimo. »

2896 Rome, 20 décembre 1368.

Capitulo ecclesiae Davantriensis Trajectensis mandatur ut cassetur electio facta de Raynaldo de Culenforgh, clerico Trajectensis dioecesis, tanquam praeposito ejusdem ecclesiae post obitum Nicolai, episcopi Tusculani, et admittant Bernardum, tituli duodecim Apostolorum presbyterum cardinalem. (Reg. Vat. 244 L, fol. 57 recto, n. 156.)

« *Dilectis filiis .. capitulo ecclesiae Daventriensis, salutem etc.* Illam habet. — Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas januarii, anno septimo. »

2897 Rome, 20 décembre 1368.

Joanni, episcopo Leodiensi, de eodem. (Reg. Vat. 244 L, fol. 57, n. 157.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Leodiensi, salutem etc.* Cum nuper. — Datum Rome, apud S. Petrum, XIII kalendas januarii, anno septimo. »

2898 Rome, 26 décembre 1368.

Nicolao, marchioni Estensi, notum fit scripsisse Carolo, imperatori Romanorum, secundum formam praesentibus interclusam et mandavisse Anglico, episcopo Albanensi, ut omnes gentes armigeras equestres et pedites stipendiatas pro R. E., ubicumque sint, praeterquam in Civitate Castelli, mandet ad praesentiam ejus. De omnibus remediis possibilibus cogitabit papa et curabit providere. (Reg. Vat. 244 L, fol. 60, n. 166.)

« *Dilecto filio Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrarie pro S. R. E. vicario generali, salutem etc.* Receptis hodie litteris tuis statim scripsimus. — Datum Rome, apud S. Petrum, VII kalendas januarii, anno septimo. »

2899 Rome, 26 décembre 1368.

Guidoni, Portuensi episcopo, mandatur ut super scriptis Carolo, imperatori Romanorum, ipsum sollicitet et inducat, ratione attemptatorum a Bernabone de Vicecomitibus contra Nicolaum Estensem novissime. (Reg. Vat. 244 L, fol. 60, n. 167.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Hostiles novitates. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas januarii, anno septimo.

« *Eodem modo dilecto filio Johanni de Senis, licenciato in legibus, imperiali consiliario, salutem.* »

2900 Rome, 26 décembre 1368.

Bernardo, tituli basilicae SS. Apostolorum presbytero cardinali, viro scientiarum lumine illustrato, caritate ferventi, datur facultas reformandi totum studium Romanum, « eligendi et assumendi quoscumque magistros et doctores in qualibet facultate eisque salaria de pecuniis Camere prefate Urbis statuendi et faciendi persolvi, et assumptos amovendi necnon statuta antiqua dicti studii recensendi, mutandi, corrigendi et alia de novo edendi, rectores quoque ac consiliarios, bedellos aliosque officiales constituendi et constitutos revocandi, et cetera alia exercendi que ad reformationem, conservationem, augmentum et prosperitatem ejusdem studii circumspectioni tue utilia videbuntur. Contradictores ». (Reg. Avin. 169, fol. 100 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo, tituli basilice S. S. Apostolorum presbitero cardinali, salutem etc.* Inter alia que. — Datum Rome, apud S. Petrum, VII kalendas januarii, anno septimo. »

2901 Rome, 13 janvier 1369.

Reginae Siciliae intimatur propositum Philippi, imperatoris Constantinopolitani, quod archiepiscopus Neapolitanus inquireret de juribus demanialibus, de quibus controvertitur inter ipsum et reginam. Scribat papae propositum suum ut possit consultius deliberare. (Reg. Vat. 244 M, fol. 8 recto, n. 21.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Tuorum quietis. — Datum Rome, apud S. Petrum, idibus januarii, anno septimo. »

2902 Rome, 13 janvier 1369.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut provideat de exposito a nobilibus viris Guidone de Gonzaga et Ludovico, ejus nato, militibus, in civitate Mantuana imperialibus vicariis; scilicet « ut super refectione serralii ac gentibus armigeris eis ad custodiam dicte civitatis necessariis et victualibus quibus multum indigere se asserunt eis tribuendis pro competenti precio dignaremur una cum colligatis nostris oportune ac celeris provisionis studium adhiberemur ». Reg. Vat. 244 M, fol. 12, n. 29.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilecti filii nobiles viri Guido. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus januarii, anno septimo. »

2902 *bis* Rome, 17 janvier 1369.

Anglico, episcopo Albanensi, mittitur copia litterarum responsalium missarum Bernaboni de Vicecomitibus. (*Instr. miscell.*, n. 2957; minuta cartacea.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. immediate subjectis pro nobis et R. E. vicario generali, salutem etc.* Ut informatus existas de responsione quam facimus nobili viro Bernaboni de Vicecomitibus ad litteras quas novissime nobis misit, copiam ipsarum litterarum responsalium mittimus presentibus interclusam. Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas februarii, anno septimo. »

2903 Rome, 18 janvier 1369.

Philippo, S. R. E. cardinali, mandatur ut, non obstante appellatione porrecta a civibus Carpentoratensibus, super qua non intendit auditorem concedere, non approbet vel admittat creationem syndicorum ad colligendum tallias in civitate pro quibusdam opportunis. Philippus approbationem suam recusavit et appellationem minime detulit. (Reg. Vat. 244 M, fol. 17, n. 39.)

« *Dilecto fratri Philippo, S. R. E. presbitero cardinali, olim patriarche Jerosolimitano, civitatis Avinionensis et comitatus Venaysini ac terrarum eidem adjacentium, ad nos et dictam Ecclesiam immediate spectantium, pro nobis et ipsa Ecclesia rectori, salutem etc.* Intelleximus quod cum dilecti. — Datum Rome, XV kalendas februarii, anno septimo. »

2904 Rome, 20 janvier 1369.

Ludovico, episcopo Valentinensi et Diensi, notum fit ut exercere valeat jurisdictionem ordinariam in subditos qui sunt regnicolae regni Franciae. (Reg. Vat. 244 M, fol. 17, n. 40.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Valentinensi et Diensi, salutem etc.* Litteris tue fraternitatis nuper nobis missis presentibus respondemus quod super eo quod non est dubium non expedit litteras A. S. declaratorias emanare. Sed si, ut nobis scripsisti, aliqui officiales regni Francie, vigore privilegii per nos regnicolis dicti regni concessi, continentis ne ipsi regnicole vigore litterarum apostolicarum conservatoriarum extra dictum regnum ad judicium trahi possint tuos subditos ratione Valentinensis et Diensis tuarum et Viennensis

tibi commendate ecclesiarum, consistentes in regno prefato, sub colore dicti privilegii, ne pro eorum causis ad tuam curiam, prout debent, accedant prohibere conentur, tu in dictos subditos tuum declinantes judicium debes tuam jurisdictionem ordinariam exercere. Nichilominus autem nos scribimus carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, quod dictos officiales ut ab hujusmodi prohibitionibus et impedimentis et aliis similibus abstineant de cetero studeat coherceri. Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas februarii, anno septimo. »

2905 Rome, 23 janvier 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut assistat consiliis et favoribus Nicolaum, episcopum Pensauriensem, missum pro sedatione seditionis communis Senensis contra Carolum, imperatorem Romanorum. Rescribat sepe quomodo procederit negocium prelibatum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 18, n. 44.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Heri sero admodum dolorose audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas februarii, anno septimo. »

2906 Rome, 24 janvier 1369.

Priori de Chiriaco, Mimatensis dioecesis, et praeposito ac archidiacono ecclesiae Mimatensis mandatur ut inquirant de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ad mensam episcopalem Mimatensem spectantibus, a tempore quo papa eamdem ecclesiam tenuit sub manu sua. (Reg. Avin. 169, fol. 101 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. priori de Chiriaco, Mimatensis diocesis, et preposito ac archidiacono ecclesie Mimatensis, salutem etc.* Specialis benivolentie. — Datum Rome apud S. Petrum, VIIII kalendas februarii, anno septimo. »

2907 Rome, 24 janvier 1369.

Poncius de Cadolos, canonicus Aniciensis, baccalarius in decretis, fit procurator generalis ecclesiae Mimatensis, cujus jura defendentur. (Reg. Vat. 259, fol. 2 verso, n. 8. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 70 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Poncio de Cadolos, canonico Aniciensi, baccalario in decretis, salutem etc.* In caritatis visceribus. — Datum Rome apud S. Petrum, VIIII kalendas februarii, anno septimo. »

2908 Rome, 27 janvier 1369.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut totis viribus sustineat Feltrinum de Gonzaga, Reginensem imperialem vicarium, in desperatione positum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 19, n. 45.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Littere dilecti filii nobilis viri Feltrini. — Datum Rome, apud S. Petrum, VI kalendas februarii, anno septimo. »

2909 Rome, 30 janvier 1369.

Reginae Siciliae commendatur Raymundus Audeberti Massiliensis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 19, n. 46.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium Raymundum Audeberti, civem Massiliensem, latorem presentium, nobis per cives Massiliensis plurimum commendatum, serenitati tue in hiis que penes te agere habuerit commendamus. Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas februarii, anno septimo. »

2910 Rome, 4 février 1369.

Francisco, duci Andriae, mandatur ut observet pacta concordata inter Bartholomaeum, archiepiscopum Barensem, et Bertrandum, comitem Montiscaveosi, ejus genitorem, super juribus castri Cassani, Barensis dioecesis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 20, n. 49.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco, duci Andrie, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas februarii, anno septimo. »

2911 Rome, 5 février 1369.

Conceduntur 1.000 florenorum auri debitorum Camerae Apostolicae a nobili viro Garino, domino loci de Apcherio, Mimatensis dioecesis, cui fuerunt dati mutuo 4.000 et qui 3.000 restituit, convertenda in subsidio ecclesiae Mimatensis. (Reg. Avin. 169, fol. 102 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. In caritatis visceribus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis februarii, anno septimo. »

2912 Rome, 5 février 1369.

Priori de Chiriaco, Mimatensis dioecesis, et praecentori ac archidiacono ecclesiae Mimatensis mandatur ut compellent Garinum, dominum loci de Apcherio, Mimatensis dioecesis, ad satisfaciendum de 1.000 florenorum pro subsidio ecclesiae Mimatensis et absolvat ipsum de solutis eisdem. (Reg. Avin. 169, fol. 102 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis .. priori de Chiriaco, Mimatensis diocesis et precentori, ac archidiacono ecclesie Mimatensis, salutem etc.* Dudum filius nobilis vir Garinus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis februarii, anno septimo. »

2913 Rome, 14 février 1369.

Episcopo Magalonensi facultas compellendi ad satisfactionem pecuniarum receptarum mutuo a collectore seu succollectore debitorum fructuum in regno Angliae Camerae Apostolicae ex parte nobilis viri Beraldi, dalphini Alverniae, et concessarum in augmento ecclesiae Mimatensis. (Reg. Avin. 169, fol. 104 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Magalonensi, salutem etc.* Dudum dilectus filius. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas marcii, anno septimo. »

2914 Rome, 14 février 1369.

Conceduntur ecclesiae Mimatensi pecuniae nondum restitutae Camerae Apostolicae a praedicto Beraldo. (Reg. Avin. 169, fol. 104 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. In caritatis visceribus. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas marcii, anno septimo. »

2915 Rome, 15 février 1369.

Abbati monasterii S. Petri de Rocis (1) [Gironensis] dioecesis mandatur ut compellat ad solutionem sexagesimae concessae monasterio Cassinensi consistentes in regnis Valentie, Aragonum et Majoricarum. (Reg. Avin. 169, fol. 103 recto. De curia.)

(1) Blanc dans le manuscrit.

« *Dilio filio .. abbati monasterii S. Petri de Rocis diocesis, salutem etc.* Monasterium Cassinense. — Datum Rome apud S. Petrum, XV kalendas marcii, anno septimo. »

2916 Rome, 16 février 1369.

Willelmo, episcopo Winctoniensi, mandatur ut efficaciter laboret penes regem Angliae ita quod proroget Joanni, duci Bituricensi, terminum redeundi in Angliam ad tenenda obstagia. (Reg. Vat. 244 M, fol. 21, n. 52.)

« *Venerabili fratri, episcopo Winctoniensi, salutem etc.* Cum carissimum in Christo. — Datum Rome apud S. Petrum, XIIII kalendas marcii, anno septimo. »

« *Eodem modo venerabili fratri .. episcopo Eliensi.* »

2917 Rome, 24 février 1369.

Fredericum de Aragonia rogat ut velit assentire reformationi pactorum initorum cum Joanna, regina Siciliae, quae ordinata fuerunt a Guillelmo, Ostiensi, et Guillelmo, Sabinensi episcopis, ac Nicolao, S. M. in via lata, et Petro, S. M. Novae diaconis cardinalibus. (Reg. Vat. 244 M, fol. 22, n. 57.)

« *Magnifico viro Frederico de Aragonia.* Spiritum consilii sanioris. Capitula tractatus pacis. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas marcii, anno septimo. »

2918 Rome, 28 février 1369.

Guillelmo Amarinti mandatur ut tradat 5.000 florenorum auri Petro de Monteauroso, canonico Mimatensi, certas eleemosynas « pro operibus turris de monasterio de Chiriaco, et eciam ecclesie de Grisaco et officinarum pro ipsius ecclesie presbiteris, necnon etiam ecclesie et castri de Bedoesco, Mimatensis diocesis, et pro provisione pro scolaribus, quos in loco S. Germani de Calberta, ejusdem Mimatensis diocesis, tenemus, et aliis negociis certas expensas » facturo. (Reg. Avin. 169, fol. 104 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, canonico Ruthenensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nos ex certis causis. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas marcii, anno septimo. »

2919 Rome, 1er mars 1369.

Reginae Siciliae mandatur ut medietatem servitii equitum et peditum, quos ratione feudi regni Siciliae debet E. R., faciat preparari et transmitti rectori provinciae Campaniae et Maritimae, cum ab eo super hoc fuerit requisita. Inhibeat insuper omnibus personis dicti regni ne Joanni Gaetano, domicello Anagnino, domino de Nimpha, Velletrensis dioecesis, qui commisit multos excessus et obedire papae recusavit, auxilium praestent. (Reg. Vat. 244 M, fol. 24, n. 62.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum contra nobilem virum Johannem. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis marcii, anno septimo. »

2920 Rome, 1er mars 1369.

Philippo, S. R. E. presbytero cardinali, mandatur ut inquirat de simoniis et baractariis perpetratis a duobus poenitentiariis papae Avinione morantibus. De repertis excessibus dure redarguere non omittat. (Reg. Vat. 244, fol. 25, n. 65.)

« *Venerabili fratri Philippo, S. R. E. presbitero cardinali, salutem etc.* Audivimus displicenter. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis marcii, anno septimo. »

2921 Rome, 2 mars 1369.

Feltrino de Gonzaga notum fit quod de ejus litteris fuit scriptum Carolo, imperatori Romanorum, et Anglico, S. A. legato. Penes eos prosequatur negocium hujusmodi. (Reg. Vat. 244 M, fol. 25, n. 66.)

« *Dilecto filio nobili viro Feltrino de Gonzaga, militi, in civitate Reginensi imperiali vicario, salutem etc.* Receptis litteris tuis. — Datum Rome apud S. Petrum, VI nonas marcii, anno septimo. »

2922 Rome, 4 mars 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut penes Carolum, imperatorem Romanorum, ac commune Pisanum et Lucanum laboret ut inhibeant transitum comitivis Lombardiae recedentibus a civitate Pisarum ad civitatem Perusinam. (Reg. Vat. 244 M, fol. 27, n. 71.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Audivimus nuper. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno septimo. »

2923 Rome, 5 mars 1369.

Reginae Siciliae mandatur ut celeriter sopiat per viam justitiae vel amicabilis concordiae discordiam inter Jacobum Cantelmi, militem Valvensem, et haeredes quondam Joannocti Extantardi, militis, super castris et terris, cum dicti haeredes per appellationis subterfugia executionem sententiae prolatae a Nicolao de filiis Ursi, comite Nolano, judice per reginam delegato, protrahunt. (Reg. Vat. 244 M, fol. 28, n. 76.)

« *Carissime in Christo filio Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum sicut audivi. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas marcii, anno septima. »

2924 Rome, 8 mars 1369.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalariorum, mandatur ut Philippo de Pretavalle, professori Hospitalis, apud illum in conventu Rodi moranti, provideat de praeceptoria. (Reg. Vat. 244 M, fol. 28, n. 79.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Cum de dilecto filio Philippo. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII idus marcii, anno septimo. »

2925 Rome, 10 mars 1369.

Reconciliatio ecclesiarum et monasteriorum civitatis et dioecesis Mimatensis conceditur alicui sacerdoti, nullo praejudicio facto in posterum constitutioni quae ad id praecipit per episcopos tantum fieri. (Reg. Avin. 169, fol. 104 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Universalis ecclesie regimini. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus marcii, anno septimo. »

2926 Rome, 11 mars 1369.

Carolo, regi Navarrae, petit laudationem, confirmationem et amortizationem bonorum emptorum pro dote monasterii S. Benedicti in Montepessulano quae sub feudo seu annuo

censu et laudimio in emphyteusim tenebantur a dicto Carolo, in bona forma concedat gratiose et remittat papae per latorem praesentium. (Reg. Vat. 244 M, fol. 30, n. 83.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Navarre, salutem etc.* Cum pro fundatione. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus marcii, anno septimo. »

2927 Rome, 11 mars 1369.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut cum toto suo exfortio omnem gentem armigeram, quam potest congregare, mittat, ad requisitionem reginae Siciliae, ad exterminium congregationis socialium in Lombardia et Tuscia. (Reg. Vat. 244 M, fol. 30, n. 84.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Quia previsa jacula. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus marcii, anno septimo. »

« *Eodem modo nobili viro Francisco, duci Andrie.* »

« *Eodem modo nobili viro Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno comiti camerario regni Sicilie.* »

2928 Rome, 13 mars 1369.

Inhibetur ne de cetero litteras papae transmissas vel aliis ex parte ejus directas aperire, aut malitiose retinere, seu frangere, vel alias alienare, nec aperiri vel maliciose retineri, frangi aut alienari faciant aut procurent malefactores, qui incurrent ipso facto excommunicationem reservatam pontifici Romano. Praesens constitutio erit lecta in audientia publica et appensa ostiis basilicae principis Apostolorum in Urbe. (Reg. Vat. 259, fol. 3, n. 9. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 71 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Solicite vitari debet. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus marcii, anno septimo. »

2929 Rome, 15 mars 1369.

Reginam Siciliae rogat ut maturius deliberet quid ipsi magis extimet expedire de dissidio cum Philippo, imperatore Constantinopolitano, super quibusdam terris demanaliabus eidem concessis a Roberto, rege Siciliae. Ne habeat molestum magistrum Thomam de Salerno, physicum, prosecutorem earum quae pro bono utriusque partis factae fuerant. (Reg. Vat. 244 M, fol. 33, n. 89.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Litteras tuas responsales. — Datum Rome, apud S. Petrum, idibus marcii, anno septimo. »

2930 Rome, 17 mars 1369.

Alberto, duci Bavariae, mandatur ut faciat restituere 1.000 francos quos receperunt officiales ejus in comitatu Hannoniae quique fuerant reservati Camerae Apostolicae de bonis quondam Petri, episcopi Cameracensis, in manibus collectoris in provincia Remensi. (Reg. Vat. 244 M, fol. 34, n. 93. — Tihon, *Lettres d'Urbain V*, t. II, p. 384, n. 2644.)

« *Dilecto filio nobili viro Alberto, duci Bavarie, salutem, etc.* Ad audientiam nostram fidedigna. — Datum Rome, apud S. Petrum, XVI kalendas aprilis, anno septimo. »

2931 Rome, 22 mars 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut efficaciter laboret de ordinatione facienda a Carolo, imperatore Romanorum, de castris Hirberiae, S. Martini de Robertis, Borzani, Montisrichi et S. Pauli districtus Reginensis, cum destinatus sit ad imperatorem, velut nuncius, magister Guillelmus Guitardi, canonicus et sacrista Biterrensis, legum doctor, auditor causarum palatii apostolici. (Reg. Vat. 244 M, fol. 38, n. 103.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Negocium felicis expeditionis. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas aprilis, anno septimo. »

2932 Rome, 3 avril 1369.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, gratiarum actiones agit de obedientia oblata reginae Siciliae et rogat eum ne obtutionibus aliquorum faciles aures praebeat. (Reg. Vat. 244 M, fol. 44, n. 120.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Litteras carissimi in Christo. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas aprilis, anno septimo. »

2933 Rome, 4 avril 1369.

Inhibetur ne a personis tam maribus quam mulieribus volentibus ingredi religiones, monasteria, prioratus, domos

seu loca in earumdem personarum receptione, aut ante vel post illam, quaecumque pastus, prandia sive cenas, pecunias, jocalia aut res alias, etiam ad ecclesiasticum seu quemvis pium usum alium deputata seu deputanda, de cetero directe vel indirecte, valeat petere seu exigere, sed eas cum omnimoda puritate recipiant ac in victu et vestitu, sicut alias personas caritate pertractent. Liberalitates spontanee et pure, absque omni pactione, permittentur. Alioquin tam dantes quam recipientes excommunicabuntur, et capitula seu conventus sententiae suspensionis reservatae pontifici romano subjiciuntur. Personis labe hujusmodi fedatis hac vice absolutio ab ordinariis dabitur. Omnia recepta quae ad communem usum monasteriorum vel locorum applicata fuerunt, retineri possint; si vero ad specialem usum abbatis, abbatissae, prioris, priorissae aut alterius singularis personae retineantur, illa venient in communi. (Reg. Avin. 169, fol. 104 verso. De curia. — Rinaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1369, § 15.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Ne in vinea Domini. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas aprilis, anno septimo. »

2934 Rome, 7 avril 1369.

Raymundum Berengarii rogat ut assistat auxiliis custodiae civitates Sataliae et Smirniae contra Turchos, ratione mortis Petri regis Cypri. (Reg. Vat. 244 M, fol. 44, n. 122.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Flebilis casus. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus aprilis, anno septimo. »

2935 Rome, 8 avril 1369.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario papae, mandatur ut litteras copiatas Clementis V, Joannis XXII, Benedicti XII et Clementis VI de negociis Tartarorum mittet ad papam. (Reg. Vat. 244 M, fol. 46, n. 127.)

« *Venerabili fratri Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, salutem etc.* Fraternitati tue presentium tenore mandamus quatinus regestra litterarum apostolicarum felicis recordationis Clementis V, Johannis XXII, Benedicti XII et Clementis VI ... sine more dispondio videri facias diligenter et quascunque litteras seu scripturas de negociis Tartarorum vel aliorum partium ultramarinarum et infidelium ac eciam scismaticorum per dictos summos pontifices missas aut receptas reperiri contigerit in eisdem diligenter copiatas nobis celeriter studeas destinare. Datum Rome apud S. Petrum, VI idus aprilis, anno septimo. »

2936 Rome, 9 avril 1369.

Reginae Siciliae mandatur ut mittat ad ducatum Spoletanum omnem gentem, quam poterit, ratione colligationis contra societates quarum ministerio Perusini contra R. E., uti velle videntur, et credat Petro Begonis, archidiacono de Aura in ecclesia Convenarum, capellano papae, latori praesentium. (Reg. Vat. 244 M, fol. 46, n. 126.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum assertiones multorum. — Datum Rome apud Sanctum Petrum, V idus aprilis, anno septimo. »

2937 Rome, 9 avril 1369.

Raymundo Berengarii rogat ut provideat Tadeo Ebrardi, de bailivia de Lauda, et Bernardo Raymundi presbytero, professoribus Hospitalis, de illa S. Viti de Fumaderiis, Burdegalensis et Petragoricensis dioecesis, quas dimittere debet, virtute constitutionis a papa editae contra tenentes plures bailivias seu praeceptorias, Arnaldus Bernardi Ebrardi, praeceptor domus Burdegalensis et procurator dicti ordinis in partibus ultramontanis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 46, n. 128.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Quia dilectus filius Arnaldus. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus aprilis, anno septimo. »

2938 Montefiascone, 4 mai 1369.

Guillelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario papae, quittatur de receptis et expensis. Fuerunt rotuli computorum suorum singularium mensium olim redditi Camerario et gentibus Camerae in civitate Avinionensi inspecti et conclusiones praestitae ex ipsis rotulis approbatis et signatis manu propria camerarii. Lectio rotulorum acta fuit Rome apud S. Petrum, die decima octava mensis januarii, in camera thesaurariae apostolicae, congregatis Eblone de Mederio et Petro de Albiartz, ac Geraldo Maurelli, clericis, necnon Petro Begonis, consiliario, et Jacobo Arnanesii, licentiato in legibus, procuratori fiscali, ac Guillelmo Secolause et Jacobo de Solegiis, notariis, et Joanne Baroncelli, campsore Camerae Apostolicae. (Reg. Avin. 169, fol. 105 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, salutem etc.* Ex relatione venerabilis fratris Arnaldi, archiepiscopi Auxitani. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas maii, anno septimo. »

2939 Montefiascone, 19 mai 1369.

Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, et Raymundo de Baucio mandatur ut exhortent Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio ad pacem firmandam quam, si fiat, papa confirmabit auctoritate apostolica. (*Instr. miscell.*, n. 6214; minuta cartacea.)

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, et dilecto filio Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni Sicilie camerario, salutem etc.* Licet pro reformanda pace. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas junii, anno septimo. »

2940 Montefiascone, 19 mai 1369.

Joannae reginae Siciliae mandatur ut consilium et juvamen tribuat tractatoribus pacis reformandae inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae, scilicet Bernardo archiepiscopo Neapolitano et Raymundo de Baucio, camerario magno Siciliae. (Reg. Vat. 244 M, fol. 98, n. 256.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quia peccatis exigentibus. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas junii, anno septimo. »

2941 Montefiascone, 20 mai 1369.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut destinet, quam cito poterit, gentem armigeram, quae fuit oblata papae a Thoma, episcopo Castellanetensi, et magistro Thoma de Salerno, physico suo, ad ducatum Spoletanum in succursum R. E. (Reg. Vat. 244 M, fol. 98, n. 257.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* In duabus imperialibus litteris. — Datum apud Montemflasconem, XIII kalendas julii, anno septimo. »

2942 Montefiascone, 21 mai 1369.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut aut observet concordiam factam cum regina Siciliae de terris quibusdam demanialibus aut easdem, quas detinet, reginae ipsae restituat indilate; cum percepit illum recusasse servare praedictam concordiam. (Reg. Vat. 244 M, fol. 73, n. 190.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Diebus non longe preteritis. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas junii, anno septimo. »

2943 Montefiascone, 24 mai 1369.

Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, mandatur ut inducant ad observationem concordiae stabilitae inter reginam Siciliae, mediante ipso, et Philippum imperatorem Constantinopolitanum, qui recusat illam observare. (Reg. Vat. 244 M, fol. 78, n. 202.)

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, salutem etc.* Relatione fideli. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas junii, anno septimo. »

2944 Montefiascone, 25 mai 1369.

Ancianis et consilio ac populo civitatis Bononiensis mandatur ut non possit adire Bononiam Anglicus, episcopus Albanensis, « quem ad vos remitti secundo petistis, quamvis ejus mora in hiis partibus esset nobis et Ecclesie predicte perutilis atque grata; pro vestra exhortatione et salute ad dictam civitatem providimus de proximo remittendum ». (Reg. Vat. 244 M, fol. 81, n. 208.)

« *Dilectis filiis .. ancianis ac consilio et populo civitatis Bononiensis, E. R. fidelibus, salutem etc.* Devotionis vestre litteras. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno septimo. »

2945 Montefiascone, 25 mai 1369.

Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, mandatur ut faciat assignari lignamina, ferramenta et alia instrumenta bastitae demoliendae ratione concordiae peractae inter Franciscum de Baucio, ducem Andriae, et Philippum, imperatorem Constantinopolitanum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 81, n. 209.)

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, salutem etc.* Quia per alias nostras litteras. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno septimo. »

2946 Montefiascone, 28 mai 1369.

Guillelmo Amarinti mandatur ut tradat 4.000 florenorum pro opere ecclesiae Mimatensis de pecuniis Camerae Apostolicae ab eo collectis in sua collectoria magistro Petro Boerii, canonico Mimatensi, capellano et acolitho papae, seu alteri ejus nomine, aut Guillelmo Golaberti, rectori ecclesiae S. Andreae de Calme, Vivariensis dioecesis, thesaurario ejusdem ecclesiae Mimatensis a papa deputato. Notum fit ut pro opere praedicto 6.000 florenorum auri fuerunt data a papa. (Reg. Avin. 169, fol. 105 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo Amarinti, canonico Ruthenensi, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum nuper pro opere. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas junii, anno septimo. »

2947 Montefiascone, 30 mai 1369.

Nicolao de Ursinis et Angelo Tavernini mandatur ut auxiliis, consiliis et favoribus assistant nobilem virum Ludovicum de Navarra, fratrem Caroli regis Navarrae, constitutum capitaneum generalem guerrae R. E. usque ad beneplacitum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 84, n. 218.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao de Ursinis, comiti Nolano, rectori, et Angelo Tavernini, militi Viterbiensi, thesaurario provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia, salutem etc.* Cum nuper dilectum filium. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas junii, anno septimo. »

2948 Montefiascone, 30 mai 1369.

Ludovico, duci Andegavensi, mandatur ut fidem plenariam adhibeat magistro Petro Flandrino, praeposito ecclesiae Majoricensis, utriusque juris doctori, capellano papae ac sacri palatii apostolici causarum auditori, latori praesentium occasione quorumdam gravaminum praelatis et clero partium Occitanarum illatorum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 85, n. 220.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francie illustri fratri, salutem etc.* Dilectum filium magistrum. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas junii, anno septimo. »

2949 Montefiascone, 2 juin 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut interponat partes suas penes Carolum, imperatorem Romanorum, favore civium Lucanorum ita ut terminus solvendi quinquaginta millia florenorum auri prorogetur ad tres menses, quia cives dicuntur extenuati in facultatibus. (*Instr. miscell.*, n. 2536; nota papiracea.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Moles gravaminum. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas junii, anno septimo. »

2950 Montefiascone, 2 juin 1369.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalariorum, mandatur ut provideat de aliqua praeceptoria Jannocto Adurni, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani professori, novitio in ipso hospitali, tamen aetate maturo. (Reg. Vat. 244 D, fol. 160, n. 354.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani magistro, salutem etc.* Dudum nos dilecti filii. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas junii, anno septimo. »

2951 Montefiascone, 12 juin 1369.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut remittat ad ipsum, ita quod de suo statu provideat, nobilem virum Canigliatam de Pergamo, domicellum, latorem praesentium. (Reg. Vat. 244 M, fol. 93, n. 241.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. nostro et pro ipsa Ecclesia vicario generali, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum. — Datum apud Montemflasconem, II idus junii, anno septimo. »

2952 Montefiascone, 13 juin 1369.

Alberto et Leupoldo ducibus Austriae commendatur Guillelmus de Lacu, clericus Ruthenensis dioecesis, licentiatus in legibus, nuncius in diversis partibus Alamanniae pro negociis Camerae Apostolicae missus, cui provideant de securo conductu. (Reg. Vat. 244 M, fol. 94, n. 245.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Alberto et Leupoldo, ducibus Austrie, salutem etc.* Cum dilectum filium Guillelmum. — Datum apud Montemflasconem, idibus junii, anno septimo. »

2953 Montefiascone, 14 juin 1369.

Reginam Siciliae rogat ut solvat celeriter 8.000 florenorum auri pro stipendio armigerorum seu 200 lancearum missarum ab Anglico, episcopo Albanensi, in regno Siciliae. Quantitas ipsa in solutione census de proximo solvendi in nostra Camera computabitur. (Reg. Vat. 244 M, fol. 95, n. 248.)

« *Dilecte in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater Anglicus. — Datum apud Montemflasconem, XVIII kalendas julii, anno septimo. »

2954 Montefiascone, 18 juin 1369.

Flach de Risach et Joanni de Ryaten gratiarum actiones agit pro pugnis viriliter actis contra comitivas Anglicorum et notum fit eos retinendos ad servicium R. E. secundum quod Anglicus, Albanensis episcopus, ordinandum duxerit. (Reg. Vat. 244 M, fol. 97, n. 254.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Flach de Risach et Johanni Ryaten, militibus, salutem etc.* Strenuitatem vestram. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas julii, anno septimo. »

2955 Montefiascone, 18 juin 1369.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut destinet ad curiam episcopum Aquensem. (Reg. Vat. 244 M, fol. 97, n. 255.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris generali, salutem etc.* Ex certis causis volumus et fraternitati tue precipiendo mandamus quatinus venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Aquensem, visis presentibus, ad nostram cures presentiam destinare. Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas julii, anno septimo. »

2956 Montefiascone, 20 juin 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, conceditur facultas recipiendi officium vicarii generalis in civitate Lucana et pertinentiis ejus a Carolo, imperatore Romanorum, et etiam omnem jurisdictionem sanguinis et aliam quam locorum dioecesani ratione temporalitatum suarum juris beneficio in sua jurisdictione exercere possunt, per se seu alium seu alios exercendi. (Reg. Avin. 169, fol. 105 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, salutem etc.* Hiis per que ecclesiarum. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas julii, anno septimo. »

2957 Montefiascone, 20 juin 1369.

Urbanus V promittit quod Guido praedictus erit vicarius generalis civitatis Lucanae ad triennium et quod nominaverit sive Guillelmum, episcopum Sabinensem, sive Petrum S. M. Novae, diaconum cardinalem, casu quo decesserit idem Guido. Inseritur tenor litterarum Caroli, imperatoris Romanorum « Notum facimus etc. Datum in civitate nostra Lucana anno Domini 1369, indictione septima, idibus junii, regnorum nostrorum anno 23, imperii vero quindecimo (1) ». (Reg. Avin. 169, fol. 106 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Hiis per que utilitati publice. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas julii, anno septimo. »

2958 Montefiascone, 20 juin 1369.

Fernando, regi Portugaliae, mandatur ut redditus, census, terras, possessiones et carreriam, hospitia et alia bona ac jura ad decanatum ecclesiae Ulixbonensis pertinentia et occupata a quibusdam personis regni faciat recuperari a Guillelmo, tituli S. Clementis presbytero cardinali, qui decanatum obtinet. (Reg. Vat. 244 M, fol. 99, n. 259.)

« *Carissimo in Christo filio Fernando, regi Portugalie illustri, salutem etc.* Exposuit nobis dilectus. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas julii, anno septimo. »

2959 Montefiascone, 21 juin 1369.

Anglico, Albanensi episcopo, mandatur ut, si Perusini vellent ad papam ambaxiatores transmittere, eisdem securum conductum tribuat, et « si tecum tractare vellent, eos ad nostram remittas presentiam in Romana curia tractaturos ». (Reg. Vat. 244 M, fol. 99, n. 260.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi . . . generali, salutem etc.* Scribimus dilecto filio nobili viro Neapoleoni. — Datum apud Montemflasconem, XI kalendas julii, anno septimo. »

(1) L'original sur parchemin se trouve dans les *Instr. miscell.*, n. 2538 et a été publié par Theiner, *Codex*, t. II, p. 462, doc. 453.

2960 Montefiascone, 27 juin 1369.

Reginam Siciliae rogat ut liberet ex longo carceris squalore Albricum et Raynaldum, comites de Barbiano, qui fuerunt capti in conflictu habito a gentibus R. E. ac regina-libus contra comitivam in qua devio intraverunt, cum sint parati contra Perusinos servire Ecclesiae praefatae. (*Instr. miscell.*, n. 5982; minuta cartacea.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ex relatione. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas julii, anno septimo. »

2961 Montefiascone, 28 juin 1369.

Hugoni de Bonovillario, archidiacono Manhaici in ecclesia Auxitana, mandatur ut faciat quod justitia suadebit pro eo quia Martinus Pagni, mercator Florentinus, die XXII, recedens ex Terracinensi civitate versus Romam cum uno famulo equite et uno equo onerato valisia (in qua erant 6.000 florenorum auri vel circa) aggressus fuit in territorio Terracinensi a praedonibus qui necarunt famulum et equum valisiam portantem. (Reg. Vat. 244 M, folio 104, n. 271.)

« *Dilecto filio Hugoni de Bonovillario, archidiacono Manhaici in ecclesia Auxitana, provinciarum Campanie et Maritime, ad nos et R. E. spectantium, pro nobis et Ecclesia ipsa rectori, salutem etc.* Lacrimabili expositione. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas julii, anno septimo. »

2962 Montefiascone, 28 juin 1369.

Ludovico de Sabrano mandatur ut de recuperatione praedictorum 6.000 florenorum et ministratione justitiae laborare studet. (Reg. Vat. 244 M, fol. 105, n. 272.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Sabrano, comiti Ariani, senatori Urbis, salutem etc.* Lacrimabili etc. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas julii, anno septimo. »

2963 Montefiascone, 28 juin 1369.

Item mandatur potestati et universitati civitatis Terracinensis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 106, n. 274.)

« *Dilectis filiis .. potestati et universitati civitatis nostre Terracinensis, salutem etc.* Lacrimabili etc. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas julii, anno septimo. »

2964 Montefiascone, 1er juillet 1369.

Hugoni de Bonovillario mandatur ut det auxilium pro defensione castrorum (blanc) et Rocchebandrae, vicinorum provinciae Campaniae, quae pertinent ad nobilem pupillam Magdalenam Brancaciam, filiam et haeredem quondam Alexandri Brancacii, militis Neapolitani (cujus tutor existit Nicolaus Spinellus, miles, cancellarius Siciliae) et contra quae bellicam novitatem intendit facere nobilis vir Annius, comes Casertae. (Reg. Vat. 244 M, fol. 108, n. 279.)

« *Dilecto filio Hugoni de Bonivillario* (vide supra, n. 2961). Quia fidedigna. — Datum apud Montemflasconem, kalendis julii, anno septimo. »

« *Eodem modo nobili viro Ciccharello de Populo, domicello, rectori in temporalibus castrorum et terrarum monasterii Cassinensis auctoritate apostolica deputato, salutem etc.* »

2965 Montefiascone, 6 juillet 1369.

Scabinis et justitiariis necnon communitati civitatis Metensis innovantur preces pro liberatione e carcere nobilis viri Roberti, ducis Barensis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 111, n. 293.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris scabinis et justiciariis necnon communitati civitatis Metensis salutem etc.* Dudum ut super liberatione. — Datum apud Montemflasconem, II nonas julii, anno septimo. »

2966 Montefiascone, 6 juillet 1369.

Joanni, electo Tullensi, mandatur ut de liberationis praedictae negocio perseveret, donec effectui mancipetur. (Reg. Vat. 244 M, fol. 112, n. 294.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Metensi, salutem etc.* Quia pro liberatione. — Datum apud Montemflasconem, II nonas julii, anno septimo. »

2967 Montefiascone, 10 juillet 1369.

Anglico, Albanensi, et Ægidio, Tusculano episcopis, mandatur ut fidem plenariam praebeat litteris Nicolai Spinelli. (Reg. Vat. 244 H, fol. 113, n. 298.)

« *Venerabili Anglico, Albanensi, et Egidio, Tusculano episcopis, in certis terris R. E. nostris et pro Ecclesia vicariis generalibus, salutem etc.* Litteram quam di-

lecti filii nobiles viri Flach de Risach et Joannes de Rathen, milites, nuper nobis miserunt et copiam nostre responsionis mittimus interclusas commisimusque dilecto filio nobili viro Nicolao Spinelli, militi, cancellario regni Sicilie, quod intentionem nostram per suas litteras vobis scribat, quibus curetis fidem plenariam adhibere (1). Datum apud Montemflasconem, VI idus julii, anno septimo. »

2968 Montefiascone, 14 juillet 1369.

Edwardo, regi Angliae, mandatur ut faciat procuratori Hugonis S. M. in Porticu diaconi cardinalis favores regios impertiri de possessione archidiaconatus Midensis ecclesiae, quem occupat Mathaeus Crompe, non obstante tribus diffinitivis sententiis contra ipsum promulgatis. « Nos parati sumus sibi ministrare seu ministrari facere justicie complementum ». (Reg. Vat. 244 M, fol. 116, n. 307.)

« *Carissimo in Christo filio Edwardo, regi Anglie illustri, salutem etc.* Cum dudum felicis recordationis Innocentius. — Datum apud Montemflasconem, II idus julii, anno septimo. »

2969 Montefiascone, 14 juillet 1369.

Willelmo, episcopo Winctoniensi, mandatur ut habeat apud regem Angliae commendatum dictum cardinalem. (Reg. Vat. 244 M, fol. 116, n. 308.)

« *Venerabili fratri Willelmo, episcopo Winctoniensi, salutem etc.* Scribimus carissimo. — Datum apud Montemflasconem, II idus julii, anno septimo. »

2970 Montefiascone, 19 juillet 1369.

Raymundo, episcopo Penestrino, Avinione commoranti, mandatur ut inquisitione facta sub forma summaria decernat de debitis Petro, tituli S. Laurentii in Damaso presbytero cardinali; etenim de controversia olim habita inter Poncium, abbatem monasterii S. Petri Montismajoris, O. S. B., Arelatensis dioecesis, et dictum cardinalem de fructibus, juribus et emolumentis dicti monasterii, cui praefuit dictus cardinalis, fuit concordatum, mediante Philippo, tunc patriarcha Jerosolimitano, quod quinquaginta librarum turonensium parvorum et decimas carnalagiorum, feni et alia emolumenta, excepta pensione ab abbate et conventu monasterii S. Antonii, O. S. A., Viennensis dioecesis, abbati Montimajoris debita, usque ad festum S. Joannis Baptistae, ad praefatum cardinalem pertinerent; sed debitores recusant eidem persolvere. (Reg. Avin. 169, fol. 107 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Raymundo, episcopo Penestrino, Avinione commoranti, salutem etc.* Significavit nobis. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas augusti, anno septimo. »

2971 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Guillermo de Lacu, nuncio in partibus Alamanniae et aliis, conceditur facultas dispensandi cum centum personis super defectu natalium contracto cum sint de soluto vel presbytero et soluto aut conjugata genitae. (Reg. Avin. 170, f. 72 verso. — Reg. Vat. 259, fol. 5 recto, n. 15. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Lacu, canonico Ruthenensi, licentiato in legibus, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum te ad Alamanie. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

2972 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Eidem facultas dispensandi cum 50 personis super defectu natalium contracto cum sint de soluto seu presbytero, et soluta aut conjugata genitae. (Reg. Vat. 259, fol. 5 recto, n. 16. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 72 verso. De curia.)

« *Dilecto* Alamanie. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

2973 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Eidem conceditur facultas dispensandi cum 20 viris et totidem mulieribus qui quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis invicem conjuncti ac ignorantes aliquod impedimentum fore inter ipsos quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium insimul contraxerunt, dum tamen mulieres propter hoc raptae non fuerint, et ad id parentum et majoris partis consanguineorum citra tertium gradum dictorum virorum et mulierum accedat assensus ita ut licite remanere valeant conjunctos ac proles suscepta vel suscipienda ex hujusmodi matrimoniis sit legitima. (Reg. Vat. 259, fol. 5 recto, n. 17. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 72 verso. De curia.)

« *Dilecto* Alemanie. Cum te ad partes. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

(1) Adhibeas, *ms.*

2974 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Eidem facultas concedendi tabellionatum decem clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis. (Reg. Vat. 259, fol. 5 recto, n. 18. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 72 verso. De curia.)

« *Dilecto* Alemanie. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

2975 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Eidem conceditur facultas absolvendi 100 personas excommunicatas pro eo quod manus violentas injecerunt in clericos et personas ecclesiasticas usque ad effusionem sanguinis, dummodo ex injectione hujusmodi mors vel membri mutilatio vel deformitas non fuerit subsecuta, et manus ipse in episcopum vel prelatum proprium inite non fuerint, aut alias non fuerit excessus difficilis vel enormis, ac post satisfactionem damnorum illatorum. (Reg. Vat. 259, fol. 5 recto, n. 19. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 72 verso. De curia.)

« *Dilecto* Alemanie. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

2976 Montefiascone, 21 juillet 1369.

Ludovico de Sabrano mandatur ut castrum Nazani, dioecesis Civitatis Castelli, et arcem ad manus populi Romani recipiat et teneat, donec super hoc aliud ordinandum fuerit. Omnes captivos tam parvulos quam magnos a nobili viro Luca de Sabello, domicello, faciat sibi assignari. Nullam poenam contra eos procedat ipsosque custodiat, donec aliud habuerit a papa in mandatis. Si Lucas renuerit obedire, mittat exercitum Romanum contra ipsum et castrum praedictum. (Reg. Vat. 244 M, fol. 120, n. 320.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Sabrano, comiti Ariani, senatori Urbis, salutem etc.* Quia tam ex certis tuis litteris. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas augusti, anno septimo. »

2977 Montefiascone, 30 juillet 1369.

Joannae, reginae Siciliae, commendatur nobilis vir Joannes Rabufelli, miles Niciensis, fidelis ejus, lator praesentium. (Reg. Vat. 244 M, fol. 127, n. 335.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas augusti, anno septimo. »

2978 Montefiascone, 1er août 1369.

Gabrieli Adurno, duci Januensi, mandatur ut paretur galea pro Stephano, cardinali S. Laurentii in Lucina, ad partes Provinciae se translaturo. (Reg. Vat. 244 M, fol. 128, n. 337.)

« *Dilecto filio nobili viro Gabrieli Adurno, duci Januensi, salutem etc.* Cum dilectus filius noster Stephanus, tituli S. Laurencii in Lucina presbiter cardinalis, ad partes Provincie, ex certis causis, de nostro beneplacito se transferre proponat, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus .. patrono galee tue armate, que mare custodit, precipias quod eundem cardinalem et familiam suam in galeam ipsam recipiat et usque ad Niciensem vel saltem Januensem civitates conducat quandocunque idem cardinalis eum duxerit requirendum, dummodo per hoc dicte custodie periculum non paretur. Datum apud Montemflasconem, kalendis augusti, anno septimo. »

2979 Montefiascone, 3 août 1369.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, fit notum scripsisse Venetiarum et Januae ducibus de subsidio celeri praestando Armenis contra Sarracenos, post receptionem ambaxiatorum recommendatorum ab ipso Philippo. « Nec credimus aliorum citramarinorum eis posse pro presenti tempore presidium exhiberi. Et, licet recommendanti eos non expediat commendare, nichilominus tamen ex debito pastoralis officii ipsos Armenos versa vice, quantum possumus, tue celsitudini commendamus. » (Reg. Vat. 244 M, fol. 129, n. 340.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Recommendaciones tuas. — Datum apud Montemflasconem, III nonas augusti, anno septimo. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri.* »

2980 Montefiascone, 3 août 1369.

Raymundum Berengarii rogat ut succurrat dictos Armenos. (Reg. Vat. 244 M, fol. 130, n. 342.)

« *Dilectis filiis Raymundo Berengarii, magistro ac conventui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Lacrimabilis expositio. — Datum apud Montemflasconem, III nonas augusti, anno septimo. »

2981 Montefiascone, 4 août 1369.

Stephano, tituli S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, mandatur ut corpus Eleazarii de Sabrano, comitis Ariani, quod in ecclesia loci F. M. Aptensis requiescit adhuc, relevatum sit et in loco eminentiori et honorabiliori positum sit, infra dictam ecclesiam, in aliqua capsa decenti et ornata. Die relevationis valeat concedere indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum. (Reg. Avin. 169, fol. 107 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Stephano, tituli S. Laurentii in Lucina presbitero cardinali, salutem etc.* Gloriosos Christi confessores. — Datum apud Montemflasconem, II nonas augusti, anno septimo. »

2982 Viterbe, 18 août 1369.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut Francisco de Carraria vicario imperiali in civitate Paduana, in tracta bladi de terris Ecclesiae, considerata sustentatione subditorum Ecclesiae et in aliis casibus, quantum potest, studeat complacere. (*Instr. miscell.*, n. 2545; minuta cartacea.)

« *Venerabili fratri Anglico generali salutem etc.* Nosti quanta. — Datum Viterbii, XV kalendas septembris, anno septimo. »

2983 Viterbe, 18 août 1369.

Joannes Chambareti fit altararius altaris beati Petri in basilica principis Apostolorum de Urbe, cum salario 200 florenorum annuatim pro suis ejusque familiarium expensis. (*Collectiones bullarum SS. Basilicae Vaticanae*, Rome, 1750, t. II, p. 7.)

« *Dilecto filio Johanni Chambareti, O.F.M. professori, altrario altaris basilice principis de Urbe, salutem etc.* De tue probitatis. — Datum Viterbii, XV kalendas septembris, anno septimo. »

2984 Viterbe, 19 août 1369.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut plenam fidem adhibeat Petro Begonis, archidiacono de Aura in ecclesia Convenarum, capellano papae, litterarum latori, super his pro parte papae ipsi narrandis. (Reg. Vat. 244 M, fol. 138, n. 361.)

« *Venerabili fratri Anglico . . . generali, salutem etc.* Pro certis negociis Romane Ecclesie. — Datum Viterbii, XV kalendas septembris, anno septimo. »

2985 Viterbe, 19 août 1369.

Ludovico de Sabrano et populo Urbis actiones gratiarum agit de subsidio mittendo ad partes Patrimonii contra hostes R. E., sed non expedit quod super hoc praesentialiter laborent. (Reg. Vat. 244 M, fol. 138, n. 363.)

« *Dilectis filiis Ludovico de Sabrano, comiti Ariani, senatori, et populo Urbis, salutem etc.* Promptitudinem. — Datum Viterbii, XIV kalendas septembris, anno septimo. »

2986 Viterbe, 26 août 1369.

Reginam Siciliae rogat ut de matrimonio inter Ludovicum ducem Borbonii et Margaritam de Duracio contrahendo mentem suam mittere velit. (Reg. Vat. 244 M, fol. 146, n. 380.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad notitiam tue serenitatis deducimus quod dilectus filius nobilis vir Ludovicus, dux Borbonii, nuper suos ambaxiatores, videlicet dominos filios Bernardum de Turre, priorem Salvignyaci, Claromontensis diocesis, et Petrum de Giaco, cancellarium suum, super tractando matrimonio inter ipsum ducem cum dilecta in Christo filia nobili muliere Margarita de Duracio, nepte tua, de quo matrimonio alias tibi scribi fecimus, ad Sedem Apostolicam destinavit. Quare tuam intentionem nobis notifices utrum velis quod ipsi ambaxiatores ad te veniant vel tu tuos intendas ad Sedem destinare prefatam, quo casu eos mittas plenarie informatos aut tuam et dicte Margarite voluntatem alicui tibi fido moranti in Romana curia notifices sine temporis tarditate. Datum Viterbii, VII kalendas septembris, anno septimo. »

2987 Viterbe, 5 septembre 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut sedet novitatem periculosam in partibus Garfagnanae factam a Lucanis

contra Pisanos; si videat per papam posse aliud salubre adhiberi remedium, illud ipsi non differat reserare. (Reg. Vat. 244 L, fol. 3, n. 8.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Per litteras dilectorum. — Datum Viterbii, nonis septembris, anno septimo. »

2988 Viterbe, 5 septembre 1369.

Ancianis ac consilio et communi civitatis Pisanae notum fit scripsisse Guidoni praedicto et regiminibus et communitati civitatis Lucanae de eadem novitate. (Reg. Vat. 244 L, fol. 3, n. 9.)

« *Dilectis filiis .. ancianis ac consilio ac communi civitatis Pisane, salutem etc.* Litteris vestris. — Datum Viterbii, nonis septembris, anno septimo. »

2989 Viterbe, 12 septembre 1369.

Ludovico, duci Andegavensi, commendatur Petrus, episcopus Avinionensis, qui ad suam ecclesiam dirigit gressus suos. (Reg. Vat. 244 L, fol. 6, n. 19.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andeganensi, carissimi in Christo filii Caroli regis Francie illustris locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster. — Datum Viterbii, II idus septembris, anno septimo. »

« *Eodem modo dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne de Britannia, ducisse Andegavensi.* »

2990 Viterbe, 20 septembre 1369.

Joannam, reginam Franciae et Navarrae, rogat ut partes suas interponat penes regem Franciae pro obtinendo beneplacito circa matrimonium contrahendum inter Ludovicum de Navarra et Joannam, ducissam Duracii. (Reg. Vat. 244 L, fol. 13, n. 37.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri, salutem etc.* Dudum nos cupientes. — Datum Viterbii, XII kalendas octobris, anno septimo. »

« *Eodem modo carissime in Christo filie Johanne, regine Francie illustri.* »

2991 Viterbe, 30 septembre 1369.

Magistro et conventui Hospitalis S. Joannis Jerosolimitani mandatur ut fidem plenam adhibeat Sicardo de Muroveteri, priori Tolosano ejusdem Hospitalis, latori praesentium, de responsis datis his quae ex parte sua ipsi fuerunt exposita. (Reg. Vat. 244 L, fol. 21, n. 59.)

« *Dilectis filiis .. magistro et conventui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Dilectum filium. — Datum Viterbii, II kalendas octobris, anno septimo. »

2992 Viterbe, 1er octobre 1369.

Vicario in civitate Urbinatensi mandatur ut destinet ad Anglicum, episcopum Albanensem, sub fida custodia, archipresbyterum ecclesiae Urbinatensis et alios clericos qui his diebus statum dictae civitatis subvertere moliuntur. (Reg. Vat. 244 L, fol. 22, n. 62.)

« *Dilecto filio nobili viro .. civitatis Urbinatensis pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Quia fideli relatione. — Datum Viterbii, kalendis octobris, anno septimo. »

2993 Viterbe, 7 octobre 1369.

Gubernatori dalphinatus Viennensis vel ejus locumtenenti mandatur ut praestet auxilium episcopis Gratianopolitano et Gebennensi de captione Guillelmi de Brienssone, monachi monasterii S. Theofredi, O. S. B., Aniciensis dioecesis. (Reg. Vat. 244 L, fol. 24, n. 69.)

« *Dilecto filio nobili viro .. gubernatori dalphinatus Viennensis, salutem etc.* Cum nos venerabilibus. — Datum Viterbii, nonis octobris, anno septimo. »

2994 Rome, 23 octobre 1369.

Guidoni, episcopo Portuensi, inhibetur ne castrum S. Miniatis vel quemcumque locum in sua potestate consistentem in alicujus seu aliquorum manibus tradet ex custodiae vel alio quocumque titulo vel colore; si jam aliquot tradiderit, reducat ad suam potestatem. (Reg. Vat. 244 L, fol. 30, n. 84.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, salutem etc.* Statui Romane Ecclesie. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas novembris, anno septimo. »

2995 Rome, 23 octobre 1369.

Monentur universi et singuli capitanei, guidatores, conestabuli seu caporales et officiarii alieque persone societatum male facientes in partibus Provinciae ac dalphinatus Viennensis et comitatus Sabaudiae, ut infra unum mensem impias colligationes et societates totaliter dissocient et dissolvant, et restituant bona occupata et detenta, sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda et pontifici Romano reservata. Inhibetur etiam cuicumque ut adjuvet societatibus, eisdem se uniat aut ipsas foveat, officium praeeminentiae assumat et bladum, panem, vinum, carnes, pannos, equos, arma, currus, navigia, victualia, pecunias, merces det aut vendat, et praedas receptet, sub eadem poena et privationis privilegiorum et etiam beneficiorum ecclesiasticorum. (Reg. Vat. 259, fol. 5 verso, n. 20. De curia. — Reg. Avin. 170, fol. 73 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Reperiri nesciens. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas novembris, anno septimo. »

2996 Rome, 26 octobre 1369.

Joanni, tituli SS. quatuor Coronatorum presbytero cardinali, mandatur ut relaxetur arrestum positum de 2.000 francorum, quos Alexander de Paradiso, factor Nicolai Jacobi, militis, et Benedicti Nerocii, civis Florentinorum, de Albertis antiquis, receperat a Guidone de Rupe, collectore apostolico, et portabat Brugis ratione cambii. Parisiis Alexander ductus fuit per gentes regales et, quanquam per fidejussores ab arresto fuerit absolutus, pecuniae non fuerunt restitutae. (Reg. Vat. 244 L, fol. 30, n. 86. — Tihon, *Lettres d'Urbain V*, t. II, p. 268, n. 2446 et p. 387, n. 2648.)

« *Dilecto filio Johanni tituli SS. quatuor Coronatorum presbitero cardinali, salutem etc.* Fideli relatione percepimus. — Datum Rome apud S. Petrum, VII kalendas novembris, anno septimo. »

« *Eodem modo venerabili .. episcopo Parisiensi.* »

2997 Rome, 4 novembre 1369.

Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, rogat ut concordiam faciat, mediantibus nunciis nobilis viri Hugonis de Lisignano, principis Galileae, cum Maria imperatrice Constantinopolitana, cognata sua, quae obtinuit in curia Romana tres sententias contra eumdem Philippum; alioquin oporteret contra ipsum litteras executorias dictarum sententiarum publicari. (Reg. Vat. 244 L, fol. 33, n. 94.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Quoniam in causa. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas novembris, anno septimo. »

2998 Rome, 4 novembre 1369.

Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, mandatur ut partes suas interponat de dicta concordia firmanda; si illae imperator consentire noluerit, publicet litteras executorias et executioni earumdem demandet. (Reg. Vat. 244 L, fol. 34, n. 96.)

« *Venerabili fratri Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas novembris, anno septimo. »

2999 Rome, 4 novembre 1369.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, nuntiat Joannem Paleologum, imperatorem Graecorum, abjurasse scisma in basilica S. Petri de Urbe die 21 octobris; propterea satisfaciat ipsi de mutuo 20.000 florenorum auri ipsi facto, cum clausula solvendi infra unum mensem, postquam se praesentaret conspectui papae; tribuat insuper juvamen eidem Joanni in recuperatione terrarum a Turchis occupatarum. (Reg. Vat. 244 L, fol. 33, n. 95.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Ad tue consolationis. — Datum Rome, apud S. Petrum, II nonas novembris, anno septimo. »

ANNUS OCTAVUS

3000 Rome, 7 novembre 1369.

Ancianis et communi civitatis Lucanae notum fit ut, cum commune non valeat ultra 300 barbutarum stipendia solvere propter custodiam civitatis et districtus, deliberavit Guidoni, episcopo Portuensi, de 250 barbutis Ecclesiae Romanae subvenire. Si Anglicus, episcopus Albanensis, non possit de dicta quantitate subvenire, mandatum erit eidem Guidoni ut conducat 250 barbutas nomine Ecclesiae Romanae et stipendia persolvat de 10.000 florenorum auri et 50.000 florenorum auri per universitatem Lucanam ex donatione nobis facta per imperatorem. Dicta universitas ad requisitionem Guidonis supradicti persolvat dicta 10.000 florenorum, videlicet 2.000 quolibet mense et non aliter. (*Instr. miscell.*, n. 2.572, originale pergamen. De curia.)

« *Dilectis filiis .. ancianis et communi civitatis Lucane salutem etc.* Cum periculosum. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus novembris, anno octavo. »

3001 Rome, 8 novembre 1369.

Petro Petroncini, praecentori ecclesiae Aquensis, conceditur facultas paciscendi, componendi et transigendi cum quibuscumque personis saecularibus et communibus seu universitatibus provinciarum Marchiae Anconitanae, Massae Trabariae, terrarum S. Agathae, civitatis et comitatus quondam Urbini, Romandiolae, ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia, civitatis et comitatus Urbisveteris ac Campaniae et Maritimae, aliorumque locorum per rectores dictarum provinciarum solitorum gubernari, de condemnationibus, confiscationibus, mulctis, poenis, bannis et sententiis incursis propter excessus. Valeat vendere omnia bona mobilia vel immobilia quae fuerunt confiscata. (Reg. Vat. 250, fol. 3 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Petroncini, precentori ecclesie Aquensis, capellano nostro et reddituum et proventuum R. E. in partibus Italie receptori generali, salutem etc.* De tua fide. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus novembris, anno octavo. »

3002 Rome, 8 novembre 1369.

Vidimatur littera data Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario papae, apud Montefiasconem IIII nonas maii anno septimo, qua fuit quittatus de receptis et expensis. De rationibus a die prima octobris anno nono Innocentii papae VI, qua die officium thesaurariatus incepit exercere, usque ad 19 maii, qua die papa recessit ex Massilia anno quinto, exceptis debitis 14.333 florenorum Camerae et 21 solidis monetae Avinionensis ac 100.000 florenorum, quos de quodam cambio olim facto cum regibus Franciae et Angliae, proventibus monasterii Psalmodiensis, O. S. B., Nemausensis dioecesis, quos recepit post translationem ejus ad ecclesiam Nemausensem et etiam fructibus perceptis post obitum Raymundi abbatis praedicti monasterii, conceditur quittatio. (Reg. Vat. 260, fol. 171 recto. De curia.)

« Dudum occasione. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus novembris, anno octavo. »

3003 Rome, 10 novembre 1369.

Mundino de Bononia et aliis fratribus O. M. professoribus in insula Corsicae commorantibus conceditur facultas faciendi venire ad praefatam insulam Donatum de Montefuscoli in arte muratoria peritum et alterum fratrem laicum. (Reg. Vat. 250, fol. 3 verso. De curia. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. VI, n. 1.068.)

« *Dilecto filio Mundino de Bononia et aliis fratribus O. F. M. professoribus in insula Corsice commorantibus.* Pro parte vestra fuit nobis expositum quod vos in insula Corsice, in qua pro fide catholica contra hereticos sepius laboratis, obsequio et societate dilecti filii Donati de Montefusculi in arte muratoria periti et unius alterius fratris, laicorum professorum dicti ordinis, indigetis ; super quo vobis per nos provideri nobis humiliter supplicastis. Nos igitur . . . vobis dictum Donatum et unum alium fratrem laicum dicti ordinis, quem duxeritis eligendum, assumendi et ad dictam insulam faciendi venire eosque ibidem vobiscum perpetuo retinendi, ita quod exinde per quemcunque suorum superiorum non valeant revocari, ipsorum superiorum non petita licencia nec obtenta, non obstantibus, etc., vobis tenore presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud S. Petrum, IIII idus novembris, anno octavo. »

3004 Rome, 1er décembre 1369.

Ægidio, episcopo Tusculano, mandatur ut Thomae de Narnia, priori S. Benedicti de Nursia, O. S. B., Spoletani, in quo regularis observantia minime habebatur et qui subjectus fuit perpetuo monasterio de Specu, dicti ordinis, Tiburtinae dioecesis, restituantur bona mobilia et immobilia occupata a Marco monacho (hodie in carceribus papae detento) quae fuerunt vendita vel distracta. (Reg. Vat. 250, fol. 1 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio episcopo Tusculano, ducatus Spoletani et Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et E. R. vicario generali, salutem etc.* Cum nuper prioratum. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas decembris, anno octavo. »

3005 Rome, 7 décembre 1369.

Ægidio, episcopo Tusculano, mandatur ut destinet ad Florentinos gentes armigeras in succursu. (Reg. Vat. 250, fol. 6 verso.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Tusculano, provinciarum ducatus Spoletani ac Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et R. E. in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Quia, sicut dolenter audivimus, certe gentes armigere civitatis Florentine cum R. E. colligate, a gentibus Anglicis Johannis Aguti receperunt conflictum, volumus et tue fraternitati districtius precipiendo mandamus quod civitatibus et terris nostris de gentibus Ecclesie pro custodia oportuna fulcitis reliquas gentes armigeras ejusdem Ecclesie ad eamdem civitatem Florentinam, in ejus auxilium et succursum, studeas celeriter destinare. Datum Rome, apud S. Petrum, VII idus decembris, anno octavo. »

3006 Rome, 8 décembre 1369.

Dilectis filiis prioribus artium et vexillifero justitiae ac consilio et communi civitatis Florentinae notum fit quod supra mandatur Ægidio episcopo Tusculano. (Reg. Vat. 250, fol. 6 verso.)

« *Dilectis etc.* Littere vestre. — Datum Rome, apud S. Petrum, VI idus decembris, anno octavo. »

3007 Rome, 9 décembre 1369.

Reginae Siciliae scribitur ut puniantur habitatores civitatis Aquensis qui rapuerunt et laniarunt privilegia regia concessa Jacobo Ceva, legum doctori, in Romana curia promotori negociorum ejus, contra voluntatem Raymundi de Agouto, militis, senescalli Provinciae, dum privilegia praesentarentur pro executione. (Reg. Vat. 244 L, fol. 117, n. 335 et Reg. Vat. 250, fol. 7 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 619, n. 135.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad nostrum noviter non sine displicencia. — Datum Rome, apud S. Petrum, V idus decembris, anno octavo. »

3008 Rome, 9 décembre 1369.

Joannem, episcopum Aquensem, rogat ut plenam fidem adhibeat Petro Begonis, archidiacono de Aura in ecclesia Convenarum, nuncio S. A., ad Carolum imperatorem Romanorum misso. (Reg. Vat. 250, fol. 7 verso.)

« *Venerabili fratri Johanni, episcopo Aquensi, salutem etc.* Ad continuandum. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus decembris, anno octavo. »

3009 Rome, 9 décembre 1369.

Alberto et Leupoldo, ducibus Austriae, mandatur ut de securo conductu provideat praedicto Petro Begonis ad Bohemiae et Hungariae vel alias partes misso. (Reg. Vat. 250, fol. 7 verso.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Alberto et Leupoldo, ducibus Austrie, salutem etc.* Cum dilectum filium Petrum. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus decembris, anno octavo. »

3010 Rome, 11 décembre 1369.

Petro Begonis, archidiacono de Aura in ecclesia Convenarum, capellano papae et A. S. nuncio, conceduntur octo florenorum singulis diebus et securus conductus. (Reg. Vat. 250, fol. 14 verso.)

« *Venerabilibus fratribus .. patriarchis etc., salutem etc.* Cum dilectum filium Petrum. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus decembris, anno octavo. »

3011 Rome, 16 décembre 1369.

Reginae Siciliae commendatur Gometius de Albornotio, miles Conchensis dioecesis, in civitate Esculana vicarius pro Romana Ecclesia, pro negociis expediendis. (Reg. Vat. 250, fol. 9 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 619, n. 136.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilectum filium nobilem virum Gometium. — Datum Rome apud S. Petrum, XVII kalendas januarii, anno octavo. »

3012 Rome, 16 décembre 1369.

Item Raymundo de Baucio, comiti Soleti, magno regni camerario. — Datum ut supra. (Reg. Vat. 244 L, fol. 119, n. 340.)

« *Eodem modo Ligorio Zurulo, regni logotenenti, militi.* »

3013 Rome, 20 décembre 1369.

Joanni, tituli Sanctorum 4 Coronatorum presbytero cardinali, mandatur ut partes suas interponat quoad restitutionem 600 nobilium aureorum receptorum a gentibus regis Francorum et pertinentium ad Freducium, procuratorem et factorem societatis Albertinorum antiquorum de Florentia, qui pecunias illas deferebat ex Brugis in Angliam. (Reg. Vat. 250, fol. 10 recto. — Tihon, *Lettres d'Urbain V*, t. II, p. 292, n. 2485.)

« *Dilecto filio Johanni, tituli SS. Quatuor Coronatorum presbitero cardinali, salutem etc.* Quia sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, XIII kalendas januarii, anno octavo. »

3014 Rome, 23 décembre 1369.

Anglico, episcopo Albanensi, commendatur nobilis vir Ricciardus de Cancelleriis, miles Pistoriensis, ita ut non impediatur gaudere possessione castri Franchevillae, Firmanae dioecesis, confiscati et in feudum ab R. E. dati. (Reg. Vat. 250, fol. 10 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas januarii, anno octavo. »

3015 Rome, 23 décembre 1369.

Petro, archiepiscopo Bituricensi, mandatur ut non relaxetur ex carceribus, sine licentia papae, nobilis vir Nicolaus de Buscareto, domicellus Senogalliensis dioecesis, saevus hostis Ecclesiae Romanae, in quibus detinetur a Trincia de Trinciis, milite, in civitate Fulginatensi pro E. R. vicario. (Reg. Vat. 250, fol. 10 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Bituricensi, ducatus Spoletani pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Per alias nostras litteras. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendis januarii, anno octavo. »

3016 Rome, 23 décembre 1369.

Trinciae de Trinciis de detentione Nicolai de Buscareto item scribitur, sed papa eum rogat ut secundum consilium Petri, archiepiscopi Bituricensis, agat. (Reg. Vat. 250, fol. 10 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Trincie de Trinciis, militi Fulginatensi, in civitate Fulginatensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Cum liberatio. — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas januarii, anno octavo. »

3017 Rome, 2 janvier 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut adhibeat plenam fidem Heliae de Vodro, cantori ecclesiae Xanctonensis, praesentium latori. (Reg. Vat. 250, fol. 18 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Dilectum filium Heliam. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas januarii, anno octavo. »

3018 Rome, 2 janvier 1370.

Petro, archiepiscopo Bituricensi, item. (Reg. Vat. 250, fol. 18 verso.)

« *Venerabili fratri Petro . . . ducatus Spoletani . . . rectori, salutem etc.* Dilectum filium Heliam. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas januarii, anno octavo. »

Rome, 2 janvier 1370.

Petro Petroncini item. (Reg. Vat. 250, fol. 18 verso.)

« *Dilecto filio Petro Petroncini, preposito ecclesie Aquensis, capellano nostro ac fructuum et proventuum R. E. in Italia debitorum receptori generali, salutem etc.* Dilectum filium. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas januarii anno octavo. »

3019 Rome, 5 janvier 1370.

Conceduntur securus conductus, guidae seu ductores Heliae de Vodro, cantori ecclesiae Xanctonensis, latori prae-

sentium, ad partes certas Italiae destinato. (Reg. Vat. 250, fol. 25 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis universis et singulis officialibus et subditis Ecclesie Romane ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum dilectum filium. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis januarii, anno octavo. »

3020 Rome, 7 janvier 1370.

Constitutio qua declaratur quod, post dispensationem concessam nobili mulieri Joannae, ducissae Duratii, de quarto gradu consanguinitatis in matrimonio contrahendo cum quocumque viro, « prefatam ducissam ad jus, si quod ei competit seu competere posset im posterum in successione regni Sicilie et terra citra farum, si illud propter incestum cum dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra, nato clare memorie Philippi, regis Navarre, comite Bellimontis, sibi in quarto consanguinitatis gradu conjuncto de facto matrimonium scienter absque dispensatione apostolica contrahendo et etiam consummando forsitan perdidit, et illud foret de jure vel alias ad personam aliam devolutum vel devolvendum restituere aut jus novum tribuere nequaquam intendimus nec persone alteri prejudicium generare. Nulli ergo »... (Reg. Vat. 250, fol. 27 verso. De curia.)

« *Urbanus etc.* Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice Sedis providentia. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus januarii, anno octavo. »

3021 Rome, 8 janvier 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, et Elizabet, natae Stephani filii Caroli regis Hungariae, conceditur dispensatio de quarto gradu consanguinitatis in matrimonio contrahendo, instante Ludovico rege Hungariae, « dummodo juramenta per quascumque personas occasione sponsalium de futuro olim inter te, filia Elizabet, et carissimum in Christo filium nostrum Wenceslaum, regem Bohemie illustrem, contractorum interposita, tam pro parte tua quam ejusdem regis hinc inde penitus remittantur ». (Reg. Vat. 250, fol. 28 recto. De curia.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Elizabet, quondam Stefani filii clare memorie Caroli regis Ungarie nate, salutem etc.* Et si inter illos. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus januarii, anno octavo. »

3022 Rome, 9 janvier 1370.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut concessit dispensationem de secundo gradu collaterali consanguinitatis in matrimonio contrahendo inter nobilem virum Carolum de Duratio et nobilem mulierem Margaritam de Duratio, consanguineos ejusdem regis, pro bono et pace regni Siciliae. Rogat insuper ut Carolum, qui in sua potestate consistit, inducat ad devotionem erga R. E. et eidem subveniat in suis necessitatibus ad praesens urgentibus. (Reg. Vat. 250, fol. 19 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Magnitudinis tue. — Datum Rome apud S. Petrum, V idus januarii, anno octavo. »

3023 Rome, 11 janvier 1370.

Ludovico, regi Hungariae, mandatur ut approbet pacta matrimonii praedicti. (Reg. Vat. 244 L, fol. 64, n. 179. — Reg. Vat. 250, fol. 20 recto.)

« *Dilecto filio in Christo Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc.* Cupientes, fili carissime. — Datum Rome, III idus januarii, anno octavo. »

3024 Rome, 13 janvier 1370.

Reginae Siciliae commendatur Ludovicus de Praefectis, miles, subditus papae, « pro curatione cujusdam sue infirmitatis ad medicos et balnea regni sui de nostro beneplacito » proficiscens. (Reg. Vat. 250, fol. 20 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 620, n. 137.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum dilectus filius nobilis vir Ludovicus. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus januarii, anno octavo. »

3025 Rome, 16 janvier 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut inducat Florentinos et colligatos ad offerendum subsidium Ludovico, regi Hungariae, pro succursu dando contra hostes eorum. (Reg. Vat. 250, fol. 9 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 118, n. 339. — Rinaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1369, § 9.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. immediate subjectis pro nobis et E. ipsa vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Deducimus ad tue fraternitatis notitiam quod ambaxiatores carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Ungarie illustris, qui apud nos fuerunt diebus quampluri-

bus, super arduis petitis per eos bene contenti a nostra presentia discesserunt dixeruntque nobis quod ipse rex, prout ab eo habuerunt, paratus erit ad depressionem hostium R. E. et colligatorum ipsius personaliter venire saltem cum decem millibus armatorum bonorum et non pauciorum, et non recedere donec dicta depressio esset totaliter terminata, pro quorum tertia parte stipendiorum de proprio solveret, Ecclesia et colligatis eisdem solventibus reliquas duas partes, et dantibus gentes ordinatas et taxatas pro liga vel saltem medietatem earum et nobilibus colligatis, et melioribus de terris Ecclesie assistentibus ipsi regi quibus respondimus quod hoc prefatis Ecclesie et colligatis omnino impossibile redderetur, et propterea ipse rex adjuvando Ecclesiam et colligatos eosdem utique suos amicos. suam, ut placeret, magnificentiam exhiberet. Cum itaque superbia hostium semper ascendit et contra eos sit celeriter providendum, volumus et tue fraternitati mandamus quatinus dilectos filios Florentinos et alios colligatos ad providendum super hiis, et offerendum dicto regi subsidium, quod offerentibus sit possibile ipsique regi gratum, studeas sine more dispondio convocare, ac super hiis tractare et deliberare, quod magis videbitur expedire. Datum Rome apud S. Petrum, XVII kalendas januarii, anno octavo. »

3026 Rome, 21 janvier 1370.

Reginam Siciliae hortatur ad obviandum juxta posse invasioni regni Cypri a Saracenis et Turchis. (Reg. Vat. 250, fol. 21 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 66, n. 186.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Magna pericula. — Datum Rome apud S. Petrum, XII kalendas februarii, anno octavo. »

3027 Rome, 22 janvier 1370.

Oddoni de Granceyo, militi Lingonensis dioecesis, multae grates referuntur de oblationibus factis ab ipso de servitio praestando R. E. cum honorabili et fideli comitiva. Requiretur, si indigeat Papa. (Reg. Vat. 250, fol. 21 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Oddoni de Granceyo, militi Lingonensis diocesis, salutem etc.* Oblationem tuam de veniendo. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas februarii. »

3028 Rome, 28 janvier 1370.

Guillelmo de Grisaco mandatur ut obviet omnibus viis et modis quibus poterit de translatione salis, pannorum, victualium et aliarum rerum ex territorio Senensi ad Perusinos. damnatos rebelles R. E. (Reg. Vat. 250, fol. 23 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Guillelmo de Grisaco, militi Mimatensis diocesis, pro venerabili fratre nostro Anglico, episcopo Albanensi, regenti civitatem Tudertinam, salutem etc.* Frequens fidedignorum. — Datum Rome apud S. Petrum, V kalendas februarii, anno octavo. »

3029 Rome, 29 janvier 1370.

Reginae Siciliae mandatur ut permittat emptionem grani in regno ejus. (Reg. Vat. 250, fol. 24 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 620, n. 138.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, dilecti filii populus Romanus a venerabili fratre nostro episcopo Tricaricensi sperent emere mille rubra grani vendenda pro pretio competenti, Serenitatem tuam rogamus attente quatinus hujusmodi granum, quod tam pro civibus quam curtesanis in Urbe fore dinoscitur oportunum, de tuo regno, salvo curie tue jure, trahi permittas ad ipsam urbem celerius transportandum, provisura quod ad locum alium minime deferatur. Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas februarii, anno octavo. »

3030 Rome, 29 janvier 1370.

Episcopo Tricaricensi mandatur ut nuntios populi Romani ceteris praeferat in emptione grani. (Reg. Vat. 250, fol. 24 verso.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Tricaricensi, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII kalendas februarii, anno octavo. »

3031 Rome, 1er février 1370.

Petro, archiepiscopo Bituricensi, mandatur ut, informatione facta sub forma summaria, faciat restitui priori et conventui prioratus S. B. de Nursia bona quae fuerunt occupata et alienata a Marco monacho (v. *supra*, n. 3004). (Reg. Vat. 250, fol. 38 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Bituricensi, ducatus Spoletani pro nobis et E. R. rectori, salutem*

etc. Gravem dilectorum. — Datum Rome apud S. Petrum, kalendis februarii, anno octavo. »

3032 Rome, 13 février 1370.

Raymundo Berengarii, magistro Hospitalariorum, mandatur ut obviet invasioni insulae Cypri. (Reg. Vat. 250, fol. 30 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 72, n. 204.)

« *Dilecto filio Raymundo Berengarii, magistro, et conventui Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, salutem etc.* Evidentia magnaque pericula. — Datum ut supra. »

3033 Rome, 13 février 1370.

Andreae, episcopo Tudertino, mandatur sub excommunicationis poena ut armigeros missos ad castrum Fractae, spectans ad ejus ecclesiam, faciat benigne recipi ad obviandum ne blada et alia ad Perusinos deferantur, nam armigeri sunt deputati a Petro, archiepiscopo Bituricensi. (Reg. Vat. 250, fol. 30 verso.)

« *Venerabili fratri Andree, episcopo Tudertino, salutem etc.* Quia sepius audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus februarii, anno octavo. »

3034 Rome, 18 février 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas conceditur praedicari faciendi crucis verbum contra societates et Perusinos in Italiae et Hungariae partibus. (Reg. Vat. 250, fol. 40 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 469, n. 467.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Atroces culpas et excessus gravissimos. — Datum Rome apud S. Petrum, XII kalendas marcii, anno octavo. »

3035 Rome, 20 février 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas recipiendi legata ac male ablata incerta, si hii quibus eorum solutio et restitutio fieri debeant ignorentur vel inveniri non possint, necnon commutandi vota, continentiae et castitatis votis exceptis, et convertendi in defensione terrarum E. R. (Reg. Vat. 250, fol. 41 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi generali, salutem etc.* Cum pro defensione terrarum, — Datum Rome apud S. Petrum, X kalendas marcii, anno octavo. »

3036 Rome, 22 février 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut provideat de officio, si et prout viderit, Mathaeo Bonihominis de Narnia, jurisperito, instante magistro Marco de Narnia, legum doctore ac judice curiae marescalli Romanae curiae. (Reg. Vat. 250, fol. 31 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Dilectus filius magister. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas marcii, anno octavo. »

3037 Rome, 25 février 1370.

Petro de Gambacurtis, militi Pisano, mandatur ut partes suas interponat ad destinandos ambaxiatores Pisanos non ad curiam, sed ad Anglicum episcopum Albanensem. (Reg. Vat. 250, fol. 36 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro de Gambacurtis, militi Pisano, salutem etc.* Litteras tue nobilitatis. — Datum Rome apud S. Petrum, V kalendas marcii, anno octavo. »

3038 Rome, 25 février 1370.

Ancianos, consilium et commune civitatis Pisanae rogat ut mandent ad praedictum Anglicum « nec ad nos pro dicto negocio, nisi vobis scribemus aliud alios transmittatis ». (Reg. Vat. 250, fol. 37 recto. — Reg. Vat. 244 L, fol. 75, n. 209.)

« *Dilectis filiis .. ancianis ac consilio et communi civitatis Pisane, salutem etc.* Litteris vestris nuper missis. — Datum Rome apud S. Petrum, V kalendas marcii, anno octavo. »

3039 Rome, 27 février 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut roget Galeam de Vicecomitibus ad restituenda bona, ab ipso ablata, nobili viro Petro de Scottis, domicello Placentino, instante Ludovico rege Hungariae. (Reg. Vat. 250, fol. 37 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, ... salutem etc.* Quia carissimus. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas marcii, anno octavo. »

3040 Rome, 27 février 1370.

Reginae Siciliae scribit ut liberum transitum permittat gentibus armigeris diversarum nationum, quas conducit seu mittat contra Turchos Joannes, imperator Graecorum, post abjurationem scismatis, faciendo eis de victualibus, navigiis, aliis necessariis ac securo conductu provideri, eorum tamen sumptibus. (Reg. Vat. 250, fol. 37 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 75, n. 212. — Cerasoli, *loço citato*, p. 621, n. 139.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum carissimus in Christo filius noster Johannes. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas marcii, anno octavo. »

3041 Rome, 27 février 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, item mandatur. (Reg. Vat. 250, fol. 38 recto. — Reg. Vat. 224 L, fol. 75, n. 210.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Cum carissimus. — Datum Rome apud S. Petrum, III kalendas marcii, anno octavo. »

3042 Rome, 28 février 1370.

Bertrando, episcopo Convenarum, conceditur facultas conferendi beneficia ecclesiastica vacatura familiarium suorum commensalium, qui morituri sunt durante prosecutione negotiorum ipsi commissorum in partibus Hispaniae. (Reg. Vat. 260, fol. 174 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Convenarum, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum te ad Ispanie. — Datum Rome apud S. Petrum, II kalendas marcii, anno octavo. »

3043 Rome, 2 mars 1370.

Guidoni, episcopo Portuensi, mandatur ut obviet traditioni castri Petrae Sanctae Romanae Ecclesiae hostibus et intimet Carolo, imperatori Romanorum. (Reg. Vat. 250, fol. 47 recto. — Reg. Vat. 244 L, fol. 76,n . 213.)

« *Venerabili fratri Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario generali, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum Rome apud S. Petrum, VI nonas marcii, anno octavo. »

3044 Rome, 2 mars 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas iniendi liguam cum Joanna regina Siciliae, Nicolao, Hugone et Alberto marchionibus Estensibus, Francisco de Carraria, Ludovico de Gonzaga, Feltrino de Gonzaga, aliisque principibus, magnatibus et nobilibus, necnon communitatibus et universitatibus Florentinae, Lucanae, Pisanae, Januensis, Senensis et aliarum civitatum, castrorum et locorum, seu eorum procuratoribus ad tempus de quo viderit cum articulis de quibus ipsi videbitur; promittet etiam certas gentes armigeras equestres et pecuniarum summas. (Reg. Vat. 250, fol. 51 recto. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 470, n. 468.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Quoniam funiculus triplex. — Datum Rome apud S. Petrum, VI nonas marcii, anno octavo. »

3045 Rome, 4 mars 1370.

Nicolao, marchioni Estensi, mandatur ut Dondacio de Fontana, militi Placentino, assumendi et exequendi commissiones et servicia Anglici, episcopi Albanensis, sine sue mentis turbatione, velit licentiam benivolam impertiri. (Reg. Vat. 250, fol. 47 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 76, n. 214.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi nostro et pro E. R. vicario, salutem etc.* Quia nos et venerabilis frater. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno octavo. »

3046 Rome, 4 mars 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, dudum concessa fuit facultas recipiendi legata, male ablata, incerta, dummodo hii quibus eorum solutio et restitutio fieri debebant ignorarentur vel inveniri non possent, necnon commutandi vota, exceptis castitatis et continentiae. Anglicus consuluit papam an extra terminos vicariatus facultas ipsa valeret. Respondetur facultatem ad biennium in tota Italia et regno Hungariae exercendam esse modo quo receptae sint pecuniae in supportatione onerum illatorum pro defensione terrarum R. E. contra societates. (Reg. Vat. 250, fol. 52 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico . . . vicario generali, salutem etc.* Nuper pro defensione terrarum. — Datum Rome apud S. Petrum, IIII nonas marcii, anno octavo. »

3047 Rome, 5 mars 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur ut civitatem Bitetensem ad ecclesiam Montisregalis in temporalibus pertinentem et arcem ibi sitam faciat relaxare Guillelmo, archiepiscopo Montisregalis. (Reg. Vat. 250, fol. 48 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster Guillelmus. — Datum Rome apud S. Petrum, III nonas marcii, anno octavo. »

3048 Rome, 9 mars 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mittuntur quatuor capitula quae Bernabo de Vicecomitibus destinavit ad curiam de pace firmanda cum E. R. Super ultimo capitulo tangente Perusinos vult « quod tu vel Bernabos vos aliquatenus intromittatis, cum tractatum reconciliacionis eorum per .. ambaxiatores dilectorum filiorum communis civitatis Florentine in Romana curia fieri intendimus, quinimno intendimus quod idem Bernabos promittat in tractatu sue pacis quod se de ipsis Perusinis nullatenus intromittat ». (Reg. Vat. 250, fol. 53 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Hodie super facienda pace. — Datum Rome apud S. Petrum, VII idus marcii, anno octavo. »

3049 Rome, 14 mars 1370.

Bertrando, episcopo Convenarum, nuncio S. A. in partibus Hispaniae, conceditur facultas dispensandi cum 100 personis de defectu natalium, praeterquam natis ex episcopis vel religiosis. (Reg. Vat. 250, fol. 53 verso.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Convenarum, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum te ad Ispanie. — Datum Rome apud S. Petrum, II idus marcii, anno octavo. »

3050 Rome, 15 mars 1370.

Item conceditur pro 50 personis, dummodo in aliqua licita facultate gradum habeant. (Reg. Vat. 250, fol. 53 verso.)

« *Venerabili fratri Bertrando, episcopo Convenarum, A. S. nuncio, salutem etc.* Cum te ad Ispanie. — Datum Rome apud S. Petrum, idibus marcii, anno octavo. »

3051 Rome, 17 mars 1370.

Aymerico, episcopo Parisiensi, mandatur ut inquirat de excessibus Roberti Gonterii, se gerentis pro presbytero Lexoviensis dioecesis et fabricatoris litterarum apostolicarum per quas Simoni Arnaudi, presbytero Xanctonensis dioecesis, de beneficio ecclesiastico ad collationem episcopi Meldensis pertinente provisum erat. Dictus Robertus fuit captus et detentus in carcere episcopali. Litterae fuerunt inspectae in cancellaria apostolica et « in dictamine, scriptura, stillo earum, serie et bulla » repertae falsae. (Reg. Avin. 172, fol. 5 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 175 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Aymerico, episcopo Parisiensi, salutem etc.* Nuper ad nostrum. — Datum Rome apud S. Petrum, XVI kalendas aprilis, anno octavo. »

3052 Rome, 22 mars 1370.

Petro, archiepiscopo Bituricensi, mandatur ut stipendiariis morantibus in castro Collis longi civitatis Urbisveteris praecipiat quod cives et comitativos Tudertinos aliquatenus non perturbent, illis exceptis, si qui forsan deferrent victualia Perusinis, quod relaxent Franciscum Bruni, civem Tudertinum, eique restituant equum cum arnesiis, quod amoveantur stipendiarii ex castro Fractae, comitatus Tudertini, si ibi non sint utiles et mittantur ad alium locum comitatus. Nallo Martini, civi Tudertino, restituant dicti stipendarii 37 florenorum auri ipsi ablata eumque captivatum relaxent. Si videatur necessitas manutenendi stipendiarios in castro Fractae, disponat taliter quod Tudertinis non noceant. Portantes victualia vel alia Perusinis puniendi sunt à gubernatore Tuderti. (Reg. Vat. 250, fol. 49 recto.)

« *Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Bituricensi, provincie ducatus Spoleti pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Intendentes quod dilecti filii cives. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas aprilis, anno octavo. »

3053 Rome, 22 mars 1370.

Reginam Siciliae rogat ut permittat granum extrahi ex regno suo et deferri ad Urbem caristia egentem. (Reg. Vat. 250, fol. 49 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum propter peregrinorum multitudinem ad Urbem confluentium de presenti caristia

grani major solito sit in ea dilecti filii populus Romanus ad relevandum Urbem ipsam ab indigentia ingruente certos suos nuncios, latores presencium, mittant ad regnum tuum pro emendis 4000 rublis grani. Quare serenitatem tuam rogamus attente quatinus hujus grani quantitatem de dicto tuo regno extrahi permittas, ad Urbem prefatam navigiis deferendam, mandans super hoc fieri tuas litteras oportunas. Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas aprilis, anno octavo. »

3054 Rome, 22 mars 1370.

Ludovico de Navarra, duci Duracii, mandatur ut permittat 400 rubra grani extrahi ex terris suis et deferri ad Urbem. (Reg. Vat. 250, fol. 50 recto.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra, duci Duracii, salutem etc.* Cum propter peregrinorum. — Datum Rome apud S. Petrum, XI kalendas aprilis, anno octavo. »

3055 Rome, 27 mars 1370.

Bernardo Guidonis datur quittatio de administratis, receptis et expensis pro 14 scolaribus in Bononiensi studio studentibus expensis papae, a die sexta junii 1368 usque ad 15 junii 1369, pro eo quod collegii sit gubernator. (Reg. Vat. 250, fol. 54 verso.)

« *Dilecto filio Bernardo Guidonis, priori prioratus de Marmanda O. S. B., Agennensis diocesis, salutem etc.* Ex relatione gentium Camere nostre. — Datum Rome apud S. Petrum, VI kalendas aprilis, anno octavo. »

3056 Rome, 4 avril 1370.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi, facultas ut omnes proventus comitatus Venaysini, qui ultra incumbentes expensas ejusdem supererunt, isto anno convertantur in subventione pauperum comitatus caristia patientis. Pauperibus Avinionis aliorumque locorum multo plus solito eleemosynas tribuat, ut videbitur expedire. (Reg. Vat. 250, fol. 69 verso.)

« *Venerabili fratrei Guillelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, salutem etc.* Indigencie nimie pauperum. — Datum Rome apud S. Petrum, II nonas aprilis, anno octavo. »

3057 Rome, 5 avril 1370.

Joannem, tituli S. S. Quatuor Coronatorum presbyterum cardinalem, rogat ut interponat partes suas apud regem Franciae de relaxatione Fiducii Andreae, factoris nobilis viri Nicolai Jacobi, militis, et Benedicti Nerocii de Albertis antiquis, civis Florentini, et de restitutione rerum ipsi ablatarum. (Reg. Vat. 244 L, fol. 79, n. 224. — Reg. Vat. 250, fol. 68 recto. — Tihon, *Lettres d'Urbain V*, t. II, p. 323, n. 2530.)

« *Dilecto filio Johanni, tituli S. S. Quatuor Coronatorum presbitero cardinali, salutem etc.* Pro dilecti filii Fiducii. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis aprilis, anno octavo. »

3058 Rome, 5 avril 1370.

Carolum, regem Franciae, rogat de liberatione dicti Fiducii qui, pertransiens ex Brugis ad Angliam pro mercimoniis exercendis, portabat 600 nobiles aureos. (Reg. Vat. 244 L, fol. 79, n. 222. — Reg. Vat. 250, fol. 69 recto. — Tihon, *ut supra*, n. 2531.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum Rome apud S. Petrum, nonis aprilis, anno octavo. »

3059 Rome, 5 avril 1370.

Ludovico, duci Andegavensi, mandatur ut non permittat officialibus suis quod exigant impositiones et gabellas pro ducendis guerris et defensione linguae Occitanae ac regni Franciae a clero civitatis, dioecesis et provinciae Tolosanae. (Reg. Vat. 250, fol. 68 recto. — Prou, *op. cit.*, p. 165, n. LXXXVI.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francie illustris fratri et locumtenenti in partibus Occitanis, salutem etc.* Decorem gloriosissimi generis tui Sane venerabiles fratres nostri . . archiepiscopus Tholosanus ejusque suffraganei aliique prelati ecclesiarum, cleri quoque civitatis, diocesis et provincie Tholosane nobis nuper exponere curaverunt quod, cum olim communitates lingue Occitane, pro ducendis guerris earum et regni Francie presertim parcium Occitanarum defensione, tibi certum obtulissent subsidium seu juvamen, et pro ipso levando nonnullas imposiciones seu gabellas super bladis, vinis et aliis victua-

libus ordinassent, collectores seu levatores dicti subsidii prefatos exponentes ad solucionem imposicionum et gabellarum hujusmodi passim et indifferenter a laicis compellebant et hujusmodi imposiciones atque gabellas levabant, propter quod prefati exponentes, sencientes indebite se gravari, ad te duxerunt humiliter recurrendum ; tuque, auditis racionibus per eos propositis, ipsarum imposicionum et gabellarum exactionem et levationem, quoad illos sub certis forma et distinctione suspendisti, donec super hoc quod nobis placeret per nos existeret ordinatum, levatas vero ab ipsis antea imposiciones et gabellas hujusmodi, usque ad dictam ordinacionem nostram, voluisti sub certo modo servari.

« Quare pro parte dictorum exponencium fuit nobis humiliter supplicatum quod attentis debili et miserabili statu Tholosane ac suffraganearum suarum et aliarum ecclesiarum ceterorumque piorum locorum civitatis, diocesis et provincie predictarum, multisque quoque oneribus que habent subire continue, necnon damnis et detrimentis que occasione guerrarum perpessi fuerant et patiebantur assidue, ac insuper inconvenientibus que procul dubio ex imposicionibus et gabellis hujusmodi, si contra tales procederent, sequerentur, providere super hoc paterna diligentia curaremus.

« Nos . . . illos quoad imposiciones et gabellas hujusmodi jam de eis, ut prefertur, levatas contra canonicas sanctiones indebite fuisse gravatos, quamvis sit de jure, notorium declaravimus et tibi tenore presencium declaramus, ac volumus et ordinamus ipsos ad solucionem imposicionum et gabellarum hujusmodi faciendas im posterum non teneri ; nobilitatemque tuam instanter et affectuose requirimus et rogamus ac ex paterne dilectionis visceribus hortamur attente tibi nichilominus, per apostolica scripta, mandantes quatinus memorie progenitorum tuorum, qui non solum de ecclesiarum et ecclesiasticorum locorum ac personarum tam prelatorum quam aliorum libertate et indemnitate soliciti, sed ipsos honorum et graciarum devota exhibicione ac liberali munificencia prosequti fuerunt exemplaribus inherendo vestigiis, pro eterni regis et nostra, dicteque Sedis Apostolice reverencia, exponentes ipsos ac illorum ecclesias et monasteria, eorumque capitula, collegia et conventus, ac singulares personas sincere caritatis astringens amplexu, de dictis imposicionibus atque gabellis ab eis aut eorum aliquo jam levatis plenam ipsis facias satisfactionem impendere, et insuper eos aut eorum aliquem ad hujusmodi imposicionum seu gabellarum solucionem faciendam im posterum non compellas, neque a dictis collectoribus seu officialibus tuis, aut, quantum in te est, a quibuslibet aliis compelli permittas, occasione qualibet seu pretextu, eisdem exponentibus et eorum quibuslibet ad suorum in hac parte repressionem gravaminum de oportunis mandantes et litteris, cum super hoc ad te recursum habuerint, pie ac liberaliter providendo.

« Nos autem irritum decrevimus ac decernimus et inane quicquid contra predictas declaracionem, ordinacionem et voluntatem nostras, a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum, nonis aprilis, anno octavo. »

3060 Rome, 6 avril 1370.

Monasterio S. Antonii O. S. A. Viennensis dioecesis, vacante per obitum Petri, praefectus fuit Petrus, praeceptor praeceptoriae S. Antonii de Apulia, dicti ordinis, in vicarium generalem; fuit mandatum Joanni Guidoti, praeceptori domus S. Augustini Florentini, ut responderet de fructibus perceptis et pertinentibus ad abbatem Camerae Apostolicae vel Lucio, episcopo Cesenatensi, collectori in Tuscia. Idem Joannes de locatione olim facta ab abbate defuncto singulis annis solvi debebat 4.000 florenorum. Papa ratificat ad biennium locationem istam, sed statuit quod singulis annis, ratione guerrarum in partibus Imperii, usque ad beneplacitum erit solvenda Camerae Apostolicae dicta locatio. (Reg. Vat. 250, fol. 75 recto. — Reg. Avin. 172, fol. 5 verso. — Reg. Vat. 260, fol. 176 recto. — *Instr. miscell.*, n. 2535.)

« Ad futuram rei memoriam. Dudum ex certis rationabilibus causis. — Datum Rome apud S. Petrum, VIII idus aprilis, anno octavo. »

3061 Rome, 8 avril 1370.

Abbati monasterii S. Victoris Massiliensis committitur ut eleemosynarius det in pane « eleemosinam singulis diebus, hora condecenti et determinata, in tanta quantitate quod recipiens elemosinam ipsam die fame perire non possit, prout justum fuerit, appelatione remota ». (Reg. Avin. 171, fol. 39 recto. De curia.)

« *Dilecto filio . . abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, salutem etc.* Cum elemosinarius. — Datum Rome apud S. Petrum, VI idus aprilis, anno octavo. »

3062 Rome, 11 avril 1370.

Excommunicationes publicantur in die coenae Domini. (Reg. 250, fol. 76 recto. De curia; *Instrumenta miscell.*, n. 2598.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus. — Datum Rome, III idus aprilis, anno octavo. »

3063 Rome, 11 avril 1370.

Reginae Siciliae commendatur conventus Cassinensis « cujus reparationi in edificiis et reformationi in personis ibidem anhelatur », ita ut officiales ejus gravamina non inferant. (Reg. Vat. 244 L, fol. 82, n. 232. — Reg. Vat. 250, fol. 71 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 621, n. 140.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ingentis devotionis affectum. — Datum Rome apud S. Petrum, III idus aprilis, anno octavo. »

3064 Viterbe, 19 avril 1370.

Nofrio de Rossis et prioribus populi civitatis Tudertinae mandatur ut provideant de regimine et custodia civitatis, donec Anglicus, episcopus Albanensis, de his providerit. (Reg. Vat. 244 L, fol. 82, n. 234.)

« *Dilecto filio nobili viro Nofrio de Rossis ac prioribus populi civitatis Tudertine, salutem etc.* Fidelitatis vestre. — Datum Viterbii, XIII kalendas maii, anno octavo. »

3065 Viterbe, 23 avril 1370.

Gaucelmo, episcopo Magalonensi repetitur mandatum antea datum (v. *supra*, n. 3056) ; addicitur quod pauperes quos Joannes de Folhos, clericus de Aureliaco in domo sua Avinionensi, quam receptioni et usui pauperum deputavit, tenet, habeat super dictis eleemosynis specialiter commendatos. (Reg. Vat. 250, fol. 73 recto. — Reg. Vat. 244 L, fol. 83, n. 239.)

« *Venerabili fratri Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, salutem etc.* Hiis diebus. — Datum Viterbii, VIIII kalendas maii, anno octavo. »

3066 Viterbe, 24 avril 1370.

Priori Cartusiae Gratianopolitanae dioecesis ac diffinitoribus capituli generalis Cartusiensis ordinis in proximo celebrandi ipsique capitulo mandatur virtute obedientiae ut recipiat aliquis frater summissionem hospitalis constructi a Joanna, regina Siciliae, in civitate Neapolitana monasterio S. Martini de Monte Sancti Erasmi prope Neapolim. (Reg. Vat. 250, fol. 73 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 84, n. 241.)

« *Dilectis filiis .. priori Cartusie Gratianopolitane diocesis ac .. diffinitoribus capituli generalis Cartusiensis etc.* Cum carissima in Christo filia nostra Johanna. — Datum Viterbii, VIII kalendas maii, anno octavo. »

3067 Montefiascone, 27 avril 1370.

Conceduntur 600 libre monetae Barchinonensis Petro Rubaei, praecentori ecclesiae Elnensis, scriptori poenitentiariae apostolicae, et Remiroco Sancii, servienti papae, ad partes Aragoniae et nonnullas partes alias pro arduis negociis destinatos, pro eorum expensis. (Reg. Avin. 172, fol. 5 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum dilectos filios. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas maii, anno octavo. »

3068 Montefiascone, 29 avril 1370.

Episcopo Senecensi, et Bernardo Fabri ac Astorgio de Auriaco conceditur facultas « dandi et tradendi terras, domos ac possessiones feudales seu emphiteoticas, ad mensam episcopalem Mimatensem pertinentes, que ad mensam ipsam redierunt vel quamdiu dictam Mimatensem ecclesiam ad nostram manum tenebimus, redibunt ad acapitum personis ydoneis, dum tamen non sint persone a jure prohibite ». (Reg. Avin. 172, fol. 6 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 177 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Roberto episcopo Senecensi et dilectis filiis Bernardo Fabri, priori prioratus de Campis Parisiensis, ac Astorgio de Auriaco, archidiacono Mimatensi, vicariis in spiritualibus et temporalibus in civitate vel diocesi Mimatensi, racione episcopatus Mimatensis, quem ad manum nostram tenemus, auctoritate apostolica deputatis, salutem etc.* Gerentes ad Mimatensem ecclesiam. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas maii, anno octavo. »

3069 Montefiascone, 1er mai 1370.

Quittatur Gaucelmus, episcopus Magalonensis, papae thesaurarius, de datis priori monasterii S. Germani de Montepessulano O. S. B., Magalonensis dioecesis. (Reg. Avin. 171, fol. 39 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Hiis per que . . . Cum itaque venerabilis frater noster Gaucelmus, episcopus Magalonensis, thesaurarius noster, nonnullos libros theologie ac juris canonici et civilis et alios necnon quamplura vestimenta et jocalia de bonis Camere ... Datum apud Montemflasconem, kalendis maii, anno octavo. »

3070 Montefiascone, 4 mai 1370.

Reginae Siciliae scribit ut relaxet usurpatam jurisdictionem in terris monasterii Cassinensis a curia et praedecessoribus ejus. (Reg. Vat. 250, fol. 78 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 622, n. 141.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quia scimus, carissima filia. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas maii, anno octavo. »

3071 Montefiascone, 4 mai 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas recipiendi mutua et pro eis restituendis census, redditus et proventus necnon civitates, terras, castra, arces et alia res et bona R. E., ubicumque consistentia, obligandi et pignorandi, et super his quaecumque pacta utilia et necessaria ac alia ordinandi. (Reg. Vat. 250, fol. 84 verso et 85 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Cum pro defensione terrarum. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas maii, anno octavo. »

3072 Montefiascone, 4 mai 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut valeat prorogare vicarios in temporalibus deputatos in terris Ecclesiae pro tempore ad vitam et insuper vicariatum concedere eorum filiis masculis legitimis et naturalibus ex se natis, etiam ad vitam. (Reg. Vat. 250, fol. 85 recto. De curia. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 472, n. 475.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris R. E. . . . in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Cupientes super hiis. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas maii, anno octavo. »

3073 Montefiascone, 4 mai 1370.

Eidem conceditur facultas prorogandi vicariatum in temporalibus ad tempus concessum a papa, etiam ad vitam. (Reg. Vat. 250, fol. 85 recto. De curia.)

« *Venerabili salutem etc.* De fraternitatis tue prudencia. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas maii, anno octavo. »

3074 Montefiascone, 5 mai 1370.

Ludovicum, ducem Andegavensem, rogat ut locus Vallis Benedictionis includatur in fortificatione Villenovae. (Reg. Vat. 250, fol. 79 recto. — Denifle, *La désolation*, t. I, p. 678, note 2.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, duci Andegavensi, salutem etc.* Relatu fidedigno percepimus quod dilecti filii officiales senescallie Bellicadri et universitas loci Villenove, Avinionensis diocesis, quos pro carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie illustri, germano tuo, regis et gubernas, locum ipsum Villenove muro et fossatis fortificare de proximo statuerunt et locum Vallis Benedictionis, Cartusiensis ordinis, fundatum per felicis recordationis Innocentium papam VI, predecessorem nostrum, consistentem in extremis Villenove prefate, extra muros et fossata relinquere prelibata. Cum autem dubitetur quod locus ipse Vallis Benedictionis, propter multam vicinitatem et quasi contiguitatem hujusmodi fortificationis faciende, per amicos vel inimicos regni Francie pro tempore destruatur in magnum ipsius ordinis detrimentum, et multum dedecorem locum ipsum Vallis Benedictionis, ob memoriam dicti predecessoris, cujus et quorundam S. R. E. cardinalium corpora ibidem sunt sepulta, destrui per quoscunque, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus locum ipsum Vallis Benedictionis, ob reverenciam Dei ac ipsius ordinis nostrorumque adjectionem precaminum, in fortificatione ipsa, cum, sicut a discretis fertur et creditur, propter hoc expensa ejusdem fortificationis ejusdem habeat modicum augmentari, includi districte precipias, super hoc tuas oportunas litteras concedendo. Datum apud Montemflasconem, III nonas maii, anno octavo. »

3075 Montefiascone, 5 mai 1370.

Senescallo Bellicadri commendatur negocium praefatum. (Reg. Vat. 250, fol. 79 recto.)

« *Dilecto nobili viro senescallo Bellicadri, salutem etc.* Relatu fidedigno. — Datum apud Montemflasconem, III nonas maii, anno octavo. »

3076 Montefiascone, 5 mai 1370.

Carolo, regi Franciae, item. (Reg. Vat. 250, fol. 78 verso. — Prou, *op. cit.*, p. 166, n. LXXXVII.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie illustri, salutem etc.* Relatu fidedigno. — Datum apud Montemflasconem, III nonas maii, anno octavo. »

3077 Montefiascone, 8 mai 1370.

Abbati monasterii Cisterciensis mandatur ut faciat solvi sexagesimam fructuum quorumlibet monasteriorum ac prioratuum, dignitatum, officiorum, administrationum et aliorum beneficiorum quocumque nomine censeantur ordinis Cisterciensis usque ad biennium, pro reaedificatione et reparatione monasterii Cassinensis. (Reg. Vat. 250, fol. 86 verso. De curia.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii Cisterciensis, Cabilonensis diocesis, salutem etc.* Monasterium Cassinense. — Datum apud Montemflasconem, VIII idus maii, anno octavo. »

3078 Montefiascone, 10 mai 1370.

Petro de Aquila, cantori ecclesiae Laudunensis, et Francisco Urcelli, mercatori Lucano, mandatur ut 200 florenorum auri ponderis Camerae Apostolicae recepta pro parte Joannis, S. Bavonis, et 600 pro parte Guidonis, S. Dionysii, Tornacensis et Parisiensis dioecesium, monasteriorum abbatum ratione sexagesimae impositae a papa pro reparatione monasterii Cassinensis tradant nobili viro Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii de Albertis antiquis, civi Florentino, aut sociis et factoribus eorum. (Reg. Vat. 250, fol. 89 verso. De curia. — Tihon, *Lettres d'Urbain V*, t. II, p. 336, n. 2556.)

« *Dilectis filiis Petro de Aquila, cantori ecclesie Laudunensis, et Francisco Urcelli, mercatori Lucano, Romanam curiam sequenti, salutem etc.* Quia sicut audivimus. — Datum apud Montemflasconem VI idus maii, anno octavo. » (1)

3079 Montefiascone, 10 mai 1370.

Nicolao Jacobi et Benedicto Nerocii praedictis facultas quittandi jam dictos Petrum de Aquila et Franciscum Urcelli. (Reg. Vat. 250, fol. 89 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobili viro Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii de Albertis antiquis, civi Florentino, eorumque sociis et factoribus seu procuratoribus, salutem etc.* Quia, sicut audivimus. — Datum apud Montemflasconem, VI idus maii, anno octavo. » (2)

3080 Montefiascone, 10 mai 1370.

Abbati monasterii Salmodiensis, Nemausensis dioecesis, commisso ad levandam sexagesimam biennalem pro reparatione monasterii Cassinensis, mandatur ut compellat ad solutionem abbates, priores, rectores et personas qui professi sunt regulam O. S. B., habitum album gestant et Cisterciensis ordinis reputantur, licet non sint, quique renuunt solvere sexagesimam. (Reg. Vat. 250, fol. 90 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii Salmodiensis Nemausensis diocesis, salutem etc.* Dudum per nostras litteras. — Datum apud Montemflasconem, VI idus maii, anno octavo. »

3081 Montefiascone, 10 mai 1370.

Abbati monasterii Cluniacensis mandatur ut supra. (Reg. Vat. 250, fol. 89 recto. De curia.)

« *Dilecto filio abbati monasterii Cluniacensis, R. E. immediate subjecti, Matisconensis diocesis, salutem etc.* Monasterium Cassinense. — Datum apud Montemflasconem, VI idus maii, anno octavo. » (3)

3082 Montefiascone, 10 mai 1370.

Abbati monasterii Cassinensis mandatur ut adimpleat omnia contenta in bulla concedente Hugoni de Creysello, priori

(1) En marge : *non est nota.*
(2) En marge : *deficit nota.*
(3) En marge : *deficit nostra.*

prioratus Villenovae Crematae, Biterrensis dioecesis, monasterio Cassinensi immediate subjecti, commissionem vicarii generalis in temporalibus et spiritualibus, post recessum dicti Hugonis, et faciat assignare sexagesimam, dando pro termino solutionis festum Omnium Sanctorum venturum. (Reg. Vat. 250, fol. 90 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii Cassinensis E. R. immediate subjecti, nullius diocesis, salutem etc.* Dudum dilecto Hugoni. — Datum apud Montemflasconem, VI idus maii, anno octavo. » (1)

3083 Montefiascone, 10 mai 1370.

Abbati monasterii S. Dionysii, Parisiensis dioecesis, mandatur ut assignet sexagesimam praefatis Nicolao et Benedicto, duo instrumenta de solutis conficiant quorum unum penes se remanebit et alterum transmittendum erit Camerario Apostolico. Transacto festo Omnium Sanctorum librum omnium receptorum ac datorum, assignatorum et expensorum, in quo contineatur quid seu quantum quilibet in hoc obnoxius solverit et nomina eorum qui forsan solvere neglexerint in quantum teneantur solvere, infra sex menses, assignet dictis sociis ; contra non solventes ad denuntiationem et aggravationem excommunicationis procedat et de factis notificet papae. (Reg. Vat. 250, fol. 92 recto. De curia.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii S. Dionysii, Parisiensis diocesis, salutem etc.* Dudum videlicet XV kalendas marcii pontificatus nostri anno septimo. — Datum apud Montemflasconem, VI idus maii, anno octavo. » (2)

« *Eodem modo dilecto .. abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, salutem etc.* »

« *Eodem modo .. abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, salutem etc.* »

« *Eodem modo .. abbati monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, salutem etc.* »

« *Eodem modo .. priori monasterii S. M. Deaurate Tholosane per priorem soliti gubernari.* »

« *Eodem modo .. abbati monasterii Case Dei, Claromontensis diocesis, salutem etc.* »

3084 Montefiascone, 10 mai 1370.

Nicolao et Benedicto jam dictis mandatur ut 300 florenorum auri dent Petro Carcaro de Urbe, monacho monasterii Montisoliveti, O. S. B., Senensis dioecesis, pro quibusdam libris et rebus aliis pro monasterio Cassinensi necessariis emendis. (Reg. Vat. 250, fol. 92 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobili viro Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii de Albertis antiquis, civi Florentino, salutem etc.* Cum per alias nostras litteras. — Datum apud Montemflasconem, IV idus maii, anno octavo. »

« *Eisdem.* Cum per alias nostras litteras dilecto .. abbati S. Dionisii Parisiensis diocesis. »

« *Eisdem.* Cum per alias nostras litteras dilecto filio .. abbati Casedei, Claromontensis diocesis. »

« *Eisdem.* Cum per alias nostras litteras dilecto .. abbati monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis. »

« *Eisdem.* Cum per alias nostras litteras dilecto .. priori monasterii S. M. Deaurate Tholosane per priorem soliti gubernari. »

« *Eisdem.* Cum per alias nostras litteras dilecto .. abbati monasterii S. Victoris Massiliensis. »

3085 Montefiascone, 13 mai 1370.

Episcopo Appamiarum gratiarum orationes reddit de oblatione facta et effectum istius profert ad aliud tempus. (Reg. Vat. 250, fol. 80 recto.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Appamiarum, salutem etc.* Litteras tuas recepimus, in quibus subire onera Romane Ecclesie te prompto animo obtulisti, de quo fraternitatem tuam multipliciter in Domino commendamus, sed quia de regimine terrarum nostrarum intendimus de proximo providere, nolumus quod propter hoc expensas subeas vel laborem, nisi tibi aliud rescribam. Datum apud Montemflasconem, III idus maii, anno octavo. »

3086 Montefiascone, 15 mai 1370.

Neapolitano, Beneventano et Capuano archiepiscopis mandatur ut publicent prorogationem treuguarum inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, ducem Andriae, promulgatam apud Montemflasconem, idibus maii, anno octavo, cujus tenor est : Ad futuram memoriam. Peritus medicus etc. Prorogatio facta est usque ad festum Nativitatis Domini. (Reg. Vat. 250, fol. 93 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Neapolitano, Beneventano et Capuano archiepiscopis, salutem etc.* Dudum pro re-

(1) En marge : *deficit nota.*

(2) En marge : *deficit nota.*

formatione pacis. — Datum apud Montemflasconem, idibus maii, anno octavo. » (1)

3087 Montefiascone, 18 mai 1370.

Consulibus Montispessulani, Magalonensis dioecesis, commendatur ut favoribus prosequantur Petrum Pelegrini, burgensem et servientem armorum papae, depauperatione patientem. (Reg. Vat. 250, fol. 81 recto.)

« *Dilectis filiis consulibus Montispessulani Magalonensis diocesis, salutem etc.* Audita olim depauperatione. — Datum apud Montemflasconem, XV kalendas junii, anno octavo. »

3088 Montefiascone, 18 mai 1370.

Vicariis in spitualibus et temporalibus in civitate et dioecesi Mimatensi, auctoritate apostolica deputatis, mandatur ut omnes et singulas gabellas in civitate Mimatensi pro reparatione et custodia impositas facient levari a Guillelmo Golaberti, thesaurario a papa inibi deputato, et Hugone Pelhicerii, habitatore dictae civitatis. Reparatio fiet « murorum vallatorum murecorum poterniarum, palentorum et pontium levatoriorum ... necnon pro custode campanilis et exploratoribus, atque bladis sive gachiis, ac capitaneorum stipendiis, expendi et etiam ministrari. ». De gabellis a tempore bonae memoriae Guillelmi, ultimi episcopi Mimatensis, impositis audiant computa. Capitulo, bajulis et consiliariis universitatis chori et sindicis dicte civitatis ac aliquibus probis convocatis, aut, si forsitan non reperiantur, sindici et populares adoperabuntur extimationem hospitiorum alias directorum aut possessionum vel arborum et satisfaciant. (Reg. Avin. 172, fol. 6 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 177 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Roberto, episcopo Senecensi, et dilectis filiis Bernardo Fabri, priori prioratus de Campis Parisiensis, ac Astorgio de Auriaco, archidiacono Mimatensi, vicariis in spiritualibus et temporalibus in civitate vel diocesi Mimatensi, racione episcopatus Mimatensis, quem ad manum nostram tenemus, auctoritate apostolica deputatis, salutem etc.* Illa solide dilectionis. — Datum apud Montemflasconem, XV kalendas junii, anno octavo. »

(1) En marge : *deficit nota.*

3089 Montefiascone, 20 mai 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas concedendi tabellionatum 20 personis litteratis, etiamsi quinque earum in diaconatus vel subdiaconatus ordinibus constitute et quinque alii clerici conjugati existant. (Reg. Vat. 250, fol. 95 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Cum tu in terris. — Datum apud Montemflasconem, XIII kalendas junii, anno octavo. »

3090 Montefiascone, 21 mai 1370.

Infrascriptis conceduntur indulgentiae septem annorum et septem quadragenarum omnibus accedentibus capitulo vel legitime praepeditis. (Reg. Vat. 250, fol. 82 recto. — Reg. Vat. 244 L, fol. 89, n. 255.)

« *Dilectis filiis .. monasteriorum Cisterciensis, Cabilonensis diocesis, et ceteris abbatibus et diffinitoribus, necnon aliis fratribus ordinis Cisterciensis in generali eorum capitulo in proximo celebrando convenientibus, salutem etc.* Cum, sicut audivimus, ex more. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas junii, anno octavo. »

3091 Montefiascone, 21 mai 1370.

Guidoni, Portuensi, et Ægidio, Tusculano episcopis, et Philippo, tituli SS. Marcellini et Petri presbytero, et Petro S. M. Novae, diacono cardinalibus, mandatur ut tractent pacem inter officiales R. E. et nobiles viros Franciscum, praefectum Urbis, et Baptistam, ejus fratrem, domicellum, et compescant per censuram apostolicam violatores dictae pacis. (Reg. Avin. 172, fol. 7 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 178 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus Guidoni, Portuensi, et Egidio, Tusculano episcopis, et dilectis filiis Philippo, tituli SS. Marcellini et Petri presbitero, et Petro S. M. Nove, diacono cardinalibus, salutem etc.* Pacis emulus. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas junii, anno octavo. »

3092 Montefiascone, 21 mai 1370.

Gaucelmus de Pradallo, canonicus Aquensis, capellanus papae, quittatur de receptione pecuniarum Camerae Apostolicae de mensibus septembris et octobris, et quinque die-

bus mensis novembris anno septimo, « qua die quinta mensis novembris singulis annis hujusmodi noster pontificatus renovatur, et etiam expost usque ad ultimam diem inclusive mensis aprilis » anno octavo; cum finalis et plenaria ratio facta fuerit cum camerario papae, Eblone de Mederio et Petro Darbiartz, clericis, ac Petro Begonis, consiliario ejusdem Camerae. (Reg. Avin. 171, fol. 39 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Pradallo, canonico Aquensi, capellano nostro, salutem etc.* Nuper ex relatione gentium Camere. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas junii, anno octavo. »

3093 Montefiascone, 22 mai 1370.

Statuitur quod Camerarius papae valeat exercere officium ejus in curia et extra curiam, necnon absente papa. (Reg. Avin. 172, fol. 6 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 177 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Romanorum pontificum providentia . . . Ne igitur ab aliquibus forsitan in dubitacionem revocetur . . . an venerabilis frater Arnaldus, archiepiscopus Auxitanus, camerarius noster, hujusmodi camerariatus officium extra Romanam curiam ac eciam in nostri absencia valeat exercere, tenore presencium declaramus predictum camerarium nostrum hujusmodi camerariatus officium in curia nostra et eciam extra eam ac eciam in nostra absencia posse libere exercere eique nichilominus, si indigeat, concedimus per presentes quod omnibus commissionibus, mandatis, litteris et preceptis apostolicis, generalibus vel specialibus, nos et cameram nostram apostolicam necnon civitatem nostram Avinionensem et ejus districtum ac nostrum comitatum Venaysini qualitercunque tangentibus venerabili nostro fratri nostro Gaucelmo, episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, ac quibuscumque collectoribus et succollectoribus ac commissariis nostris sub quacunque forma vel expressione verborum factis atque datis juxta suum liberum arbitrium libenter uti ac in eis omnibus et singulis etiam ante eos ceptis et non ceptis, si ei videatur, procedere possit, contradictores Datum apud Montemflasconem, XI kalendas junii, anno octavo. »

3094 Montefiascone, 24 mai 1370.

Francisco de Baucio, duci Andriae, mandatur de treuguarum prorogatione facta ad duos annos cum Philippo imperatore Constantinopolitano. Regratiatur ei de oblatione missa ab ambaxiatore suo, magistro Johanne de Caramanico. (Reg. Vat. 250, fol. 82 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem etc.* Dilectum filium magistrum Johannem. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas junii, anno octavo. »

3095 Montefiascone, 25 mai 1370.

Reginae Siciliae mandatur ut faciat observari praesentes treuguas. (Reg. Vat. 250, fol. 82 verso.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitati tue tenore presentium. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno octavo. »

3096 Montefiascone, 25 mai 1370.

Nicolao, marchioni Estensi, mandatur ut, a die obitus Guillelmi Vassalli, militis Caturcensis, qua officium catenae supra Padum in territorio Ferrariensi obtinuit usque ad diem 20 januarii, qua de praedicto officio magistro Johanni de Lignano, utriusque juris doctori, fuit provisum, omnes proventus dictae catenae ad suas manus perventas solvat Bernardo Guidonis, priori prioratus de Mermenda, O. S. B., Agennensis dioecesis, gubernatori scolarium retentorum expensis papae in Bononiensi studio. (Reg. Vat. 250, fol. 98 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao, marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Volumus et tue nobilitati. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno octavo. »

3097 Montefiascone, 25 mai 1370.

Praedicto priori facultas petendi et accipiendi dictos proventus receptos a Petro, abbate monasterii S. Georgii majoris de Venetiis, Castellanae dioecesis, A. S. nuncio, defuncto, usque ad diem 20 januarii praeteriti. (Reg. Vat. 250, fol. 98 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Bernardo Guidonis, priori prioratus de Marmanda, Agennensis diocesis, gubernatori quorumdam scolarium in Bononiensi studio, salutem etc.* Dudum quondam Petro. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno octavo. »

3098 Montefiascone, 25 mai 1370.

Reginae Siciliae intimat quod treugas inter Philippum, imperatorem Constantinopolitanum, et Franciscum de Baucio, Andriae ducem, inductas nuper a festo Nativitatis beati Joannis Baptistae proxime secuturum et usque ad 18 menses prorogatas esse. (Reg. Vat. 250, fol. 82 verso. — Cerasoli, *loco citato*, p. 623, n. 142.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Serenitati tue tenore presentium intimamus. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas junii, anno octavo. »

3099 Montefiascone, 26 mai 1370.

Anglico, Albanensi episcopo, conceditur facultas petendi legata (vide supra, n. 3045) per se vel alium seu alios idoneos. (Reg. Vat. 250, fol. 99 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Dudum fraternitati tue. — Datum apud Montemflasconem, VII kalendas junii, anno octavo. »

3100 Montefiascone, 27 mai 1370.

Tudertino, Narniensi et Viterbiensi episcopis mandatur ut exsequantur mandatum Anglici, episcopi Albanensis (cujus tenor hic inseritur) virtute cujus satisfactio debet fieri abbatissae et monialibus S. M. Magdalenae Narniensis, O. S. Clarae, pro edificiis et solo ipsius monasterii ubi fuit constructa roccha. (Reg. Vat. 250, fol. 99 recto. De curia. — Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 441, n. 1091.)

« *Venerabilibus fratribus .. Tudertino ac .. Narniensi et .. Viterbiensi episcopis, salutem etc.* Dudum venerabilis frater noster Anglicus, episcopus Albanensis, in terris E. R. in Italia consistentibus noster et pro ipsa Ecclesia vicarius in temporalibus generalis, ad querulosam expositionem dilectarum in Christo filiarum .. abbatisse et monialium monasterii S. M. Magdalene Narniensis, ordinis S. Clare, dilecto filio .. depositario introituum et proventuum communis civitatis nostre Narniensis pro nobis et Ecclesia Romana deputato, quoddam mandatum per suas litteras, ejus sigillo pendenti munitas, fecit sub hac forma.

« Anglicus, miseracione divina episcopus Albanensis, terrarum S. R. E. in Italia citra regnum Sicilie consistentium vicarius generalis dilecto in Christo .. depositario introituum et proventuum communis civitatis Narniensis pro S. R. E., salutem in Domino. Querelam pro parte dilectarum in Christo .. abbatisse et monialium olim monasterii S. M. Magdalene recepimus continentem quod, licet per diversas alias nostras litteras certi tenoris venerabili et religioso patri Stephano, abbati monasterii S. Victoris Massiliensis, proventuum Camere Apostolice in nonnullis Italie partibus olim generali receptori, ac dilecto in Christo Angelo Tavernini, thesaurario provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia, et demum dilecto in Christo Lappo de Ricasulis vicario civitatis Narniensis pro S. R. E. dederimus in mandatis quatinus eisdem abbatisse et monialibus de precio extimationis edificiorum et soli monasterii sui, ubi nunc est roccha civitatis predicte constructa, de communi consensu officialium Camere R. E. et ipsarum querulantium, ut asserebant, dudum facte de quo quicquam habere hactenus enquerunt, propter quod cogebantur, non absque ipsarum indecentia et honestate scandaloque notabili in dicta roccha cum stipendiariis commorari, locum in quo se receptare valerent alium non habentes satisfacere effectualiter procurarent, ad hoc ut ipse in honesto et penes Deum et homines abhominabili stipendiariorum relicto commercio, locum alium, ad quem Altissimo serviture quietis mentibus se transferrent, exinde valerent acquirere et habere, tamen, abbas, thesaurarius, et Lappus prelibati prefatas nostras litteras exequi non curarunt, in ipsarum nostrarum litterarum contemptu et ipsarum querulantium grave scandalum, prejudicium et jacturam.

« Quare pro ipsarum abbatisse et monialium parte fuit nobis humiliter supplicatum eis super premissis de oportuno remedio provideri.

« Nos, igitur, ipsarum supplicacionibus, utpote justis et rationalibus, inclinati, non intendentes super hoc nostram conscienciam onerari, sed premissis honestati et scandalo, quanto celerius fieri poterit, providere, volumus et tibi sub 500 florenorum auri, Camere R. E. applicandorum, et talia nostro arbitrio inferenda pena expresse et districte precipiendo mandamus quatinus de pecuñiis dicti communis pro Camera Ecclesie ad manus tuas provenientibus et existentibus eisdem abbatisse et monialibus de precio extimationis edificiorum predictorum, ut premittitur, facte debite eis, omni mora postposita, satisfacere studeas et procures procul dubio cogniturus quod, si non fuerit nostris in hac parte mandatis, prout convenit, satisfactum, tibi ostendemus quantum nobis molestum quantumque temerarium fuerit mandata nostra presertim talia duci taliter in contemptum. Datum Bononie, XI kalendas februarii, pontificatus domini nostri domini Urbani, divina providentia pape V, anno septimo.

« Cum autem, sicut eedem abbatissa et moniales nobis iterata querela significare curarunt, hujusmodi mandatum prefati episcopi Albanensis nondum sit in aliquo excecucioni mandatum, ipseque abbatissa et moniales nobis supplicaverint quod super hoc dignaremur de oportuno remedio providere, nos, eisdem abbatisse et monialibus paterno compatientes affectu, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios eundem depositarium dictorum proventuum, qui est seu erit pro tempore et quoscumque alios, quos presens tangit negocium, ad satisfaciendum abbatisse et monialibus supradictis juxta dictarum supradicti episcopi Albanensis litterarum tenorem per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Non obstante . . . Datum apud Montemflasconem, VI kalendas junii, anno octavo. »

3101 Montefiascone, 30 mai 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, regratiatur de oblatione missa per ambaxiatores suos et notificat se commendata negocia Ludovici, regis Hungariae, habere. (Reg. Vat. 250, fol. 83 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 91, n. 261.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Dilectos filios nobilem virum. — Datum apud Montemflasconem III kalendas junii, anno octavo. »

3102 Montefiascone, 31 mai 1370.

Francisco, duci Andriae, nota fit prorogatio treugarum (vide supra, n. 3098). (Reg. Vat. 250, fol. 83 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem etc.* Dudum nos more pii patris. — Datum apud Montemflasconem, II kalendas junii, anno octavo. »

3103 Montefiascone, 5 juin 1370.

Vidimatur instrumentum ab Arnaldo, camerario papae, et Auxitano archiepiscopo, datum apud Montemflasconem die 24 maii 1370, indictione octava, pontificatus Urbani V anno octavo, quo quittatio data erat Joanni de Cinciis, cancellario Urbis, deputato ad faciendum vineam et piscariam in horto papae prope palatium apud S. Petrum de Urbe, de expensis a die 13 novembris 1368 usque ad 22 novembris et receptis ex parte Gaucelmi de Pradello, vicethesaurarii papae. (Reg. Vat. 250, fol. 109 recto. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Dignum censemus. — Datum apud Montemflasconem, nonis junii, anno octavo. »

3104 Montefiascone, 6 juin 1370.

Marchionibus Estensibus reserat « quod ex certis rationabilibus causis intra vel circa mensem septembris proxime secuturum cum nostra curia redire disposuimus ultra montes ». (Reg. Vat. 250, fol. 102 verso. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 474, n. 478.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni et Alberto, marchionibus Estensibus, in civitate Ferrariensi nostris et pro E. R. vicariis, salutem etc.* Cum decens sit. — Datum apud Montemflasconem, VIII idus junii, anno octavo. »

3105 Montefiascone, 7 juin 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut habeat commendatum nobilem virum Hugolinum comitem de Corbaria. (Reg. Vat. 250, fol. 102 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Novit tua fraternitas. — Datum apud Montemflasconem, VII idus junii, anno octavo. »

3106 Montefiascone, 7 juin 1370.

Reginae Siciliae scribitur ut concedat litteras opportunas Jacobo, archiepiscopo Idrontino, qui debet quaedam negotia sibi commissa a papa in monasteriis O. S. Basilii regni Siciliae expedire. (Reg. Vat. 250, fol. 103 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 624, n. 143.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Cum venerabilis frater noster Jacobus. — Datum apud Montemflasconem, VII idus junii, anno octavo. »

« *Eodem modo Philippo, imperatori Constantinopolitano,* sed loco tui dicatur Sicilie et loco reginali dicatur imperiali. »

3107 Montefiascone, 9 juin 1370.

Bertrando, Convenarum, et Agapito, Brixiensi episcopis, mandatur ut procedant ad praedicationem crucis contra Sarracenos, postquam reges Castellae et Portugaliae pacem vel

treugam compleverint et ipse rex Castellae inceperit realiter guerram movere praedictis Sarracenis. (Reg. Vat. 250, fol. 110 verso.)

« *Venerabilibus fratribus Bertrando, Convenarum, et Agapito, Brixiensi episcopis, A. S. nunciis, salutem etc.* Nuper ad audientiam nostram. — Datum apud Montemflasconem, V idus junii, anno octavo. »

3108 Montefiascone, 11 juin 1370.

Ancianis et communi civitatis Lucanae notum fit quod scribit de concessione facta ipsis a Carolo imperatore Romanorum. (*Instr. miscell.*, n. 6318; minuta cartacea.)

« *Dilectis filiis .. ancianis et communi civitatis Lucane salutem, etc.* Receptis litteris vestris vobis ut precipuis nostris et E. R. filiis et devotis de hiis que carissimus in Christo filius noster Carolus, imperator Romanorum, semper augustus, pro vestra consolatione concessit, paterna letitia congaudemus, et tam sibi quam venerabili fratri nostro Guidoni, episcopo Portuensi, in partibus Tuscie imperiali vicario, super hoc laudando et regratiando ac super nostra recommendatione scribimus, sicut credimus expedire. Datum apud Montemflasconem, III idus junii, anno octavo. »

3109 Montefiascone, 17 juin 1370.

Petro Petroncini facultas examinandi computa Petri Gatulae de Gaieta, provinciae Marchiae Anconitanae thesaurarii, a kalendis januarii 1368 citra et quittationem dandi. (Reg. Vat. 250, fol. 112 recto.)

« *Dilecto filio Petro Petroncini, preposito ecclesie Aquensis, redditiuum et proventuum R. E. in partibus Italie debitorum receptori generali, salutem etc.* Volentes quod dilectus filius Petrus. — Datum apud Montemflasconem, XV kalendas julii, anno octavo. »

3110 Montefiascone, 19 juin 1370.

Hugoni, episcopo Lectorensi, mandatur ut restituat nobilibus viris Bonifacio, Benedicto, Tucio, Cicchо et Antonio fratribus, natis quondam Joannis Gaietani, turrim seu arcem molendinorum sitam in dioecesi Anagnina ad dictos fratres pertinentem, non obstante quod de expensis in ipsa turri factis ab Ecclesia Romana non satisfecerint. (Reg. Vat. 250, fol. 106 recto.)

« *Venerabili fratri Hugoni, episcopo Lectorensi, provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et E. R. rectori, salutem etc.* Ad nostram pervenit auditum. — Datum apud Montemflasconem, XIII kalendas julii, anno octavo. »

3111 Montefiascone, 19 juin 1370.

Francisco de Vico mandatur ut proxima die veneris ad praesentiam papae se conferrat et plenam fidem adhibeat Alodino Falqui, praeposito ecclesiae Vivariensis, latori praesentium, capellano papae. (Reg. Vat. 250, fol. 106 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Vico, prefecto Urbis, salutem etc.* Cum ex certis causis. — Datum apud Montemflasconem, XIII kalendas julii, anno octavo. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Francisco Jordani de Ursinis, militi Romano,* sed adhibeat fidem plenam Petro Begonis, capellano papae. — Datum ut supra. »

3112 Montefiascone, 20 juin 1370.

Vidimatur instrumentum magistri Petri Flandrini, praepositi ecclesiae Majoricensis, decretorum doctoris, papae capellani et locumtenentis Arnaldi, archiepiscopi Auxitani, camerarii papae, absentis a curia Romanae, quo quittatur nobilis vir Paulus de Tarraris, civis Romanus, cancellarius Urbis et serviens armorum papae, ad faciendum vineam et alia opera in horto pontificali prope palatium apud S. Petrum de Urbe deputatus, de expensis a die 24 octobris 1368 usque ad diem 8 februarii 1370, et datum apud Montemflasconem, die 12 junii 1370. (Reg. Vat. 250, fol. 112 recto. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Dignum censemus. — Datum apud Montemflasconem, XII kalendas julii, anno octavo. »

3113 Montefiascone, 23 juin 1370.

Hugo, episcopus Lectorensis, quittatur de 3.000 florenorum auri traditis papae et de 550 ducatibus in usus suos conversis et superflue expensis remittitur. (Reg. Avin. 172, fol. 7 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 178 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Hugoni, episcopo Lectorensi, rectori provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et R. E., salutem etc.* Hiis per que. — Datum apud Montemflasconem, VIIII kalendas julii, anno octavo. »

3114 Montefiascone, 26 juin 1370.

Populum Romanum consolationes praebet ratione recessus ex Urbe et hortatur ad obedientiam erga Ecclesiam. (Reg. Vat. 250, fol. 113 verso. De curia. — Rinaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1370, § 19. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 474, n. 481.)

« *Dilectis filiis .. populo Romano, salutem etc.* Non dubitamus, dilecti filii, quod, sicut nobis multorum vestrorum concivium et aliorum fide dignorum relatio patefecit, vos, qui ex nostra presentia in Urbe pro tempore aliisque vicinis partibus habita fidelibus affectibus letati fuisti, audito pro certo quod nos ad partes ultramontanas redire proponimus, corda vestra de futura patris absentia gravi mestitia contabescunt et quod ex eo inter alias vestri doloris causas tristamini, quod timetis exinde successoribus nostris Romanis pontificibus veniendi ad dictam Urbem subtrahi voluntatem, quod non perpetuo, ut sperabatis, sed modico tempore, videlicet triennio, vobiscum et in eisdem vicinis partibus fuerimus commorati. Licet igitur ex paterne temeritatis affectu, quod ad vos sincere gerimus, etiam nos de hujusmodi doleamus recessu (1), tamen ad consolationem vestram ac notitiam presentium et memoriam futurorum, eisdem successoribus ac certis aliis presentibus et futuris tenore presentium attestamur quod nos et fratres nostri S. R. E. cardinales nostrique familiares et officiales, aliique Romanam curiam sequentes, vobiscum per triennium in locis circumvicinis in magna quiete et consolatione permansimus, vosque communiter et divisim nos et dictam curiam reverenter et favorabiliter tractavistis, et quod nec causa sufficit neque subest ex qua dictam Urbem corporaliter relinquere debeamus, sed ex certis causis non solum utilibus pro universali Ecclesia, sed etiam urgentibus ad easdem ultramontanas partes intendimus, dante Domino, remeare ; nichilominus tamen vobiscum semper mentaliter erimus quandiu in devotione et obedientia nostra et Ecclesie prefate eritis, prout semper hactenus filiali perseverantia extitistis, nosque absentes sicut presentes intendimus paterne fovere, et in hiis que decenter poterimus, consolari. Ideoque filiationem vestram hortamur in Domino, mandantes quatinus sicut viri prudentes et fortes de prelibato nostro recessu ex hiis plene consolationis remedium assumentes in unitate pacis et soliditate quietis continue persistatis, ut bonus status dicte Urbis, qui vigere de presenti dinoscitur, non solum perseveret jugiter, sed votivum suscipiat incrementum et nos ac iidem successores nostri, si pro tempore suadentibus causis utilibus ad Urbem ipsam venire voluerimus, a veniendo propter ejus malum statum minime retrahamur. Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

(1) Accessu, *ms.*

3115 Montefiascone, 26 juin 1370.

Joannam, ducissam Duracii, rogat ut assignet dotem Margaritae, sorori ejus. (Reg. Vat. 250, fol. 107 recto.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri Johanne, ducisse Duracii, salutem etc.* Quia sicut nosti. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

3116 Montefiascone, 26 juin 1370.

Ludovicum de Navarra rogat ut assignari faciat dotem praedictam a consorte sua Johanna, ducissa Duracii. (Reg. Vat. 250, fol. 107 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra, comiti Berllimontis Rogerii, salutem etc.* Quia sicut novit. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

« *Dilecto* Illa solide dilectionis. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

3117 Montefiascone, 26 juin 1370.

Infra dicto Joanni conceditur facultas exigendi decimas, redditus, census, legata et nonnulla alia bona quae fabricae ejusdem basilicae deputantur et renuunt quidam reddere. (Reg. Avin. 172, fol. 8 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 197 verso. De curia.)

« *Dilecto* Ad ea ex Apostolice Sedis officio. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

3118 Montefiascone, 26 juin 1370.

Joanni Chambareti, O. F. M. professori, facultas eligendi in socium unum fratrem cujuscumque provinciae et insuper duos vel plures fratres pro opere basilicae principis Apostolorum tam lignaminibus quam in plumbo experitos, ministri generalis necnon guardianorum et aliorum superiorum dicti ordinis seu cujuscumque alterius licentia minime requisita. (Reg. Avin. 172, fol. 8 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 179 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Chambareti, O. F. M. professori, altarario basilice principis Apostolorum de Urbe, salutem etc.* Cum sit bonum. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

3119 Montefiascone, 26 juin 1370.

Eidem facultas conceditur ut, deductis oblationibus dictae basilicae ad papam pertinentibus, convertat quicquid contigerit superesse de expensis ordinariis in fabricam dictae basilicae. (Reg. Avin. 172, fol. 8 recto. — Reg. Vat. 260, fol. 179 recto. De curia.)

« *Dilecto etc.* Illa solide dilectionis. — Datum ut supra. »

3120 Montefiascone, 26 juin 1370.

Reginam Siciliae exhortatur ut Carolo de Duracio, consanguineo, et Margaritae de Duracio, nepti ejus, noviter in matrimonio conjunctis, favorabilia praestet. (Reg. Vat. 250, fol. 107 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 624, n. 144.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Licet reputari superfluum debeat. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas julii, anno octavo. »

3121 Montefiascone, 27 juin 1370.

Eidem iterat preces ut officiales regales non attemptent jurisdictioni in civili, quae pertinet ad monasterium Cassinense, « ad cujus reformationem in spiritualibus et temporalibus toto corde intendit faciendam ». (Reg. Vat. 250, fol. 108 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 625, n. 145.)

« *Dilecto etc.* Jam pluribus diebus elapsis. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas julii, anno octavo. »

3122 Montefiascone, 27 juin 1370.

Johanni Chambareti committitur custodia vineae ac horti de Urbe necnon aliarum rerum existentium in palatio apostolico prope S. Petrum. Inhibetur quibuscumque personis tam ecclesiasticis quam aliis etiam religiosis ne absque licentia ejusdem Joannis hortum et vineam intrare seu res hujusmodi retinere vel occupare possit. (Reg. Avin. 172, fol. 8 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 179 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Chambareti, O. F. M. professori, altarario basilice principis Apostolorum de Urbe, salutem etc.* Ex fideli. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas julii, anno octavo. »

3123 Montefiascone, 27 juin 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut procuret assumendum in capitaneum gentis colligatorum Nicolaum, marchionem Estensem. (Reg. Vat. 250, fol. 107 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 94, n. 271. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 476, n. 482.)

« *Venerabili fratri Anglico episcopo Albanensi in terris . . . vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Intellecto quod tractatur de constituendo capitaneo generali gentis omnium colligatorum cum R. E., et de dilecto filio nobili viro Nicolao, marchione Estensi, pro dicta Ecclesia in civitate Ferrarie vicario, habitus sit sermo pro capitaneatu predicto, Nos ejus fidem et magnificentiam attendentes, de ipso plene confitentes, fraternitati tue mandamus quatinus eundem marchionem ex parte nostra inducere et rogare procures quod pro honore et statu Ecclesie ac suo et colligatorum predictorum hujusmodi capitaneatum velit prompte recipere et magnanimiter exercere. Datum apud Montemflasconem, V kalendas julii, anno octavo. »

3124 Montefiascone, 27 juin 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas componendi cum usurariis et quibuscumque personis super male ablatis incertis, dum tamen illi quibus eorum solutio seu restitutio fieri debeat ignorentur vel inveniri non possint, in tota Italia et regno Hungariae. Quidquid receperit convertatur pro defensione terrarum Ecclesiae et subditorum ejus. (Reg. Vat. 250, fol. 114 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico vicario generali, salutem etc.* Cum tu in terris. — Datum apud Montemflasconem, V kalendas julii, anno octavo. »

3125 Montefiascone, 29 juin 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, conceduntur 50 florenorum auri pro singulis mensibus solvendorum a thesaurariis et receptoribus proventuum Ecclesiae seu loca tenentibus eorum. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, salutem etc.* Regimine et utilitate. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas julii, anno octavo. »

3126 Montefiascone, 1er juillet 1370.

Anglicum, episcopum Albanensem, ejusque haeredes quittat de diversis censibus, fructibus, redditibus et proventibus, juribus, obventionibus, pecuniarum summis et rebus aliis debitis R. E. et pro custodia, defensione ac utilitate terrarum ejusdem Ecclesiae expensis, a die qua officium vicariatus exercere cepit usque ad praesentem diem. (Reg. Avin. 172, fol. 7 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 178 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Dum clare devotionis. — Datum apud Montemflasconem, kalendis julii, anno octavo. »

3127 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Petro, S. M. in Transtiberim cardinali, conceditur facultas impertiendi 100 dierum indulgentias illis qui audient praedicationem coram ipso. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Sincere devocionis. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3128 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem conceditur altare portatile. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Sincere devocionis. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3129 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem conceditur indulgentia plenaria semel in articulo mortis. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Provenit ex tue devocionis. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3130 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem conceditur facultas celebrare missam faciendi per sacerdotem ante diem. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Sincere devocionis. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3131 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem conceditur facultas condendi testamentum, nonobstante quod sit ordinis S. Benedicti. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Dum onus universalis gregis. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3132 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem facultas eligendi confessorem. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Benigno sunt tibi. — Datum apud Montemflasconem, VI nonas julii, anno octavo. »

3133 Montefiascone, 2 juillet 1370.

Eidem conceditur facultas elargiendi benedictionem solemnem post missarum, vesperorum et matutinarum solemnia. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto etc.* Exposcit tue devocionis. — Datum apud Montemflasconem VI nonas [julii, anno]. »

3134 Montefiascone, [2] juillet 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, facultas percipiendi proventus, fructus, jura et actiones archiepiscopatus Bituricensis et omnia arreragia ipsi debita usque ad diem assumptionis ad cardinalatum, necnon prioratus, administrationis vel officii fructus quibus praefuit. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, salutem etc.* Nuper propter clara. — Datum apud Montemflasconem [VI] nonis julii, anno octavo. »

3135 Montefiascone, juillet 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, facultas reconciliandi per se vel alium cimiteria et ecclesias violata. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, salutem etc.* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem (1), anno octavo. »

3136 Montefiascone, juillet 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, facultas celebrandi vel celebrare faciendi officia divina in locis interdicto suppositis. (*Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim ... salutem etc.* Devotionis tue sinceritas. — Datum apud Montemflasconem anno octavo. » (2)

3137 Montefiascone, 10 juillet 1370.

Decernitur quod ad fabricam basilicae principis apostolorum de Urbe pertinebunt oblationes receptae a Guidone, episcopo Portuensi, et successoribus ejus, in festo Nativitatis Domini, die Ramis palmarum ac quinta et sexta feria, et sabbato majoris hebdomadae, atque in festo Resurrectionis Dominicae. (Reg. Avin. 172, fol. 8 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 179 verso. De curia.)

« Ad perpetuam rei memoriam. In caritatis visceribus. — Datum apud Montemflasconem, VI idus julii, anno octavo. »

3138 Montefiascone, 12 juillet 1370.

Joanni Chambareti conceditur facultas quittandi nobilem virum Bertrandum Raynardi, militem Mimatensis dioecesis, vicarium in castro Corneti, de pecuniis per eum receptis et convertendis in expensis custodiae, conservationis et culturae vineae et viridarii quae sistunt prope basilicam principis Apostolorum de Urbe. (Reg. Avin. 172, fol. 9 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 180 recto et 182 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Chambareti, O. F. M. professori, altrario basilice principis Apostolorum de Urbe, salutem etc.* Cum nos tibi. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus julii, anno octavo. »

3139 Montefiascone, 12 juillet 1370.

Bertrando Raynardi mandatur ut solvat recepta castri Corneti praefato Joanni Chambareti. (Reg. Avin. 172, fol. 9 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 180 recto. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando Raynardi, militi Mimatensis diocesis, in castro nostro Corneti pro nobis et E. R. vicario, salutem etc.* Cum nos dilecto filio. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus julii, anno octavo. »

3140 Montefiascone, 12 juillet 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas absolvendi de sententia excommunicationis et reatu perjurii vicarios R. E. qui censum debitum in festo SS. Petri et Pauli non solverunt et prorogandi tempus solutionis usque ad festum S. Michaelis. (Reg. Vat. 250, fol. 127 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico ... vicario generali, salutem etc.* Quia sicut audivimus. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus julii, anno octavo. »

3141 Montefiascone, 12 juillet 1370.

Joanni Chambereti facultas absolvendi de pecuniis solutis per Bertrandum Renardi, militem Mimatensis dioecesis, et vicarium pro E. R. castri Corneti, et convertendis in exonerationem onerum expensarum incursarum pro custodia, conservatione et cultura vineae et viridarii quae sistunt prope basilicam S. Petri de Urbe. (Reg. Vat. 250, fol. 128 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Johanni Chambareti, O. F. M. professori, altrario basilice principis apostolorum de Urbe, salutem etc.* Cum nos tibi palatii. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus julii, anno octavo. »

3142 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, conceditur facultas absolvendi fractores et incendiarios ec-

(1) Une tache d'humidité a fait disparaître une partie de la date.

(2) Une tache d'humidité a fait disparaître le quantième du mois; la bulle précédente est datée du VI nonas julii et la suivante des ides de juillet.

clesiarum et locorum ecclesiasticorum de excommunicatione incursa vel de irregularitate, dummodo de injuriis et damnis satisfaciant competenter. (Reg. Vat. 250, fol. 122 recto et 128 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, in nonnullis provinciis et terris ad nos et R. E. immediate spectantibus, nostro et pro Ecclesia ipsa vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Cum sicut accepimus. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3143 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas reconciliandi ecclesias et cimiteria violata. (Reg. Vat. 250, fol. 122 recto. De curia.)

« *Dilecto filio* Cum nuper. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3144 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem tam pro se quam pro familiaribus suis facultas communicandi cum excommunicatis, seu ambaxiatoribus, vel nunciis civitatum, castrorum et aliorum locorum aut singularibus personis. (Reg. Vat. 250, fol. 125 verso. De curia; *Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio Petro* Cum te in Urbe. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3145 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas compellendi ad satisfaciendum de damnis et injuriis illatis venientibus ad curiam suam vel ex ea recedentibus, et etiam de spoliatione et injuriis peractis a quolibetcumque seu communibus civitatum et locorum quorumcumque. (Reg. Vat. 250, fol. 126 recto et 127 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus, julii, anno octavo. »

3146 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas inquirendi super excessibus religiosorum exemptorum vel non exemptorum, etiam ordinum mendicantium, eos puniendi et transferendi ad alia loca. (Reg. Vat. 250, fol. 126 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* ... Religiosorum excessus. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3147 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas evocandi ad se quoscumque episcopos, electos, abbates, priores, archidiaconos, praepositos, alios praelatos et ecclesiasticas personas, capitula, fratres Praedicatoris, Mendicantium, eremitarum S. A. seu quorumcumque ordinum, et imponendi eis quidquid pro prosecutione negociorum ipsi commissorum videbitur expedire. (Reg. Vat. 250, fol. 127 verso. De curia.)

« *Dilecto filio* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3148 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas dispensandi cum 100 personis super defectu nativitatis, quem patiantur de soluto et soluta genitae. (Reg. Vat. 250, fol. 122 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3149 Montefiascone 15 juillet 1370.

Eidem facultas conferendi tabellionatum 20 clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis. (Reg. Vat. 250, fol. 122 verso. De curia; *Instr. miscell.*, n. 2537.)

« *Dilecto filio* Ne contractuum memoria. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3150 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas absolvendi de homicidiis et in aliis casibus reservatis poenitentiariis minoribus in romana curia residentibus ac dispensandi de irregularitate. (Reg. Vat. 250, fol. 123 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3151 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas petendi et exigendi servitia et subsidia a nobilibus viris, vicariis, rectoribus, gubernatoribus, officialibus, quibuscumque aliis clericis atque laycis. (Reg. Vat. 250, fol. 123 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3152 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas absolvendi sacrilegos et eorum satellites qui ecclesiis, monasteriis, beneficiis, personis ecclesiasticis et rebus divino cultui dedicatis damna intulerunt, facta restitutione congrua, et clericos de irregularitate contracta eadem causa. (Reg. Vat. 250, fol. 124 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3153 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas concedendi indulgentias unius anni et quadragintorum dierum cum in sermonibus et in solemnibus divinorum officiorum personaliter interierit. (Reg. Vat. 250, fol. 124 verso. De curia.)

« *Dilecto filio* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3153 *bis* Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas concedendi semel tantum in mortis articulo indulgentiam plenariam familiaribus suis commensalibus, tamen illis videlicet de quibus secundum statum et conditiones eorum videbitur. (Reg. Vat. 250, fol. 125 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3154 Montefiascone, 15 juillet 1370.

Eidem facultas conferendi tonsuram, ac ordines minores et majores obtinentibus licentiam a suis superioribus, per se vel per alium antistitem. (Reg. Vat. 250, fol. 125 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro* Cum nuper te. — Datum apud Montemflasconem, idibus julii, anno octavo. »

3155 Montefiascone, 16 juillet 1370.

Criaco Guernerii, civi Florentino, mandatur ut tradat nobili viro Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Nerocii de Albertis, magistris societatis Albertorum antiquorum, duas ymagines argenteas, angelos nuncupatas, quae de executione testamenti Andruini cardinalis fuerunt et quas habere papa voluit. (Reg. Avin. 172, fol. 11 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 182 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Criaco Guernerii, civi Florentino, salutem etc.* Cum dilectis filis. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas augusti, anno octavo. »

3156 Montefiascone, 16 juillet 1370.

Praedictis Nicolao et Benedicto conceditur facultas quittandi de dictis ymaginibus Criacum Guernerii. (Reg. Avin. 172, fol. 11 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 182 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis nobili viro Nicolao Jacobi, militi, et Benedicto Neroccii, de Albertis, magistris societatis Albertorum antiquorum, salutem etc.* Cum dilecto filio. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas augusti, anno octavo. »

3157 Montefiascone, 16 juillet 1370.

Petro cardinali S. M. in Transtiberim mandatur ut ordinet de petitionibus papae porrectis a communi et hominibus castri Bitonii. (Reg. Vat. 250, fol. 115 verso.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. Marie in Transtiberim presbitero cardinali, in certis terris R. E. subjectis nostro et pro ipsa Ecclesia vicario in temporalibus generali, salutem etc.* Recepimus quasdam peticiones dilectorum filiorum communis et hominum castri Bitonii, provincie ducatus Spoletani, de quarum contentis noticiam non habentes ipsas presentibus interclusas tue circumspectioni duximus destinandas ut super eis consideratis eorum fidelitate ac damnis, que in presenti guerra Perusinorum sunt passi, facias et ordines, prout dicte circumspectioni videbitur expedire. Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas augusti, anno octavo. »

3158 Montefiascone, 18 juillet 1370.

Abbati monasterii de Regalimonte, Belvacensis dioecesis, mandatur ut mittat monachos ad monasterium Regalivallis, Cisterciensis ordinis, Nolanae dioecesis, a Carolo I, rege Siciliae, fundatum, quod monasterio de Regalimonte subjicitur et in quo ex institutione fundatoris monachi gallici admittuntur, cum defectus sit monachorum. (Reg. Vat. 250, fol. 116 verso. — Reg. Vat. 244 L, fol. 96, n. 278.)

« *Dilecto filio .. abbati monasterii de Regalimonte, Cisterciensis ordinis, Belvacensis diocesis, salutem etc.* Cum, prout audivimus. — Datum apud Montemflasconem, XV kalendas augusti, anno octavo. »

3159 Montefiascone, 20 juillet 1370.

Conceduntur indulgentiae septem annorum et septem quadragenarum venientibus ad capitulum generale ordinis Cisterciensis vel legitime impeditis veniendi. (Reg. Vat. 250, fol. 116 verso.)

« *Dilectis filiis .. Cisterciensis, Cabilonensis diocesis, et ceteris abbatibus ac diffinitoribus necnon aliis fratribus ordinis Cisterciensis in generali eorum capitulo in proximo celebrando convenientibus, salutem etc.* Cum sicut audivimus. — Datum apud Montemflasconem, XIII kalendas augusti, anno octavo. »

3160 Montefiascone, 22 juillet 1370.

Reginae Siciliae scribitur ut remittat ad ipsam monachos monasterii S. Martini de Scala, O. S. B., Montisregalis dioecesis, destinatos a Joanne de Claromonte, domicello Agrigentino, pro tractanda parentela inter detentorem insulae Siciliae et Bernabonem de Vicecomitibus. (Reg. Vat. 250, fol. 118 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 626, n. 146.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Dilecti filii .. monachi. — Datum apud Montemflasconem, XI kalendas augusti, anno octavo. »

3161 Montefiascone, 22 juillet 1370.

Joanni de Claromonte mandatur ut supra, modo quo regina Siciliae, ipse et nobiles de Claromonte provideant de viis et modis tenendis in praemissis et reserent papae. (Reg. Vat. 250, fol. 118 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Claromonte, domicello Agrigentino, salutem, etc.* Dilecti filii .. monachi. — Datum apud Montemflasconem, XI kalendas augusti, anno octavo. »

3162 Montefiascone, 27 juillet 1370.

Reginae Siciliae commendatur Richardus de Buccamugello, nepos Thomae de Buccamugello, physici papae et professoris Salernitani. (Reg. Vat. 250, fol. 121 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 627, n. 147.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Gratum habentes. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas augusti, anno octavo. »

3163 Montefiascone, 27 juillet 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbytero cardinali, facultas tractandi, iniendi et faciendi nomine papae et E. R. quaecumque tractatus, pacta et conventiones pro utilitate dictae Ecclesiae contra hostes ejus, cum promissionibus, obligationibus et cautelis de quibus videbitur expedire, specialiter cum civitatis Perusinae et provinciae Tusciae personis. (Reg. Vat. 250, fol. 131 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim, presbitero cardinali ... generali, salutem etc.* De tuis fidelitate. — Datum apud Montemflasconem, VI kalendas augusti, anno octavo. »

3164 Montefiascone, 29 juillet 1370.

Revocatio reservationis beneficiorum titulorum cardinalium et capellarum papalium solitorum in Urbe a vicario papae in spiritualibus conferri. (Reg. Vat. 250, fol. 132 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Dudum cum in Urbe. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas augusti, anno octavo. »

3165 Montefiascone, 29 juillet 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, mandatur quod, de expositis ab ambaxiatore ejus (nobili viro Ludovico milite Neapolitano) ad exequendum papae propositum, causae rationabiles inducunt ipsum papam illud dispositis prius agendis ejusdem Ecclesiae cito confirmare. (Reg. Vat. 250, fol. 121 recto. — Reg. Vat. 244 L, fol. 99, n. 288.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Benigne audivimus. — Datum apud Montemflasconem, IIII kalendas augusti, anno octavo. »

3166 Montefiascone, 30 juillet 1370.

Francisco de Baucio mandatur ut monasterio Cassinensi vel procuratori ejus de pensione palatii dicti monasterii siti in civitate Neapolitana satisfaciat infra unum mensem

a receptione praesentium computandum. Restituat autem infra dictum mensem monasterio palatium cum pertinentiis, vel faciat justum cambium vel emat idem palatium. (Reg. Vat. 250, fol. 121 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Francisco de Baucio, duci Andrie, salutem etc.* Saluti anime tue. — Datum apud Montemflasconem, III kalendas augusti, anno octavo. »

3167 Montefiascone, 31 juillet 1370.

Ludovico de Navarra commendatur monasterium Cassinense. (Reg. Vat. 250, fol. 121 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Navarra, nato clare memorie .. regis Navarre, salutem etc.* Habentes ad monasterium Cassinense. — Datum apud Montemflasconem, II kalendas augusti, anno octavo. »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Raymundo de Baucio, comiti camerario regni Sicilie, salutem etc.* »

« *Eodem modo dilecto filio nobili viro Honorato Gaietano, comiti Fundorum, salutem etc.* »

3168 Montefiascone, 2 août 1370.

Nicolao, marchioni Estensi, notum fit quod visitatio, quam intendebat facere, pro facta tenet, modo quo non recedat, quinimmo, si jam iter arripuit, penitus retrocedat. Ante suum recessum vidisset libenter Anglicum, Albanensem episcopum, et ipse etiam hoc optabat, sed quia ejus praesentia necessaria est in partibus illis hujusmodi carere voluit visione. Postulet per nuncios vel litteras quidquid poterit concedi pro se et suis, ante vel post recessum papae. (Reg. Vat. 250, fol. 135 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Nicolao marchioni Estensi, in civitate Ferrariensi nostro et E. R. vicario, salutem etc.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum apud Montemflasconem, IIII nonas augusti, anno octavo. »

3169 Montefiascone, 3 août 1370.

Andreae Contareno, duci Venetiarum, mandatur ut commendatos habeat Anglicum, episcopum Albanensem, et alios pro reverentia Sedis Apostolicae. (Reg. Vat. 244 I, fol. 101, n. 292. — Reg. Vat. 250, fol. 134 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Andree Contareno, duci Venetiarum, salutem etc.* Dilectioni tue presentibus reserantes quod circa finem presenti[s] mensis augusti vel sequentis principium, ex certis rationalibus causis, cum nostra curia redire, Deo duce, intendimus ultra montes, nobilitatem tuam rogamus attentius quatinus venerabilem fratrem Anglicum, episcopum Albanensem, in terris R. E. nostrum et pro dicta Ecclesia vicarium in temporalibus generalem, tuum ac communitatis tue precipuum dilectorem, ac subditos et terras, necnon colligatos, devotos et auxiliatores ejusdem Ecclesie habere velis, pro nostra et A. S. reverentia, oportunis favoribus commendatos. Datum apud Montemflasconem, III nonas augusti, anno octavo. »

3170 Montefiascone, 4 août 1370.

Ancianis et populo civitatis Bononiensis nuntiat Anglicum, episcopum Albanensem, remansurum ad regimen eorum « quod ipse ut vobis praebeat consolationis remedium et nostre jussioni pareat prompte ac humiliter acceptavit », cum ipsum Anglicum « diligant sincere et diligantur ab eo », quanquam libenter ad partes ultramontaneas cum papa regrederetur. (Reg. Vat. 250, fol. 135 recto.)

« *Dilectis filiis .. ancianis et populo civitatis Bononiensis, nostris et E. R. fidelibus, salutem etc.* Ex relatione venerabilis fratris. — Datum apud Montemflasconem, II nonas augusti, anno octavo. »

3171 Montefiascone, 5 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut praedicatoribus verbi crucis committat facultatem audiendi confessiones et dispensandi de casibus reservatis poenitentiariis minoribus in curia Romana necnon dispensandi de irregularitate contracta celebrando divina. (Reg. Vat. 250, fol. 143 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dudum per alias nostras litteras. — Datum apud Montemflasconem, nonis augusti, anno octavo. »

3172 Montefiascone, 6 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, notum fit Michaelem de Caroneto ad se remissum fuisse de quodam negocio secretius tractando cum prioribus artium civitatis Florentinae. (Reg. Vat. 250, fol. 139 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Dilectus filius Michael de Caroneto, lator presentium, in nostra constitutus presencia, nobis secrete exposuit

quoddam negocium, utique multum gratum, super quo disponendo provide ipsum Michaelem ad te et dilectos filios .. priores artium civitatis Florentine duximus remittendum, volentes ut super ipso negocio tua fraternitas et iidem priores, quanto secretius et melius fieri poterit, ordinetis quod magis videbitis expedire. Datum apud Montemflasconem, VIII idus augusti, anno octavo. »

3173 Montefiascone, 6 août 1370.

Priores artium civitatis Florentinae rogat ut cum Anglico, episcopo Albanensi, ordinent secretius de dicto negocio. (Reg. Vat. 250, fol. 139 verso.)

« *Dilectis filiis .. prioribus artium civitatis Florentine, salutem etc.* Dilectus filius Michael. — Datum apud Montemflasconem, VIII idus augusti, anno octavo. »

3174 Montefiascone, 7 août 1370.

Populo civitatis Lucanae notum fit ipsum scripsisse Anglico, episcopo Albanensi, ut vice papae et etiam sua aliquem vel aliquos ambaxiatores destinaret ad partes Lucanas ad confortandum eos. (Reg. Vat. 250, fol. 139 recto.)

« *Dilectis filiis .. populo civitatis Lucane, salutem etc.* De statu vestro. — Datum apud Montemflasconem, VII idus augusti, anno octavo. »

3175 Montefiascone, 7 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut destinet aliquam vel aliquos ambaxiatores ad civitatem Florentinam pro quietatione novitatis habitae in civitate Lucana. (Reg. Vat. 250, fol. 138 verso.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Novitatem que dicitur fuisse. — Datum apud Montemflasconem, VII idus augusti, anno octavo. »

3176 Montefiascone, 7 août 1370.

Prioribus artium, vexillifero justitiae et communi civitatis Florentinae mandatur ut obvient praedictae periculosae novitati, de qua scripsit Anglico et populo civitatis Pisanae. (Reg. Vat. 250, fol. 138 verso.)

« *Dilectis filiis .. prioribus artium et .. vexillifero justicie ac .. communi civitatis Florentine, salutem etc.* Civitatem Lucanam. — Datum apud Montemflasconem, VII idus augusti, anno octavo. »

« *Eodem modo dilectis filiis .. ancianis populi et .. communi civitatis Pisane, salutem* ut supra, sed loco Florentine dicatur civitatis Pisane. »

3177 Montefiascone, 10 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut papa non annuit supplicationibus ambaxiatorum populi castri Fabriani, Camerinensis diocesis, postulantium quod regimen dicti castri ipsi ad vitam concederetur. Quocirca jubetur ut ponat ibidem officiales discretos et justos. (Reg. Vat. 250, fol. 138 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Licet dilecti filii populus. — Datum apud Montemflasconem, IIII idus augusti, anno octavo. »

3178 Montefiascone, 11 août 1370.

Philippo, imperatori Constantinopolitano, gratiarum actiones reddit de promptitudine serviendi R. E. et scribitur ut assistat cum rege Hungariae Anglico, episcopo Albanensi. (Reg. Vat. 250, fol. 137 recto.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, imperatori Constantinopolitano illustri, salutem etc.* Serenitatis imperialis litteras ejus ambaxiatam nuper missam per quemdam suum militem ad quam respondimus ex filialis devocionis plenitudine repetentes audivimus animo letiori de tua siquidem et carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Ungarie illustris, promptitudine serviendi R. E. spem indubiam obtinentes, ejusdem regis grande auxilium contra hostes ipsius Ecclesie paterna fiducia duximus requirendum tuum autem jam habuimus et illud postulabimus non dubitamus habendum.

« Ad nostrum autem recessum de Italia tanta ordinatio jam processit quod, salva Dei voluntate, est futurus omnino. Nichilominus tamen super agendis dicte Ecclesie dimittimus venerabilem fratrem nostrum Anglicum, episcopum Albanensem, et dilectum filium nostrum Petrum, tituli S. M. in Transtiberim presbiterum cardinalem, in terris ejusdem Ecclesie vicarios in temporalibus generales, qui eidem regi, si venerit, in agendis assistent et, sicut speramus et quantum in nobis erit ante dictum nostrum recessum guerra sedabitur Peru-

sina, ita quod contra alios hostes, favente Domino, commodius et potentius intendetur. Datum apud Montemflasconem, III idus augusti, anno octavo. »

3179 Montefiascone, 11 août 1370.

Gometio de Albornocio mandatur ut adhibeat vigilantiam suam in negociis Ecclesiae. Praesentia in partibus Bononiensibus plurimum oportuna est et, quanquam sibi molestum fuit, paruit mandatis Anglici, episcopi Albanensis, de non veniendo ad curiam romanam. (Reg. Vat. 250, fol. 137 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Gometio de Albornocio, militi, in civitate Esculana nostro et pro E. R. vicario, salutem etc.* Licet gratum nobis. — Datum apud Montemflasconem, III idus augusti, anno octavo. »

« *Eodem modo nobili viro Guidoni de Polenta, militi, civitatis Ravennatensis nostre et E. R. vicario, salutem, etc.* »

3180 Montefiascone, 11 août 1370.

Item Galeocto de Malatestis. (Reg. Vat. 250, fol. 137 verso.)

« *Dilecto filio nobili viro Galeocto de Malatestis, militi, in civitate Ariminensi nostro et pro E. R. vicario, salutem etc.* Licet, fili dilecte, gratum. — Datum apud Montemflasconem, III idus augusti, anno octavo. »

3181 Montefiascone, 11 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas quittandi Petrum Petroncini, praepositum Aquensem, receptorem pecuniarum debitarum R. E. in partibus Italiae, et Ramesinum de Ramesinis, civem Faventinum, depositarium, necnon thesaurarios et receptores aliosque officiales in provinciis Marchiae Anconitanae, Romandiolae, civitate Bononiensi et terra Massae Trabariae deputatos. (Reg. Vat. 250, fol. 146 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* De tua circumspectione. — Datum apud Montemflasconem, III idus augusti, anno octavo. »

3182 Montefiascone, 11 août 1370.

Reginae Siciliae scribit ut mittat in plagia Corneti sex galeas 26 augusti. (Reg. Vat. 250, fol. 137 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 628, n. 149. — Theiner, *Codex*, t. II, p. 477, n. 485.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Quia per ea que audivimus de galeis ultramarinis et Januensibus pro nobis et curia nostra venturis eas satis ante finem hujusmodi mensis apud castrum nostrum Corneti speramus habere, serenitatem tuam solicitamus et rogamus attentius quatinus sex galeas, per te nobis oblatas, sic mittas celeriter quod ipsas expeditas pro nobis et nostra gente die vicesima sexta hujus mensis in plagia seu maritima dicti castri penitus habeamus. Datum apud Montemflasconem, III idus augusti, anno octavo. »

3183 Montefiascone, 12 août 1370.

Reginam Siciliae hortatur ne egre ferat aggravationem processuum mandatam contra Mathaeum Cervitorem, Joannem Richardi et Joannem Bartholomaei occisores Jacobi, episcopi Sorani, et ipsi commendat Martinum, modernum episcopum, et capitulum ecclesiae Soranae. (Reg. Vat. 250, fol. 137 recto. — Cerasoli, *loco citato*, p. 627, n. 148.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Sicilie illustri, salutem etc.* Ad robur justicie. — Datum apud Montemflasconem, II idus augusti, anno octavo. »

3184 Montefiascone, 13 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas revocandi et removendi omnes judices in spiritualibus et alios deputandi seu hujusmodi officia rectoribus provinciarum, dumtaxat capacibus, atque committendi cum honoribus, emolumentis et oneribus consuetis. (Reg. Vat. 250, fol. 136 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* De tue fraternitati[s] circumspectione. — Datum apud Montemflasconem, idibus augusti, anno octavo. »

3185 Montefiascone, 13 août 1370.

Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, item mandatur ut supra (n. 3181) in terris sui vicariatus. (Reg. Vat. 250, fol. 146 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, in nonnullis provinciis et terris E. R. in partibus Italie consistentibus et pro eadem Ecclesia vicario in temporalibus generali, salutem etc.* De tua circumspectione. — Datum apud Montemflasconem, idibus augusti, anno octavo. »

3186 Montefiascone, 14 août 1370.

Philippo, episcopo Sabinensi, mandatur ut inducat Joannam reginam Siciliae, ad removendam usurpationem jurisdictionis sanguinis quae pertinet ad monasterium Cassinense, cum bis dicta regina preces papae non exaudiverit. (Reg. Vat. 250, fol. 140 recto.)

« *Venerabili fratri Philippo, episcopo Sabinensi, salutem etc.* Non ignorat tua fraternitas. — Datum apud Montemflasconem, XIX kalendas septembris, anno octavo. »

3187 Montefiascone, 15 août 1370.

Ademaro de Agrifolio, cui commissa fuit custodia gironis civitatis Firmanae, mandatur ut assignet illam deputando ab Anglico, Albanensi episcopo. (Reg. Avin. 171, fol. 41 verso. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademaro de Agrifolio, domino de Tudello et de Fonte Lemovicensis diocesis, Romane curie marescallo ac provincie Marchie Anchonitane pro nobis et R. E. rectori, salutem etc.* Discretioni tue. — Datum apud Montemflasconem, XVIII kalendas septembris, anno octavo. »

3188 Montefiascone, 16 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas exigendi pecunias receptas pro decima biennali quae solvendae sunt in civitate, dioecesi et provincia Pragensi ac etiam in civitate et dioecesi Wratislaviensi. (Reg. Vat. 250, fol. 148 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Cum olim in civitate. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas septembris, anno octavo. »

3189 Montefiascone, 16 août 1370.

Magistro Nicolao de Auximo, archidiacono de Andorra in ecclesia Urgellensi, notario et secretario nostro, facultas percipiendi fructus beneficiorum in absentia quanquam ad partes Italie « pro persone sue recreatione ac salute » commorari valeat, ad annum a data praesentium computandum. (Reg. Vat. 250, fol. 149 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Nicolao de Auximo, archidiacono de Andorra in ecclesia Urgellensi, notario et secretario nostro, salutem etc.* Tue fidelitalis. — Datum apud Montemflasconem, XVII kalendas septembris, anno octavo. »

3190 Montefiascone, 17 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut subsidium militare oblatum in praesentia papae a Masquardo, patriarcha Aquilegensi, secundum facultates suas recipiat. (Reg. Vat. 250, fol. 140 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Venerabilis frater Masquardus. — Datum apud Montemflasconem, XVI kalendas septembris, anno octavo. »

3191 Montefiascone, 17 août 1370.

Bernardo, episcopo Ariminensi, nuncio S. A., mandatur ut colligant bona et credita quondam Fortanerii, S. R. E. cardinalis, et olim archiepiscopi Ravennatensis, cum sit facta compositio inter camerarium papae et Petroncinum, archiepiscopum Ravennatensem. (Reg. Vat. 250, fol. 149 verso. De curia.)

« *Venerali fratri Bernardo, episcopo Ariminensi, salutem tec.* Dudum inter venerabiles fratres. — Datum apud Montemflasconem, XVI kalendas septembris, anno octavo. »

3192 Montefiascone, 17 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, et Petro, presbytero cardinali S. M. in Transtiberim, conceditur facultas componendi et concordandi cum communi civitatis Tudertinae de quaestione orta inter R. E. et ipsos et compescendi censura ecclesiastica quemlibet contradictorem ipsius concordiae. (Reg. Avin. 171, fol. 42 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in nonnullis terris Italie R. E. immediate subjectis, et dilecto filio Petro, tituli S. M. in Transtiberim presbitero cardinali, in nonnullis ex terris ipsis pro nobis et eadem Ecclesia in temporalibus vicariis generalibus, salutem etc.* Suscepte servitutis. — Datum apud Montemflasconem, XVI kalendas septembris, anno octavo. »

3193 Montefiascone, 19 août 1370.

Thesaurario provinciae Patrimonii beati Petri in Tuscia mandatur ut solvat 20 florenorum auri singulis mensibus

pro persona sua nobili viro Petro Rostagni, domicello Ebredunensis dioecesis, constituto castellano rocchae Viterbiensis. (Reg. Vat. 250, fol. 150 verso. De curia.)

« *Dilecto filio .. thesaurario provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et R. E. salutem etc.* Cum nuper dilectum filium nobilem virum Petrum. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas septembris, anno octavo. »

3194 Montefiascone, 19 août 1370.

Grimaldo de Romanis facultas non residendi in curia ratione officii scriptoriae, quamdiu obsequiis Petri tituli S. M. in Transtiberim, cujus est secretarius et familiaris, insiterit vel Ecclesiae Romanae de ejus mandato et ex tunc per sex menses. (Reg. Vat. 250, fol. 151 recto.)

« *Dilecto filio magistro Grimaldo de Romanis, scriptori nostro, salutem etc.* Grata tue fidelitatis. — Datum apud Montemflasconem, XIIII kalendas septembris, anno octavo. »

3195 Montefiascone, 23 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, conceditur facultas visitandi tam in temporalibus quam in spiritualibus, corrigendi et reformandi per se, per alium seu per alios discretos viros, ecclesias cathedrales et collegiatas ac monasteria, hospitalia, loca ecclesiastica exempta vel non exempta Cisterciensis, Cluniacensis, Praemonstratensis, Camaldulensis, SS. Benedicti et Augustini, etiam monialium secundum instituta et sub cura fratrum Praedicatorum viventium et S. Clarae aliorumque ordinum quorumcumque et domorum S. Joannis Jerosolimitani et S. M. Theutonicorum, tam in capitibus quam in membris. Stipendia moderata a praelatis et locis visitatis percipiant visitatores et stabiliantur ab Anglico eodem. (Reg. Vat. 250, fol. 154 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Ad ecclesiarum et monasteriorum. — Datum apud Montemflasconem, X kalendas septembris, anno octavo. »

3196 Montefiascone, 25 août 1370.

Danieli de Carreto mandatur ut restituatur genti Galetanae turris vel arx Molendinorum sita in dioecesi Anagnina, non obstante quod mandatum factum Hugoni, episcopo Lectorensi, olim rectori, non fuit adimpletum (vide *supra*, n. 3110). (Reg. Vat. 250, fol. 143 recto.)

« *Dilecto filio Danieli de Carreto, priori Lombardie Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani, provinciarum Campanie et Maritime pro nobis et E. R. rectori, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad nostrum pervenit auditum. — Datum apud Montemflasconem, VIII kalendas septembris, anno octavo. »

3197 Montefiascone, 26 août 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, mandatur ut habeat commendatum nobilem virum Jacobum Carboni de Lornano, domicellum Camerinensis dioecesis, qui propter servitia R. E. praestita magnum in sua substantia sustinet detrimentum. (Reg. Vat. 250, fol. 143 recto.)

« *Venerabili fratri Anglico generali, salutem etc.* Audivimus relatione fideli. — Datum apud Montemflasconem, VII kalendas septembris, anno octavo. »

3198 Montefiascone, 26 août 1370.

Joannes, archiepiscopus Bracharensis, cum Petrus tituli S. M. in Transtiberim presbyter cardinalis « adeo infirmetur graviter quod de ipsius vita penitus desperatur » deputatur, in casu mortis praedicti cardinalis, vicarius in temporalibus in forma eidem cardinali super hoc tradita generali; conceduntur Joanni omnes facultates quibus gaudet cardinalis praefatus circa vicariatus officium. (Reg. Vat. 250, fol. 155 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Bracharensi, salutem etc.* Probate fidei puritas. — Datum apud Montemflasconem, VII kalendas septembris, anno octavo. »

3199 Corneto, 1er septembre 1370.

Anglico, episcopo Albanensi, facultas conceditur tabellionatum viginti clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis conferendi. (Reg. Avin. 171, fol. 44 verso. De curia.)

« *Venerabili fratri Anglico, episcopo Albanensi, in terris Italie R. E. immediate subjectis nostro et pro eadem Ecclesia in temporalibus vicario generali, salutem etc.* Cum te in terris Italie. — Datum Corneti, Tuscanensis diocesis, kalendis septembris, anno octavo. »

3200 Avignon, 2 octobre 1370.

Petro Scatisse, thesaurario Franciae, mandatur ut tradat duas partes subsidiorum bailliagii Gabalitani Guillermo Golaberti. (Reg. Avin. 172, fol. 12 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 182 verso. De curia.)

« *Dilecto filio Petro Scatisse, thesaurario Francie, salutem etc.* Cum carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francorum illustris ... dum libertates Mimatensis ecclesie, quam ad manum nostram tenemus, declaravit duas partes subsidiorum in terra communis seu bailiagio Gabalitano auctoritate regia pro generali defensione patrie impositorum et imponendorum in utilitatem dicte Mimatensis ecclesie vel alias juxta ordinationem nostram disponendas liberaliter concesserit, discretionem tuam nobis earam rogamus ... quatinus hujusmodi duas partes dictorum subsidiorum seu impositionum in terra communis seu bailiagio predictis a tempore dicte concessionis impositorum et exactorum, et etiam pecunias olim per prefatum regem venerabili fratri nostro Petro Avinionensi, tunc Mimatensi episcopo, dum Mimatensi ecclesie preerat datas et penes dilectum filium Durantum Artaudi, mercatorem Mimatensem, restantes dilecto filio Guillermo Golaberti, rectori parochialis ecclesie S. Andree de Chalme, Vivariensis diocesis, thesaurario et receptori generali fructuum, reddituum et proventuum ad mensam episcopalem Mimatensem pertinencium per nos deputato, absque more dispondio tradi facias et eciam liberari. In hiis taliter te habendo quod devocionis tue promptitudinem non immerito commendare possimus. Nos enim eidem thesaurario quitandi, liberandi et absolvendi te et alios a quibus hujusmodi pecunias recipiet damus per alias nostras litteras potestatem. Datum Avinione, VI nonas octobris, anno octavo. »

3201 Avignon, 2 octobre 1370.

Praedicto Guillermo Golaberti mandatur ut pecunias omnes receptas tradat Guillermo de Bellovisu et Stephano Salayronis, canonicis ecclesiae Mimatensis, pro pauperibus puellis maritandis et etiam distribuendis. (Reg. Avin. 172, fol. 12 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 183 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Guillermo Golaberti, rectori parochialis ecclesie S. Andree de Chalme, Vivariensis diocesis, thesaurario et receptori generali fructuum, reddituum et proventuum, ad mensam episcopalem Mimatensem pertinencium, per nos, qui ecclesiam Mimatensem ad manum nostram tenemus, deputato, salutem etc.* Dudum carissimus. — Datum Avinione, VI nonas octobris, anno octavo. »

3202 Avignon, 2 octobre 1370.

Guillermo de Bellovisu et Stephano Salayronis praedictis mandatur ut quittant Guillermum Golaberti de traditis pro puellis maritandis. (Reg. Avin. 172, fol. 12 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 183 verso. De curia.)

« *Dilectis filiis Guillermo de Bellovisu et Stephano Salayronis, canonicis ecclesie Mimatensis, salutem etc.* Licet ex suscepti cura. — Datum Avinione, VI nonas octobris, anno octavo. »

3203 Avignon, 6 octobre 1370.

Statuitur quod omnes commissiones et facultates tam spirituales quam temporales Cameram Apostolicam, civitatem Avinionensem et comitatum Venaysini tangentes, etiamsi earum vigore ad aliquos actus sit processum, etiam officialibus tunc in cismontanis partibus remanentibus post regressum ad civitatem Avinionensem revocantur. Omnia et singula insuper praemissa in statu, in quo erant tempore regressus pape, ad illos revertantur, ad quos antea pertinebant. (Reg. Avin. 172, fol. 12 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 183 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Apostolice Sedis providentia. — Datum Avinione, II nonas octobris, anno octavo. »

3204 Avignon, 8 octobre 1370.

Providetur de administratione ecclesiae Mimatensis infra scriptis. (Reg. Avin. 172, fol. 13 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 184 recto. De curia.)

« *Dilectis filiis magistro Bernardo de S. Stephano, sacriste Ruthenensis, notario nostro, et Petro Boerii, precentori Mimatensis ecclesiarum, acolitho nostro, necnon Michaeli Habonis, priori prioratus de Terascone, O. S. A., ac Petro de Monteauroso, canonico ejusdem Mimatensis, et Guillermo Golaberti, rectori parochialis S. Andree de Chalme, Vivariensis diocesis, ecclesiarum, salutem etc.* Hiis per que. — Datum Avinione, VIII idus octobris, anno octavo. »

3205 Avignon, 10 octobre 1370.

Jacobus Arnesii, procurator fiscalis, constituitur generalis procurator monasterii Anianae O. S. B., Magalonensis dioecesis, ad manum papae positi. (Reg. Avin. 172, fol. 13 verso. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 184 verso. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Jacobo Arnesii, licenciato in legibus, procuratori nostro fiscali, salutem etc.* In caritatis visceribus. — Datum Avinione, VI idus octobris, anno octavo. »

3206 Avignon, 13 octobre 1370.

Statuitur, senescalli Provinciae accedente consensu, quod « de quibuscumque malefactoribus de dictis comitatibus Provincie et Forcalquerii ad comitatum Venaysini, ad locum de Salone et ipsius loci territorium fugientibus et e converso de malefactoribus de ipsis comitatu Venaysini e loco de Salone aut ejus territorio ad predictos comitatus Provincie et Forcalquedii fugientibus per judices saeculares ipsarum partium cum per alios judices fuerunt legitime requisiti hinc inde fiat remissio, immunitate Ecclesie semper salva, constitutionibus et consuetudinibus dictarum parcium et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque ». (Reg. Avin. 172, fol. 14 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 185 recto. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia. — Datum Avinione, III idus octobris, anno octavo. »

3207 Avignon, 15 octobre 1370.

Dantur sex floreni auri, pro expensis suis, singulis diebus, Guillelmo Noeleti, archidiacono Carnotensi, utriusque juris doctori, capellano papae et auditori causarum palatii apostolici, nuncio ad partes Italiae pro arduis negociis destinato. (Reg. Avin. 172, fol. 1 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 169 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. patriarchis ... ad quos presentes pervenerint, salutem etc.* Cum dilectum filium magistrum Guillelmum. — Datum Avinione, idibus octobris, anno octavo. »

3208 Avignon, 17 octobre 1370.

Magister Bernardus de S. Stephano constituitur vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Mimatensis positae in manu papae. (Reg. Avin. 172, fol. 1 recto. De curia. — Reg. Vat. 260, fol. 170 recto. De curia.)

« *Dilecto filio magistro Bernardo de S. Stephano, archidiacono Biterrensi, notario nostro, vicario generali in spiritualibus et temporalibus ratione episcopatus Mimatensis, quem ad manum nostram tenemus, salutem etc.* Regimini universalis Ecclesie. — Datum Avinione, XVI kalendas novembris, anno octavo. »

ADDENDA

ET

EMENDANDA

ANNUS PRIMUS

3209 Avignon, 15 février 1363.

Declaratur reservationes patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium et abbatialium dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, praebendarum et beneficiorum aliorum factas ab Innocentio, papa VI, remanere integraliter. (Reg. Avin. 153, fol. 580 verso. De curia.)

« Ad futuram rei memoriam. Dudum felicis recordationis Innocentius. — Datum Avinione, XV kalendas marcii, anno primo. »

3210 Avignon, 31 mars 1363.

Joanni, regi Franciae, notum fit decimam sexennalem et receptionem legatorum ac oblationum ordinatas fuisse pro passagio habituro. (Reg. Avin. 153, fol. 598 recto. De curia.)

« *Carissimo in Christo filio Johanni, regi Francie illustri, salutem etc.* Calamitosa miseria. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3211 Avignon, 31 mars 1363.

Eidem scribitur de provisis super dicto passagio. (Reg. Avin. 153, fol. 599 recto. De curia.)

« *Carissimo ... salutem etc.* Et si cunctorum Christifidelium. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3212 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis mandatur ut exequantur litteras apostolicas *Et si cunctorum* de solutione decimae pro passagio Terrae Sanctae. (Reg. Avin. 153, fol. 604 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis salutem etc.* Et si cunctorum. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3213 Avignon, 31 mars 1363.

Item mandatur archiepiscopis Tolosano, Turonensi, Narbonensi, Senonensi, Lugdunensi, Rothomagensi eorumque suffraganeis, necnon episcopis Vivariensi et Aniciensi. (Reg. Avin. 153, fol. 606 verso-607 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc.* Et si cunctorum. — Datum ut supra. »

3214 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis notae fiunt litterae apostolicae *Beatitudinis eternae* de passagio jam dicto. (Reg. Avin. 153, fol. 607 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Beatitudinis eterne. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3215 Avignon, 31 mars 1363.

Item notum fit archiepiscopis Arelatensi et Viennensi, ac Avinionensi, Valentino et Montisalbanensi episcopis ; archiepiscopo Bituricensi, et Claromontensi, Mimatensi et S. Flori episcopis. (Reg. Avin. 153, fol. 610 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc.* Beatitudinis eterne. — Datum ut supra. »

3216 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis mandatur ut pecuniae burgensibus a rege Franciae deputandis, singulis sex mensibus, assignatae sint et reductae ad aureas monetas. (Reg. Avin. 153, fol. 610 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Ad recuperandum. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3217 Avignon, 31 mars 1363.

Item mandatur archiepiscopis Rothomagensi, Remensi, Narbonensi, Tolosano, Lugdunensi et episcopis Aniciensi ac Vivariensi. (Reg. Avin. 153, fol. 610 verso - 611 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc.* Ad recuperandum. — Datum ut supra. »

3218 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis mandatur ut circa usuras, rapinas et male ablata exequantur voluntatem papae pro passagio jam dicto. (Reg. Avin. 153, fol. 611 récto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis, salutem etc.* Fidei orthodoxe. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3219 Avignon, 31 mars 1363.

Item mandatur archiepiscopis Narbonensi, Turonensi, Remensi, Senonensi, Rothomagensi et Lugdunensi eorumque suffraganeis, necnon episcopis Vivariensi et Aniciensi. (Reg. Avin. 153, fol. 612 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc.* Fidei orthodoxe. — Datum ut supra. »

3220 Avignon, 31 mars 1363.

Arelatensi et Viennensi archiepiscopis necnon Avinionensi, Valentino ac Montisalbanensi episcopis notum fit decimam percipiendam esse ad monetam currentem secundum constitutionem editam in concilio Viennensi. (Reg. Avin. 153, fol. 612 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. Arelatensi et .. Viennensi archiepiscopis necnon .. Avinionensi, et .. Valentino ac Montisalbanensi episcopis, salutem etc.* Et si cunctorum. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3221 Avignon, 31 mars 1363.

Item mandatur archiepiscopo Bituricensi ac episcopis Mimatensi et S. Flori. (Reg. Vat. 153, fol. 615 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus etc.* Et si cunctorum. — Datum ut supra. »

3222 Avignon, 31 mars 1363.

Archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis mandatur ut burgensibus a rege Franciae deputandis tradant quod receperunt pro passagio. (Reg. Avin. 153, fol. 602 verso. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis, salutem etc.* Calamitosa miseria. — Datum Avinione, II kalendas aprilis, anno primo. »

3223 Avignon, 31 mars 1363.

Item mandatur archiepiscopis Remensi, Tolosano, Narbonensi, Senonensi, Lugdunensi, Turonensi et suffraganeis eorum, necnon episcopis Vivariensi et Aniciensi. (Reg. Avin. 153, fol. 604 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus, etc.* Calamitosa miseria. — Datum ut supra. »

3224 Avignon, 31 mars 1363.

Arnaldo Leu, canonico Lodovensi, conceditur facultas exigendi bona personarum ecclesiasticarum et laicorum curiam romanam sequentium quae condiderunt testamenta et erogarunt legata in eleemosynas pauperum vel in alios pios usus, cum executores testamentorum non mandarunt legata dicta ad executionem et eadem detinent. (Reg. Avin. 153, fol. 591 recto. De curia.)

« *Dilecto filio Arnaldo Leu, canonico Lodovensi, salutem etc.* Intenta civitatis. — Datum Avinione, II kalendas septembris, anno primo. »

3225 Avignon, 14 septembre 1363.

Joanni (1) priori generali ordinis fratrum B. M. de Monte Carmeli mandatur ut examinet cum sex magistris in facultate theologica in curia Romana existentibus Bernardum Ollerii, ejusdem ordinis, qui Parisius in loco fratrum dicti ordinis ut bacallarius bibliam per tempus ad hoc statutum legit et postea, si eum idoneum repererint, honorem magisterii et docendi licentiam concedat, cum propter mortalitatis pestem de ejus ordinis professoribus et theologiae magistris commode providere non valeat. (Reg. Avin. 155, fol. 240 verso. De curia, n. 18.)

« *Dilecto filio Johanni, priori generali ordinis fratrum B. M. de Monte Carmeli, sacre theologie professori, salutem etc.* Sicut debetur. — Datum Avinione, XVIII kalendas octobris, anno primo. »

(1) Voir dans Denifle et Châtelain (*Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. III, n. 1.285) l'analyse de la supplique du prieur.

CONCORDANTIA REGISTRORUM AVINIONENSIUM CUM LITTERIS A P. LECACHEUX EDITIS

Reg. Avin. 150, fol. 15 recto et 20 recto. De curia = 239.
Reg. Avin. 153, fol. 573 recto et 628 recto. De curia = 125.
Reg. Avin. 153, fol. 576 verso. De curia = 124.
Reg. Avin. 153, fol. 580 verso. De curia = 239.
Reg. Avin. 153, fol. 589 recto. De curia = 504.
Reg. Avin. 153, fol. 590 verso. De curia = 173.
Reg. Avin. 155, fol. 235 recto. De curia, n. 1 = 177.
Reg. Avin. 155, fol. 235 recto. De curia, n. 2 = 238.
Reg. Avin. 155, fol. 235 verso. De curia, n. 4 = 366.
Reg. Avin. 155, fol. 236 recto. De curia, n. 5 = 367.
Reg. Avin. 155, fol. 236 verso. De curia, n. 6 = 414.
Reg. Avin. 155, fol. 237 verso. De curia, n. 7 = 415.
Reg. Avin. 155, fol. 237 verso. De curia, n. 8 = 416.
Reg. Avin. 155, fol. 238 verso. De curia, n. 11 = 530.
Reg. Avin. 155, fol. 238 verso. De curia, n. 12 = 533.
Reg. Avin. 155, fol. 239 recto. De curia, n. 13 = 531.
Reg. Avin. 155, fol. 239 recto. De curia, n. 14 = 532.
Reg. Avin. 155, fol. 240 recto. De curia, n. 16 = 221.
Reg. Avin. 155, fol. 240 recto. De curia, n. 17 = 222.
Reg. Avin. 155, fol. 241 recto. De curia, n. 19 = 344.
Reg. Avin. 155, fol. 242 recto. De curia, n. 21 = 345.
Reg. Avin. 155, fol. 242 recto. De curia, n. 22 = 346.
Reg. Avin. 155, fol. 242 verso. De curia, n. 23 = 347.

ANNUS SECUNDUS

3226 Avignon, 24 novembre 1363.

Andruino, cardinali presbytero S. Marcelli, committitur legatio in partibus Aquilegensis et Gradensis patriarchatus, Mediolanensi, Januensi, Jadrensi, Spalatensi, Ragusinensi et Antibarensi provinciis, necnon Bononiensi, Ferrariensi, Mutinensi, Reginensi, Parmensi, Placentinensi, et Papiensi civitatibus et dioecesibus. (Reg. Avin. 156, fol. 34 verso. De curia, n. 2.)

« *Dilecto filio Andruino tituli S. Marcelli persbytero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Quia secundum varietates. — Datum Avinione, VIII kalendis decembris, anno secundo. »

3227 Avignon, 1er décembre 1363.

Andruino, S. Marcelli presbytero cardinali, committitur vicariatus in civitate Bononiensi ejusque comitatu et districtu necnon castro Lugi, Imolensis dioecesis, in temporalibus generalis. (Reg. Avin. 156, fol. 33 recto. De curia, n. 1.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, ac in civitate Bononiensi ejusque comitatu, territorio et districtu necnon castro Lugi, Imolensis diocesis, ad R. E. pleno jure spectantibus, nostro et ejusdem E. in temporalibus vicario generali, salutem et apostolicam benedictionem.* Dum onus universalis. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3228 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum decem personis super defectu natalium, quem patiuntur, cum sint de presbytero et soluta vel in adulterio genitae. (Reg. Avin. 156, fol. 35 verso. De curia, n. 3.)

« *Dilecto filio Andruino, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3229 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum triginta personis patientibus defectu natalium, cum sint de soluto et soluta genitae.

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3230 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum viginta personis patientibus defectu natalium, cum sint de subdiacono vel diacono et soluta genitae. (Reg. Avin. 156, fol. 36 recto. De curia, n. 5.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3231 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas procedendi contra omnes et singulos cujuscumque dignitatis existant necnon communia civitatum et locorum quorumcumque suae legationis qui venientes ad curiam suam vel ipsum vel recedentes ab ea spoliaverint aut eis injurias fecerint. (Reg. Avin. 156, fol. 36 recto. De curia, n. 6.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3232 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas consecrandi et reconciliandi ecclesias et cimiteria per catholicos archiepiscopos vel episcopos. (Reg. Avin. 156, fol. 36 recto. De curia, n. 7.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3233 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum clericis super irregularitate, quam contraxerint celebrando officia divina vel se immiscendo eis quanquam essent excommunicati. (Reg. Avin. 156, fol. 36 verso. De curia, n. 8 bis.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3234 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas absolvendi decem interfectores vel depredatores peregrinorum. (Reg. Vat. 156, fol. 36 verso. De curia, n. 10.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3235 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas injungendi quibuscumque praelatis et religiosis prosecutionem negociorum ipsi commissorum. (Reg. Avin. 156, fol. 37 recto. De curia, n. 11.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3236 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi de esu carnium cum omnibus religiosis ad suum hospitium seu curiam venientibus. (Reg. Avin. 156, fol. 37 recto. De curia, n. 12.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3237 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas proponendi publice monitiones et citationes in casu quo personae non possint alias apprehendi. (Reg. Avin. 156, fol. 37 recto. De curia, n. 13.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3238 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas cognoscendi et decidendi causas et querelas ad S. A. interjectas. (Reg. Avin. 156, fol. 37 recto. De curia, n. 14.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3239 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas concedendi indulgentiam plenariam in articulo mortis familiaribus suis. (Reg. Avin. 156, fol. 37 verso. De curia, n. 15.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3240 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem declaratur quod per ea quae ei specialiter concessa sunt his quae sibi ratione legationis suae in nullo penitus derogetur. (Reg. Avin. 156, fol. 37 verso. De curia, n. 16.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3241 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem conceditur ut sacerdotes sui, familiares domestici, possint audire confessiones et absolutionem dare, nisi sit merito S. A. consulenda. (Reg. Avin. 156, fol. 38 recto. De curia, n. 17.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3242 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas conferendi beneficia familiarium suorum cedentium vel decedentium. (Reg. Avin. 156, fol. 38 recto. De curia, n. 18.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3243 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum 50 personis de homicidiis et aliis casibus de quibus minores poenitentiarii possunt absolvere. (Reg. Avin. 156, fol. 38 verso. De curia, n. 19.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3244 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas compellendi omnes praelatos et religiosos ad contribuendum procurationibus sibi debitis. (Reg. Avin. 156, fol. 38 verso. De curia, n. 20.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3245 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas inquirendi, procedendi et sententias diffinitivas promulgandi in causis haereticae pravitatis. (Reg. Avin. 156, fol. 38 verso. De curia, n. 21.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3246 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas exeundi et reingrediendi in partibus legationis suae in casibus oportunis. (Reg. Avin. 156, fol. 39 recto. De curia, n. 22.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3247 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas ut propter ingressum in civitate Bononiensi ac moram officium sibi commissum non expiret, sed ad provincias et partes legationis suae regredi licite valeat. (Reg. Avin. 156, fol. 39 recto. De curia, n. 23.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3248 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas sibi conceditur et familiaribus suis participandi cum excommunicatis. (Reg. Avin. 156, fol. 39 recto. De curia, n. 24.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3249 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas celebrandi vel celebrare faciendi officia divina in locis interdicto suppositis. (Reg. Avin. 156, folio 39 verso. De curia, n. 25.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3250 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas exercendi potestatem ipsi commissam, dum versus partes legationis suae gressus suos dirigit. (Reg. Avin. 156, fol. 39 verso. De curia, n. 26.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3251 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas procedendi contra omnes impedientes seu spoliantes eos qui venient ad curiam suam vel ex ea recedent. (Reg. Avin. 156, fol. 39 verso. De curia, n. 27.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3252 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas relaxandi interdicta prolata in locis legationis suae. (Reg. Avin. 156, fol. 39 verso. De curia, n. 28.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3253 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum 20 praelatis et allis personis ecclesiasticis saecularibus et regularibus super irregularitate contracta virtute constitutionis Innocentii papae IV editae contra celebrantes divina officia vel eis ministrando, quanquam fuissent excommunicati. (Reg. Avin. 156, fol. 40 recto. De curia, n. 29.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3254 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas absolvendi excommunicatos ab haereticae pravitatis inquisitoribus. (Reg. Avin. 156, fol. 40 recto. De curia, n. 30.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3255 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas absolvendi impeditores et contradictores negociorum ipsi commissorum ab ipso excommunicatos. (Reg. Avin. 156, fol. 40 recto. De curia, n. 31.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3256 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas absolvendi omnes qui cognoverunt carnaliter sorores, neptes vel affines. (Reg. Avin. 156, fol. 40 recto. De curia, n. 32.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3257 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas celebrandi missam ante diem. (Reg. Avin. 156, fol. 40 verso. De curia, n. 33.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3258 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas dispensandi cum 30 personis patientibus defectu natalium ita ut in bonis parentum libere succedere possint. (Reg. Avin. 156, fol. 40 verso. De curia, n. 34.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3259 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas recipiendi resignationes beneficiorum ratione permutationis et ea conferendi. (Reg. Avin. 156, fol. 40 verso. De curia, n. 35.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3260 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas conferendi beneficia vacantia et non excedentia 30 florenorum auri quae ad collationem S. A. pertinent ratione devolutionis juris. (Reg. Avin. 156, fol. 41 recto. De curia, n. 36.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3261 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas indulgendi plenam remissionem peccatorum omnibus qui in praeliis pro Ecclesia contra ipsius hostes pugnarunt et inibi interemerunt vel laetaliter vulnerati fuerunt. (Reg. Avin. 156, fol. 41 verso. De curia, n. 37.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3262 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas conferendi beneficia vacantia et pertinentia ad collationem S. A., quae non excedunt 15 florenorum auri. (Reg. Avin. 156, fol. 41 verso. De curia, n. 38.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3263 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas conferendi in 10 ecclesiis cathedralibus vel collegiatis dignitatem, personatum vel officium. (Reg. Avin. 156, fol. 42 recto. De curia, n. 39.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum ut supra. »

3264 Avignon, 1er décembre 1363.

Eidem facultas contrahendi ligam cum quibuscumque, ad biennium vel ad triennium. (Reg. Avin. 156, fol. 44 verso. De curia, n. 46.)

« *Eidem salutem etc.* Ut eo meliori presidio. — Datum Avinione, kalendis decembris, anno secundo. »

3265 Avignon, 2 décembre 1363.

Eidem facultas creandi decem tabelliones qui nec clerici conjugati nec in sacris ordinibus constituti sint. (Reg. Avin. 157, fol. 107 verso. De curia, n. 5.)

« *Dilecto filio Andruyno, tituli S. Marcelli presbitero cardinali, A. S. legato, salutem et apostolicam benedictionem.* Tua insinuatione percepto. — Datum Avinione, IIII nonas decembris, anno secundo. »

3266 Avignon, 6 décembre 1363.

Petro, regi Cypri, conceditur ut pro recuperatione Terrae Sanctae pecunias collectas in diversis partibus et depositas in truncis recipiat, cum conditione reddendi annis singulis pleniorem rationem de expensis legato S. A. vel aliis a S. A. deputatis. (Reg. Avin. 157, folio 108 recto. De curia, n. 6.)

« *Carissimo in Christo filio Petro, regi Cipri illustri, salutem ets.* Gerentes dudum. — Datum Avinione, VIII idus decembris, anno secundo. »

3267 Avignon, 1er avril 1364.

Lugdunensi, et Tarantasiensi archiepiscopis ac Maurianensi, Gratianopolitano, Bellicensi, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Augustensi, Iporiensi et Taurinensi episcopis notum fit Joannem, regem Franciae, constitutum fuisse capitaneum passagii totius exercitus christiani, idcirco praedicent crucem et faciant celebrari qualibet hebdomada semel unam missam pro liberatione Terrae Sanctae. Insuper inseruntur orationes dicendae. (Reg. Avin. 158, fol. 59 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus ... salutem etc.* Beatitudinis eterne. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3268 Avignon, 1er avril 1364.

Eisdem episcopis mandatur ut assignent procuratori Amedaei, comiti Sabaudiae, pecunias repertas in truncis dispositis ad recipiendas oblationes christifidelium pro passagio Terrae Sanctae. (Reg. Avin. 158, fol. 66 recto, n. 7. De curia.)

« *Venerabilibus etc.* Gerentes dudum. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3269 Avignon, 1er avril 1364.

Eisdem episcopis notum fit quod subsidium concessum fuit pro passagio faciendo ab Amedaeo, comite Sabaudiae. (Reg. Avin. 158, fol. 69 verso, n. 9. De curia.)

« *Venerabilibus etc.* Calamitosa miseria. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3270 Avignon, 1er avril 1364.

Eisdem episcopis notum fit concessa fuisse eidem comiti usuras, rapinas et male acquisita ad sex annos. (Reg. Avin. 158, fol. 75 recto, n. 11. De curia.)

« *Venerabilibus etc.* Fidei orthodoxe. — Datum Avinione, kalendas aprilis, anno secundo. »

3271 Avignon, 1er avril 1364.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, commendatur publicatio verbi crucis et mandatur ut de receptis et expensis pro passagio rationem reddat legato apostolico seu aliis per S. A. deputatis. (Reg. Avin. 158, fol. 65 recto, n. 6. De curia.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie, salutem etc.* Gerentes dudum. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3272 Avignon, 1er avril 1364.

Amedaeo, comiti Sabaudiae, conceduntur legata, donata, incerta et certa et alia in comitatu et terris suis pro passagio ; et ei notum fit decimam sexennalem impositam fuisse. (Reg. Avin. 158, fol. 67 recto. De curia, n. 8.)

« *Dilecto filio ... salutem etc.* Calamitosa miseria. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3273 Avignon, 1er avril 1364.

Eidem conceduntur usurae, rapinae et male acquisita quae fuerunt ab archiepiscopis et episcopis recepta ad sex annos in comitatu et terris Sabaudiae. (Reg. Avin. 158, fol. 74 recto. De curia, n. 10.)

« *Dilecto filio ... salutem etc.* Fidei orthodoxe. — Datum Avinione, kalendis aprilis, anno secundo. »

3274 Avignon, 13 avril 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, conceditur plenae legationis officium in regno Siciliae et terris tam citra quam ultra farum. (Reg. Avin. 157, fol. 110 recto. De curia, n. 16.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Celestis dispositione. — Datum Avinione, idibus aprilis, anno secundo. »

3275 Avignon, 22 avril 1364.

Andruino, S. Marcelli cardinali presbytero, S. A. legato, facultas concedendi indulgentiam centum dierum omnibus qui manus suas porrexerint adjutrices constructioni et reparationi 50 ecclesiarum, hospitalium vel pontium. (Reg. Avin. 156, fol. 43 recto. De curia, n. 40.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3276 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas compellendi omnes praelatos, personas ecclesiasticas saeculares vel regulares ad providendum in necessariis nunciis suis. (Reg. Avin. 156, fol. 43 recto. De curia, n. 41.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3277 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas privandi clericos inobedientes et indevotos omnibus gratiis a S. A. ipsis concessis. (Reg. Avin. 156, fol. 43 recto. De curia, n. 42.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3278 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas concedendi 100 dierum indulgentiam omnibus interessentibus solemnibus officiis in praesentia ejus. (Reg. Avin. 156, fol. 43 verso. De curia, n. 43.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3279 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas conferendi canonicatum et praebendam in 30 ecclesiis cathedralibus vel collegiatis quos possit reservare. (Reg. Avin. 156, fol. 43 verso. De curia, n. 44.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3280 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas conferendi 30 dignitates vacantes infra metas legationis suae. (Reg. Avin. 156, fol. 44 recto. De curia, n. 45.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te ad Lumbardie. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3281 Avignon, 22 avril 1364.

Eidem facultas dispensandi cum usurariis ; eique mandatur ut penes se restituta custodiat, donec fuerit a papa ordinatum. (Reg. Avin. 156, fol. 44 verso. De curia, n. 47.)

« *Eidem salutem etc.* Cum te etc. — Datum Avinione, X kalendas maii, anno secundo. »

3282 Avignon, 5 mai 1364.

Episcopo Matisconensi notum fit quod litteras concessas Amedaeo, comiti Sabaudiae, kalendis aprilis anno secundo exequatur quoad terras dicti comitis sitas in dioecesi sua. (Reg. Avin. 158, fol. 76 verso. De curia, n. 12.)

« *Venerabili fratri .. episcopo Matisconensi.* Nuper dilectum filium. — Datum Avinione, III nonas maii, anno secundo. »

CONCORDANTIA REGISTRORUM AVINIONENSIUM CUM LITTERIS A P. LECACHEUX EDITIS

Reg. Avin. 156, fol. 36 verso. De curia, n. 8 = 693.
Reg. Avin. 156, fol. 36 verso. De curia, n. 9 = 692.
Reg. Avin. 157, fol. 107 recto. De curia, n. 2 = 688.
Reg. Avin. 157, fol. 107 verso. De curia, n. 3 = 689.
Reg. Avin. 157, fol. 107 verso. De curia, n. 4 = 690.
Reg. Avin. 157, fol. 108 verso. De curia, n. 7 = 691.
Reg. Avin. 157, fol. 108 verso. De curia, n. 8 = 692.
Reg. Avin. 157, fol. 109 recto. De curia, n. 9 = 693.
Reg. Avin. 157, fol. 109 recto. De curia, n. 10 = 694.
Reg. Avin. 157, fol. 109 recto. De curia, n. 11 = 848, ubi legatur Amanevi *de Faberneto.*
Reg. Avin. 157, fol. 109 verso. De curia, n. 12 = 695.
Reg. Avin. 157, fol. 109 verso. De curia, n. 13 = 738.
Reg. Avin. 157, fol. 109 verso. De curia, n. 14 = 696, ubi addatur post partibus *et S. A. reservata jure devolutionis.*
Reg. Avin. 157, fol. 112 verso. De curia, n. 20 = 1093.
Reg. Avin. 157, fol. 113 recto. De curia, n. 22 = 902.
Reg. Avin. 157, fol. 113 recto. De curia, n. 23 = 903.
Reg. Avin. 157, fol. 113 recto. De curia, n. 24 = 904.
Reg. Avin. 157, fol. 113 recto. De curia, n. 25 = 905.
Reg. Avin. 157, fol. 113 verso. De curia, n. 26 = 906.
Reg. Avin. 157, fol. 113 verso. De curia, n. 27 = 907.
Reg. Avin. 157, fol. 113 verso. De curia, n. 28 = 908.
Reg. Avin. 157, fol. 114 recto. De curia, n. 29 = 909.
Reg. Avin. 157, fol. 114 recto. De curia, n. 30 = 910.
Reg. Avin. 157, fol. 114 verso. De curia, n. 31 = 911.
Reg. Avin. 157, fol. 114 verso. De curia, n. 32 = 1085, ubi legatur loco Andruino *Petro, patriarcha Constantinopolitano.*
Reg. Avin. 157, fol. 114 verso. De curia, n. 33 = 913, ubi legatur *200* personis.
Reg. Avin. 157, fol. 114 verso. De curia, n. 34 = 912, ubi legatur loco certa *decem* beneficia.

ANNUS TERTIUS

3283 Avignon, 10 novembre 1364.

Ægidio, episcopo Sabinensi, facultas conferendi in viginta cathedralibus vel collegiatis ecclesiis suae legationis, etiam si unum beneficium ecclesiasticum obtinerent, singulis personis de canonicatu et praebenda vacantibus aut vacaturis. (Reg. Avin. 160, fol. 31 recto. De curia.)

« *Venerabili fratri Egidio, episcopo Sabinensi, A. S. legato, salutem etc.* Cum nos te. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

Avignon, 10 novembre 1364.

Eidem (1) facultas contrahendi omnes personas ecclesiasticas vel regulares ad contribuendum procurationibus sibi debitis. (Reg. Avin. 160, fol. 31 verso et 32 recto. De curia.)

« *Venerabili ... etc.* Cum te ad insulam. — Datum Avinione, IIII idus decembris, anno tercio. »

3284 Avignon, 10 novembre 1364.

Eidem facultas reconciliandi ecclesias et cimiteria polluta per aliquem vel aliquos sacerdotes. (Reg. Avin. 160, fol. 31 verso. De curia ; Lecacheux, n. 1352, p. 220, note 1.)

« *Venerabili ... etc.* Cum te etc. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

(1) La lettre du folio 32 recto a été cancellée. On lit en marge : *alibi*.

3285 Avignon, 10 novembre 1364.

Eidem facultas evocandi ad se omnes personas ecclesiasticas vel religiosas ac ipsis injungendi prosecutionem negociorum sibi commissorum. (Reg. Avin. 160, fol. 32 recto. De curia.)

« *Venerabili etc.* Cum te etc. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

3286 Avignon, 10 novembre 1364.

Universis personis ecclesiasticis vel regularibus insulae et regni Siciliae, aliarumque insularum et terrarum citra et ultra Farum mandatur ut eumdem legatum benigne recipiant ac honorificentiam et reverentiam debitas ipsi praestent. (Reg. Avin. 160, fol. 32 recto. De curia.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopis* etc. *salutem etc.* Cum nos venerabilem fratrem. — Datum Avinione, IIII idus novembris, anno tercio. »

CONCORDANTIA REGISTRORUM AVINIONENSIUM CUM LITTERIS A P. LECACHEUX EDITIS

Reg. Avin. 159, fol. 80 recto. De curia, n. 1 = 1350.
Reg. Avin. 159, fol. 80 recto. De curia, n. 2 = 1351.
Reg. Avin. 159, fol. 80 verso. De curia, n. 3 = 1352.
Reg. Avin. 159, fol. 80 recto. De curia, n. 4 = 1606.
Reg. Avin. 159, fol. 80 verso. De curia, n. 5 = 1747.
Reg. Avin. 159, fol. 81 recto. De curia, n. 6 = 1748.
Reg. Avin. 159, fol. 81 recto. De curia, n. 6 = 1749.
Reg. Avin. 159, fol. 81 recto. De curia, n. 6 = 1750.
Reg. Avin. 159, fol. 81 recto. De curia, n. 6 = 1751.

POSTFACE

La publication des registres d'Urbain V due au regretté Paul Lecacheux s'arrête à la date du 20 juin 1365. Son manuscrit contenant la suite de la correspondance du pape a été, durant la dernière guerre, la proie des flammes, au cours d'un incendie qui détruisit la villa où il avait été, croyait-on, mis en sûreté. Sur le désir exprimé par M. Grenier, alors directeur de l'Ecole française de Rome, j'acceptai de recommencer le travail accompli jadis par Paul Lecacheux.

De son temps, les registres dits du Vatican passaient pour contenir la transcription fidèle et intégrale des registres dits d'Avignon (1). Il n'en est rien malheureusement. Aussi, contrairement à ce que fit mon prédécesseur, j'ai dépouillé les registres d'Avignon qui contiennent une série de lettres curiales, absentes des registres du Vatican. De plus, puisque ceux-ci ne sont que des copies, il fallait établir une table de concordance avec les originaux, afin que les érudits pussent s'y reporter.

Les registres des lettres secrètes des cinquième et septième années du pontificat sont actuellement perdus. Heureusement, une perte aussi regrettable peut être compensée, en partie du moins, grâce à la consultation des treize registres du Vatican, cotés de 244 A à 244 N. Ces registres n'appartiennent pas à la série proprement dite du Vatican : ils se composent de minutes originales, écrites sur papiers de diverses dimensions et chargées de ratures, qui ont été juxtaposées dans le sens longitudinal par un collage ; au dos, figurent des mentions d'enregistrement ou le libellé des adresses, quand toutefois les ciseaux du colleur ou son collage ne les ont pas fait disparaitre.

L'usage des registres du Vatican 244 A à 244 N présente de graves difficultés. Un nombre important de minutes portant, dans l'adresse, les mots *Innocentius VI*, le scribe préposé au collage a cru que toutes les autres minutes, dépourvues d'adresses complètes, appartenaient au pontificat d'Innocent VI, tandis qu'en réalité la majorité émanait de Clément VI, d'Urbain V et de Grégoire XI. Il inséra donc les pièces recueillies dans l'ordre chronologique des années du pontificat. Il eût dû pourtant remarquer que ni Clément VI ni Innocent VI n'avaient séjourné en Italie et que des lettres datées de Rome, d'Anagni, de Viterbe, de Montefiascone, de Corneto ne pouvaient être attribuées à la chancellerie d'Innocent VI. Le relieur, en outre, a commis la grosse bévue de placer sur le dos des registres du Vatican 244 A à 244 N une indication erronée propre à induire en erreur les chercheurs (2).

Afin de déterminer à quels papes remontent les minutes dépourvues d'adresses, il faut user de la critique interne et des données chronologiques connues sur les déplacements de la Cour pontificale. La paléographie sert parfois, mais non uniformément, à établir une discrimination entre les documents.

A vrai dire, il n'est pas possible de remédier complètement au déficit des registres de secrètes d'Urbain V, car toutes les minutes rédigées sous son pontificat ne figurent pas dans les registres du Vatican 244 A à 244 N. Il en existe encore un petit nombre dans les *Instrumenta miscellanea*. Inutile d'ajouter que l'utilisation d'un article publié naguère par M. Y. Renouard (3) m'a été d'une grande utilité.

G. Mollat.

(1) Sur les registres d'Avignon voir F. Bock, *Einfuehrung in das Registerwesen des Avignonesischen Papsttums*, dans *Quellen und Forschungen*, t. XXI (1941).

(2)
INN. VI
ARCHETYP. EP.
AN.

(3) *Les minutes d'Innocent VI aux Archives du Vatican*, dans *Archivi d'Italia e rassegna internazionale degli Archivi*, t. II (1935), pp. 14-27.

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

(Deuxième et troisième séries)

Deuxième série :

REGISTRES ET LETTRES DES PAPES DU XIII[e] SIÈCLE

1° *Ouvrages terminés :*

Le Liber Censuum de l'Eglise romaine, par Mgr DUCHESNE, P. FABRE ET G. MOLLAT ; 3 tomes en 7 fascicules. **6.000 fr.**

Les Registres d'Innocent IV (1243-1254), par E. BERGER ; 4 tomes (tomes I et III épuisés) ; les tomes II et IV **5.000 fr.**

Les Registres d'Honorius IV (1285-1287), par M. PROU ; un tome en 4 fascicules. **2.500 fr.**

Les Registres de Nicolas IV (1288-1292), par E. LANGLOIS ; 9 fascicules. . . . **5.500 fr.**

Les Registres de Boniface VIII (1294-1303), par G. DIGARD, M. FAUCON, A. THOMAS et R. FAWTIER ; 4 tomes en 17 fascicules (fascicule 16 épuisé). **7.500 fr.**

Les Registres de Benoît XI (1303-1304), par Ch. GRANDJEAN ; un tome en 5 fascicules. . . . **3.000 fr.**

2° *Ouvrages en cours de publication :*

Les Registres de Grégoire IX (1227-1241), par L. AUVRAY ; 4 tomes en 12 fascicules (tome IV, fascicule 13, tables, sous presse). **7.000 fr.**

Les Registres d'Alexandre IV (1254-1261). par C. BOUREL DE LA RONCIÈRE, J. DE LOYE, P. DE CENIVAL et A. COULON ; 3 tomes en 7 fascicules (tables en préparation). **4.500 fr.**

Les Registres d'Urbain IV (1261-1264), par J. GUIRAUD ; Registre dit Caméral : tome 1[er] en 2 fascicules ; Registre ordinaire : tomes II à IV en 10 fascicules (tables en préparation). . . **6.500 fr.**

Les Registres de Clément IV (1265-1268), par E. JORDAN ; un tome en 6 fascicules. **3.000 fr.**

Les Registres de Grégoire X (1272-1276), par J. GUIRAUD ; un tome en 4 fascicules. **2.000 fr.**

Les Registres de Jean XXI (1276-1277). par L. CADIER ; un fascicule. **500 fr.**

Les Registres de Nicolas III (1277-1280), par J. GAY ; un tome en 5 fascicules. **2.500 fr.**

Les Registres de Martin IV (1281-1285), par OLIVIER-MARTIN ; un tome en 3 fascicules. . **1.500 fr.**

Troisième série :

REGISTRES ET LETTRES DES PAPES DU XIV[e] SIÈCLE

1° *Ouvrages terminés :*

Jean XXII (1316-1334). Lettres communes, par G. MOLLAT ; un fascicule d'introduction et 16 tomes en 31 fascicules (fascicule 22 épuisé). **26.500 fr.**

Benoît XII (1334-1342). Lettres communes, par J.-M. VIDAL ; 3 tomes en 6 fascicules. **5.500 fr.**

Benoît XII (1334-1342). Lettres closes patentes et curiales se rapportant à la France, par G. DAUMET ; un tome en 3 fascicules **2.000 fr.**

Benoît XII (1334-1342). Lettres closes et patentes intéressant les pays autres que la France, par J.-M. VIDAL ; 2 tomes en 6 fascicules. **3.000 fr.**

2° *Ouvrages en cours de publication :*

Les Registres de Clément V. Tables, par R. FAWTIER et Y. LANHERS ; 1[er] fascicule. **800 fr.**

Jean XXII (1316-1334). Lettres secrètes et curiales se rapportant à la France, par A. COULON ; 2 tomes en 5 fascicules. **3.500 fr.**

Clément VI (1342-1352). Lettres closes patentes et curiales se rapportant à la France, par E. DEPREZ ; 2 fascicules **2.000 fr.**

Innocent VI (1352-1362). Lettres closes patentes et curiales se rapportant à la France, par E. DEPREZ ; 1[er] fascicule **500 fr.**

Les Registres d'Urbain V (1362-1370), par M. DUBRULLE ; un fascicule . . . **500 fr.**

Urbain V (1362-1370). Lettres secrètes et curiales se rapportant à la France, par P. LECACHEUX ; 2 fascicules. (Le 3[e] fascicule, par G. MOLLAT, sous presse). **1.200 fr.**

Urbain V (1362-1370). Lettres communes. 1[er] fascicule, par les Membres de l'Ecole Française de Rome et M.-H. LAURENT, sous presse.

Grégoire XI (1370-1378). Lettres secrètes et curiales se rapportant à la France, par L. MIROT, H. JASSEMIN et J. VIELLIARD ; 3 fascicules. (Le 4[e] fascicule, par G. MOLLAT, sous presse) . . . **1.700 fr.**

Imprimerie S. Pacteau, Luçon, 17.037, 3-54

DATE DUE

JAN 2 8 2005
FEB 8 2006

DEMCO, INC. 38-2931

41419

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
BERKELEY, CA 94709

3 2400 00171 3845